Bd. III, 11

HARPPRECHT
CONSULTATIONES
PARS II. III.

86. III. ii.

38 B 3

FERDINANDI CHRISTOPHORI
HARPPRECHTI, JVRISCONSVLTI,
ET ANTECESSORIS
IN ALMA TVBINGA,

CONSVLTATIONVM
CRIMINALIVM
ET
CIVILIVM,
VOLVMINIS NOVI
PARS SECVNDA.

Collegii JESU

Societatis Bambergæ 1756.

TVBINGÆ,

Impensis WOLFGANGI MICHAHELLES,
Bibliopolæ Norimbergensis.
Literis HIOBI FRANCKII.

Anno M DCC XII.

CONSVLTATIONVM
CRIMINALIVM
ET
CIVILIVM
NOTARIORVM

CONSILIUM QUADRAGESIMUM SECUNDUM.

SUMMARIA.

DE Pactis Familiæ inter immediatos Imperii Nobiles, *utrum illa*, in dubio, in ſcriptis celebrata *præſumi debeant*, *& ob* deficientem unius Paciſcentium Subſcriptionem, *itemque* Omnium Subſignationem, *pro* nullis *habenda ſint?*

Recenſetur Facti Species.

Quæſtio Prima *hîc enucleanda. num. 12.*

Cui nonnulla Rationes dubitandi *ſubjunguntur. usque ad num. 20.*

Exhibentur adhuc aliæ novem Quæſtiones hîc pariter reſolvendæ, à num. 20. usque ad num. 30.

Utrum Pactum Q. *ratione futuræ* Succeſſionis, in favorem Maſculorum, *in illo conventæ*, *itemque ratione* Acquiſitorum, *& nobilium* Filiarum Dotationis, *pro* Pacto Familiæ *haberi debeat?*

An Pactum Familiæ *pro* valido *habendum*, *licet* nullum *ſuper illo* Inſtrumentum *confectum*, *vel hoc* minùs ſolenniter confectum *ſit*; *modò* aliundè probari *valeat? num. 33.*

Scriptura *nec ad* Majoratûs, *vel* Primogenii inſtitutionem *præcisè requiritur. num. 34.*

Scriptura *ad* nullius negotii ſubſtantiam *neceſſaria eſt*, *niſi hoc* nominatim in Jure ſit cautum. *num. 35.*

In dubio *præſumitur*, Scripturam publicam, Sigilla, *& alias* Solennitates *ſaltem* facilioris Probationis, *&* majoris *negotii* Securitatis *cauſa interveniſſe. num. 36.*

In ambiguo Partes actum ſolo Conſenſu, *ſine* Scripturæ ſolennitate, perficere voluiſſe *intelligi debent. num. 37.*

An ex eo diverſum *colligere liceat*, *quòd ea*, *quæ inter Paciſcentes* conventa, ipſis hoc accurantibus, *in* certum Libellum *fuerint* relata? *num. 38.*

Ad hoc, *ut* Scriptura, *& vel* publico Notarii, *vel ipſorum* Paciſcentium propria manu & Sigillis roborata Scriptura, ad validitatem *Contractûs*, *vel Pacti*, præcisè neceſſaria *intelligatur*, liquidò declarata *ipſarummet Partium* Voluntas *requiritur. num. 40.*

Qualis mentis declaratio *ad hoc requiratur? num. 42.*

Reciprocum *&* perpetuum Familiæ Fideicommiſſum, *inter* omnes paciſcentes Fratres *conventum*, *in* Scripturam *redactum*, *ob* defectum natu maximi Fratris Subſcriptionis & Subſignationis, *vix poteſt ſubſiſtere. num. 43.*

Utrum Filiæ hunc defectum, *tanquàm* ex Tertii jure *pendentem*, objicere *valeant? num. 45.*

Jus Tertii *nec per modum* Actionis, *nec* Exceptionis, *in judicium*, *à quoquam deduci poteſt. num. 47.*

Quilibet proprio jure *niti*, *& ex eo ſuas* petitiones, *vel* defenſiones *formare debet. num. 48.*

Jus Tertii allegare *nihil aliud eſt*, *quàm* plumis alienis ſe tegere *velle. num. 49.*

Pacta illuſtrium Familiarum *an* Cæſareâ *indigeant* confirmatione? *num. 50.*

In specie Pacta *Principum vel Comitum* Confraternitatis? *num. 51.*

Negativa *sententia quoad* Pacta Familiæ in genere *spectata*, verior *est*, & receptior. *num. 52.*

Praterquàm quatenùs de ipsius Imperii interesse & Feudis *quæstio est. num. 52. & seq.*

Ex Imperiali *tamen* Confirmatione *hujusmodi Pacta* magis convalidantur. *num. 54.*

Talem Confirmationem non præcisè requiri, *ultima* Ferdinandina, & Leopoldina *docet* Capitulatio. *num. 55.*

Adducitur Præjudicium *Facultatis Juridicæ Tubingensis. num. 58.*

In Pactis Confraternitatum *quid quoad hoc Punctum obtineat? Q. n. 59.*

Cæsarea Confirmatio *tantùm in* Feudis Imperialibus *in alios* transferendis *necessaria est. num. 60.*

An constitutio perpetui Familiæ Fideicommissi *etiam* Fœminarum eo tempore viventium, *eo quòd de ipsarum præjudicio agatur*, consensu indigeat? *num. 61. & seq.*

In bonis Patris adhuc viventis Liberis nullum Jus *competit. num. 62.*

Licet Domini illorum, adhuc vivis Parentibus, *ab ipsis Libus esse dicantur. num. 63.*

Liberos in bonis vivorum *Parentum* Jus, Jure Naturæ, Gg. & Civili quæsitum *habere*, *pronunciat Brunnemannus. num. 64.*

Hoc Jus ad plurimos Juris effectus Liberis prodesse *remissivè ostenditur. num. 65.*

Illud interimisticum, *quoadusque nimirum Parentes vivunt*, Liberorum Dominium *non* reale & verum; *sed* fictum *duntaxat &* interpretativum, *sive* intellectuale Dominium est. *num. 66.*

Reprobatur contraria *aliorum sententia. num. 67.*

Sicut nulla Viventis hæreditas *est*, *sic nec* Liberi *duorum*, *adhuc* viventium, *Parentum* hæredes *esse*, *vel* Jus in bonis illorum quæsitum *habere possunt. num. 69.*

Utrum in Pacto, de quo hîc Q. Conditores ejusdem etiam omnium suarum & futurarum Uxorum Bona, dotalia & paraphernalia, nexu Fideicommissi familiaris devincire voluerint? *num. 70.*

Deciditur, *quòd*, *quamvis suo Pacto* & illa complecti voluerint; *non tamen* valuerint. *num. 72.*

Sed, ob talem defectum, *Pactum sideicommissarium*, quoad propria ipsorum Paciscentium Bona, *tanquàm* utile *& validum*, *non redditur* inutile. *num. 73.*

Utile per inutile nullatenùs vitiari *ostenditur exemplo* Stipulationis unius Rei, & Promissionis duarum *Rerum. num. 74.*

Testamenti *à Patre*, *jure privilegiario* inter Liberos *conditi*, & admixtæ Personæ alicujus extraneæ. *num. 76.*

Contractuum, *quando etiam* de uno eodemque capitulo *quæritur*, *modò* res *sit* dividua. *num. 77.*

Libelli, duobus constantis capitibus, *quorum alterum* aptum, *per alterum* ineptum, *pariter haud* vitiatur. *num. 78.*

Pluriumque aliorum *in* omnibus Juris partibus *obviorum Exemplorum*, *remissivè adductorum. num. 78. & seq.*

Modicitas Dotium, & *quòd*, unô saltem annô *ante Pacti familiæ ordinationem*, Quadruplô amplior Dos *conventa fuerit*, *illius valorem destruere nequit. num. 81.*

Non facilè Dos, quam Filiæ Pater pro congruâ *reputat*, aliis incongrua *videri debet. num. 82.*

Pater optimum consilium *pro sua Filia suscipere creditur. num. 83.*

Repro-

Consilium Quadragesimum Secundum.

Reprobatur illorum Interppr. sententia, qui juratas *illustrium & nobilium* Filiarum Renunciationes, *itemque* Statuta Fœminarum exclusiva, *tùm demùm, si* Dos, in Quantitate, Legitimam exæquans *ipsis præstetur, valere pronunciant. num. 84. & seqq.*

Statutum *disponens,* quòd Filia excluſa, arbitrio Propinquorum, dotari debeat, *quomodò examiendum? num. 85.*

Statuta Legitimam, *ob* justam causam, *& in specie ob* illustrium Familiarum conservationem tollentia, *& exclusis Filiabus, in suæ Legitimæ compensationem,* Alimenta, *vel* Dotem, *vel quid* simile assignantia, *censentur* valida. *num. 86.*

Etiamsi Alimenta, Dos, *vel aliud, Exclusis, per Statutum reservatum* Quantitati Legitimæ haud æquipolleat. *num. 87.*

Sufficit, *Filiam exclusam* dotari secundum Patriæ Consuetudinem. *num. 88.*

Legitima, *quoad sui* Determinationem, *est* Juris Civilis *& merè positivi. num. 89.*

Et dehinc per Statuta *tùm* universalia, *tùm &* certæ Familiæ, *benè* mutari *queunt. num. 90.*

Modò ista Mutatio *non sit* nimis enormis *& excessiva. num. 91.*

Filiabus per Statutum gentilitium excluſis non debetur Legitima. *num. 92.*

Contraria *Vulteji & aliorum sententia* communissimè rejicitur. *n. 93.*

Dos in locum Legitimæ *tantùm* respectivè succedere *dicitur, & propriè loquendo non est legitima. num. 94.*

In Suevia *Dotes* nobilium *Filiarum plerumque* duorum *saltem* millium *sunt, &* ratò quater mille *florenos excedunt. num. 95.*

Pactum, ex eo, rectè validum *judicatur, quòd* omnes subsecutæ Divisiones eidem conformiter *fuerint factæ. num. 96.*

In illis, quæ tendunt ad Animi declarationem, plus *est,* Facto, *quàm* Verbo, *voluntatem declarari. num. 97.*

Licet Partes contrahentes Notarium ad Contractum vocari jusserint; *si tamen* ad ulteriora processerint, *& ad ipsam* rei venditæ traditionem, *tunc contractum* pro perfecto *habuisse censentur, &* Instrumentum *tantùm* probationis causa *confectum intelligitur. num. 98.*

Sequuntur, post has Rationes dubitandi, decidendi Rationes. *num. 99.*

Pactum Familiæ, *de quo hîc Q.* nullum *pronunciatur. num. 99.*

Pactum hoc, *ratione* Objecti, summè arduum & maximi momenti *esse, specificè ostenditur. num. 100. & seqq.*

Ratione Subjecti *per id, tanquàm* perpetuum Familiæ [illegible], totâ liberæ Imperii Nobilitatis Familia constringi *debuit. num. 104.*

Negotia, quæ inter Principes *geruntur, Pacta videlicet, Transactiones, Confraternitates, aliaq; quamplurima, juxta quotidianam* Praxin, *non aliter, quàm* in scriptis, celebrari *consuevit. num. 105.*

Principes *etiam* sine scriptis *validas conventiones inire possunt. num. 106.*

Sed, in causis præcipuè magni momenti, *non alia* Forma, *aut Via* ab ipsis electa *censetur, quàm* in scriptis *contrahendi. num. 107.*

Eademq; Consuetudo etiam ad valdè arduos Contractus *&* Pacta aliarum illustrium Familiarum *&* immediatorum Imperii Nobilium *jure porrigitur. n. 107.*

Nobiles immediatè *Imperio subjecti* non privatæ *sunt* personæ; *sed* publicis *rectè annumerantur. num. 108.*

Habent enim Jura Principum, *iisdemq;, quibus* sumi Imperii Status, *privilegiis & juribus notoriè gaudent. num. 109.*

DDres successoriis *&* aliis liberorum Nobilium Pactis eadem jura *accommodant, quæ alii* circa Principum contractus *statuminant. num. 110.*

Eandem doctrinam etiam Pacto, *ab ejusmodi Nobilibus jurisdictionem habentibus*, de Feudo in unum ex Agnatis, vel Filiis transferendo, *inito accommodat Betsius. num. 111.*

Statuta & Pacta Familiarum, *ad hoc*, ut omnes Hæredes obligent, *non aliter, quàm* scripto, *debere confici, idem Betsius pronunciat. num. 112.*

Eademq; de Potentum *&* Baronum Conventionibus, plura capita complectentibus, *jam suâ ætate tradidit Paulus de Castro, quem alii sequuntur. num. 113. & seq.*

Etiam inter Privatos *initæ Conventiones, si* præcisè in scriptis contrahere voluerint, *tùm demùm subsistunt, si illæ* per omnium transigentium, paciscentium, vel contrahentium Subscriptionem atque Subsignationem, *suam ultimam* perfectionem *acceperint. num. 115. & seq.*

Quicquid, quoad Privatorum Contractus *& Pacta*, specialis *ipsorum* Conventio *operatur, idem circa tùm* Principum, *&* similium Procerum, *tùm & immediatorum* Imperii Nobilium *Contractus & Pacta, magni ponderis & momenti, operatur* Consuetudo. *num. 117. & seq.*

In hujusmodi casibus si aliquis contrahentium, priusquàm Instrumentum ei prælegeretur, decesserit, *Contractus non obligat. num. 120.*

Eandem doctrinam etiam Pactô, *quô* quinque nobiles Fratres paterna Feuda inter se diviserunt, *adjectâ hâc lege, quòd*, si Feuda divisa ab alterutrô Fratrum alienentur, illa uni ex cæteris, eodem pretio, quô fuére æstimata, vendi & quasi restitui debeant, *applicat Cothmannus. num. 122.*

Nobiles Observantiæ & Moribus inter ipsos obtinentibus se conformare voluisse censendi. *num. 123.*

Hanc Observantiæ inter Nobiles vigentis sollicitam custodiam *Nobilibus enixè commendat Creidenmannus. num. 124.*

Pactum *nobilis Familiæ, de quo hic Qr.* nullum *pronunciatur. num. 125.*

Defectus primogeniti Fratris Sigilli & Manûs *totum Pactum Q. omninò annullat. num. 126.*

In negotiis, quæ Plures, ut singulos concernunt, Omnes, indè obligandi, subscribere tenentur. num. 127.

Instrumentum privatum *fidem non facit, nisi* quatenùs subscriptum *reperitur* à Partibus. *num. 128.*

Secunda Nullitas *hujus Pacti hæc est, quòd* reliqui Fratres *illud quidem* subscripserint; *sed* sua Sigilla non apposuerint. *num. 129.*

Sigilla in vim Voluntatis, Consensûs, *atque* Perfectionis, *apponi solent. num. 130.*

Actusque celebrati Perfectionem *sive Absolutionem operantur & constituunt. num. 131.*

Scriptura, *in quam* magni ponderis negotium, *inter* illustres personas *celebratum, relatum est, ob* intermissam usitatam Sigillorum impressionem, *pro* nudo Concepto, *& non obligatoriâ* Punctatione *habetur. num. 133.*

Ex eo, quod consuetum, *cujuslibet* negotii interpretatio *justissimè petitur. num. 134.*

Ex consuetis *& solitis fortissima &* optima Præsumptio *nascitur. n. 136.*

Talis præsumptio onus probandi in Adversarium, *ut quælibet Juris præsumptio, rejicit. num. 137.*

Scripturam, de qua in proposito Qr. nihil aliud, quàm simplicem, nedùm obligatoriam, Punctationem *fuisse, ex illius* Exordio, *&* Epilogo *ostenditur. num. 138.*

Hæc primordialia *præsentis Pacti verba:* **Zuwissen sey mit diesen gegenwärttigen** Libell, *sine ullâ* Causarum, *ad* reciprocum, perpetuum, *atque* universale Familiæ Fideicommissum *condendum commoventium, & quæ plura his similia in hujusmodi Pactis præmitti solent, commemoratione, ceu nimis curiat.*

ta atque inusitata, non sinunt credere, quòd Scriptura quæstionis plus, quàm simplex Punctatio, *& primum Pacti adhuc perficiendi Conceptum, fuerit. n. 140.*

Dictio, Libellus, *nihil aliud denotat, quàm quodlibet* breve, pro re natâ, Scriptum. *num.* 140.

Et quando de Pactis & Contractibus *quæritur, nihil aliud innuit, quàm* brevem & rudem delineationem Punctorum, de quibus inter Partes convénit; *qualem etiam* Notarii in suis Protocollis *conscribere solent. num.* 141.

Talis brevis Consignatio sive Punctatio à Notario *facta non priùs* obligatoria *est, quàm si desuper* solenne, *& omnibus numeris* absolutum Instrumentum *confectum fuerit. num.* 142.

Quid ad hoc requiratur, ut hujusmodi Instrumentum *dicatur* perfectum? *num.* 142.

In substrato non constat, an Punctatio quæstionis *à* Notario *publico, vel alterius Paciscentium* Officiali, *vel ab aliquo* Advocato *concepta fuerit? num.* 143.

Ad hoc, ut ejusmodi simplex Punctatio *sit* obligatoria, specialis Paciscentium requiritur Conventio. *num.* 145. *& seq.*

Punctatio *Q. tùm tali* specificâ conventione, *tùm &* Fratris primogeniti subscriptione, *atque* omnium Fratrum Sigillis *deficitur. num.* 147.

Quales Clausulæ, & Cautelæ *hujusmodi* Pactis *nobilium & illustrium Familiarum*, perpetui Familiæ Fideicommissi inductivis, communissimè & creberrimè adjici soleant? *num.* 149. *& seqq.*

Horum nihil omninò in Pacto Q. annexum videre est; *sed confestim* post Materiam *inter Partes conventam* Annus, Dies, & Locus, *quibus illud celebratum, simpliciter subnectitur. num.* 153.

Pacta Familiarum illustrium *non solent* in Simplo *tantùm exarari; sed plerumque* tot Exemplaria *conficiuntur*, quot *sunt* Personæ paciscentes. *num.* 154.

Veritas *se ità habere præsumitur, prout* frequenter & communiter accidit. *num.* 156.

Quod frequenter contingit, Lex ipsa præsumit. *num.* 157.

Ex Contractibus & Pactis in scriptis celebratis *nulla* Actio, *vel* Obligatio *nascitur, priusquàm* Scriptura, privata *vel* publica, omnibus numeris & punctis sit absoluta. *num.* 160.

Perfectio negotii *in ipsâ demùm ejus* Conclusione & ultimâ Clausulâ *consistere dicitur. num.* 163.

Ex tali Pacto, necdùm perfecto, nulla Executio *prætendi potest; sed ex eo quid petens* à limine Judicii confestim repellitur. *num.* 164.

Conditio, *sub qua talia Pacta ineuntur, est* merè voluntaria *sive potestativa, & proindè* nec ulla, *quamdiu hæc ipsa* Conditio pendet, obligatio ex illo pronasci *potest. num.* 165.

Quoadusque hæc ipsa Conditio pendet, *Paciscentium* cuilibet pœnitendi liberrimâ licentia *competit. num.* 166.

Adferuntur hujus Regulæ Præjudicia, *&* Ampliationes *remissivè. n.* 167.

In omni negotio Consummatio *illius attendi debet*, quicquid anteà à Partibus dictum, *vel* factum *probari valeat. num.* 168.

Quamdiu aliquid agendum supereſt, nihil actum intelligitur. *n.* 169.

Imperfectum pro planè non facto *habetur. num.* 170.

In Pacto quæstionis non solùm acquisita; *sed &* omnia adhuc acquirendâ Fratrum Bona, *imò etiam* omnia Uxoria Bona, *nexu* perpetui & reciproci Familiæ Fideicommissi *devincta censentur. num.* 171.

In talibus perpetuis *illustrium Familiarum* Fideicommissis, *cùm* variæ Leges & Conditiones *illis adjici soleant*, Scriptura, *ad minimum ex* necessi-

 tate

tate expedientiæ, *ne videlicet illorum* probatio *intercidat*, necessaria *reputetur. num.* 172. *& seq.*

Ad inducendum tale Fideicommissum omnium Fratrum Consensus necessarius est. *num.* 174.

In substrato de Fratris primogeniti Consensu *ex* Libello *quæstionis*, *ceu ab illo* non subscripto, *constare non potest. num.* 175.

Unô Fratrum, priusquàm etiam alius Frater suum consensum, *subscribendo*, *vel alio modo*, declaret, diem obeunte, alterius Consensus demùm postea fine effectu subsequitur, *num.* 177.

Post unius decessum omnium Fratrum Consensus non àmpliùs coalescere potest. *num.* 178.

Si Frater, *qui non subscripsit*, *positivè declaret*, se ante plenariam Instrumenti, *super Pacto hoc Fideicommissario*, confectionem obligari noluisse, *tunc hoc Pactum tanto minùs pro obligatorio haberi potest. num.* 179.

Totus Finis & Effectus *Pacti*, *de quo hîc Qr. in* vicissitudinariâ *&* correspectivâ obligatione, *præcipuè ratione perpetui & reciproci Familiæ Fideicommissi*, *consistit*, *quod utique quoad* illum Fratrem, qui non etiam suis Bonis par onus imposuit, subsistere *nequit. num.* 180.

Et dehinc, *ex natura* correspectivæ Conventionis, *nec* cæteros Fratres *ullatenùs obligat. num.* 181.

Natura, *præprimis* talium, Fideicommissorum *est* individua. *num.* 182.

Correspectivorum *hæc constans natura est*, *ut*, unô illorùm deficiente, etiam alterum deficiat. *num.* 183. *& seq.*

Actus correspectivi, *tùm* inter vivos, *tùm* mortis causa, *planè pro* uno eodemque *habentur. num.* 186.

Unus actus correspectivus quasi Pars est alterius, *sic*, *ut ambo* omninò individui *censeantur. num.* 186.

Nec diutiùs durat alterum correspectivum, quàm correspectivatum. *num.* 187.

Pactô quæstionis, *licet illud* valdè recens, *&* Dotium Filiabus præstandarum Quantitas *illô* determinata *sit*, *planè insuper habitô*, Unus *ex ipsis Fratribus*, illius conditoribus, Decuplo ampliores duabus Filiabus Dotes constituit. *num.* 188.

Notabile hoc, *ceu toties* geminatum, Factum *apertissimo argumento est*, *quòd* Fratres hoc Pactum, *ceu in terminis* simplicis Punctationis relictum, *pro obligatorio nunquàm agnoverint. num.* 189.

Ex Dotium magnitudine Facultates Familiæ *valdè* exhauriuntur. *num.* 189.

In omnibus humanis dispositionibus illorum, qui ipsimet aliquid dixerunt, vel scripserunt, interpretationi modis omnibus standum. *num.* 192.

Extra & ultra talem interpretationem, *quæ* ab ipsismet Pacti conditoribus *profecta*, *seu* expressam, *seu* tacitam, nulla alia quærenda. *n.* 193.

Renunciatio Exceptionis Pacti de futura Successione Pactum de succedendo procul dubio præsupponit. *num.* 194.

Observantia, *vel* Non-observantia *cujusvis præcedentis Dispositionis certissima & optima interpres est*; *præsertim si illa* paulo pòst subsequuta. *n.* 196.

Verba dispositionis offendenda *sunt potiùs*, *quàm ut* à tali interpretatione, quam Facta demonstrant, recedi *debeat. num.* 197. *& seq.*

Pactum Familiæ non observatum *nullam meretur considerationem. num.* 199.

Non magis, *quàm* Lex *vel* publicum Statutum, *quod* moribus utentium non comprobatum. *num.* 200.

Per unicam *illorum*, qui Statutum condiderunt, Contraventionem *Statutum rursùs censetur* sublatum. *num.* 201.

Multo

Multo igitur magis hoc procedet in Pactis, *quæ* non tanti sunt roboris, ac publica Statuta. *num.* 201.

Respondetur ad primam & secundam *dubitandi rationem, quòd in dubio Scriptura* saltem Probationis causa *requiri censeatur. num.* 202.

Limitatio Regulæ, *quòd* ex Tertii jure nemo excipere, *vel* agere *valeat, adducitur remissivè. num.* 203.

Resp. ad tertiam *dubitandi rationem, quòd* Filia, ex jure & persona sui Patris, *qui cum ceteris suis Fratribus Pactum, de quo hîc Qr. condidit,* tanquam Hæres illius, *hujus Pacti nullitatem opponat justissimè. num.* 204.

Resp. ad IV. dubitandi Rationem, *quòd* Cæsarea Confirmatio *ad talis Pacti validitatem non requiratur. num.* 205. *& seqq.*

Resp. brevissimè ad V. VI. & VII. Rat. dubitandi. *num.* 208.

Resp. ad ultimam dubitandi Rationem, *quòd* Pacti Q. Nullitas, *& hoc, quòd* Fratres *illius Conditores paternorum* Bonorum in illo factam Divisionem *hactenùs* haud impugnârint, *non sint incompatibilia. num.* 209.

Licet Res *ex* contractu dominii translativo, in scriptis celebrato, tradita *fuerit; tamen* Titulus *ex tali contractu resultans* nondùm perfectus *est, & dehinc nec* Dominium *in accipientem transisse dici potest. num.* 210.

Dicti Pacti conditores etiam Divisionem *in illo factam, ob totius Pacti nullitatem, si vel unus hoc urgeat, benè* tollere *possunt. num.* 211.

Venditio *quidem, per* subsecutam Traditionem, perfecta *redditur, licet Partes convenerint, quòd* Instrumentum desuper confici *debeat.* Limitatur *tamen hoc, si Contractus* plura *habeat* pacta & capitula, *& in curiis* Potentum & Baronum, *&c. num.* 212. *& seq.*

Tametsi Fratres, *paternorum bonorum* divisionem *in Pacto ineuntes, insimulq; perpetuum, idemq; reciprocum* Fideicommissum *istis Bonis imponentes,* ipsi Divisioni in se spectatæ acquiescere velint; *ex hoc tamen* talis Pacti, *in* Fideicommissi *ordinatione commissa* Nullitas haudquaquàm corrigitur, *nec* Jus *exindè unicuiq; Fratrum, ejusq; Hæredibus* quæsitum adimitur. *num.* 214.

Evolutio Secundæ *hîc propositæ* Quæstionis. *num.* 215.

Si Fideicommissum, *de quo hîc Qr.* validè conditum *esset, tunc ab ejus conditoribus pronatæ* Filiæ omnes *perpetuò, etiam* non factâ *Successionis* Renunciatione, exclusæ *mansissent. num.* 216.

Filia, *nec per* Familiæ Statutum, *aut* Pactum, *nec per* propriam Renunciationem exclusa, *à Jure Communi, ad* æqualem cum Fratribus successionem *vocatur. num.* 217.

Ad Consuetudinis, *quòd Filiæ nobiles* pro ipso jure renunciatis *haberi debeant,* probationem *non sufficit, doceri, quòd* plures ejusdem Familiæ Filiæ ultrò & sponte renunciaverint. *num.* 218.

Actus merè voluntarii, *& à libero cujusvis arbitrio pendentes, ad* introductionem Consuetudinis *haud sufficiunt. num.* 219.

Renunciationes *illustrium Filiarum, regulariter,* non præcisæ sunt necessitatis; *sed à libero illarum arbitrio pendent. num.* 221.

Idq; tùm ratione ipsius Objecti, *an soli Paternæ, vel an etiam Maternæ, itemq; Fraternæ Successionibus? tùm etiam* Subjecti, *in quorum gratiam & utilitatem, an omnium Agnatorum, an verò tantùm suorum Fratrum, & an omnium, vel quorundam, vel unius tantùm? tùm & maximè ratione futuri* Casûs, *in Quem sibi Regressum ad renunciatas Successiones salvum & reservatum velint? num.* 221.

Tale Statutum, *vel* Consuetudo, *quòd* Filiæ illustres pro ipso jure renunciatis haberi debeant, *demonstrari non potest. num.* 222.

Adferuntur gravissima testimonia, *de hoc,* Christophori Besoldi, Kellenbenzii, Meichsneri, *pluriumq; Aliorum. num.* 223. *& seqq.*

Tale

Consilium Quadragesimum Secundum.

Tale Statutum, *vel* Consuetudo *benè* condi, *vel* introduci posse. *Probatur* exemplo Comitum de Bitsel, & Dominorum de Rapolstein. *n.* 226.

Adducitur consimilis Austriæ Consuetudo. *num.* 227.

Pro non-existentia talis Statuti, *vel Consuetudinis universalis allegatur novissimum* Imperialis Aulici Judicii Præjudicium. *num.* 229.

Ad probationem hujusmodi Consuetudinis quæ requirantur? *n.* 230.

Talem Consuetudinem in Franconia & circumjacentibus Locis *vigere, autor est Everhardus. num.* 231.

Rationibus Everhardi respondetur *ex Besoldi Thesauro practico. num.* 233. *& seqq.*

Frequens Renunciationum Usus *prætensam hujusmodi* Consuetudinem generalem *magis* destruit, *quàm stabilit. num.* 238.

Ad contrariæ Veritatis probationem collaudatur Ordinatio Dicasterialis Würtembergica. *num.* 239.

Ab Everhardo assertam Franconiæ Consuetudinem *graviter* reprobat Mynsingerus. *num.* 240.

Adductis quamplurimis notoriis Casibus, *quibus* Filiæ *nobiles, unà cum suis Fratribus*, ad æqualem successionem *fuére admissæ., num.* 244.

Applicantur *hæc omnia* Casui proposito. *num.* 245.

Talis Renunciatio est libera Filiæ, in Fratrum, vel Agnatorum beneficium facta, renunciatio. *num.* 246.

Filiæ consensu deficiente *nulla renunciatio validè fieri potest. num.* 247.

Resolutio Tertiæ Quæstionis. *num.* 248.

Filia, ex æquo, cum Fratre *succedens, ex* omnibus Patris allodialibus *rectè petit* Semissem, & Dotem *ab illo acceptam Fratri* confert. *num.* 250.

Quanta Dos Filiæ, *in casu proposito, ex paterna substantia*, si Pactum Fideicommissi inductivum pro valido habendum foret, *exolvi debeat? n.* 252. *& seqq.*

De Suevicæ Nobilitatis Statuto, *Fœminarum, quoad Stemma Masculinum duraverit, totaliter exclusivo*, Anno 1653. concepto, *quid quoad* illarum Dotationem *supremum Imperiale Aulicum Tribunal senserit? num.* 255.

Quatta Quæstio de Nominibus, Vino, Frugibus, Pecudibus, aliisque similibus Allodialibus, quousque Filia in illis succedat? *num.* 257. *& seqq.*

Utrum Filiæ ad hoc, ut in specie etiam Maternæ Successioni *renuncient*, invitæ compelli *queant? num.* 262.

Hoc etiam ab illis, qui Hodiè Filias illustres & nobiles ad renunciandum obstrictas adstruunt, tùm demùm asseritur, si Mater *talis Filiæ* etiam suæ Successionis renunciationem ei, per Testamentum, vel aliter, injunxerit. *num.* 262. *& seqq.*

Utrum Filia, ad Maternam Successionem admissa, *acceptam* Dotem, *pro* dimidia, *vel* totam, *vel* nihil, *hoc nomine, in hanc hæreditatem* conferre *teneatur? num.* 265.

An Pater *etiam* Filiam locupletem dotare *teneatur? num.* 267.

Affirmativam *magno numero DDres propugnant, sic, ut illam* communem *appellet Carpzovius. num.* 268. *& seq.*

Negativam *plures alii longè rectiùs propugnant, ex* Rationibus *adductis. num.* 271. *& seq.*

Si Pater nominatim de bonis maternis *congruam Dotem suæ Filiæ constituat, ipse* nihil de suo *ei dare tenetur. num.* 273.

Quando Pater suæ Filiæ, Materna, vel alia bona habenti, *generaliter & simpliciter* Dotem constituit, *tunc illam* de suis, *& non de Filiæ propriis bonis constituere intelligitur. num.* 274.

Hanc

Hanc præsumptionem nonnulli DDres pro præsumptione juris & de jure *habendam contendunt. num.* 274.

Si Pater expressè de paternis & maternis bonis *Dotem constituat*, *tunc* Copulativa disjunctivè *accipitur*, *acsi* Dos principaliter de solis paternis, *& demùm* in subsidium, *si hæc non sufficiant*, ex Filiæ Maternis *constituta fuisset. num.* 278.

Laudatur de hoc Judicatum Camerale. *num.* 279.

Applicantur *hæc jura* Casui proposito. *num.* 280.

Sistitur brevis resolutio Quintæ Quæstionis. *num.* 281.

Et Sextæ. *num.* 283. *cum seqq.*

Adspergunturnonnulla de Dotis reali, & quasi reali Collatione. *n.* 285.

Quæstio Septima, *&* Octava. *num.* 289. *& seqq.*

In Casu proposito dimidia Pars Maternæ Dotis *debetur* Filiæ. *num.* 291.

Demonstratur hæc decisio ex Pactis dotalibus *Dominæ Matris. num.* 292.

In Pactis dotalibus, *in modum* Contractûs, *vel* supremæ Voluntatis *ordinatis*, nostris Moribus, *etiam* Hæreditas *deferri potest. num.* 294.

Sive de ipsorummet paciscentium Conjugum successione *caveatur, quomodò scilicet* Ipsi sibi invicem succedere *debeant. num.* 295.

Sive de paciscentis Patris *aut* Matris Successione *provisio fiat. n.* 297.

Hujusmodi Pacta, *licet* Jure Romano *sint* reprobata; *tamen* Hodiè, *etiam* irrevocabiliter, *valent. num.* 298. *& seq.*

Actum aliquem gerentes, personam illius, cujus Bona administrant, concernentem, *id, quod promittunt, expendunt vel solvunt*, ex illius patrimonio *omnia facere censentur. num.* 301.

Hæc Regula in Patre, legitimo Maternorum administratore, Filiæ Dotem promittente, *nullum locum sortitur. num.* 302.

Etiam in Patre, adventitia *sui Filii administrante. si* pro illo quid solvat, *non donandi; sed* credendi & repetendi animus *præsumitur. num.* 303.

Verùm aliud in Dotis promissione, *singulari* favore Dotium, *obtinet. num.* 304.

Licet Pater, Dotem Filiæ simpliciter *constituens*, ex postfacto protestetur, *quòd eandem* de Filiæ Maternis *constituerit*, & hanc protestationem ejus Gener agnoscat; *nihilominùs dispositio* Legis ult. Cod. de dot. promiss. *locum sortitur. num.* 305.

Exhibetur resolutio Nonæ Quæstionis. *num.* 306.

Prædium *à Patre, ad dotandum obstricto*, simpliciter traditum, *potiùs*, ex Dotis, *quàm* donationis simplicis causa, *traditum præsumitur. num.* 309.

Simplex traditio, *etiam* à Patre *Filio facta, potiùs* solius custodiæ causâ *quàm animo* donandi, *intelligitur facta. num.* 310.

Pater *ad Filiam* dotandam *obstrictus*, *etiam Filiæ quid* legans, *hoc ipsum legatum* animo compensandi *reliquisse præsumitur. num.* 311.

Sequitur ultima Quæstio *de* Usuris dotalibus. *num* 312. *& seqq.*

Ratione paternæ, *itemq;* maternæ Hæreditatis, *quoadusque Pater vixit, nulla Usura prætendi possunt. num.* 313. *& seq.*

Verum Filia, pro Dote *sibi præstanda*, Usuras *demùm ex eo tempore*, *ex quo aliqua* Dotis promissio *ei facta*, *vel planè demùm*, *ex quo* Terminus promissæ Dotis numerationi præstitutus elapsus *est*, *an verò confestim* ex tempore matrimonii à Filia contracti, *prætendere valeat? plenissimè exequitur* Johann-Petrus Fontanella, *in loco relato. num.* 319.

Diversum *quoadhæc sentire videtur* Martinus Colerus. *num.* 320.

Quando Dos non est liquida, *neque certum*, quid & quantum, *loco Dotis, debeatur?* interesse non priùs, quàm demùm à tempore Liquidationis, *prætendi valere, decidit supremus Cathaloniæ Senatus. num.* 321.

CONSILIUM QUADRAGESIMUM TERTIUM.

DE Fideicommisso testamentario, *per subsecutam* Transactionem, in pactitium *seu conventionale* converso.

Præmittitur Facti Species. *num. 1. usque ad num. 8.*

Exhibentur Quæstiones *hic enucleandæ. num. 8. & seqq.*

Prima Quæstio: *Utrum in casu, quo* Summa quinquaginta millium florenorum duabus Sororibus legata *fuit*, improlis Sororis dimidia Pars nexu Fideicommissi, alterius Sororis liberis præstandi, *devincta censenda sit? num. 13.*

Supposito hoc, quòd Dimidia improli *Sorori relicta* nexu Fideicommissi, *in ordine* ad solam multiprolem Sororem, *affecta sit, multiprolis* hæc Soror liberrimam de illo disponendi licentiam *habet. num. 15.*

Nec Nepotes, *ab hac multiproli Sorore*, in sola *quantumvis* Legitimâ instituti, *contra tale Testamentum* ullum *habent* Remedium. *num. 16.*

De bonis ab onere Restitutionis *alii faciendæ* immunibus *quilibet pro suo arbitratu disponit. num. 17.*

Supposito verò hoc, quòd Dimidia improli Sorori relicta, nexu Fideicommissi, *etiam in ordine ad* multiprolis Sororis Liberos *devincta sit, multiprolis hæc Soror suis* Nepotibus relictam Legitimam in bonis ad hoc Fideicommissum spectantibus assignare *non potest. num. 18.*

Pater Liberis suis, *ad præstandum* Legatum, *vel* Fideicommissum, *ex suprema alterius voluntate* obstrictus, *ipsis, seu* Creditoribus, *hujusmodi relictum*, tanquàm æs alienum, *exolvere cogitur. num. 19.*

Etiam Filia renunciatrix *tale* Fideicommissum ex Testamento alterius sibi debitum, *à Patre* Hærede, non obstante juratâ suâ renunciatione, *validissimè exigit. num. 21.*

In Legitimam Liberorum *nec ipsorum* castrensia, *vel* quasi *castrensia*, nec adventitia, *sed* profectitia, *seu* irregularia, *Bona imputari possunt. num. 22.*

Legitima *ex* propria Patris substantia *præstari debet. num. 23.*

Mater, Fideicommisso *suis Liberis præstando* onerata, *illud neque* supprimere, *neque Liberis* in illo Legitimam *assignare potest. num. 24.*

Sollicitè disquiritur: An in casu proposito Fideicommissum, improlis Sororis Dimidiæ injunctum, *in favorem non saltem* multiprolis Sororis; *sed &* hujus Liberorum, *vel ex littera ipsius* Testamenti Fraterni, *vel ex* Testium *de illo sub jurejurando examinatorum* Depositionibus, *vel demùm ex desuper inter ambas Sorores inita* Transactione *evinci possit? num. 26.*

Testamenti fraterni formalia *hæc sunt*: Meiner Frauen Schwester von Murcia Theil solle nach ihrem Tod / auf die andere Schwester / Gräfin von Adlerstein / wo Die ohne Erben ab intestato solte abgehen / zufallen. *num. 29.*

Hæc verba haud dubiè Fideicommissum Sorori Comitissæ von Adlerstein, *in casum mortis alterius Sororis præstandum, important. num. 30.*

Utrum hæc verba: Wa die ohne Erben ab intestato solte abgehen / *ad* Sororem *Comitissam, hoc Fideicommisso à Fratre* honoratam, *an verò ad alteram hoc Fideicommisso à illo* oneratam Sororem *respiciant? num. 31.*

Si dictio, Die / *in pronomen*, Sie / *mutetur, sensus hic erit*: Deß der Frau Schwester von Murcia Theil / nach ihrem Tod / auf die andere Schwester / wa Sie (Frau von *Murcia*) ohne Erben ab intestato abgehen würde / zufallen solle. *num. 32.*

Non potest Testatori in mentem venisse videri, quòd Soror improlis, in hoc statu decedens, *Dimidium Legati ei relicti suæ alteri* Sorori, *in hunc demùm casum*, si etiam ipsa improlis decesserit, *restituere debeat. num. 34.*

Nulla ratio subest credendi, quòd Dn. Testator suam Sororem, *jam* tempore Testamenti, aliquot Liberos habentem, *isto Fideicommisso in illum demùm* infaustum

faustum *Casum*, si ipsam sine Liberis mori contigerit, *honorare voluerit. num. 35.*

Non credibile est, quòd Frater *testator* multiprolem Sororem, in gratiam aliorum Hæredum ab intestato, *isto Fideicommisso honorare voluerit. num. 37.*

Quælibet dictio seu elocutio ad proximè præcedentia restringi *debet. num. 39.*

Ad evitandam Absurditatem, *vel ad* claram, *aut* præsumptam Testatoris voluntatem in tuto locandam, *ab ista Regula sæpè receditur. num. 40.*

Improlis Soror, in casum suæ mortis, soli Sorori *præstando Fideicommisso, & non etiam* hæc Soror *ulteriùs* suis propriis Liberis exolvendô novô Fideicommisso *onerata videtur. num. 42. & sqq.*

Liberorum Sororis, *isto Fideicommisso à Fratre honoratæ*, nulla ab ipso expressa fit mentio. *num. 44.*

Illi soli ad Fideicommissum vocati *censentur*, qui in litera supremæ Defuncti Voluntatis possunt legi; *non etiam illi, qui* ex remotiore saltem illatione *possunt* intelligi. *num. 45.*

Propter Fideicommissum ab altero conventus semper potest excipere, verba Fideicommissi non complecti hunc casum, *quem ille prætendit*, donec hic illud probet. *num. 46.*

Possessor semper objicere potest, quòd substitutio fideicommissaria non loquatur de Actore: *Et quòd* hic Casus in substitutione non comprehendatur. *num. 47.*

Verba Fideicommissum inducentia *debent esse* clarissima & necessariò id importantia. *num. 48.*

Ità, ut Dispositio, *ex qua illud prætenditur*, nullo alio modo salvari valeat. *num. 49.*

Quando verba Testatoris, *vel alterius Conditoris Fideicommissi*, absque Fideicommissorum Multiplicatione, *sive novi & diversi Fideicommissi inductione*, effectum sortiri *possunt, tunc illa constanter ità interpretanda*, ut nunquàm per illa novum Fideicommissum inductum censendum sit. *num. 51.*

Qui se fundat in Fideicommisso, *id* concludenter probare *tenetur. num. 52.*

Hæc probatio *tàm in* Jure, *quàm* in Facto indubia *& certissima esse debet. num. 53.*

Qui Fideicommissi extensionem, *ultra* expressa ejus verba, *prætendit, illam* sufficienter probare *tenetur. num. 54.*

Probatio dubia, *quæ Fideicommissum* importare potest, vel non, *ad legitimam illius demonstrationem* nihil operatur. *num. 55.*

In inducendo *Fideicommisso nihil valent* hominis imaginationes, *cum* prudenti *quantumvis* consideratione conjunctæ. *num. 57.*

Solæ Præsumptiones, *quas dicimus*, Hominis, & Verisimilitudines ad pronunciandum pro Fideicommisso *Judicis animum movere non debent. num. 57.*

Cum in præsenti Fideicommisso tùm ipsamet Soror eodem honorata, *tùm etiam* Testes super Fratris Testamento examinati, *(licet variè) dixerint, quòd Conditor illius* ad Sororis hujus Liberos respectum habuerit, *videtur ipsius Dispositio ità exaudienda, quòd, si quidem* Soror *eodem honorata* sine Liberis decesserit, plenum ejus Dominium *ad Ipsam spectare; si verò* cum Liberis, *tunc* ipsis totum hoc Fideicommissum restitui *debeat. num. 58. & sqq.*

Testamenta uno contextu sunt ordinanda. *num. 64.*

Testator Voluntatem *vel jamjam* declaratam, *vel adhuc coram testibus solenniter* declarandam ipse interpretari *potest. num. 65.*

Ubi Testator seipsum glossat, *non oportet recurrere ad* glossam Legis. *num. 65. & seqq.*

Testator *suæ V. Voluntatis capitula* ipse interpretari *potest etiam* extra Testamentum, *ità nempe, ut ex verbis, extra Testamentum ab illo prolatis*, genuina illius Intentio *probetur. num. 67.*

Consilium Quadragesimum Tertium.

Ex verbis *à Testatore etiam* ante Testamenti ordinationem prolatis *nonnihil obscuriùs ab illo dispositæ etiam declarari possunt. num. 68.*

Itemque ex verbis, post conditum Testamentum, *ab illo prolatis. num. 69.*

Licet talis Declaratio post longi temporis intervallum *sequatur. num. 70.*

Utrum ex Testium testamentariorum juratis depositionibus *ulterius &* novum Fideicomissum à sorore honoratâ ejus Liberis præstandum extundi valeat? *num. 71.*

In solennibus Testamentis *tantùm* septenarius, *& in* Codicillis *non nisi* quinarius Testium numerus *legitimus dicitur. num. 73.*

Stilli, quorum interest, *etiam* nulliter conditam *& informem* Voluntatem pro perfecto & valido Testamento agnoscant, *tunc illius invaliditas incassum objicitur. num. 76.*

Recensentur specificè quatuor Testium, *qui propositi Testamenti ordinationi interfuére*, jurata Testimonia. *num. 77. & seqq.*

Utrum alternativa *hæc Institutio*: Meum Fratrem (*vel Meam Sororem*) aut ejus Liberos *hæredes instituo, pro* fideicommissaria *haberi debeat, sic, ut Frater, vel soror talem* Hæreditatem, *in casum suæ mortis*, suis Liberis jure Fideicommissi restituere teneantur; *vel an illa directam*, *nimirum* vulgarem *Substitutionem operentur*, *sic*, *ut* Fratre *vel Sorore hæreditatem* adeunte, Liberorum substitutio *prorsùs* expiret? *num. 84.*

Adfertur sententia Philippi Decii, *ejusdemque assectarum*, *pro* fideicommissaria *substitutione respondentium. num. 85. & sqq.*

Quando Testator plures personas, inter quas, *sine aliqua* necessitate illas instituendi, *vel substituendi*, solus Ordo charitatis *sive Affectionis locum sortitur*, per alternativam *vocat*, *v. gr. dicendo*: *Instituo* Titium, *meum Fratrem*, *Agnatum*, *aut prorsùs Extraneum*, vel ejus Filios, *tunc* Titius *primò, &* deindè ejus Filii, ordine successivo, *& quidem jure* universalis Fideicommissi, *à multis DDbus vocati censentur. num. 88.*

Laudantur istius sententiæ patroni. *num. 90.*

Verschaffen / vergeben / *idem est*, *quod* legare. *num. 91.*

Ab alternativâ *tali* Institutione Fratris, aut Liberorum ejus, *an ad* Legatum *hoc modo relictum concludere liceat? num. 91.*

Substitutio *etiam in* Legatis, *&* Donationibus *tàm* inter vivos, *quàm* mortis causa, *locum sortitur. num. 93.*

In Legatis *tàm* vulgarem, *quàm* fideicommissariam Substitutionem *fieri posse adstruit Fusarius. num. 94.*

Talis *verò* Substitutio *non est* vera & propriè ità dicta *substitutio. num. 96.*

An in casu substràto ex eo, *quòd* Filia Sororis *ad Fideicommissum vocatæ*, hac adhuc vivâ, fato concesserit, *illud* eatenùs intercidisse *intelligi debeat? num. 97.*

Per mortem Personæ legato aut fideicommisso honoratæ, ante obitum Personæ oneratæ contingentem, Fideicommissum *illi relictum* simùl intercidit. *num. 98.*

Fideicommissum, *de quo hic quæritur*, *ex eo*, *quòd* Filia ante Matrem *eôdem oneratam* decessit, *pro* rata *hujus Filiæ*, *ideò*, *non intercidit*, *quia* Mater *id non Filiis & Filiabus*; *sed* Liberis suis restituere *jussa est. num. 99.*

Germanici nominis, **Kinder** *significatus* non semper tàm latè *à multis DDbus patere creditur*, *ac nominis Latini*, Liberorum. *num. 101.*

Vocabulum, **Kinder** / *regulariter*, solos Filios & Filias *complectitur*, *ex sententia* Zasii. *num. 102.*

Complures Germaniæ JCti, *contra* Zasium, *adstruunt*, *quòd Germanicum nomen*, **Kinder** / tantundem significet, *quantum* nomen Liberorum. *num. 103.*

Adduntur specificæ illorum sententiæ. *num. 104. & sqq.*

Vocabuli, **Erben** / significatus *latissimè patet. num. 108.*

In fideicommissariis substitutionibus *sub* nomine Filiorum & Filiarum, *etiam* Nepotes & Neptes *toties comprehenduntur*, *quoties* eadem Ratio in Nepotibus obtinet, *quæ viget in Filiis*, æqualis *videlicet* Dilectionis. *num. 109.*

Etiam

Consilium Quadragesimum Tertium.

Etiam fideicommissariæ Substitutiones secundum charitatem *& affectionem, quam quivis Testator, seu* majorem, *seu* æqualem, *erga tales* personas arctissimo cognationis nexu sibi devinctas *habuisse intelligitur*, debent intelligi. *num. 110.*

Æqualis affectio *erga* Patruum *&* Nepotem *non patitur* Nepotem per Patruum excludi. *num. 111.*

Paritas affectionis *ex eo colligitur*, *si* omnes sub nomine collectivo Filiorum *vocentur. d. num. 111.*

Æqualis erga omnes Testatoris affectio *etiam hoc operatur*, *ut* in Successione pariter omnium æqualis conditio *sit. num. 112.*

Ille, qui aliquid in articulis probatorialibus, *vel* defensionalibus proponit, *ità* articulata non protinùs, ut vera, confiteri *intelligitur. num. 116.*

Mater Liberorum, *de quibus hîc Qr. per omnem suam vitam* hoc assertum propugnavit, *quòd* Fideicommissum Q. ipsorum favore & contemplatione, *à Fratre ipsius* sit ordinatum. *num. 117.*

Liberi & Hæredes contra sui Autoris, *vel auctricis* confessionem *venire non possunt. num. 118.*

Utrum Fideicommissum, *in Fratris* Testamento non satis apertè *& clarè relictum, per* Transactionem inter duas illius Sorores *secutam, &* quousque per illam sit statuminatum? *num. 119.*

Verba Transactionis *hujus ità loquuntur*: Daß die der Frau Schwester von Murcia verschaffte 25000. fl. nach ihrem ableiben / **auf die Frau Gräfin von Adlerstein / und ihre Erben / ruckhfällig seyn sollen /** allso / daß / wann auch gleich die **Frau Gräfin vor ihrer Frau Schwester** mit Tod abgehen würde; jedoch nichts desto weniger besagte Summa **ihren Kindern / Grafen und Gräfinnen von Adlerstein** zugehen solle. *num. 120. & sq.*

Ex his verbis evincitur, quòd non solùm Soror *à sua sorore; verùm etiam illius Sororis* Liberi *ad hoc Fideicommissum, si non* per Testamentum *B. Fratris; tamen per hanc secutam* Transactionem, *revera* vocati *sint. num. 122. & sq.*

Etiam per Pacta, Contractus, *& alias* Conventiones, Fideicommissa, *quantumvis* improprie, *constitui possunt. num. 124.*

Et propterea etiam per Transactionem. *num. 126.*

Per hanc *etiam* perpetuum *&* successivum, à Linea ad lineam devolutivum, Fideicommissum constitui *potest. num. 129.*

Adferuntur tales Casus *de Fideicommisso* per Transactionem *inducti. num. 130. & seqq.*

Applicatur *hæc doctrina* Casui proposito. *num. 132.*

Evolvitur sententia dictæ Transactionis: *Utrum Domina de Murcia illustrissimam suam Dn.* Sororem *Comitissam*, hujusque Liberos, una & simùl, *an verò duntaxat* ordine successivô, *ad conventionale hoc Fideicommissum* vocare voluerit? *num. 134. & sqq.*

Domina Soror de Murcia, in ordinatione hujus Fideicommissi, sub nomine **der Erben /** *non quosvis Hæredes; sed* solos Hæredes ex corpore suæ Sororis natos, ihrer Schwester Leibs-Erben / *designâsse intelligitur. num. 138.*

Demonstratur hoc ex verbis: Daß die 25000. Gulden der Frau Gräfin hinterlassenen NB. **Kindern / Grafen und Gräfinnen von Adlerstein** zugehen sollen. *num. 139.*

Si sub nomine, **ihre Erben /** *illustriss. Dominæ Comitissæ tùm temporis* adhuc futuri Hæredes *intelligi deberent, tunc* Summa huic Fideicommisso subjecta *primò* soli Comitissæ, *& demùm ipsâ mortuâ* ejus Liberis deferretur. *num. 141.*

Quando Testator substituit Fratrem & ejus Hæredes, *tunc* hi ordine successivô, *nempè* mortuô demùm Fratre, vocati *censentur. num. 142.*

Vivens non habet Hæredes. *num. 143.*

Nomen, Hæredum, *est* collectivum, *& complectitur etiam* Hæredum hæredes. *num. 144.*

Consilium Quadragesimum Tertium.

Si sub nomine, der Frau Gräfin von Adlerstein **Erben** / *soli Hæredes ex corpore Ipsius pronati intelligi debent*, ihre Kinder und **Leibs-Erben** / *tunc* inter hos Liberos & Matrem ipsorum simultanea Successio *locum sortitur. num. 146. & seq.*

Quando Testator instituit Fratrem & ejus Filios, *tunc Bartolus & alii non simultaneæ; sed tantùm* successivæ successioni *locum assignant. num. 148.*

Adstruitur simultanea Liberorum unà cum Matre Successio. *num. 150.*

Idque sive quæratur de testamentario, *sive* pactitio Fideicommisso. *num. 150.*

Tale Fideicommissum in duos Semisses, *quorum* alterum *aufert* Mater, *&* alterum ejus Liberi, *distribui debet. num. 151.*

Quando plures Personæ, inter quas *quidem* Ordo charitatis *& affectionis; sed* non etiam Necessitas illas instituendi *locum obtinet, ad Hæreditatem, Legatum, vel Fideicommissum vocantur, tunc ipsi* simùl, *&* non ordine successorio, vocati *censendi. num. 152.*

Demonstratur hæc decisio ex Capit. Raynutius. x. de testam. *num. 154.*

Per Copulam, Et, conjuncti *pro partibus virilibus &* æqualiter vocati *intelliguntur. num. 156.*

Inter Fratrem, *vel* Sororem, *&* ejus Filios sola Affectionis *& Charitatis ratio obtinet*; nulla *verò* Necessitas illos instituendi, *vel* substituendi. *num. 157.*

Cessante institutionis, *vel substitutionis* Necessitate, solus Ordo charitatis *nativam* indolem copulativæ *Substitutionis haudquaquàm* alterat. *num. 157.*

In tali ergò casu Frater unam Dimidiam, *& ejus* Filii omnes simùl scripti alteram Hæreditatis Dimidiam *habent. num. 158. & seqq.*

Idem juris est, si Frater, & ejus Liberi Legato, *vel* Fideicommisso *honorentur. num. 161.*

Si Testator ità dicat: Meus Frater, *vel Soror*, & ejus Liberi æquè *hæredes sunto, tunc Hæreditas dividitur* in partes viriles. *num. 162.*

Secùs est, si particula Æquè non fuerit adjecta. *ibid.*

Quoties Testator plures scribit hæredes, unum simpliciter, *vel* proprio nomine; *alios verò* collectivè, *seu sub* collectione plurium personarum, *tunc* Primus solus totum Semissem, *&* cæterì omnes alterum *habent. num. 164.*

Idem *obtinet etiam in* Fideicommisso conventionali. *num. 165.*

In utroque Rationis identitas *militat. num. 166.*

A testamentario fideicommisso ad conventionale, *regulariter, validum formatur argumentum. num. 167.*

Quando Persona fideicommisso honorata, pendente adhuc illius conditione, decedit, *illud penitùs* corruit. *num. 168.*

Diversum *obtinet in Fideicommissis* conventionalibus, *ceu in quibus locum habet* Jus Transmissionis. *num. 170.*

Spes, debitum iri, *in omni* Conventione, *& dehinc etiam in* conventionali Fideicommisso, in hæredes transit. *num. 171.*

Spes ista, ex pacto *vel conventione* debitum iri, ex causa onerosa & lucrativa cessibilis *est. num. 173.*

Quoad Cessibilitatem *inter Fideicommissum* conventionale *&* testamentarium nulla est differentia. *num. 174.*

Benè verò quoad Jus Transmissionis in hæredes. *num. 175.*

Ex tempore Pacti initi *statim alter paciscentium* creditor *fit. num. 175.*

Adferuntur nonnulli, mododictam differentiam *inter Fideicommissum conventionale & testamentarium* non agnoscentes. *num. 176.*

Utrum illa tantùm in tali casu, si quis sua bona per modum contractûs in alterum transferat, *locum obtineat? num. 177.*

Communior DDrum Schola *dictam* differentiam *ratione* Transmissionis, *ex longè fortioribus rationibus, sequitur. num. 178.*

Comprobatur hæc pluribus Tribunalium Judicatis. *num. 180. & seq.*

Idem etiam in improprio Fideicommisso, quod Filia nobilis renunciatrix, *in bonis à se renunciatis*, expressâ *vel* tacitâ conventione, *in* suum plus favorem constituit, *locum sibi vindicat. num. 182.*

Et non saltem hæc obtinent in Fideicommissis per bilateralem contractum *constitutis; verùm etiam in illis, quæ per* qualemcunque donationem *inducta. num.* 183.

Personâ pactitio *fideicommisso* honoratâ, *vel* pendente *adhuc ejus* Conditione, *vel* antè personam oneratam defunctâ, *tamen ejus* Hæredes *illud optimo jure* exigere *possunt. num.* 185.

Idem juris est, si Persona, quæ per pactum, vel contractum, tale Fideicommissum suis bonis imposuit, *demùm* post mortem ejus, *in* cujus gratiam *illud fuit impositum*, fato concedat. *num.* 186.

Applicatur *hæc doctrina* Casui proposito. *num.* 187.

Excutitur nova Ratio dubitandi: Utrum pactitium, de quo hîc. Q. Fideicommissum, propter defectum ejus Acceptationis, *non* invalidetur? *num.* 188.

In Fideicommissis conventionalibus utriusque *Contrahentis, Paciscentis, vel Transigentis* consensus *requiritur. num.* 190.

Ad Fideicommissi talis, præsertim per donationem *constituti*, acceptationem *sola etiam* Præsentia *alterius Partis, vel* ab alio, ejus nomine, facta Acceptatio *sufficere creditur. num.* 191.

Nemo alteri ex suo contractu, *vel pacto*, nostris *etiam* moribus, *obligationem &* actionem acquirere *potest. num.* 192.

Etiam Mater suis Liberis. *num.* 193.

Quilibet etiam Extraneus futuris suis Hæredibus paciscì, *& exindè actionem acquirere potest. num.* 194.

Suis Erbell *sunt etiam proprissimè &* strictissimè ità dicti Hæredes. *num.* 197.

Si illis, qui tantùm Hæredes *nostri erunt*, pacisci *possumus, quanto magis ergò illis, qui &* Liberi, & simùl Hæredes nostri *sunt? num.* 199.

In Fideicommisso conventionali, *ad quod plures vocati, etiam* unius solius Acceptatio, *tùm* ipsiusmet *proprio, tùm etiam* Absentium nomine facta, *sufficiens habetur. num.* 200.

Dummodò Ratificatio illorum Absentium *ex post facto accedat. num.* 201.

Etiam Hæredes talis absentis Fideicommissarii *talem Acceptationem ab uno factam adhuc* ratificare *queunt. num.* 202.

Imò etiam tacita Absentium Ratificatio, *ex sola ipsorum* scientia & silentio *inducta, sufficere creditur. num.* 203.

Et hæc ipsa Scientia *ex* Cohabitatione *&* arctissimo vinculo Cognationis, *inter* Matrem *&* Liberos de pane ipsius adhuc viventes, *justissimè præsumitur. num.* 204.

Demonstratur ex pluribus hîc obviis Circumstantiis, quòd Transactio *inter illustrissimam Dn. Comitissam, ipsiusque Sororem, de hoc Fideicommisso finaliter inita*, in ordine ad Liberos *Dominæ Comitissæ, magis* vera Donatio, *quam Transactio sit. num.* 207. *& sqq.*

Ostenduntur utriusque diversi Effectus. *num.* 211. *& sqq.*

Fideicommissa per Donationem inducta *etiam* absentia sola *ex pluribus personis ad illud vocatis* acceptari possunt. *num.* 214.

Adducuntur hanc in rem plures res judicatæ. *num.* 215. *& seqq.*

Hodiè *quamplurium DDres contendunt, quòd* quilibet alteri ex suo pacto obligationem & actionem acquirere *valeat. num.* 218.

In jure Tertii *nemo quisquam*, agendo, *vel* excipiendo, *fundare se potest. num.* 220. *& sqq.*

Definitur, quantam Summam *B. Dominæ Comitissæ* Nepos & Neptis *ex hoc Fideicommisso* prætendere *valeant? num.* 223. *& sqq.*

Suppeditantur Consilia, *quid, propter* variantes DDrum sententias, *&* ex quibus fundamentis, *prætendi debeat. num.* 225. *& seqq.*

Demonstratur, quousque illud testamentarium, *quod Dn. Frater ab initio*

constituit

constituit, Fideicommissum, *per duarum Sororum* Transactionem, *sit* immutatum? *num. 230. & seq.*

Per Transactionem *cum illis*, *quæ priùs* inter vivos conventa, *vel* mortis causa disposita *fuere*, haud compatibilem, *inducitur* Novatio. *num. 236.*

Licet Animus novandi expressis verbis *non fuerit declaratus. num. 237.*

Nemo hîc dubitare *potest*, *quòd Sorores transigentes* à jure eousque inter ipsas controverso *& dubio* recedere, *& simùl disponere voluerint*, *quòd imposterum illorum*, quæ aliter & noviter inter ipsas conventa, solitariè ratio haberi debeat. *num. 238.*

Ad inducendam, *in talibus terminis*, Novationem *sufficere dicitur*, *ut* contrarium, ne videlicet Novatio fieret, *inter Partes transigentes* non fuerit actum. *num. 239.*

Applicatur *hæc doctrina* Fideicommisso quæstionis. *num. 240.*

Hoc Fideicommissum, *respectu* Liberorum *Dominæ Comitissæ*, ut testamentarium *nullo modo*; *benè tamen* ut pactitium subsistere potest, *ut dehinc* omnia Jura conventionalis Fideicommissi *hîc quoque obtineant. num. 241.*

Refertur Dn. Strykii sententia, *quòd* Transactio *non aliter* novationem *inducat*, *quàm si* Animus novandi declaretur expressè. *num. 242.*

Demonstratur, nec hoc in substrato obesse. *num. 243.*

Ubi primordiali obligationi, *ex contractu descendenti*, *per Transactionem* aliquid adjicitur, *&* Animus novandi *non specificè declaratur*, Creditor ex utrâque obligatione agere valet, *ità nempe*, *ut*, quod in una deest, ex altera supplcatur. *num. 244.*

Egregiè hæc explicat B. Brunnemannus. num. 245.

Exhibetur Resolutio tertiæ quæstionis. *num. 246.*

Utrum Pœna testamentaria *in Casu proposito locum sortiri queat? num. 247. & seqq.*

Qui Testatoris supremam Voluntatem sine causa impugnant, *huic pœnæ se obnoxios reddunt. num. 249.*

Modò id dolo malo, *vel ad minimum* culpa lata *fiat. num. 250.*

Qui ad privationem commodorum *in suprema Voluntate relictorum* agere *vult*, *ad minimum* Culpam testamentum impugnantis prorsùs inexcusabilem probare *tenetur. num. 251.*

Natura pœnarum *tùm* legitimarum, *tùm* conventionalium, *tùm denique* Testamento impositarum, *hæc perpetua est*, *ut* de Dolo vel Culpa priùs liquidò constet, *quàm illa cuiquam adjudicetur. num. 252.*

Dolum allegans eundem liquidò demonstrare tenetur. *num. 253.*

Idemque de Culpa, *præcipuè* lata, *judicium ferendum. num. 254.*

Resolutio quartæ *& ultimæ* Quæstionis. *num. 257.*

An illustrissima Dn. Comitissa, *etiam* in sibi relicta Dimidia, suis Liberis præstando Fideicommisso gravata *fuerit? num. 258.*

Demonstratur, *quòd nec ex* Testamenti Fraterni *litera*, *nec ex* Testium juratis depositionibus, *nec ex* Sororia Transactione tale Fideicommissum extundi *valeat. num. 258. & sq.*

Quandocunque verba, *quibus usus est* Testator, *vel* alius conditor Fideicommissi, *absque* novi & ulterioris, *in* Casum, *à casu in litera Testamenti*, *vel Pacti expresso*, *omninò* diversum, *locum consecuturi*, *seu extendendi Fideicommissi*, suum effectum plenè consequi *possunt*, *tunc* nunquàm per illa novum, vel aliud Fideicommissum inductum censendum. *num. 262.*

Hæc doctrina imprimis in Fideicommissis pactitiis *obtinet*, *ceu* strictam, *regulariter*, interpretationem recipientibus. *num. 263.*

In his nulla Extensio à Casu ad Casum, *ut* in testamentariis *nonnunquàm admittitur*, *locum sortitur. num. 264.*

CON-

CONSILIUM QUADRAGESIMUM QUARTUM.

DE Donatione mortis causâ, per Testamentum subsequutum prætensivè revocata; *Et de* Probatione solenniter conditi, *præcipuè*, nuncupativi, Testamenti, *si* omnes *vel* aliqui Testes decesserint, *sollicita disquisitio.*

Præmittitur Facti Species *à num. 1. usque ad num. 33.*

Exhibentur Quæstiones *hîc enucleandæ. num. 34. & sqq.*

Disquiritur ante omnia: Utrum judiciarius, *in Causa præsenti ventilatus*, Processus, *tàm* secundæ, *quàm* primæ instantiæ, *pro* valido, *vel* nullo *haberi debeat? num. 40.*

Sententia in feriis vindemialibus lata *ipso jure nulla est. num. 45.*

Sententia *præcisè* in scriptis *proferenda, seu, ut LL. loquuntur, ex breviculo recitanda. num. 47.*

Tametsi Sententia oretenùs *publicata* in scripturam redigatur; *hoc tamen illius* Nullitatem non corrigit. *num. 48.*

Sententia in ipso Judicii loco, Judice pro tribunali sedente, præsentibus Partibus, ex Scriptura *prælegenda. num. 50.*

Si Sententia *tantùm* oretenùs *proferatur, & postmodò* Partibus scripta edatur, *ex hoc illa* insanabilem Nullitatem *incurrit. num. 51.*

Sententia Partibus ad eandem audiendam non legitimè citatis; *sed* absentibus *lata, nullitate laborat. num. 54.*

Contrarium *nec* Consuetudine *induci posse definit Müllerus. num. 55.*

Sententia inter omnes illos, qui in lite fuerunt, *proferri debet. num. 58.*

Refertur Stylus Curiæ *in inclytæ* Austriæ inferioris *Tribunalibus receptus. num. 61, & seqq.*

Stylus Curiæ, *&* Ordo Judicii *pro* Lege *servandus. num. 66.*

Illô non observatô *Sententia nulla est. num. 67.*

Modus procedendi Statuto præscriptus *sedulò observandus. num. 68.*

Quod Principi pro Ordine Processûs placuerit, *pro* ordine substantiali *habetur, &, non observatum, Processum annullat. num. 69.*

Statutum, *quòd Judex* cum consilio Sapientis causas debeat decidere, non observatum, *nullitatem totius Processûs causatur. num. 70.*

Sententia *super eo*, de quo nulla inter Partes lis fuit, *prolata, saltem* hactenùs illam nullam *reddit. num. 72.*

Si Defectus à primæ instantiæ Judice *commissi* ipsa Acta & Processum *coram illo ventilatum annullent, tunc* ex illius instantiæ Actis non potest nova Sententia ferri: *Secùs est, si ab illo commissæ Nullitates* tantùm ipsius Sententiam *respiciant. num. 74.*

Quando Causa nullitatis primæ instantiæ cessat, *illa benè à Judice* superiori confirmari *potest. num. 75.*

Nullitas, *quæ* solam Sententiam *concernit*, reliqua Acta judicii non reddit nulla, *& proindè* à Judice appellationis *benè potest* confirmari. *num. 76.*

Quando Judex superior *Sententiam à qua*, non attentis nullitatibus, ex certâ illarum scientia confirmat, *tunc nulla illarum porrò ratio habetur. num. 77.*

Modò illa Sententia, quoad merita causæ, *justitiæ &* LLbus consentanea *sit. num. 78.*

Sententia Partium petitioni & disceptationi non conformis *ipso jure nulla est. num. 81.*

Judex de illis solis, quæ coram illo à Partibus deducta, cognoscendi & judicandi *facultate potitur. num. 83.*

Judex definitivam *sententiam laturus* quænam in oculis habere *debeat? n. 84.*

Sententia, posthabitâ Quæstione præjudiciali *lata, utrum illam annullet? num. 85.*

Nimis præcipitanter lata Sententia *ex capite nullitatis benè potest impugnari. num. 87.*

Judex cavere debet, ne sub prætextu celerioris expeditionis, *causæ* discussio præcipitetur. *num. 89.*

Exhibetur Resolutio secundæ Quæstionis. *num. 92.*

Adducitur Forma & Requisita Testamenti solennis nuncupativi. *num. 93. & sqq.*

Applicantur *hæc omnia* Testamento quæstionis. *num. 96. & sqq.*

An ad Hæredis institutionem *sufficiant verba*: Omnia reliqua mea Bona meo ex Fratre Nepoti cessura sunt? *num. 96.*

Institutio hæredis quibusvis verbis *fieri potest, modò indè* Voluntas hæredem designandi *satis liqueſcat. num. 98.*

Recensentur dicta Testium *de substrata* Hæredis institutione. *n. 99. & sqq.*

Ad solennis Testamenti, *etiam* nuncupativi, *ordinationem* septenarius Testium Numerus *requiritur. num. 105.*

Adseruntur Rationes, *quare* tantus *à LLb.* Testium Numerus requiratur. *num. 106.*

Utrum ad Testamenti, adhibitis septem *testibus*, in scriptis *confecti* Probationem binarius *saltem* Testium Numerus *sufficiat? num. 107.*

Utrum idem obtineat in Testamento nuncupativo, *ità, ut illud quidem* præsentibus VII. testibus ordinari oporteat; *sed hôc modô ordinatum* per duos *duntaxat* Testes probari sufficiat? *num. 110. & sqq.*

Adducitur sententia Viglii, Cottæ, Mascardi, Brunnemanni, Mevii *de casu Testamenti* solenniter conditi; *sed* postea deperditi. *num. 111. 112. 113.*

Sententia Carpzovii *de casu, quo* super Testamento nuncupativo *à Notario confectum* publicum Instrumentum postea deperditum. *num. 114.*

Generaliùs concepta sententia Dn. Samuelis Strykii, *& quorundam aliorum. num. 116.*

Urgetur *Confessio Hæredis* in casu intestati successuri, quòd Testamentum, *in casu proposito*, reverà sit conditum. *num. 117.*

Inter Modos defunctorum Testamenta salvandi *à multis refertur* Confessio legitimi *sive ab intestato successuri* Hæredis. *num. 118.*

Dispicitur, an in ordinatione Testamenti quæstionis septenarius Testium Numerus simùl adfuerit? *num. 119. & sqq.*

Quando Hæres legitimus Testamentum ordinatum fuisse fatetur; *sed* Solennia *tantùm* adhibita negat, *tunc* ad Solennitatum probationem *etiam* duo *duntaxat* Testes *sufficiunt. num. 126.*

Ad hanc Probationem *etiam* Fœminarum *testimonium sufficit. num. 127.*

Si nonnulli Testes dicant, se non recordari, *quòd* septem Testes præsentes fuerint, *tunc talis* Oblivio, *vel* non-reminiscentia per duos testes suppleri *potest. num. 128.*

Cautela Durantis quoad istum articulum. *num. 129.*

Utrum sufficiens Testium Rogatio *in proposito intervenerit? num. 130. & sqq.*

Scientia *Testium, quòd* Testator in instanti suum ultimum elogium conficere velit, *&, cùm ipsi, ob adventum Testamentarii, in proximum conclave discedere vellent*, ipsius Testatoris *mox adjecta* revocatio, **Sie sollen nur da bleiben/ oder alle da bleiben/** ad Rogationem sufficere *deciditur. num. 132. & seq.*

Ad hanc Rogationem *nihil aliud requiritur, quàm ut* Testes moneantur, ſc ad ordinationem Testamenti adhiberi. *num. 135.*

Ad probationem *hujus* Rogationis duo testes *sufficiunt. num. 138.*

Utrum

Consilium Quadragesimum Quartum.

Utrùm etiam Monachi & Religiosi testium testamentariorum *officio fungi queant? num.* 140.

Ad hoc, ut ipsi, super condito Testamento, in judicio *testentur, multi* Superioris licentiam *requirunt. num.* 142.

In Clerico seculari *indubium est, quòd* non requiratur licentia Episcopi. *num.* 143.

Monachi *nec* velle, *nec* nolle habere *communiter dicuntur. num.* 144.

Complures contendunt, quòd quoad Monachos licentia Superioris in ipso etiam testandi actu adesse *debeat. num.* 145.

Contraria sententia receptior est. *num.* 146.

Tametsi nulli alii testes, *quàm* VII. Minoritæ, *in actu testandi præsentes fuerint; tamen* valet Testamentum. *num.* 148.

Complures Interppr. Licentiam Superioris *ad hujusmodi testimonium* nullatenùs necessariam *esse definiunt. num.* 149.

Licet ipsa Hæreditas Monasterio *relinquatur; tamen etiam* Monachi in illo viventes testimonium *in talis testamenti ordinatione præbere possunt. num.* 151.

Testatoris Secretarius, *etiamsi* de pane illius vivat; *tamen in* testamento, *quod ille ordinat, æquè testis esse potest, ac* alii moderni Ministri & Famuli, *num.* 153.

Legatarii *etiam in* Testamento nuncupativo *testis munus obire queunt. num.* 155.

Etiam illius, qui ipse, Testatore præsente, totum ejus testamentum alteri dictat, Scientia *non obstat, quo minùs* legatum *in illo* ei validè relinquatur. *num.* 157.

Etiam Testamentario, seu Scriptori testamenti, ejus propriâ manu adscriptum Legatum, *accedente specifica* Testatoris subscriptione, *validum est. num.* 158.

Cautela Schilteri, *quoad* testes *in Testamento* nuncupativo legatis *honorandos, supervacua est. num.* 159.

Deciditur *pro* Testamenti, *de quo hîc Qr.* omnimodâ Nullitate. *num.* 162. *& sqq.*

Et ostenditur, quomodò *defuncti Domini* Chiliarchæ Hæreditas inter legitimos ipsius Hæredes distribui *debeat? num.* 164. *& seqq.*

Testamenta innumeris Falsitatibus & Fraudibus *obnoxia sunt. num.* 169.

Hinc que LLatores *pro iisdem omnimodò averruncandis* multum vigiliarum & curarum *sumpserunt. num.* 170.

Testatoris Voluntas *quasi* Lex *observanda. num.* 170.

Ad obtinendam sinceritatem ultimarum Voluntatum principale Remedium *Principibus visum fuit, ut in illorum ordinatione, respectivè* Quinarius, *vel* Septenarius Testium Numerus *adhibeatur. num.* 172.

Diversissimi hujus Juris, *quòd ad* Contractuum Probationem duo Testes *sufficiant, & in* ultimis Voluntatibus Septem, *vel* Quinque Testes necessarii *sint,* Ratio *ostenditur. num.* 173.

Notantur Fraudes *tùm in* ipsa Testamentorum Ordinatione, *tùm per* subjectionem adulterini Testamenti *post mortem consuetæ. num.* 174. *& seq.*

Ad tales & omnes alias Fraudes, prorsùs eliminandas *LL. nostræ* ampliorem, *quàm* duorum vel trium, Testium numerum *expostulant. num.* 176.

Consilium Imp. Maximiliani I. *de* pluribus, quàm VII. *testibus adhibendis. num.* 177.

Testamentum in scriptis *per* VII. Testium Subscriptionem & Subsignationem, *nec non* propriam Manum ipsius Testatoris, *vel* Subscriptionem octavi Testis *extra omnem controversiæ aleam ponitur. num.* 178.

Quamplurimi DDres etiam ad talis Testamenti subsistentiam & probationem *præcisè requirunt, ut* omnes VII. Testes, *post obitum Testatoris* adhuc sint in vivis, *omnesque & singuli* sua Sigilla publicè recognoscant. *num.* 179.

Consilium Quadragesimum Quartum.

Testamentum nuncupativum explicitum conservandi primus Modus *est*, *ut desuper* solenne, *à publico* Notario, Instrumentum *conficiatur. num. 180.*

Secundus, *ut illud illicò vel* post ipsum testandi Actum, *vel* post obitum Testatoris, *per* juratum omnium septem Testium Examen, publicetur. *num. 183.*

Hæc publicatio, *etiam* vivente adhuc Testatore, *fieri potest. num. 184.*

Duo hi Modi Testamentum conservant, *etiamsi* omnes Testes, vivente adhuc Testatore, decedant. *num. 184.*

Testamenta summâ Principis autoritate, *vel* publicâ Actorum Judicii fide *ordinata similiter* perpetuam obtinent firmitatem. *num. 185.*

Si neuter ex istis Modis *intervenerit*, *tunc Testamentum* nuncupativum explicitum, *vel per* omnes septem Testes, *&* præcisè *illos ipsos*, qui ordinationi ejus interfuére, *cum* omnibus illius capitulis *& contentis* probari *oportet*, *vel* totum Testamentum, *si vel* Unicus *ex illis septem testibus decesserit*, totaliter corruit. *num. 186.*

Quandocunque de ipsa Testatoris Voluntate probandâ *quæritur*, septenarius Testium Numerus *præcisè requiritur. num. 187.*

Testamenti Substantia, *etiam juxta* Praxin Cameræ Imperialis *præcisè* per VII. testes *probanda. num. 188.*

Contendens, se esse Hæredem institutum, *super* ipsâ Substantiâ Voluntatis *se fundat, hincque probationem* per VII. testes *adferre debet. num. 189.*

Substantia Testamenti in ipsa Hæredis institutione consistit, *quæ per* Nuncupationem explicitam *facta non aliter probatur*, *quàm per* septenarium Testium Numerum. *num. 190.*

Ad probandam Voluntatis Solennitatem duo *Testes sufficiunt*; *sed ad probandam* Voluntatis Veritatem *præcisè* Septem *necessarii sunt. num. 191.*

Uno ex septem Testibus, *anteaquàm* juratò examinaretur, *mortem obeunte*, *hujus generis Testamento Regula resistit*: *Quòd* paria *sint*, non esse, *&* non apparere. *num. 194.*

Ipsa Lex septenarium *Testium numerum requirit*, ut per jurata ipsorum testimonia perfectissima Veritas reveletur. *num. 195.*

Quo sensu Imper. dicat, *quòd in testamento* nuncupativo non tot ac tantæ; *ac in* mystico *testamento*, Solennitates *necessariæ sint? num. 197.*

In testamentis nuncupativis rigorosior & exactior, *quàm in mysticis Testamentis*, Probatio *requiritur. num. 199. & sq.*

Si nullum, *super* nuncupativo *testamento*, Instrumentum à Notario *confectum fuerit*, nulla alia illius probatio *admittitur*, *quàm* per omnes VII. testes, coram quibus id conditum. *num. 200.*

Sicut in scriptis *confectum Testamentum* septem testium Signis & Subscriptionibus *corroboratur*, *licet* omnes moriantur; *ità* nuncupativi tota fides à juratô septem Testium, coram quibus id *conditum*, testimonio *dependet. num. 201.*

In mysticis *testamentis* VII. Testes Testimonium *de defuncti voluntate*, suâ Subscriptione, *&* Subsignatione, perhibere *dicuntur. num.* 202.

Istæ Subscriptiones *exindè vocantur* Testium Depositiones. *num.* 202.

Hæ ipsæ *verò* Depositiones præcisè septenarium *Testium numerum exigunt. num.* 203.

Si unus deficiat, totum deficit Testamentum. *num.* 204.

In nuncupativis *è contra testamentis ipsam totam hujusmodi Testatoris Voluntatem, ceu præcisè VII. testium scientiæ, conscientiæ & fidei concreditam, mediante corporali Omnium jurejurando probari oportet. num.* 205.

Probatio illius, *præcisè per* VII. Testes *facienda*, succedit in locum *ejus*, *quæ in* mystico *testamento fit per* Scripturam, septem testium manu & sigillo roboratam. *num.* 206.

Sicuti defectus unius duntaxat Testis Subscriptionis *testamentum* in scriptis

scriptis *ipso jure annullat*; *ità in testamento* nuncupativo defectus juratæ trium solius testis Depositionis *illud pariter nullum reddit. num.* 207.

Testamenta nuncupativa, *juxta LL. expressas*, non aliter valent, *quàm* si septem Testes Testatoris Voluntatem *ipsi* audiverint, *& ab illo* auditam; in Judicio, *postea*, *sub* jurejurando testificentur. *num.* 208.

Unô *itaque* Teste deficiente *hujusmodi testamenti* Solennitas & Probatio *deficit*, *imò* ipsa Substantia, *atque Essentia. num.* 210.

Fides talis testamenti tota in septem Testium jurato testimonio posita est. *num.* 211.

Etiam privilegiatia, à Rusticis, ruri, ordinata Testamenta *non aliter subsistunt*, *quàm si in illo adhibiti* Testes illiterati Testatoris Voluntatem *non saltem* recognoscant; *verùm etiam* jurati de illa deponant. *num.* 212.

Lex ult. Cod. de testam. *ubi ista leguntur*, *à DDb. commr.* testamentis nuncupativis accommodatur. *num.* 213.

Per duos *quidem* testes probari *potest*, quòd Testamentum, *aliquo casu deperditum*, plenô Testium Numero, omnique aliâ Solennitate constiterit: *Sed si quaratur*, quid Testator verè in illo dispoſuerit? iidem Testes, Qualitate & Numero, necessarii sunt, qui ad ipsam Substantiam. *num.* 214.

Affertur egregia decisio Mevii, *quâ sollicitè statuminat*, *quòd Testamenta* nuncupativa non aliter valeant, *quàm si vel* publicum, *idque* omnibus à Lege præstitutis Requisitis plenissimè munitum, Instrumentum *super illo confectum producatur*, *vel* omnes septem Testes *illius contenta* juratò *attestentur. num.* 215. *usque ad num.* 226. *ubi videsis omninò.*

Collaudatur parallela etiam Collegii Juridici Tubingensis *doctrina. num.* 227. *&* 237.

Et his pariter consona definitio Pruckmanni, *& consentientium* plurimorum aliorum *summæ autoritatis Iurisprudentum*, *qui eandem sententiam testantur communem. num.* 231.

Responsio ad L. 2. Cod. de bon. possess. sec. tabb. *remissivè adducitur ex Anton. Fabro. num.* 233.

Movetur dubium, *quòd* Testamentum, *de quo hîc Q.* à publico Officiali in scripturam *redactum*, *& hæc non solùm* Testatori & testibus prælecta; *sed &* à Testatore subscripta *fuerit. num.* 240.

Duo hæc: Testamentum nuncupativum in scripturam redactum; *&* Publicum instrumentum desuper esse confectum, *quàm maximè differunt. n.* 244.

Quando publicum & solenne, *super tali testamento*, à publico Notario, Instrumentum *confectum*, *tunc* plenissima fides *ei*, *per hoc*, *conciliatur*, *licèt omnes* septem Testes, vivente adhuc Testatore, decesserint. *num.* 245.

Ubi verò Testamentum tale tantùm in Scripturam, *etiamsi* à publico Notario, redactum, *& hæc ipsa* Scriptura Testatori & Testibus ab illo prælecta; *sed* nullum solenne & publicum Instrumentum, omnibus publici Instrumenti Requisitis *munitum*, *à jurato Notario*, *super illa confectum*, *tunc* illa Scriptura, defunctis Testibus, *vel* aliquibus, *vel* omnibus, nuncupatam Voluntatem non aliter probat, *quàm si illa non saltem* à Testatore; *verùm etiam* ab omnibus septem Testibus subscripta *&* sublignata, *in Iudicio compareat. num.* 247.

Ad hoc, *ut Testamento nuncupativo* plena fides *constet*, *non sufficit*, *ut illud* à Notario, & Testibus, *ad ejus confectionem* rogatis, subscribatur. *n.* 250.

Sed præcisè requiritur, *ut vel* omnes illi Testes, qui actui testandi interfuerunt, *illius contenta*, juratò, *in* judicio testificentur, *vel* solenne *super illo confectum* Instrumentum *coram Iudice producatur. num.* 252.

Ubi Neutrum *adest*, *Testamentum* pro non ordinato *habetur*, *ceu* non legitimô modô probatum. *num.* 253.

Sicubi peculiare Statutum *extat*, *etiam* Poligraphi, *& similes* jurati ac publici Scribæ, die Statt- und Amptschreiber / solennia Instrumenta *conficere possunt. num.* 258.

Consilium Quadragesimum Quartum.

Vbi nullum hujusmodi Statutum *extat*, *hæc ipsa potestas* nulli alii *competit*, *quàm cui illam vel* Cæsar, *vel* Comes Palatinus, *præstitô* Notariatûs juramento, concessit. *num.* 259.

Nec Juris Doctores, *quà tales*, publica Instrumenta conficere *possunt*. *num.* 260.

Actuarius Judicii *Testamenta quidem publicâ fide ordinata* Actis Judicii inserere potest; *sed exindè non sequitur, quòd ipse etiam* solennia Instrumenta conficere *valeat*. *num.* 261.

Nisi jussu Magistratûs, *de hoc* à Testatore specialiter rogati, *Instrumentum ab illo conficiatur*. *num.* 262.

Non quælibet informis, *etiam à publico &* jurato Notario, *confecta* Scriptura, in vim solennis & publici Instrumenti *subsistere potest*. *num.* 264.

Requisita *ad* solenne, *authenticum & publicum* Instrumentum necessaria *sollicitè præscripsit Imp. Maximilianus in* Const. Imp. Polit. de Anno 1512, *num.* 265.

Ad hoc, *ut publicum &* solenne Instrumentum *super ultimo elogio* con*fectum dicatur*, *non sufficit*, *si etiam* publicus Notarius *Testatoris* Voluntatem in chartam *conjiciat*, Testatori, *in* præsentia Testium, prælegat, *eademque* à solo Testatore subscribatur. *num.* 268.

Recensentur Requisita ad solenne & publicum Instrumentum necessaria. *num.* 269.

Observatio istorum Requisitorum, *ceu merarum* in Facto consistentium *rerum*, *in dubio* non præsumitur. *num.* 270.

Scriptura, in quam Testatoris Voluntas redacta *fuit*, *non aliter vim publici Instrumenti obtinet*, *quàm si* omnia ad tale Instrumentum necessaria Requisita *ad unguem sint observata*. *num.* 272. *& seqq.*

Nisi tale Instrumentum publicô Notariatûs Sigillô *muniatur*, Testamentum *per illud* haudquaquàm probatur. *num.* 273.

Signum Notariatûs *pro* forma *Instrumenti solennis requiritur*, *ceu* Testimonium, *quod gerit*, officii. *num.* 274. *& seq.*

Notarii Signum *&* Nomen *requiritur*. *num.* 275.

Sine publico Notariatûs Sigillo *Testamentum à Notario in scripturam redactum*, *nec ut* Codicillus, *nec ut* Donatio mortis causa, *nec ut* Fideicommissum, *subsistere potest*. *num.* 276.

In Testamentis nulla fides est Notarii, *nisi illud*, *quod scribit*, *in formam Instrumenti publici redigatur*. *num.* 277.

Nuda Descriptio *seu Consignatio* voluntatis Testatoris, *non accedente* solenni Instrumento, nullam autoritatem vel fidem *meretur*. *num.* 278.

Scriptura Notarii, *sine* publica Forma, *pro* Privati *tantùm* Scriptura *habetur*. *num.* 279.

Quando Notarius solennem *Instrumenti* Formam, *quam* ex officio *adhibere debebat*, non observavit, Falsi suspicionem *exindè incurrit*. *num.* 280.

Vtrum, *quando* Notarius Testatoris voluntatem ex proprio ipsiusmet ore consignavit, Instrumentum solenne, ex postfacto demùm, *desuper liceat conficere? num.* 281.

Instrumentum *solenne super* Testamento *non aliter* probat, *quàm* Testatori & Testibus prælectum. *num.* 284.

Applicantur *hæc Iura* Casui proposito. *num.* 285. *& seq.*

Consignatio *ultimæ Testatoris Voluntatis*, *à* publico Notario, *& præsentibus* Testibus, *ex* ore ipsius Testatoris *conscripta*, eidemque in illorum præsentiâ prælecta, *& ad* Notarii interrogationem: *An hæc vera & seria ipsius Voluntas sit? denuò* affirmata, *nullius momenti est*, *licet* publicum Instrumentum *à Notario exaratum*, & Ipse, *unà cum* iisdem illis testibus, *in ædibus Testatoris*, *ad solennem illius* Prælectionem & Solennisationem, *denuò comparuerit*, *si Testator interea* in delirium *delabatur*, *&* fato fungatur: *Nisi*

omnium

omnium Testium, *qui eandem* ex ore Testatoris *audiverunt*, jurata Testimonia *hanc Notario* ad calamum dictatam Voluntatem *coram* Judice verificent. *num.* 287.

Etiamsi de Testamento, tempore Pestis grassantis, *hôc modô confecto, quæstio sit. num.* 288.

Omissô *vel* unicô, *ad* solenne *Instrumentum necessariô*, Requisito, *Testamentum* in illud redactum non valet. *num.* 289.

Applicantur *hæc omnia* Testamento quæstionis. *num.* 291.

Non sufficit, Testamentum, in informem & simplicem Scripturam redactum, Notario ad exequendum tradi. *num.* 292.

Dicta jura imprimis tunc locum sortiuntur, *si* Scriptura, *in quam Testamentum redactum*, omninò amissa *sit*, *num.* 293.

Demonstratur, quàm variè & differenter *Testes*, *in Testamento quæstionis adhibiti*, *de* ipsa Hæredis institutione deponant. *num.* 295. *& seqq.*

Testes Articulum simpliciter affirmantes, *&* nullam *suæ depositionis* rationem reddentes, *parum fidei merentur. num.* 301.

Ad legitimam Testamenti nuncupativi probationem *quamplurimi Doctores constanter requirunt*, *ut* Testes in ipsa verborum formalitate conspirent, *num.* 302.

In tali testamento *necessarium dicunt*, *ut* Testes *sint* contestes in eadem verborum figura *& formula*, *& quòd* illi soli fidem *mereantur*, *qui* de verbis Institutionis *ità testantur*, *ut non tantùm* in substantia Voluntatis; *verùm etiam* in Verborum figurâ conveniant. *num.* 304.

Rationem *decisi hujus in eo assignant*, *quòd hîc non tantùm* de Voluntate; *verùm etiam de* Formalium in Nuncupatione adhibitorum probatione *agatur. num.* 305.

Laudantur alii dissentientes, *quòd nempe* sufficiat, *si* Testes de omnibus Testamenti particulis, *in* principali *&* substantia concordent; *cùm aliàs plurima testamenta corruerent. num.* 306. *& seq.*

Modica Testium discrepantia *circa factum* principale *etiam in aliis non præjudicat. num.* 308.

Quando ipsa Testatoris, *quibus ille usus dicitur*, verborum Formalitas, *ab ipso Actore*, in Articulis proponitur, *tunc* Testium discrepantia *omninò præjudicat. num.* 309.

In probatione *Testamenti* nuncupativi expliciti *illi etiam Testes*, *qui dicunt*, se hoc vel illud non audivisse, *vel* se non recordari, quòd illa audiverint, *pro testibus* contradicentibus *habentur. num.* 314.

Si præsertim de ipsa Hæredis institutione *quæratur*, *ceu ad* cujus legitimam probationem septenàrius *Testium* uniformiter *&* concorditer deponentium, Numerus *à DDbus requiritur. num.* 315. *& seq.*

Applicantur *hæc jura* Casui proposito. *num.* 316.

Testes testamentarii, *iique* Omnes, *de* toto hujusmodi testamenti tenore *deponere*, *&* de omnibus recordari *debent*, *ità*, *ut*, *si alii* Plus, *alii* Minus *deponant*, *pro* legitimis testibus *haud habeantur*, *eo quòd* totum nesciant. *num.* 327. *& seq.*

Testes tale testamentum *non aliter* probant, *quàm si non solùm* de toto Testamenti tenore; *sed &* de Circumstantiis contestes *sint. num.* 319.

Magna Verbositas *testem reddit* suspectum. *num.* 321.

Ad omnes Articulos *sibi propositos* nimis celeriter *& præproperè* deponens, *multoque magis ad* primum Articulum *ità deponens*, *quòd illa* omnia, quæ in sequentibus interrogatoriis continentur, *etiam* vera sint, *suspectissimus inde redditur. num.* 322.

Testis testamentarius, *de seipso sponte confitens*, *quòd* per Testatoris ægro-

grotantis Domesticos, *ad hoc*, ut illum ad testamentum condendum disponeret, *specialiter* vocatus, *& propterea, quòd illum, ultra opinionem suam,* periculosè decumbentem *deprehenderit*, *per* duas Horas *ejus lecto assederit*, variasque *eidem*, de condendo Testamento, Rationes suggesserit, *ac* tandem eundem; suis persuasionibus, ad erigendum Testamentum commoverit, *suum proprium testimonium suspectissimum reddit*, *imò planè annihilat. num.* 325.

Eruuntur hæc penitiùs *& paulo pleniùs* ex propriis Testis verbis. *num.* 326.

Testimonium de proprio deponentis Testis facto *plenissimam contra ipsummet fidem meretur. num.* 327.

Hoc præcipuè Clericis probrosum *censendum*, *si ipsi se* à Domesticis Ægroti, *verisimillimè* ab intestato decedere cupidi, *vocari & quasi conduci patiantur*, *ut* in necem Agnatorum, *imò* Fratrum *suorum*, *in casu intestati*, *ei successurorum*, *ipsum ad Testamentum*, uno solo *ex illis* Hærede ex asse *scripto*, *ordinandum* instigent, *& per suas* suasiones, *atque* persuasiones, diu continuatas, instanter sollicitent. *num.* 328.

Quicunque alienis negotiis se immiscet, impudenter *hôc ipsô facere censetur*, *&* seipsum suspectum *reddit. num.* 329.

Testamenti extorsio, *etiam per* tales instantissimas, nimias, *atque* immoderatas suggestiones *justi* Metûs *effectum*, *in* negotio libertatem omnimodam requirente, *habere dicitur. num.* 332.

Etiam Domesticorum, *qui* talem Testem, *ad condendum Testamentum* Moribundum non-testaturum *instantissimè urgentem*, advocarunt, *&* ad tales sollicitationes adhibendas subornârunt, Testimonium, *hôc ipsô*, suspectum *evadit*, *num.* 334.

In hujusmodi casu *hæc nonnullorum in se valdè periculosa sententia*, quòd ad Testamenti, *etiam* nuncupativi, Probationem *nonnisi* binarius Testium numerus requiratur, *in* summo gradu periculosa, *imò* nullâ ratione admissibilis est. *num.* 335.

Etiam tales instantissimæ, *per* integrum Bihorium *continuatæ*, variarum Rationum sollicitâ suggestione *incrustatæ*, *&* à tali *præsertim* Personâ *profectæ*, *cujus* Persuasionibus *etiam* sacri, *quod gerit*, Officii veneratio *majorem*, *apud Virum* lethaliter decumbentem, *efficaciam & autoritatem circumdat*, *&* tamdiu eidem, *donec ipse*, his cedens, *ad condendum Testamentum* se moveri patiatur, *inculcatæ &* iteratæ Sollicitationes *tantundem operantur*, *quantum* violentissima Testamenti Extorsio. *num.* 336.

Testamenti ordinatio veræ libertatis & liberalis animi est. *num.* 337.

Non potest à libero cujusquam animo profectum *videri*, *quod* semel & iterum recusatum, petendi *demùm* importunitate victus Testator annuit. *num.* 338.

Ex talibus immodicis solicitationibus, instigationibus, *&* persuasionibus *Testamentum evadit* meticulosum, ein abgezwungen/ **abgenöthigtes Testament.** *num.* 339.

Obtenta per Metum, *&* per talem immodicam Sollicitationem, *judicantur* ad paria. *num.* 340.

Ità sollicitati & instigati *perindè habentur*, *acsi* vi metuque in constantem virum cadente *ad condendum Testamentum* coacti *fuissent. num.* 341.

Si aliquis, graviſſimo morbo *decumbens*, per Notarium, *vel alium* interrogatus, nihil responderit; *sed demùm* ad secundam interrogationem responsum dederit, *tunc etiam de illo ipsæ LL. præsumunt*, *quòd* non testandi; *sed* ab interrogantium vexationibus sese liberandi animo ità respondederit. *num.* 343.

In

Consilium Quadragesimum Quartum.

In graviter infirmo, *vel* morti proximo, *& instantia* Novissima curæ habente *tales Persuasiones & Sollicitationes* facillimè criminosæ *fiunt, & per illa elicitum* Testamentum annullant. *num.* 343.

Applicantur *hæc omnia in* proposito adhibitis *& ultrò* confessatis Sollicitationibus. *num.* 344.

Suggeritur Consilium de penitiùs explorandâ Qualitate, Modo, Mediis, & Fine istius Sollicitationis. *num.* 345. *usque ad num.* 350.

Respondetur ad præmissas Rationes dubitandi *quoad hanc Quæstionem. num.* 351.

Hæc quorundam DDrum nimiùm generaliter *concepta doctrina, quòd quidem* ad testamentum nuncupativum explicitum condendum septem Testes *requirantur*; *sed* ad illud probandum saltem Duo sufficiant, *nullo prorsùs in Legibus fundamento subnititur. num.* 352.

Contraria sententia, *quòd, si tale Testamentum nec* apud Acta Judicii *conditum, neque per* Instrumenti publici confectionem, *neque* aliâ ratione, *vivente adhuc Testatore*, publicatum; *sed privatâ septem Testium fide sit conditum, non aliter* probari *queat, quàm si* omnes hi Testes illius contenta juratò attestentur, *per* Textus *apertos, inconcussas* Rationes, *& innumeras* Autoritates *probatur. num.* 354.

Adducitur egregia de his definitio Pauli de Castro. *num.* 357.

Et notabilis Distinctio inter tres Casus Jasonis Mayni. *num.* 358. *& seqq.*

Si super Testamento nuncupativo solenne *à publico* Notario Instrumentum confectum *fuerit, & hoc ipsum* Instrumentum postea Casu fortuito amissum probetur, *tunc* per duos saltem Testes, *omni exceptione superiores, qui actui testandi interfuerunt, tùm hoc*, quòd tale solenne Instrumentum revera confectum aliquando extiterit, *tùm* illius Contenta *probari valere, non adeò inverisimile est. num* 363.

Et de tali instrumento omnibus numeris absoluto *omnes curatiùs docentes loquuntur. num.* 364.

In talibus terminis utrum etiam Testes, qui actui testandi non interfuére; *veruntamen* Instrumentum *super nuncupativo Testamento confectum* viderunt, legerunt, *& tùm* Solennitates *in illo adhibitas, tùm & ipsam* Testatoris Voluntatem, *omniaque & singula illius capitula* perspectissima *se habere*, juratò *attestantur, pro* arbitrio Judicis *admitti debeant? num.* 366.

Hujus ultimæ Quæstionis affirmativam gravissimè impugnat Antonius Faber. *num.* 368.

Admissâ illâ facilè fraus Legi *fieret, dùm ità*, per indirectum, *ad* ipsam Testamenti Substantiam probandam, *loco* Septem *à LLbus requisitorum*, Duo testes sufficerent. *num.* 369.

Nec ex summis, *hîc obviis*, difficultatibus extricari se posse fatetur Manzius. *num.* 370.

Alii duos *hîc* Testes, *ex eo, admittunt, quòd hîc* tantùm de Probatione Instrumenti amissi *quæstio sit. num.* 372.

Rectiùs alii plerique tunc demùm binarium Testium numerum *admittunt*, si jam anteà aliundè constet, *quòd* tale Testamentum, *super quo* à Notario confectum solenne & publicum Instrumentum *amissum est*, revera adhibitâ debitâ Solennitate, fuerit ordinatum. *num* 373.

Demonstratur *hoc latè* ex pluribus celeberrimis Autoribus, *specificè laudatis. num.* 373. *usque ad num.* 378.

Si tantummodò nuda Voluntatis Testatoris Consignatio, *tametsi* ab Ipso, *etiam* publico Notario, ad calamum dictata, *& ab hoc* Testatori, *præsentibus* Testibus, *rursùs* prælecta; *sed neque* Testium, *neque etiam* Notarii Subscriptione, *neque* Notariatûs sigillo *munita, deperdita dicatur, tunc* alia omnia *dicenda veniunt. num.* 378.

Consilium Quadragesimum Quartum.

Hic non agitur de sola Instrumenti NB. solenniter confecti probatione, *sed de* verificandâ *tùm* Solennitate, *tùm &* ipsâ *&* totâ Testamenti Substantiâ; *seu* Voluntate Testatoris probanda, *quæ non nisi per* septem illorum Testium, quorum fidei & conscientiæ illa concredita, jurata testimonia *probari potest*, *num. 379.*

Instrumentum *super Testamento, præcipuè* nuncupativo, *confectum, hoc tùm demùm probat, si illud* omnibus numeris absolutum, *sive* omnibus à L. præstitutis Requisitis munitum sit. *num. 380.*

Decisio Mevii XIII. *in parte 4. declaratur* ex ejusdem Decis. 149. *in P. IX. num. 382.*

Illa prior decisio *de Casu loquitur, quò* Scriptura Testamenti adhuc fuit in salvo, *& tantùm* Testium Subscriptiones ab illo recisæ. *num. 383.*

Consignatio punctorum *supremæ Testatoris* Voluntatis, *etiam* à publico Notario, ex ore illius, præsentibus VII. testibus, *facta, rursusque* prælecta, *&, ipsius* Testatoris; *sed* non etiam Testium, *nec* publici Notarii Subscriptionibus *neque* publico Notariatûs Sigillo *munita*, *pro* planè privatâ, *& dehinc* Testamentum nullatenùs conservante Scripturâ *habetur. num. 384.*

Sive talis Scriptura *ab* ipsômet Testatore, *sive* aliquo Privato, *sive* publico Notario, *in* præsentiâ *licet* Testium, *sit* exarata, *& iterum* prælecta, *si tamen nulla illius* Publicatio *accesserit, tunc* præcisè VII. Testes *ad eandem probandam* necessarii sunt; *licet* illa adhuc in salvo sit. *num. 385.*

Multum refert, *an super testamento explicitè nuncupato* à Notario publico solenne Instrumentum *conficiatur; an verò id saltem* à Persona privata in scripturam redigatur. *num. 386.*

Hujus generis Testamenta ritè esse confecta *nec ex eo* probatur, *si* confecta in Scripturam privatam *redigantur, vel* à publico Notario Instrumentum *quidem* desuper conficiatur; *sed* omissis solennis Instrumenti Requisitis. *num. 387.*

Quotiès illud probandum, quid Testator disposuerit, *&* quæ mentis ipsius Testatio *fuerit*, iidem *&* Numero, *&* Qualitate Testes ad hanc Probationem *necessarii sunt, qui* ad ipsam Substantiam, *seu ad ipsam Hæredis Institutionem coram illis faciendam. num. 388.*

Quando publicum & solenne, *super testamento nuncupativo*, Instrumentum confectum, *& hoc postea* Casu amissum *dicitur, tunc non aliter* duo Testes *à DDbus admittuntur, quàm si ipsi* juratò in judicio testentur, *tùm quòd tale* Instrumentum solenniter de illo confectum extiterit, *tùm &* omnia & singula illius Contenta, *tùm quòd* illud revera per Casum fortuitum deperditum sit. *num. 389. & seq.*

Extra hos terminos, & non concurrentibus his Requisitis, contrariam sententiam nimis periculosam *appellat Tessaurus. num. 391.*

Senatus Pedemontanus *talem Probationem per duos saltem Testes non aliter admittit, quàm* si aliquo modo constet, Testamentum publicatum, *& deindè* per Casum deperditum *esse, &* Tenor illius *per duos* peritos Testes *probari queat. n. 392.*

In summâ: Testamentum nuncupativum *per* duos testes *non aliter probatur, quàm si* (1.) *super illo* Instrumentum omnibus numeris absolutum, (*2dò*) à publico Notario confectum; *vel ipsum Testamentum* à Judice publicatum & authenticatum; (*3tiò*) *de talis* solennis Instrumenti Confectione, atque verâ, *per aliquod tempus*, Existentiâ; *vel ipsius* Testamenti Publicatione; (*4tò*) *de* casuali ejus Amissione *legali ei* constet; *& ut*, (*5tò*,) duo Testes, omni exceptione superiores, *tùm de* Voluntate *in illo contentâ, tùm de Actûs testandi* Solennitate, *mediante* Juramento, *atque ità deponant, ut nullâ ex causa reddantur* suspecti. *num. 394.*

Posthabitis *his summè necessariis* Restrictionibus, *sequeretur, quòd illa* communissima omnium DDrum traditio, *quòd*, vel unicô Teste deficiente, totum

nun-

nuncupativum Testamentum deficiat, *non rebus*; *sed* verbis absurdè sit scripta. *num.395.*

Sequeretur, 2dò, quòd iidem Doctores, utramque hanc Regulam, *quòd*, præmoriente saltem unico Teste, *totum tale Testam. omnimodò corruat, & quòd illud* per duos saltem Testes probari *possit*, *suam facientes*, sibi ipsi contradicant. *num.396.*

Sequeretur, quòd, 3tiò, etiam Testamentum in scriptis *confectum*, amisso illius Originali, *per* duos Testes probari *valeret*, *atque ità* Consilium Imperat. in §. 13. Inst. de testam. ordin. *ferè prorsùs* otiosum *foret. num.397.*

Sequeretur, quòd, 4tò, constitutio Legis ult. Cod. de fideic. *ad* revelandam perfectissimam Veritatem, ampliorem, *quàm* duorum, *Testium numerum requirens, in fumum abiret. num.398.*

Sequeretur, quòd, 5tò, etiam dispositio Legis final. Cod. de testam. *quod* Testamentum à Rustico ruri factum præcisè per quinque juratos Testes probari debeat, *licet illud* in scriptis *confectum sit, &* ab uno vel altero Teste subscriptum, *pariter supervacanea & frustranea sit. num. 399.*

Si ad probationem privilegiarii, *ex. grat.* à Rustico ruri *ordinati, Testamenti præcisè requiritur, ut vel* omnes septem, *vel* quinque *Testes*, *vel ad minimum* illi quatuor, quinque, *vel* sex, qui literas ignorant, *Testatoris Voluntatem coram ipsis nuncupatam*, juratò attestentur, *quanto minùs Testamentum* non privilegiatum *per* duos tantummodò Testes *probabitur? num. 401.*

Et si etiam ad talis privilegiariæ *Dispositionis*, in qua Hæredes ab intestato instituuntur, probationem quinque Testium jurata, coram Judice facienda, depositio *requiritur*; *quidni etiam Testamentum* nuncupativum non privilegiatum *præcisè* per septem juratos Testes probari *oporteat? num. 402.*

Unico ex septem testibus ante ipsum Testatorem nuncupativum moriente *non quidem Jus deficit Hæredi in tali testamentô vocato*; *benè tamen* legitima & sufficiens Probatio. *num. 405.*

Si in casu, quô plures, quàm septem *Testes*, in actu testandi præsentes *fuere*, & Testatorem *non saltem* viderunt; *sed &* omnia suæ U. Voluntatis capitula enarrantem audiverunt; *sed* septem *duntaxat fuere* rogati, *his præmorientibus*, aliorum septem testium; *verùm* non rogatorum, jurata testimonia *haud admittuntur, quanto minùs* Duorum *saltem*, *qui* actui testandi interfuére, *vel* non *interfuere*, jurata depositio *ad hoc sufficiet? num. 406. & sqq.*

Si ad nuncupativi testamenti Probationem duo testes sufficerent, falsissimum foret, quod communis DDrum Schola pro indubitata Regula *tradit, quòd*, deficiente vel unico teste, *tamen* Hæres, *licet* ipse Sui nuncupationem coràm audiverit, *ad* Juramentum suppletorium *admitti in casum desideret. num. 414. & sqq.*

Septenarius testium Numerus *est de* substantiâ actûs testandi, *& de* forma illius Probationis, *hincque*, salvo Testamento, abesse *non potest. num. 418.*

Judex ubi certus est, nihil deberi, juramentum suppletorium deferre non potest. *Ergò nec hîc. num.* 419.

Ad Testamenti probationem Testes rogati *necessarii sunt. Igitur* Hæres, *seu* non rogatus, demortui Testis, *multoq; magis* plurium Testium vicem supplere *non potest. num.* 420.

Si in testamento nuncupativo implicito septem, *vel ad minimum* quinque testium juratæ depositiones ad identitatem Schedæ probandam necessariæ *sunt*, *quidni etiam* ad ipsam explicitè nuncupatam Voluntatem probandam *similiter* jurata septem testium testimonia *necessaria censeamus? num.* 423.

Si etiam in casu, quando Hæres Testamentum nuncupativum, illicò post illius ordinationem, *per* Testium juratum coram Judice testimonium

adhuc vivô Testatore, publicari *desiderat*, *duorum tantùm vel plurium Testimonium haudquaquàm sufficit*; *sed* omnes septem Testes *illius contenta, mediante juràmento, adstruere tenentur*, *quid obstet*, *quo minùs*, ad legitimam Testamenti talis probationem, post obitum Testatoris, *itidem* non nisi septem testium depositiones *dicamus sufficere? num.* 424.

Quando Hæres nuncupatus, adhuc vivo Testatore, juratum septem testium Examen *desiderat*, & Hæredes legitimi, *ad videndum & audiendum*, Testes illos jurare, *secundum nonnullos DDres citandi*, Testamenti ordinati notitiam *consequuntur*, longè difficiliùs, *quàm post mortem illius*, Falsitates & Fraudes *committi possunt. num.* 426.

Si ad Testamenti nuncupativi probationem binarius tantùm testium numerus *sufficit*, *ad quid ergò prosunt tàm sollicitè à DDbus*, adversus interitum talium testamentorum, commendatæ Cautelæ? *num.* 428.

Prima *hæc*, *ut* confestim post actum testandi Testes ad Magistratum *ab Hærede deducantur*, *ad hoc*, *ut* recenter ex ore Testatoris perceptam Voluntatem, *mediante corporali juramento*, *verificent. num.* 429.

Secunda *hæc*, *quòd* publicus Notarius *ad* solenne Instrumentum *super tali Testamento faciendum adhiberi debeat. num.* 430.

Tertia *hæc*, *ut*, *si tale* Testamentum coram septem ad illud rogatis Testibus perfectè sit conditum, *confestim* Notarius, *cum* duobus testibus instrumentariis, *cô fine advocetur*, *ut tùm* ipse Testator, *tùm &* omnes septem Testes suam manum & sigillum, coram ipsis, recognoscant, *& super hâc ipsâ* Recognitione solenne Instrumentum *conficiatur. num.* 431.

Quarta hæc, *ut Testator per* nuncupationem implicitam *testaturus* Notarium *adhibeat*, Schedam ità inscripturum: Hanc esse ipsam illam Schedam, quam Testator, coram septem Testibus subscriptis pro suâ Voluntate haberi voluerit. *num.* 433.

Hæc sententia, *quòd* ad probationem Testamenti nuncupativi, *quotiescunque* de ipsa Testatoris Voluntate *probandâ agitur*, præcisè iidem hi septem Testes, *qui* actui testandi interfuerunt, *necessarii sint*, *&* unô illorum morte præreptô *Testamentum prorsùs corruat*, Usu Fori *observatur*, *& tùm* Cameræ Imperialis, *tùm etiam aliorum* summorum Tribunalium judicatis *comprobata est. num.* 435. *& seqq.*

Quando Hæres legitimus, *seu* ex asse, *seu* pro parte, *ipse sponte* fatetur, quod Testamentum revera sit conditum; *sed illud tantùm* non solenniter & legitimè ordinatum contendit, *tunc*, *quia* non quæritur de Testatoris Voluntate probandâ; *sed tantùm de illius* Solennitate, *ideò duos Testes sufficere videtur. num.* 441.

Hæc opinio Martini, *antiqui Glossatoris*, communiter reprobatur. *num.* 442.

Hæres ab intestato historicè saltem referens, *quòd* Testamentum confectum *sit*, *hoc* nullatenùs confiteri, *sibive hâc suâ confessione* nocere *intelligitur. num.* 444.

Hæres talis legitimus, *Testamentum*, *quod* factum; *sed simùl* nullum dicit, *non saltem* ex capite defectûs Solennium; *verùm etiam* veræ Testatoris Voluntatis, *id Nullitatis incusare intelligitur. num.* 446.

Baldus duplicem Solennitatem, *alteram* in Voluntate, *alteram* in Probatione *spectandam dicit. Ad* illam tot Testes necessarios *pronunciat*, quot ad ipsam Voluntatem constituendam *requiruntur*: *ad* hanc *verò* duos *sufficere scribit. num.* 448.

Ad hoc, ut Hæres ab intestato Testamentum non ipse confiteri *censeatur*, *satis est*, *si ab illo* Testamentum generaliter pro invalido declaretur. *num.* 451.

Etiam

Consilium Quadragesimum Quartum.

Etiam Confessio verè ambigua *in* favorem confitentis *est interpretanda. num. 452.*

Confessio *etiam* ex Juris præsumptionibus adjuvanda, & supplenda secundum qualitatem personæ confitentis, *præsertim si illa* Legum *sit* imperita. *num. 454.*

Confessio *Hæredis ab intestato tùm demùm ei nocet, si ille in tali* pleniori figura *confiteatur*, hanc esse Defuncti Voluntatem & Dispositionem, *& neque* Intrinseca, *neq;* Extrinseca testamenti impugnet. *num. 455.*

Secus est, ipse Testamentum *quidem* conditum confiteatur; *sed illud simùl* Solenniter factum neget. *num. 456.*

Distinctio *Bartoli inter* probationem Solennitatis & Voluntatis *reprobatur à Fabro. num. 457.*

Hoc, quòd Testamentum per solam Hæredis ab intestato Confessionem probari *valeat*, falsissimum *dicit Anton. Faber. num. 457.*

Talis confessio *nullibi refertur inter* Modos probandi & conservandi suprema elogia. *num. 458.*

Sententiam Fabri probat etiam Manzius. *num. 459.*

Confessio *cohæredis ab intestato, in casu* proposito, hoc solo fine *facta videtur, ut cum Hærede in testamento nulliter nuncupato initæ* Transactioni *non obstaret* Lex 6. de transaction. *num. 460.*

Confessio certo fine facta *confitenti non obest* ad alios effectus. *num. 461.*

Actus agentium *non* ultra, *nec* contra ipsorum intentionem *operari debent. num. 462.*

Hæres ab intestato, Legatà *in testamento relicta* exolvens, *illud* totum approbare *& agnoscere præsumitur. num. 463.*

An consimilis Approbatio *ex eo colligenda, si* Hæres legitimus Res hæreditarias à *Judice Loci* obsignari patiatur? *num. 463.*

Quæ quis semel approbavit, *postea* nequit improbare. *num. 464.*

Qui defuncti Voluntatem, *quantumvis* informem, semel agnovit; *eandem* implendi necessitate *constringitur. num. 465.*

Testamentum in uno approbans *illud* in totum approbâsse *præsumitur. num. 466.*

Hæres unicum legatum, *sine deductione* Falcidiæ *solvens, etiam ad* reliqua integra præstanda *obstrictus dicitur. num. 467.*

Sententia Mevii *de Testamento* in uno duntaxat capitulo agnito. *num. 468.*

Obsignatio non probata *cum* planè non factâ *judicatur ad paria. num. 470.*

Actualis relictorum Legatorum præstatio, *post mortem Testatoris* confestim facta, *insigni argumento est*, arcas & cistas hæreditarias non fuisse obsignatas. *num. 471.*

Per Obsignationis rerum hæreditariarum permissionem *Defuncti* Voluntas *non præsumitur agnita*, vel approbata. *num. 475.*

Defuncti Rationes, Calendarium, Libros & Instrumenta sibi edi desiderans *nondùm videtur ipsius* Voluntatem pro valida agnoscere. *num. 476.*

Nec Confectio Repertorii rerum hæreditariarum *istum Animum demonstrat. num. 476.*

Obligatio rerum hæreditariarum, *Hodiè, multis in locis*, solennis Inventarii confectionem præcedere *solet. num. 477.*

Exolutio Legatorum ad pias causas *non convincit Hæredem* ab intestato, *quòd ipse* defuncti Voluntatem, *contra se, eo ipso*, in totum agnoscere voluerit. *num. 478.*

Legatis ad pias causas *etiam illa accensentur, quæ Testator* benemeritis suis Domesticis, *pro* præstitis diuturnis servitiis, *assignat. num. 478.*

Hujus generis Legata, *coram* duobus *saltem* testibus *relicta*, impugnari non possunt. *num. 479.*

Consilium Quadragesimum Quartum.

Utile per inutile non debet vitiari. *num.* 480.

Exolutio legatorum ad P. C. *tanquàm ſatis* probatorum *&* validorum, *etiam* Approbationem de cætero invalidæ Diſpoſitionis *haudquaquàm operatur. num.* 481.

Nemo in plus ſe obſtringere *præſumitur*, *quàm* de jure tenetur. *num.* 483.

Approbatio negotii ex Facto *collecta*, *ad* illius Facti limites *reſtringi debet. num.* 484.

Etiam ille, qui credit, ſe pro parte Hæredem legitimum eſſe, *& propterea* Legata ad pias cauſas *in Teſtamento vel penitùs* nullo, *vel* non legaliter probato *relicta*, *exolvi patitur*, totam reliquam Voluntatem, *Sui penitùs excluſivam*, haud approbaſſe *intelligi debet. num.* 485. *& ſeq.*

Qui notabilem Bonorum defuncti partem ex Donatione mortis cauſa conſequutur, *& propterea*, erroneè, ad omnia Legata *ab illo relicta* ſe obſtrictum exiſtimat, Teſtamentum ipſius in totum agnoſcere *haud intelligitur. num.* 489.

Error Hæredis ab inteſtato *eò ipsô probatur*, *quòd ſibi*, ceu magnæ Bonorum partis Donatario, Legatorum præſtationem incumbere *crediderit. num.* 490.

Hæc onera *non ſingularem*; *verùm* univerſalem Succeſſorem *ſequuntur. num.* 489.

Nemo rerum ſuarum jacturam, ſine cauſa, facere velle videtur. *num.* 491.

Legata indebitè, *ex* errore *non* facti; *ſed* juris *ſoluta*, *ceu indebitè ſoluta*, condici non poſſunt. *num.* 491.

Hæres, Teſtamentum invalidum in uno agnoſcens, *an id etiam* in cæteris approbâſſe *cenſendus ſit? num.* 493.

Ità ſentit David Mevius, *Mollerus*, *& alii. num.* 494.

Sed contrarium *à DDbus* communiſſimè *approbatur. d. num.* 494.

Legata inutiliter *Teſtamento relicta non niſi eatenùs*, quatenùs Hæres, præſtando, *vel* promittendo illa agnovit, *ab ipſo* debentur. *num.* 495.

Hæres quædam Legata ante diem *ſponte ſolvens ad* reliqua pariter ante diem ſolvenda *compelli non poteſt. num.* 496.

Exolvens Reditus per aliquot annos *ſeſe etiam* in futurum *obligâſſe non præſumitur. num.* 497.

A libero Hæredis arbitrio *pendet*, *an* Legata inutiliter *relicta* exolvere velit, *nec ne? Et dehinc ei pariter* liberum eſt, quæ legata exolvere velit, *nec ne? num.* 498.

Quæ voluntariè *ab aliquo geruntur*, non ultrà, quàm gerit, *ipſum obſtringunt. num.* 499.

Lex 12. Cod. de excuſat. tutor. *pro eadem ſententia non malè adducitur. num.* 500.

Legati partem *duntaxat* exolvens *nec* ad Reſiduum *compelli poteſt. num.* 501.

Reſpondetur remiſſivè ad reliquas Rationes dubitandi. *num.* 513. *& ſq.*

Clauditur Q. 2da *eleganti deciſo* Johann-Petri Surdi. *num.* 516.

Duos Teſtes *ad hoc*, quòd Teſtamentum *præſentibus VII. teſtibus* fuerit ordinatum, *ſufficere dicit Surdus*, *c. l.*

Verùm, quòd Teſtamentum hôc, vel aliô modô, confectum ſit, duo Teſtes *neque* plenè, *neque* ſemiplenè *probant. num.* 517.

Et proindè nec ſufficit Duorum teſtimonium *ad* Subſtitutionem *legaliter probandam. num.* 518.

De Contentis Teſtamenti *nihil probari poteſt*, *niſi* ſeptem Teſtes de eo deponant. *num.* 519.

Septe-

Conſilium Quadrageſimum Quartum.

Septenarius Teſtium numerus eſt *etiam* de forma probationis *talium Teſtamentorum. num. 520.*

Exhibetur reſolutio tertiæ Quæſtionis. *num. 521.*

An Teſtamentum, *de quo hîc Qr. in vim* judicialis *defendi valeat? num. 522.*

Ad Teſtamentum apud Acta *condendum nihil ultrà requiritur, quàm* Præſentia Judicis, à teſtatore ſupremum ipſius elogium acceptantis. *num. 522.*

Præſentia ſolius Judicis, *vel ab illo* mandatam jurisdictionem habentis, *absque ullo* Scabino, *ad hujusmodi teſtamentum ſufficiens eſt. num. 523. & ſq. ubi tria hanc in rem adducuntur* Præjudicia.

Hujusmodi teſtamenta rectè quidem conduntur vor einem **Land-Richter**; *ſed non etiam* in præſentia **des alleinigen Land-Schreibers**; *præcipuè* extra Judicii locum, *in ædibus privatis. num. 526. & ſq.*

Secundum modernam Jurisprudentiam *hujusmodi Teſtamenta*, extra locum Judicii, *coram* Judice ſolo, *propriiſſimè ſic dicto, plerubique locorum, ordinari non poſſunt; ſed & porrò* duorum, *vel* quatuor Scabinorum, *& nonnullibi etiam* aliquot Civium præſentia *requiritur. num. 528.*

In Provinciis, ubi Jus Saxonicum *viget, ut &* aliis multis, (*Quæ recenſentur*) *præſentia* Judicis & duorum, *ad minimum*, Scabinorum *requiritur. num. 529.*

Hincque talia Teſtamenta, in iſtis locis, non poſſunt condi coram Judice, *&* ejusdem Judicii Actuario. *num. 532.*

Neque coram Actuario & unico Scabino. *num. 533.*

Nec præſente ſolo Judice; *vel* ſolo Actuario. *num. 534. & ſeq.*

Neque etiam coram unico ex Judicii Aſſeſſoribus *ſeu Senatoribus; tametſi* à Judice ſpecialiter deputato. *num. 536.*

Et omnium minimè coram tribus, vel pluribus Perſonis privatis, *quamvis* judiciali autoritate ad domum Teſtatoris ægroti ablegatis. *num. 537.*

Alibi trium Scabinorum præſentia *requiritur. num. 538.*

Alibi duorum *vel* trium Scabinorum; *& præterea* unius, *vel* plurium Civium. *num. 539.*

Alibi quatuor Scabinorum *præſentia requiritur, ut in* terris Würtembergicis. *num. 540.*

In teſtamentis judicialibus, quæ extra locum Judicii *conduntur*, major Fraudis & Falſitatis ſuſpicio *militat, quàm* in Loco Judicii, *ut ideò* unica duntaxat Perſona illis amoliendis *non credatur ſufficere. num. 541.*

In teſtamenti, de quo hîc Qr. confectione ſolus publicus Scriba, **der Landſchreiber**, *præſens fuit; verùm* nullus Scabinus. *num. 542.*

Etiam quoad Scabinos, *in multis locis, haudquaquam ſufficit, ut illi* tantùm à Teſtatore privatim convocentur; *ſed Teſtator ipſum* Judicem, *vel* totum Senatum rogare *tenetur, ut* aliqui, ipſius Voluntatem excepturi, ab illo deputentur. *num. 543.*

Conſul regens, *vel* Judex *hoc Scabinis non ſolùm* in Judicii loco; *verùm etiam* privatim committere *poteſt, ut, nomine Senatûs*, actui teſtandii ædibus privatis peragendo intersint. *num. 544.*

Non ſufficit, Scabinos, à Teſtatore, *duntaxat* privatim, tanquàm Teſtes rogari *vel* aliâ de causâ ad ipſum veniſſe. *num. 545.*

Negotia coram Senatûs Deputatis *peracta tùm demùm* publica autoritate & fide potiuntur, *ſi* Deputati ex mandato Senatûs *illis interſint. num. 548.*

Deputati *non aliter, quàm* ex Senatûs commiſſione, hunc repræſentant. *num. 549.*

Nonnullibi *tamen hujusmodi* prævia Senatûs *vel* Superioris Rogatio, *&* Deputatio *non eſt neceſſitatis. num. 550.*

Applicantur *hæc Jura* Teſtamento quæſtionis. *num. 551. & ſq.*

Ad

Consilium Quadrageſimum Quartum.

Ad teſtamentum judiciale *præcisè requiritur*, *ut* Teſtator Senatum, Scabinos, *vel* Judicem expreſsè roget, *ut ipſius* Teſtamentum ab ipſo acceptent, & publicis Judicii Actis inſinuent. *num.* 554.

Applicantur *&* *hæc* Teſtamento quæſtionis. *num.* 555. *& ſq.*

Quæſtio IV. *Vtrum hoc Teſtamentum* in vim militaris teſtamenti *ſubſiſtat? num.* 559.

Nec Militibus *aliter* jure privilegiario teſtari *permittitur*, *quàm* in bellicæ expeditionis diſcrimine *conſtitutis. num.* 558.

Particula, Solis, *eſt* excluſiva omnium aliorum. *num.* 559.

Particula, Quatenùs, *in forma ſpecifica implendam* Conditionem *importat. num.* 560.

Tempus bellicæ Expeditionis quæ complectatur? *num.* 561.

Quoad ſingulas particulas *ſive* occaſiones bellicæ expeditionis *remiſſivè hæc notantur. num.* 562.

Teſtamentum quæſtionis eo tempore confectum, quo profunda in toto Imperio Pax, *& imprimis cum* vicino Rege Galliarum nulla ſimultas *fuit. n.* 563. *& ſeq.*

Pericula bellica hunc præcipuum, *quoad Milites*, *ut* ſine Solennibus teſtari *valeant*, favorem meruére. *num.* 565.

Ceſſante *hâc palmariâ inſignis iſtius Privilegii* Causâ *ipſum etiam* Privilegium *totaliter deficit. num.* 566.

Præſentaneum periculum, *& non* futurum, *nedùm* ſolus futuri periculi Metus, *privilegio iſti toti locum conciliat. num.* 567.

Hoc itaque Privilegium, certis finibus circumſcriptum, *non* Ubique, *nec* Semper, *militibus competit. num.* 568.

Miles prælidiarius *in loco* Hoſtium quotidianis inſultibus *obnoxio*, *ut & illi*, *qui in* periculoſis hybernis *degunt*, in gefährlichen Poſtirungen/ oder Quartieren/ *pariter jure militari teſtari poſſunt. num.* 569.

Milites in inſula *verbi grat.* Melitenſi, *propter* Periculum; *quod* ipſis à Turcis, *&* Turcis ab ipſis perpetuò imminet, *utrum* in Civitate munita *conſtituti jure privilegiario teſtari valeant? num.* 570. *& ſeqq.*

Bertazzolius *ad hoc* negativè *reſpondet. num.* 572.

Nec Præfectus militaris, *nec* Milites *in* Loco Hoſtibus vicino ex. gr. zu Lauffenburg/ Rheinfelden/ *&c. commorantes*, tempore pacato, *&* ceſſantibus omnibus Excurſionibus, omnique *à vicinis præſidiariis* periculo *ceſſante*, *privilegii iſtius participes ſunt. num.* 573.

Abſona quorundam ſententia eſt, *quòd* omnes Milites, *quamprimùm* in matriculam *relati ſunt*, *& ſic etiam omnes* Præſidiarii jure privilegiario teſtari *valeant. num.* 574.

Adferuntur ſupremi Brabantiæ *Senatûs*, *& Parlamenti* Tholoſani *de hoc puncto* deciſa. *num.* 577. *& ſeq.*

Quoad Præſidiarios *complures*, ſine diſtinctione, *conſentiunt. num.* 578.

Verùm iſta ſententia communiſſimè rejicitur, *ceu iſtius* Privilegii regulas fundamentales *radicitùs ſubruens. num.* 579.

Limitanei *&* præſidiarii *milites tùm demùm ad hujus Privilegii communionem admittuntur*, *ſi* nullâ *vel* Pace, *vel* Induciis conductis, *in limitibus excubent*, *& quidem talibus*, *qui* perpetuis hoſtium atque quotidianis excurſibus expoſiti, *ſic*, *ut* ſemper ad pericula pro Republica *ſubeunda ipſos* paratos *eſſe oporteat. num.* 581.

Ipſe Juſtinianus omnibus circa hæc dubiis occurrere *ſategit præprimis in* L. 17. Cod. de teſtam. mil. *num.* 582.

Militis Voluntas, *quomodocunque declarata*, *tùm demùm* pro Jure *ſervanda venit*, *quando illa* in Expeditione *confecta. num.* 584.

Præfectus militaris, *in loco* contra omnes inſultus munito, altiſſimâ pace, *extra omnem* laborem, *&* periculum ab Hoſtibus, *quietiſſimè poſitus*, *& tùm* Peritiorum, *ſi quos velit conſulere*, *tùm*, *quotquot voluerit*, Teſtium *copiam*

ptam habens, sine manifestissima ipsi huic Privilegio illatâ vi, ad hanc privilegiariam testandi rationem admitti non potest. num. 586.

Specialis ipsius Llatoris expressio, *ad* tollendam omnem dubitationem *adjecta, omninò* nullam *patitur* extensionem. *num.* 587.

Scripturas claras *nemini fas est* extendere. *num.* 588.

Tales exorbitantes sanctiones extendere officium Interpretum & Judicum excedit. *num.* 589.

Confrontatur prima Classis *in dicta Const. proposita, nimirùm* der Ritter/ welche zu Feld ligen/ *cum hoc Testamento. num.* 595.

In excubiis perditis *positi Milites*, so die verlohrne Schildwache halten/ *jure privilegiario testari possunt. num* 596.

Uberiùs aspicitur, utrum hoc Privilegium *etiam* Testamenti; *de quo hîc quæritur*, conditori competierit? *num.* 597.

Phrasis, zu Felde ligen/ *quid complectatur? num.* 598.

Miles tùm demùm privilegio isto gaudet, quando in Castris est, *&* in Castris testatur. *num.* 599.

Privilegium, certi Loci intuitu concessum, extrà limites illius extendi *nequit. num.* 608.

Confertur secunda classis *dictæ Constitutionis* von Rittern/ welche in übung des Streitts seyn/ *cum hoc Testamento. num.* 601.

Declaratio hujus phraseos; in übung des Streits seyn/ *sollicitè adducitur. num.* 602.

Vigiliæ & Curæ *Castellorum &* Fortalitiorum Præfectis, den *Commendanten* auf den Gräntzvöstungen/ *tempore* Pacis *intumbentes nullum huic Privilegio locum conciliant. num* 605. *& seq.*

Militet tertiæ classis *in dicta sanctione Maximilianea* secundum regulas Juris Communis *testari oportet. num.* 607.

Miles extra Castra *constitutus*, *sive* Domi *sit*, *sive* Alibi, *juxta* Jura Communia *testari tenetur. num.* 609.

Alia Privilegia *militibus indulta, verbi grat.* in integrum Restitutionis, *etiam illis proficiunt, qui* in præsidiis, hybernis, vel alibi, extrà Expeditionis pericula degunt. *num.* 610.

Sed ab illis privilegiis *ad hoc Privilegium* testamentarium *non licet concludere. num.* 612. *& seq.*

Quæstio V. *Utrum hoc Testamentum, juxta* Juris Canonici *dispositionem, ceu* coram Parocho & duobus vel tribus testibus confectum, *defendi valeat? num.* 614.

Jus Canonum *permittit, ut quilibet* coram Parocho & duobus saltem testibus *suæ mentis postremum judicium publicet. num.* 615.

Modò ille sit proprius Testatoris Parochus. *num.* 616.

Vel saltem tempore confecti Testamenti Testatoris actualis, *vel* ordinarius *sit confessionarius. num.* 617.

Et de fide ipsius atque integritate *nulla incidat* dubitatio. *num.* 618.

In Parochi persona Lex multum confidit. *num.* 619. *& seq.*

Hic Modus testandi *etiam* Legi Divinæ; *Deuteron. XIX. vers.* 15. congruentior *videtur. num.* 621.

Lex Divina duos Testes *non hoc sensu requirit*, quasi amplior numerus per Legem positivam introduci non possit; *sed tantùm hôc respectu, ut* unius solius Testis dicta rejiceret. *num.* 622.

Legi Divinæ Llator humanus non adversatur, *quando* ad Falsitates & innumeras Fraudes *à supremis elogiis eliminandas*, septenarium vel alium Testium Numerum *efflagitat. num* 623.

Tales LL. politicæ, *tanquàm* publicè *&* privatim *oppidò* salutares, *subditos, etiam* in conscientia *obligant. num.* 624.

Consilium Quadragesimum Quartum:

Pontifices ipsi *à Lege* Divina, binariô *tantùm* Testium numerô *contenta*, multis modis recedunt, *etiam in ipso* Capit. 10. x̃. de testam. *num.* 625.

Et tùm ad Presbyterum delicti convincendum *XLIV. & ad* Præsulem *convincendum LXXII. testes desiderant. num.* 626.

Apostolus Paulus in talibus casibus non nisi duos, vel tres testes requirit. n. 627.

Si etiam Pontifex *alicujus* delicti, per duos testes, convinci *posset, tunc etiam* ipsum, *aquè ac Diabolum*, eapropter damnandum pronunciat Glossa. *num.* 629.

Pontifices *ipsi ultrò* fatentur, *quòd* ipsis non liceat Jus Civile, *quoadusque* in bonos mores *non impingit*, corrigere, *vel abrogare. num.* 630.

Lex Romana, *in supremis morientium elogiis*, *ad* sinceritatem *illorum tuendam*, septenarium Testium numerum *expostulans nec* Legi Divinæ, *nec* Naturali *adversa censenda. num.* 631.

Laudatur candida Patris Engelii sententia *de hoc. num.* 632.

Iste novus testandi, per Jus Canonicum inductus, Modus in solis terris Ecclesiæ Romanæ, *quæ* Pontificis seculari potestati obnoxiæ, *receptus est. num.* 633.

Ex terris Imperii *nova hæc Constitutio, ex* Omnium *concordi testimonio*, exulat. *num.* 636.

Valdè anceps est Q. Utrum illa in terris, in quibus Ecclesia secularem potestatem aliis concessit, *nimirum in* Regno Neapolitano, Ducatibus Urbinensi & Ferrariensi, *locum obtineat? num.* 637.

Suprema Curia Parisiensis *Anno* 1592. Testamentum ità conditum *ideò* confirmavit, *quia* conditor illius civis Avenionensis fuit. *num.* 638.

Imò istam Pontificiam testandi Rationem Hodiè à tota exulare Italiâ, *ipsâque* Româ, *probatissimi Italiæ DDres testantur. num.* 639.

Ante tempora Bartoli *hujus generis Testamenta nunquàm admissa. num.* 639. *& seq.*

In Germania *iste testandi Modus adeò non receptus, ut nec ipsi* Romano-Catholicæ Ecclesiæ addicti Status *eundem in suis ditionibus tolerent. num.* 641.

In sola Saxonia *singulariter receptum, ut* Rustici *coram* Parocho & duobus testibus *testari valeant. num.* 642.

In terris Imperii, *neglectâ Canonum dispositione*, præcisè servanda Constitutio Imp. Polit. de Anno 1512. *Coloniæ promulgata. num.* 644.

Camera Imperialis *Testamenta* secundum Jus Canonicum *condita* nunquàm approbavit. *num.* 646.

Utrum hoc Testamentum, *de quo hic Qr. ne quidem* in vim Codicilli *subsistat? num.* 648.

Clausula codicillaris in quibus Testamentis adjecta præsumatur? *num.* 650.

Clausula codicillis *à Testatoribus non privilegiatis* expressè & specificè adjicenda. *num.* 651.

In dubio *nemo*, qui voluit testari, *saltem* codicillari voluisse *præsumitur. num.* 652.

Clausula *codicillaris* testamentô omissa *pro* omissâ habenda. *num.* 653.

Si quis habuerit animum testandi, illius Dispositio nec *jure codicillorum subsistit*, licet omnia Codicilli Requisita *concurrant. num.* 654.

An Testamentum, *de quo hic Qr.* ut ultima Voluntas intestati *subsistat? num.* 655.

Si quis prius testamentum, *in quo* Extraneos *hæredes instituit*, *per* aliud testamentum, *coram* quinque saltem testibus *confectum*, revocet, *in quo* illos instituit, *qui* ipsi etiam in casu intestati successuri essent, *tunc hoc ultimum testamentum*, ut Voluntas ab intestato *sustinetur. num.* 656.

Hæc non aliter procedunt, quàm si illi omnes, qui, tanquam in pari gradu con-

constituti, ab intestato successuri essent, *in posteriore testamento* vocentur. *num.* 657.

Lex 21. §. 3. Cod. de testam. *solitariè considerat* Causam intestati, *secundum quam* Omnes in pari gradu constituti *ad successionem* æqualiter *vocantur*. *num.* 659.

In dicta L. *occurrens* indefinita *oratio pro* universali *haberi debet*. *num.* 660.

Adduntur remissivè adhuc aliæ Rationes. *num.* 661.

Sexta Quæstio: *Utrum* in dubio præsumi *debeat*, *quòd* Testator *jam olim* dilectissimo suo Fratri, de omnibus Bonis paternis & maternis *solenniter factam* m. c. Donationem, per subsequens Testamentum, *si hoc validum supponatur*, revocare voluerit? *num.* 663.

Testamentum solenniter *& validè* conditum, *per* posterius *Testamentum etiam* perfectum; ipso jure revocatur. *num.* 664.

Mortis causa Donatio per posterius testamentum, *quo testator* hæredem *scribit* universalem, *similiter* revocata *videri potest*. *num.* 665.

Donatio mortis causa supremis Voluntatibus annumeratur. *num.* 666.

Etiam Statutum, *de* ultimis Voluntatibus *disponens*, ad Donationes m. c. porrigitur. *num.* 667.

Donator talis; *eo ipso*, *dum Testamentum &* omnem aliam ultimam Voluntatem revocat, *etiam* m. c. Donationem revocare *intelligitur*. *num.* 667.

Quando ille, *qui* primò mortis c. donavit, *deindè* in totâ suâ, *quæ ultra Legata adhuc superest*, substantiâ Hæredem instituit universalem, *tunc* animus antegressam quamcunque m. c. Donationem revocandi *præsumitur*. *num.* 668. *& sqq.*

Si præsertim hæc verbis universalibus *facta institutio etiam sit* geminata. *num.* 672.

Donatio m. causa, *de qua hic Qr.* potissimam partem bonorum Donatoris *complecti videtur*. *num.* 674.

Fideicommissum *etiam* Partis hæreditatis *jure* universalis *Fidcicommissi censetur*. *num.* 675.

Donatio m. c. *qua quis* omnia Bona paterna & materna *alicui donat*, *& ipsa videtur* universalis. *num.* 676.

A juribus Fideicommissi ad m. c. Donationem *valida fit illatio*. *num.* 677.

Donatio m. c. universalis *per* universalem Hæredis institutionem *pro* tacitè revocatâ *habetur*. *num.* 678.

Juxta depositionem unius Testis *B. Dn. Chiliarcha Testator* suæ Agnationis conservationem, *per sui ex Fratre unici Nepotis Institutionem*, pro scopo *habuit*. *num.* 679.

Conservatio Stemmatis sine opibus *ac divitiis obtineri non potest*. *num.* 680.

Per divitias Familiæ crescunt; sine illis sordescunt, *ac demùm* pereunt. *n.* 681.

Nobilitas sine facultatibus lubrica. *num.* 682.

Si Dn. B. Antonius Ignatius omnia Bona paterna & materna *suo* Dn. Patruo, *& modò illius* Cessionariæ præstare teneretur; ille Scopus *vix videtur* obtentu possibilis. *num.* 683.

Viri nobiles *& illustres pro illustris* sui Stemmatis conservatione *sollicitè vigilant*. *num.* 684.

Si Dn. B. Anton. Ignatius probare valeret, Bona Patruo donata nexu Fideicommissi agnatitii devincta, *tunc illorum* Donatio *omnimodò* nulla *esset*. *n.* 685.

Clerici, *tanquàm* ad statum connubialem, *& sic etiam ad* Stemmatis propagationem inhabiles, *an in* Fideicommisso Familiæ *succedere valeant*? *num.* 687.

Ad Revocationem mortis causa Donationis, *æquè ac Legatorum*, quinarius *duntaxat* Testium Numerus *requiritur*. *num.* 688.

Ad revocandam *talem Donationem* nuda Voluntas *seu Pœnitentia*, *modò* Testibus V. præsentibus *declarata*, *sufficiens est*. *num.* 692.

Etiamsi

Consilium Quadragesimum Quartum.

Etiamsi Decennium nondùm *fuerit* elapsum. *num.* 692.

Ademptio legatorum & m. c. donationum *æquè species est* supremæ Voluntatis, *quàm illorum Ordinatio. num.* 694.

Nihil tàm naturale est, quàm eô modô quodque dissolvi, *quo & fuit* colligatum. *num.* 695.

In omni ultima Voluntate, *exceptô* Testamento, Quinarius testium *requiritur* Numerus. *num.* 695.

In ademptione *tàm* m. c. Donationum, *quàm* legatorum, *æquè facilè* Fraudes *committi possunt, quàm* in illorum ordinatione. *num.* 696.

Si Testamentum, ante lapsum Decennii, nudis verbis, *coram VII. vel V.* duntaxat testibus revocetur, *tunc ipsa quidem* Hæredis institutio *per hanc revocationem, nec* ipso jure, *nec* ope exceptionis, convellitur: *Veruntamen* Legatariis *legata petentibus* exceptio doli *ea propter opponi potest. num.* 697.

Etiamsi voluntaria rei legatæ, *vel* m. c. donatæ Alienatio ipso jure sit nulla; *tamen etiam ex illa* validissima legati & m. c. Donationis ademptio *colligitur. num.* 700.

Decisio *hujus sextæ Quæstionis, quòd*, tametsi Testamentum *à Dn. Chiliarcha* perfectissimè conditum, *&* legaliter probatum *esset*; *tamen priùs ab ipso* cum Fratre celebrata m. c. Donatio, *in dubio, per illud*, haudquaquàm revocata *præsumi deberet. num.* 701. *& seq.*

Ipsius Soror & Cessionaria, *L. Domina Baronissa de Hornstein*, omnia utriusque Germani Bona, paterna & materna, *à Fratre Commendatore cessa, justissimè exigit. num.* 703.

Non obstante, quòd Ipsa paternæ & maternæ Successioni renunciaverit. *num.* 705.

Talis Renunciatrix suis Fratribus *ex* testamento, *& ab* intestato succedere *potest, licet alia nulla, quàm* à Patre profecta Bona *reliquant. num.* 707.

Sed & ipsa à Fratribus hæres institui, *alioque quocunque, tùm* universali, *tùm* particulari titulo, ad Bona à se renunciata vocari *potest. num* 708.

Si Renunciatio in manus ipsorum Fratrum *sit facta, Soror benè* ab illis ad renunciata vocari *potest. num.* 709.

Si Filia in gratiam suorum Fratrum ità renunciaverit, ut, si illos contingat sine Filiis decedere, sibi ad sua jura redire *liceret, tunc* Unô illorum sine Masculis moriente *ipsa statim ad Bona à se renunciata*, pro rata istius Fratris, *admittitur. num.* 710. *& seq.*

Ista Cessio paterni & materni juris hæreditarii *absoluta &* simplex Donatio *videtur. num.* 712.

Et proindè, ceu Summam 500. solidorum multùm excedens, *propter* judicialis Insinuationis defectum, *nulla. num.* 713.

Etiam lucrosa Actionum Cessio, *si illarum* Objectum istam Summam excedat, Insinuatione *opus habet. num.* 714.

Donationes *non solùm* à modernis Imperii Principibus; *verùm etiam* à Baronibus & immediatis Nobilibus *factæ, sine judiciali insinuatione subsistunt. num.* 715.

Imperator vocatur der oberste Fürst. *num.* 716.

Jure Civili *solus* Imperator *hoc præcipuum habet, ut* Donationes ab ipso factæ nulla indigeant insinuatione. *num.* 717.

Sed Hodiè obtinet dicta Extensio; cùm & Nobiles & Barones immediati in suis territoriis tantundem juris habeant, ac Imperator in toto Imperio. num. 718. *& seq.*

Magnificum, liberalem & munificum *esse*, gloria Regum & Principum, & laus Nobilium haud ultima *est. num.* 720.

Etiam illustrium personarum Tutores & Curatores, *absque autoritate &* decreto Magistratûs, donare *possunt. num.* 721.

Tales

Tales Personæ *benè* simùl Donator, & Judex insinuationis esse *possunt*, *num.* 723.

Principes, Comites, Barones, & immediatos Imperii Nobiles *etiam* immensas donationes apud seipsos confirmare valere, *autor est Tabor. num.* 724.

Adferuntur Rationes *ex eodem Tabore. num.* 725.

Renunciationes Filiarum illustrium *nulla judiciali egent* insinuatione. *num.* 726.

Licet etiam illæ, si sint translativæ Juris hæreditarii, *Filiabus jam* delati, *vel* adhuc deferendi, veræ *sint* Cessiones. *num.* 727.

Eo ipso, dùm Filia illustris renunciat, *etiam* adit *paternam, vel aliam cui renunciat*, hæreditatem, *&* aditam cedit. *num.* 728. *& seq.*

Dominus Antonius Ignatius de Grammont hanc exceptionem, *quòd ista Cessio sit excessiva, in Actis nec* allegavit, *nec* opponere potest. *num.* 730.

Si hæc Cessio, *in quantum est excessiva, ob* defectum Insinuationis, nulla foret, *hoc non Domino Baroni Antonio Ignatio; sed Dn.* Commendatoris testamentariis, vel legitimis Hæredibus solis proficeret. *num.* 732.

Nemo, *agendo, vel excipiendo*, alieno jure niti, *vel uti potest. num.* 734.

Hæc Cessio tanto citiùs, omissâ quantumvis insinuatione, ex eo subsistit, quia Cessionaria spem proximam habuit *partim* Bona sibi cessa jure proprio repetendi, *partim ex* testamento, *vel ab* intestato *suo* Fratri succedendi. *num.* 735. *& seq.*

Donatio proximis Cognatis *facta in modum* anticipatæ Successionis *facta videtur, &* juxta hanc regulanda *venit. num.* 737.

Lex ipsa *præsumit, quòd* Donator *mortis causa Testamentum, post Donationem, conficiens, potiùs* Hæredem *à se institutum* ad ea, quæ ipse Donatario promisit, adimplenda adstringere, *quàm* donationem in illum collatam revocare voluisse *censeri debeat. num.* 738.

Adducuntur tùm Textus, *tùm* famigeratissimæ autoritates, *pro statuminanda hac ipsa* legali præsumptione. *num.* 739. *& seqq.*

Omnes Commentatores, Decisionistæ, & Consultatores intrepidè definiunt, quòd per institutionem Hæredis universalis, *sive* in universis Bonis, *antegressa* Donatio mortis causa pro revocata haberi non debeat. *num.* 741. *& seq.*

Generalis institutio in bonis universis *non trahenda est ad* Bona, non duratura in Testatoris hæreditate, *etiamsi* de illis disponere potuisset. *num.* 744.

Hujus generis *etiam* m. c. donata *communissimè reputantur. num.* 744.

In ambiguo *non credendum*, Testatorem id, quod alias solenniter promisit, revocare voluisse, *licet id* revocandi facultatem *habuerit. num.* 745.

Prout in toto jure Generi per Speciem derogatur; *sic &* universalis Hæredis institutioni *per* mortis causa Donationem, *adhibitis Solennibus*, specialiter factam. *num.* 746.

Donatio mortis causa dilectissimo Fratri *facta, ob ipsam hanc* Sanguinis necessitudinem, tanto minùs revocata præsumi debet. *num.* 747.

Sanguinis conjunctio, *&* dilectio Legatarii *præsumere faciunt, ut ex* voluntaria rei legatæ Alienatione legatum, *contra Regulam*, non ademptum *censeatur. num.* 748.

Consilium Quadragesimum Quartum.

Inter personas arcto cognationis *vinculo junctas*, *contra Regulam*, facilius *quàm in aliis quibusvis*, præsumitur Donatio. *num.* 749.

Quanto propinquior *inter talem præsumptum Donatarium & Donantem intercedit* Conjunctio, *tanto etiam* major & fortior præsumptio Donationis exindè intelligitur. *num.* 750.

Eademque ratione etiam solennis, *ex* fraterna pietate *facta*, *ejusdemque* reciprocæ, *&* remuneratoriæ *Donationis*, non expressè *revocatæ*, Revocatio tanto difficiliùs præsumenda. *num.* 751.

Donatio Q. *non mera & simplex; sed simùl &* reciproca *&* remuneratoria *donatio est; ut specificè ostenditur. num.* 752.

Reciprocatio *&* Remuneratio, *cum* cæteris Circumstantiis *hîc concurrentibus*, pro non-revocatione *hujus Donationis tamdiu militant*, donec Animus revocandi manifestè probetur. *num.* 753. *& seq.*

Hic Animus tanto minùs *in defuncto Donatore ideò* præsumendus, *quia ille* adhuc penultimo die *ante suum decessum* omninò intestatus decedere voluit; *&* ab uno ex Testibus *testamentariis*, *ab ipsius Donatoris* Domesticis subornatô, jamjàm moribundus, *per* immodicas *& illicitas, per* totum Bihorium *continuatas*, instigationes, tandem permotus *fuit*, *ut aliquam informem Voluntatem conficeret. num.* 755. *& seq.*

Qui tamdiu instantibus & continuatis instigationibus nolens-volens tandem cedit, *ut aliquid quomodocunque dispon.ret*, *de hoc* sub nullo colore *dici potest*, *quòd etiam* dilectissimo suo Germano, reciprocè, solenniter, *&* remuneratoriè, *potissimam partem* de Bonis, ab ipso illo Germano profectis, *factam Donationem* ingratissimè revocandi *animum habuerit. num.* 757.

Hæc Revocatio, sine summa *erga* Fratrem, *à quo mortis causa Donans* potissimam partem *bonorum eidem* mortis causa *donatorum*, ex absoluta *atque* irrevocabili donatione, paulo ante acceperat, ingratitudine *fieri non potuisset. num.* 758.

Remota ab omni verisimilitudine, *in dubio*, *nec* attendi, *nec* præsumi, *vel* credi *debent. num.* 759.

Vitiô ingratitudinis nihil detestabilius; *quæ proindè* in dubio nullatenùs præsumenda. *num.* 760.

Quo majorem hæc m.c. Donatio Summam *continuit*, tanto etiam majorem, in eadem revocanda, sollicitudinem *Donator habuisse intelligi debet. num.* 761.

Si Donator reverà hanc mortis causa Donationem revocandi animum *habuisset*, non opus fuisset, *ut ad hoc ab ipsius* Domesticis *subornatus &* specialissimè vocatus Pastor, *per* integrum Bihorium, *ad conficiendum qualecunque Testamentum*, *multis* suggestionibus, suasionibus, instigationibus, *cum tanta cura ipsum* sollicitàsset; *sed* omnia facillima & planissima *fuissent. num.* 762.

Consanguineos in pari gradu *positos omnia* prudentum responsa, *&* Lex ipsa naturæ successores faciunt. *num.* 763.

Quanto majus *in quavis re* periculum *subest*, *tanta etiam* majori opus est cautione. *num.* 764.

Hanc

Consilium Quadragesimum Quartum.

Hanc regulàm ipsa Ratio naturális omnes homines edocet. *num.* 763.

Et dehinc tanto minùs de Dn. Chiliarcha præsumi debet, quòd, si ipse revera hanc insignem suo Fratri factam donationem revocare voluisset, ipse specialissimam Rei tanti momenti & ponderis mentionem *non facturus fuisset. num. 765.*

Qui Testamentum, *vel* aliam supremam Voluntatem antehàc ordinârunt, *ad amputandas omnes dubitationes* illam specialissimè revocare solent. *num. 766.*

Ex hac ipsa Consuetudine *nova oritur* præsumptio, *quòd, si Dn. Chiliarcha hanc suo Germano factam remuneratoriam Donationem* verè revocandi animum *habuisset, ipse pariter* disertissimè hanc suam Voluntatem expressurus fuisset. *num. 767.*

Consueta fieri, in dubio, facta esse Lex ipsa præsumit. *num. 768.*

Ex fieri consuetis fortissima & optima prosascitur præsumptio. *num. 769.*

Mortis causa donator *si* in Testamento, *quod posteà conficit*, non expressè illam revocet, *communissimæ huic* Regulæ, *quòd antegressa mortis causa Donatio, per subsequentem universalis Hæredis institutionem, haudquaquàm revocata censeri debeat,* se conformare voluisse censendus. *num. 770.*

Si vivente adhuc & sciente Testatore aliquid contingat, *quod ipsum* meritò ad jam conditi Testamenti mutationem incitare potuisset; *ipse verò jam disposita* immutata relinquat, *tunc ipse* multo magis in eadem voluntate perstitisse præsumitur. *num. 771.*

Qui suum Testamentum mutare potuit, & non mutavit, *videtur illud* approbare. *num. 772.*

Animus non revocandi *factam Donationem, etiam ex eo, tanto clariùs elucescit, quòd Dn. Chiliarcha, nec* in ipso Testamento, *nec* extra illud, *etiam* erga illum Testem, *qui*, per integrum Bihorium, *ad condendum Testamentum ipsum* sollicitavit *& instigavit, de illa cassanda vel revocanda* ullum verbulum protulerit. *num. 773.*

Mutatio, in dubio, non debet præsumi. *num. 775.*

Nec Abrogatio. *num. 776.*

Mutatio est Accidens, qualia non præsumuntur. *num. 777.*

Hæc Regula *tàm in* supremis Voluntatibus, *quàm in* omnibus negotiis inter vivos *attenditur. num. 778.*

Etiam quoad illa, quæ ex intervallo, *imò etiam* post longi temporis decursum *fiunt. num. 779.*

Quicunque dicit, legitimè conditam dispositionem ex postfacto mutatam, hanc mutationem probare *tenetur. num. 780.*

Si ei, qui maximam *vel* majorem bonorum partem mortis causa donavit, *posteà* Liberi nascantur, *eidem* Remedium Legis 8. Cod. de revoc. donat. *ex eo, non competit, quia* liberam facultatem habet factam donationem pro arbitrio revocandi. *num. 781.*

In libero *illius, qui* rem maximi momenti inter vivos donavit, arbitrio *residet, an, post* Liberorum supervenientiam, Remedio dictæ Legis 8. uti velit, *nec ne? num. 782.*

Multoque magis hoc à libertimo mortis causa Donatoris arbitrio dependet, *utrum talem donationem* in manibus Donatarii relinquere, *vel ab illo* repetere *malit? num. 783.*

Quodsi, tali in casu, *Donatio* inter vivos, *vel* mortis causa, non apertè revocetur, *tunc* contraria Voluntas Donatario eandem in perpetuum relinquendi, *jure indè colligitur. num. 784.*

Si ei,

Consilium Quadragesimum Quartum.

Si eì, quì (ut in casu proposito) omnia sua paterna & materna Bona *alicui donavit, postea* Liberi nascantur, *&, post hanc illorum nativitatem, ab ipso quidem* Testamentum condatur, *in quo* universalem Hæredem *instituit; sed* nulla illius Donationis, *quòd eandem revocatam velit*, mentio *injiciatur, tunc* Donatio haudquaquàm *ex dicta Causa, Liberorum videlicet superveni-entiæ*, revocata *censetur. num.* 785.

Multo igitur minùs hujusmodi Donatio, *qualis nempe hæc est*, Remuneratoria, *erga* Fratrem charissimum *&* beneficentissimum, *ac potissimam partem* de Bonis, ab ipso illo Fratre, *paulo ante*, inter vivos, simpliciter donatis, Reciprocè *&* Solenniter *facta*, non concurrente tali Causâ impulsivâ, *qualis est* Liberorum Supervenientia, *ex solâ* Testamenti, *in quô* nulla omninò ejus mentio *fit*, ordinatione *pro* tacitè revocatâ *haberi debet. num.* 786.

Respondetur ad præmissas Rationes dubitandi. *num.* 787.

Per posterius Testamentum *ritè confectum* priùs conditum rumpitur. *Sed quòd etiam* antegressa mortis causa Donatio per subsequens Testamentum revocata *censenda sit, hoc est, de quo Qr. num.* 788.

Donatio mortis causa *&* Legatum *adhuc in* compluribus Juris articulis differunt. *num.* 789.

Ab hoc, quòd prius Testamentum, per posterius *perfectum*, ipso jure revocetur, *ad hoc, quod etiam* priùs facta solennis mortis causa Donatio, *per* subsequens Testamentum, *nullam prorsùs illius mentionem injiciens*, revocata *censenda sit, non V.C. num.* 790.

Nullus Paganus cum duobus testamentis *decedere potest. num.* 791.

Prius testamentum *per* posterius *rumpitur, licet* nulla illius in hoc mentio fiat. *num.* 792.

Etiam Paganus *cum* Testamento & pluribus mortis causa Donationibus, *aquè ac etiam* cum Testamento & pluribus Codicillis, præcedentibus, vel sequentibus, *decedere potest. num.* 793.

Codicilli, *etiam* plures, *nisi in* Testamento posteà condito expressis verbis revocati *probentur, pro* tacitè confirmatis *haberi debent. num.* 794.

Si quis primò tantùm Codicillos conficiat, *& multa in illis* Legata *relinquat, vel* particularia Fideicommissa; *deindè verò etiam* Testamentum *sequatur*; *in quo* nulla illorum *vel* Fideicommissorum mentio *injiciatur, tunc hæc per tale subsequens testamentum* pro revocatis nullatenùs habentur; *etiamsi* Pars bonorum, *vel* hæreditatis *codicillis in tali legato contineatur. num.* 795.

Utrum idem dicendum sit de Fideicommisso universali *in* primùm factis Codicillis *relicto, si etiam* illius in sequente testamento nulla mentio fiat? *num.* 796.

Negativè *hoc decidit* Antonius Faber. *num.* 800.

Affirmativam *fluctuanter propugnat* Bachovius; *sed* positivè *Domini* JCti Argentoratenses. *num.* 801. *&* 802.

Horum sententia *haud obscurè probatur per* §. 1. Inst. de Codicill. *num.* 797. *& seqq.*

Ex

Consilium Quadragesimum Quartum.

Ex hoc solo, quòd demùm post Codicillorum ordinationem testamentum conficitur, *non præsumitur* testator à voluntate codicillis declaratâ voluisse recedere. *num. 799.*

Idem est, si Legata, *vel* Fideicommissa, *præsentibus quinque testibus*, inter Amicos, *vel* in Epistola *primùm relicta*, in sequente Testamento non expressè revocentur. *num. 804.*

Idem igitur etiam de antegressa m. c. Donatione, *ceu legatis exæquatâ*, *judicium ferendum. num. 805.*

Dictus paragraphus I. Inst. de codicill. ad totam sextam Quæstionem decidendam solitariè sufficit. *num. 806.*

Si etiam Legata & Fideicommissa, *quibus etiam* insignis Portio Bonorum, *vel* Hæreditatis *alicui relicta*, per subsequens Testamentum non censentur revocata, *quidni idem quoque de antecedente* m. c. Donatione magnæ partis bonorum *judicium feratur? num. 807.*

Legata in Codicillis, *vel* Epistolis antecedentibus *relicta semper in* Testamento subsequuto confirmata *censentur. num. 808.*

In ambiguo Voluntatis perseverantia *præsumitur. num. 809.*

Quicquid obtinet in Legatis, *etiam obtinet in* mortis causa Donationibus. *num. 812.*

Donationes mortis causa etiam *in* Codicillis *relinqui possunt. num. 813.*

Universalis hæredis Institutio, *sub* verbis geminatis *facta, utrum* ad revocandam m. c. Donationem *sufficiens sit? num.* 815.

In proposito deficit juridicè & propriè sic dicta Geminatio. *num. 818. & seq.*

Ad Geminationis effectus *fundandos necesse est, ut illa* fiat ex intervallo. *num. 820.*

Utrum universalis m. c. Donatio *per* universalem Hæredis institutionem *revocetur? num. 821.*

Negatur, in substrato, universalis mortis causa Donatio. *num. 825.*

Negativa hæc demonstratur. *num. 826.*

Universalis Donatio *illa demùm vocatur, qua quis* omnia sua Bona, præsentia & futura, *alicui donat. num. 828.*

Non entis nullæ sunt affectiones. *num. 830.*

Fdeicommissum universale *etiam illud vocatur, quando aliquis* Partem hæreditatis restituere *rogatur. num. 832.*

Etiam talis saltem Pars Hæreditatis fideicommissaria Hæreditas *vocatur. num. 833.*

Si quis Tertii alicujus Hæreditatem, sibi delatam, *jure Fideicommissi*, alteri jubeat restituere, *hoc non universale; sed* particulare *est Fideicommissum. num. 834.*

Objectum Senatusconsulti Trebelliani *sola* universalia *Fideicommissa constituunt. num. 835.*

Tota Hæreditas alicujus Tertii *ab Hærede, cui relicta, alii* legari *potest. num. 836.*

Donatio mortis causa, *quâ* integræ portiones paternæ & maternæ hæreditatis *alicui donantur*, non est universalis *sive universorum bonorum Donatio. num. 837.*

Si quis legitimis sui Filii impuberis Hæredibus injungat, *ut, si Filius in impubere ætate decesserit*, ipsi suam (*Patris nempe*) Hæreditatem pauperibus restituant, *hoc non universale; sed* particulare *saltem Fdeicommissum reputatur. num. 838.*

Donatio etiam omnium paternorum & maternorum bonorum non est universalis; *sed particularis; quod ex egregia &* his ipsis in terminis conceptâ Andreoli decisione *plenius stataminatur. num. 839. & seqq.*

Consilium Quadragesimum Quartum.

Complures DDres intrepidè definiunt, quòd, tametsi Testator ità loquatur: Cassans & irritans omne Testamentum & quamlibet aliam ultimam Voluntatem; *tamen* mortis causa Donatio pro revocata haberi non debear. *num.* 844.

De hoc, quòd Testator, per sui ex Fratre unici Nepotis Antonii Ignatii universalem Institutionem, sui Stemmatis Masculini Propagationem *præcisè intenderit, nullus Testium quidquam dixit, excepto uno. num. 845.*

Unicus testis, nullius testis, etiamsi in magna, clericali, *vel* seculari dignitate *sit positus. num. 846. & seq.*

Testis extra Articulos & Adversarii Interrogatoria *testimonium perhibens nullam fidem meretur. num. 848.*

Testes tantùm quoad Articulos & Interrogatoria jurati *censentur. num.* 849.

Ab hoc unico Teste, de quo hic Qr. perhibitum testimonium etiam ideò nullum *est, quia ipse* à Domesticis Domini Testatoris, ad hoc, ut illum ad condendum testamentum disponeret, *specialiter* vocatus *& subornatus*, per integrum Bihorium *continuatas* sollicitationes & instigationes tamdiu applicuit, *donec illum* vel tandem ad erigendum testamentum commoverit *num. 850.*

Portò huic testimonio etiam illud adversatur, quòd alius Testis *dicit*, se semper de hoc persuasum fuisse, *quòd etiam Domini* Antonii Ignatii Sorores unà cum ipso ad successionem vocatæ *sint. num. 851.*

Si Dominus Chiliarcha suæ Agnaticnis propagationem per Anton. Ignatium tàm enixè, serìò, & verè intendisset, *planè non est credibile, quòd ipse* ad ultimum ferè spiritum cunctatus, *neque* aliter testamentum *facturus fuerit*, quàm à Domino Pastore, *ab Ipsius* Domesticis *ad hoc* subornato, multus persuasionibus vel tandem permotus. *num. 852.*

Et si ista Intentio veritate nitatur, quomodò fieri potuisset, ut Ipse jam tunc, cùm ille Pastor ipsum inviseret, in vitæ extremo periculo *constitutus*, varias *ab illo* suggestas Rationes, *atque* Persuasiones, *per* integrum Bihorium *continuatas, tamen* insuper habuerit, *donec* Tandem, *pertæsus tàm immoderatarum sollicitationum*, ad erigendum Testamentum persuasus *fuerit. num.* 853.

Expenduntur *denuò* istius Testis *& Sollicitatoris* formalia verba. *num.* 854.

Qui hunc *sibi* scopum *& finem propesuit, ut* ex omnibus Agnatis unum solum sui Stemmatis Propagatorem & Hæredem ex asse, *hoc fine*, scriberet, *ut Familia per ipsum in majori splendore conservari valeret, ille* suæ Voluntatis ordinationem non ad novissima suæ vitæ momenta *differre voluisse censeri debet. num.* 855.

Qui unum solum *ex suis Agnatis, tanquàm* Propagatorem *suæ Agnationis*, in oculis *habet, suaq;* universa Bona, *etiam* Fratri jam anteà mortis causa donata, *soli assignare cupit, ille planè* non expectat, *ut à suis* Domesticis, *demùm*, per alium, *ad* Testamenti *confectionem* excitetur, urgeatur, & sollicitetur. *num.* 856.

Qui etiam Fratri m. c. donata, *& potissimam partem* ab ipso *hoc* fratre sibiipsi donata *Bona, cum* ingratitudine, *ei rursùs* adimere, *&* alii illa relinquere *intendit, ille*, jam Morti proximus, *ut hanc* suam Voluntatem *coram legitimo Testium Numero* expressè declarare potuit, *omnem* moram *abrumpit. num.* 857.

Neque patitur, ut sibi dilectus Presbyter varii generis Rationes, *&* Persuasoria operosè conquirat *quibus Ipsum* ad condendum testamentum movere, *per* integrum Bihorium, *omnibus viribus eniti necesse habeat. n.* 858.

Neque adeò moræ patientem *se præbet, ut jamjàm* Morbundus, *totum illud*

illud Bihorium, *sine* ulla Voluntatis, quòd testamentum conficere velit, significatione, elabi patiatur. *num.* 859.

Sed summa cum cura instantissimè ipse urget, *ut* Notarius & Testes *ad actum testandi* quàm celerrimè convocentur. *num.* 860.

Inculcantur denuò formalia verba, *quibus Pastor in L.* Testamentum *quæstionis, post* totius Bihorii sollicitationes, *tandem conciliavit. num.* 861.

Et ex illis demonstratur, quòd non aliud de illo judicium ferri possit, quàm quòd per immodicas, *ceu* per integrum Bihorium *continuatas*, Sollicitationes, *contra jura* extortum, *hincq; penitùs* nullum *sit. num.* 862. *& seqq.*

Hoc verò, quòd Testator etiam mortis causa Donationem, suo Benefactori & germano Fratri *factam, cujus* nullam omninò mentionem *injecit*, per hoc ipsum Testamentum, extortum & nullum, *nec* legaliter probatum, revocare *voluerit*, *ceu & ipsum* nullatenùs probatum, *refellitur. num.* 866.

Non ità Familiæ conservationi favere *debemus*, *ut* ad alios *exindè* injustitia *redundet*, *vel* ingratitudo. *num.* 868.

Neque terminos ab ipso Testatore præscriptos transilire *debemus. num.* 869.

Quæ Testator non dixit, *cùm* facilè potuisset, *nostrum non est* supplere. *num.* 870.

Non adeò magnus Familiæ splendor *est*, *si* unus solus ditissimus *sit*, *&* cæteri omnes humi repere *cogantur. num.* 871.

Donatio mortis causa (*nisi* universalis *sit*) *per* subsequens Testamentum, *in quo* nulla illius mentio *facta*, haud præsumitur revocata. *num.* 872.

Admissâ etiam hâc Præsumptione, *quòd Dominus Chiliarcha, per* Nepotem ex fratre, suam Familiam propagare *voluerit*; *non tamen hinc sequitur, quòd* erga suum Fratrem ingratissimus esse, *eiq; factam* Donationem revocare *voluerit*; *sed quòd potiùs* illum scopum, quoad cætera sua Bona, *obtinere intenderit. num.* 874. *& seqq.*

Et si omninò etiam Bona suo Fratri mortis causa donata *in eundem Nepotem devolvere voluisset*, Fratrem Fideicommisso, *in casum*, *si etiam ipse moriturus esset*, quoad ipsa illa Bona, onerare *potuisset. num.* 873.

Demonstratur, quòd, si etiam hæc Donatio mortis causa pro indubiè revocatâ haberi deberet; tamen nihil hinc commodi ad Dominum Baron. Antonium Ignatium *redundare valeret. num.* 878.

Dn. Chiliarcha reverâ intestatus decessit, *hincq;* ejus Hæreditas, *etiam* connumeratis Bonis Fratri ipsius mortis causa donatis, *inter* omnes Ipsius Hæredes legitimos, *in* stirpes *dividenda, demùmq;* ex una Stirpali Portione, Dn. B. Antonio Ignatio sua portio virilis *assignanda veniret, si reverâ hæc Donatio pro revocatâ habenda esset num.* 879 *& seq*

Quòd paterna & materna, *à Fratre Fratri* donata, Bona *nullo* Fideicommissi agnatitii nexu *devincta sint*; *per* judicialem Confessionem *probatur. num.* 881.

Talis Confessio omnes alias probationes, *etiam* Præsumptionem juris & de jure vincit; *ipsa verò per* nullam contrariam probationem infringitur. *num.* 881.

Etiam B. Dn. Commendator, *non obstante hôc suô* Sacri Ordinis charactere, *bonorum* feudali *&* fideicommissi familiaris nexu *devinctorum* capax *fuit. num.* 883.

Monachi, Religiosi, & Clerici regulares ad talia Bona non admittuntur. *num.* 884.

Benè tamen Seculares, *ut Canonici, & similes*: *Itemq;* Equites Hierosolymitani, Teutonici, *& alii. num.* 886.

Consilium Quadrageſimum Quartum.

Hîc non Qr. de eo : Vtrum Dn. Chiliarcha ſuo Fratri factam mortis cauſa Donationem, *coram* quinque ſaltem Teſtibus, *revocare* valuerit ; *ſed de hoc* : An voluerit? *num.* 888.

Id quod equidem Circumſtantiæ *hîc concurrentes credere non patiuntur. num.* 889.

Demonſtratur, non adeſſe quinque Teſtium habilium & non ſuſpectorum *Depoſitiones. num.* 890.

Et quòd etiam hi reliqui quatuor Teſtes in ſuis teſtimoniis non ità concordent, *ut in* Diſpoſitione nuncupativa probandâ *requiritur. num.* 891.

Porrò hæc Revocatio, *ſi etiam* pleniſſimè probata *eſſet*, eâdem Nullitate, *quâ etiam totum Teſtamentum, laboraret. num.* 892.

Repetitur denuò, quòd, ſi iſta Donatio verè & expreſſiſſimè revocata eſſet; *tamen* nihil inde commodi ad Dominum Antonium Ignatium pervenire poſſet. *num.* 894. *& ſeq.*

Inquiritur ; *Annon B. Dn.* Commendator iſtam Revocationem ſibi à Fratre factæ Donationis, *tanquàm validam, agnoverit ? num.* 897.

Evincitur Negativa. num. 898.

Particula, Quaſi, *regulariter*, nota eſt improprietatis. *num.* 899.

Dn. Commendator expreſsè negavit, *quòd iſta* Revocatio *à Fratre* ſit facta, *vel* validè *facta. num.* 900.

Confeſſio *nec* Jus, *nec* Naturam recipiens, nullius momenti *eſt. num.* 902. *& ſeq.*

Concluſio totius Reſponſi. *num.* 905.

CONSILIUM QUADRAGESIMUM QUINTUM.

DE Infanticidio in Partu quinquemeſtri, *& proindè* adhuc immaturo commiſſo, *ſelectior diſquiſitio.*

Præmittitur Facti Species *à num. 1. usque ad num. 48.*

Demonſtratur, Torturæ *in caſu propoſito nullum locum competere. num. 48.*

Utrum Corpus Delicti, *in talibus caſibus*, neceſſariam certitudinem *ferè conſequi valeat ? num. 49.*

Solum ſeptimummenſem, *ad* Partum vitalem *in has auras edendum, aptum judicant Hippocrates, Avicenna, Galenus, horumque aſſeclæ ; non etiam* Sextum, *multoque minùs* Quintum. *num.* 50.

Eidemque ſententiæ etiam Philoſophi *&* Jureconſulti *ſuum calculum addidére. num. 52. & ſeq.*

Paulus Zacchias *Partum* ſemeſtrem *&* quinquemeſtrem *vel* abortivos, *vel* non natos *habendos dicit. num. 54.*

Autoritas Ariſtotelis, Hippocratis, *cum cæteris*, *non tanta eſt*, *ut non* cedere *cogatur* Rationi, *&* recentiori Experientiæ. *num. 55.*

Partus ſemeſtres *&* quinquemeſtres *non minùs* vitales *eſſe, quàm* ſeptimeſtres, *probat* Experientia, *tametſi* rarior. *num. 56.*

Avicenna Semeſtrem *vidit* vitalem. *Alii etiam* quinquemeſtres. *num. 58.*

Horumque nonnulli etiam plures in annos ſuam vitam protraxerunt. *num. 60.*

Infertur ex his, quòd Corpus Delicti, in Caſu propoſito, *ad ſufficientiam* probatum *videatur. num. 61.*

Adducuntur Rationes *&* Circumſtantiæ, *ex quibus etiam* criminis Infanticidii Formale *in propoſito ſatis patere videtur. à num. 62. usque ad num 69.*

Peritorum in arte Phyſico-Medica jurato judicio *de Partûs editi* Vitalitate, *vel non-vitalitate, in dubio, credendum. num. 69.*

Consilium Quadragesimum Quintum.

In tali casu, quando Partus immaturus, *& imperfectus, oculis Judicis subjicitur, ex hoc solo,* daß daſſelbe / den Gliedern nach / Glidmäßig / und ſonſten vollſtändig vor augen ligt / Corpus delicti Infanticidii non redditur certum. *num. 70.*

Partum dicens abortivum *hoc probare tenetur. num. 72.*

Verùm iſta Probatio *hôc ipsô Judici facta videtur, ſi probetur, quòd Partus* ſexto menſe ſit editus. *num. 73.*

Ante ſeptimum menſem natus, *Juris diſpoſitione,* abortivus *præſumitur. num. 74.*

Incluſio unius Temporis continet alterius Excluſionem. *num. 75.*

Ante ſeptimum menſem *Mater Partum potiùs* ejeciſſe *dicitur, quàm* emiſiſſe. *num. 77.*

Partus tempore immaturo *in lucem editus, ſic, ut ſecundum* communem Naturæ curſum diu vivere nequeat, *in dubio, pro* non nato, *vel* mortuo nato, *vel* abortivo, *à DDbus reputatur. num. 78.*

Quando probatur, Infantem eſſe articulatum, *& ſua* diſtincta membra *habere, tunc* pro vita illius *inſignis exindè præſumptio oritur. num. 79.*

Hæc Q. A quo tempore Partus, *in utero materno conceptus,* vitalis evadat? *arbitrio prudentum relinqui debet. num. 80.*

Ex eo, ſi Partus in utero formatus, & diſtincta membra *habeat,* pro Vitalitate *ejus concludere debemus. d. num. 80.*

Quot Dies ad Partum in utero formandum *neceſſarii ſint? valdè variè Philoſophi, Jurisconſulti, & Medici ſentiunt. num. 81.*

Ex principiis phyſicis *Partus confeſtim,* ex primo momento Conceptionis, animatus *&* vitalis *eſt. num. 83.*

In primis diebus, hebdomadibus, *vel* menſibus *à Conceptione* nulla certa *& in ſenſus incurrentia* Signa Vitalitatis *monſtrari poſſunt. num. 84.*

Applicantur hæc omnia Partui quinquemeſtri, *quòd ille,* in dubio, *cen* immaturus, *& imperfectus,* pro non vitali *haberi debeat. num. 85. & ſeq.*

Pro vitalitate recens-editi Partûs *omnia Jura præſumunt. num. 87.*

Matri, *ſe illum* mortuum *in lucem* edidiſſe, *dicenti nulla fides habetur. n. 88.*

Verùm iſta Præſumptio in ſolis maturis Partubus *procedit. num. 89.*

Qui talem Partum vivum natum aſſeverat, *hoc* probare *tenetur. n. 91.*

In Foro interno *ſemper* tutior via *eligi debet, & propterea* Partus præſumitur animatus. *num. 92.*

Hoc, ut Partus quinquemeſtris vivus *naſcatur, in cenſum* ratò contingentium *referendum. num 93.*

Quæ rariùs contingunt, *in dubio* nunquàm præſumi *debent. num. 94.*

An in caſu, quando Partus quinto menſe *eſt editus, illius* Parentes à præſumptione præmaturi concubitûs immunes ſint? *num. 95.*

Quia Partus quinquemeſtris, in dubio, non vivus natus *præſumitur, de* Corpore delicti, *ex* ſola illius commonſtratione *conſtare non poteſt. num. 96.*

Et dehinc nec Torturæ *locus patefit. num. 97.*

Tortura *omni* corporali pœnâ gravior *reputatur. num. 98.*

Præſumptio Juris *onus* probandi *in* adverſam Partem *rejicit. num. 100.*

Per probationem Partûs vitalitatis *demùm* Corpus delicti *ſuam accipit certitudinem. num. 101.*

Probatâ *demùm* Partûs Vitalitate Præſumptio *intrat, quòd ille* doloſè à matre occiſus ſit. *num. 102.*

Sine probatione hâc nunquàm certi *eſſe poſſumus, vel tutò credere, quòd* Partus, vivus, *in hanc lucem prodierit,* ſuâque vitâ, *dolo malo,* à matre privatus *fuerit. n. 103.*

De Corpore Delicti *non ſolùm ad effectum* dictandæ Pœnæ, *maximè* capitalis; *verùm etiam ad effectum* decernendæ Torturæ *conſtare oportet. num. 104.*

Consilium Quadragesimum Quintum.

Tortura *non ad* Facti liquidationem; *sed, si de illo Judici jam constet*, ad extorquendam *Personæ de aliquo Crimine suspectæ* Confessionem *decerni debet. num. 105.*

Nemo tutò asserere *potest, vel ipsemet credere, quòd* Partus præmaturus & imperfectus, *in lucem hanc* vivus reverà sit editus. *num. 107.*

Cum istis Regulis malè cohæret *hæc Quorundam assertio, quòd tali in casu* non *quidem* Culei; *benè tamen* Gladii Pœna obtineat. *num.* 108. *& seqq.*

Excutitur præprimis doctrina Carpzovii, Q. crimin. 11. num. 37. usque ad num. 43. *hic num. 110. & seqq.*

Declaratur hæc assertio, quòd non nisi in illis casibus obtineat, quando Mater talis Partûs ipsa fatetur, quòd ille vivus in orbem prodierit. *num. 115.*

In talibus casibus *benè* Pœnæ Gladii, *in locis, ubi* Culei pœna ordinariè *in crimine Parricidii obtinet, dictari potest. num.* 117.

Qualis talibus in casibus in Ducatu VVürtembergico Pœna dictari posset? n. 118.

In Casu proposito *adferuntur* Rationes, *quare* Tortura *non possit decerni? num. 119. & seqq.*

Tametsi alicui libera facultas, nullâ Solennitate servata in causis criminalibus procedendi *concessa sit; tamen semper* hæc Conditio, *dummodò* de corpore delicti constet, *subintelligi debet. num. 124.*

Laudantur DDres, *eandem sententiam, quòd*, si Partus immaturus, *verbi grat.* quinquemestris, mortuus reperiatur, *Pœna* ultimi supplicii *locum non habeat. num. 125. & seqq.*

Præcipuè notabilis Senatûs Pedemontani Decisio *apud Tessaurum. num.* 128.

Ob crimen procurati Abortûs *pœna* ultimi supplicii *non aliter obtinet, quàm si* Partus certo abactus certò vitalis *fuerit &* animatus. *num. 132.*

De Vitalitate *Partûs abacti* ante decursum XX. Septimanarum, *seu plenorum quinque mensium constare non potest. num. 133.*

Partus quidem confestim à primo suæ conceptionis momento verè animatus & vitalis *est; verùm de hac ejus Vitalitate priùs* nec Matri constare *potest, quàm* integri V. Menses elapsi *fuerint. num. 134.*

De irrogando ultimo supplicio *non aliter quæri potest, quàm si* absolutam de Corpore delicti certitudinem *habeamus. num. 130.*

Utrum dimidium gesti Uteri Tempus, ubivis locorum, *quoad crimen* procurati abortûs, receptum *sit? num. 135.*

Aliud est, Abortum facere, *seu procurare, & aliud,* pati. *num.* 137.

Partus abactus *longè* certiùs *& facilius* vitalis fuisse præsumi *potest, quàm* immaturus ex Utero ejectus. *num.* 138.

Pœna fustigationis Morti proxima. *num. 139.*

Adducuntur Rationes, *propter quas, in substrato*, nec Fustigationis pœnæ *locus patescat. num. 140. & seqq.*

Subnectitur Sententia. *num. 152.*

CONSILIUM QUADRAGESIMUM SEXTUM.

DE Crimine Assassinii, per Venenum attentati, & ad actum proximum perducti, *sollicita dispectio.*

Præmittitur Facti Species, *à num. 1. usque ad num. 82.*

Veneficii Crimen *in censum Criminum* atrocissimorum *communissimè refertur. num. 83.*

Plus *est, aliquem* veneno, *quàm* Gladiô interimere. *num. 84.*

Assassinii Crimen plusquàm atrocissimum & horrendissimum *à DDbus appellatur. num. 85.*

Consilium Quadragesimum Sextum.

Hoc crimen tanto scævius & sævius, *quanto* occultius, *eoque* occultius, *quò* sceleratius, *ac tanto* sceleratius, *quanto* occultius. *num. 86.*

In proposito tria atrocissima Crimina *videntur* concurrere, *nempe primò* Veneficii, *secundò* Assassinii, *tertiò* Latrocinii. *num.* 87.

Perito Medico, & Pharmacopolæ, *de verè* propinato Veneno *judicantibus, fides habenda. num.* 89.

Venenum *ab alio*, eo fine, *accipiens*, ut, pro certa mercede scelestissimæ hujus operæ, illud alteri propinet, *horrendissimæ* Assassinii *immanitatis procul dubio reus fit. num. 90. & seq.*

Assassinii *crimen*, *solo* nomine excepto, *etiam* Juri Civili *non est incognitum. num. 93.*

Definitio hujus Criminis. *num. 94.*

Assassinium verum *illud vocatur*, *quando* Infidelis, *ad* occidendum hominem Christianum, *intuitu* præmii *sibi oblati*, *immanissimam locat operam. num. 95.*

Inproprium *illud*, *quando* Christianus ad alium Christianum, *quacunque ratione*, neci tradendum, *spe promissæ* mercedis, *suam* operam promittit. *num. 96.*

Major à Christiano, *ad alium* Christianum, *in Christo fratrem, spe exilis lucelli, scelestissimè necandum, suam operam locante*, impietas *committitur*, *quàm ab homine* ethnico, *quasi* nato & jurato Christiani Nominis Hoste. *num. 97.*

Assassinorum *probrosissimum* nomen *quinam mereantur? num. 98.*

Capit. 1. de homicid. in 6. favorabile, & Reipublicæ medicinale *est*, *ac propterea* latè interpretandum. *num. 99.*

Ad Formam *hujus Criminis requiritur* expressa *inter Duos* Conventio de interimendo homine Christiano. *num. 100.*

Non sufficit Unius ad hoc tendens Voluntas. *num. 101.*

Ex una parte explicitum *de homine Christiano necando requiritur* Mandatum. *num. 102.*

Ex altero latere similiter expressa *tàm scelesti* mandati Acceptatio *requiritur. num. 103.*

Silentium *illius*, *cujus operam alter conducere vult*, *ad hoc* non sufficit; *etiamsi* ab illo *tàm horrendum* mandatum effectui detur. *num. 104.*

Citra reciprocum seu mutuum Consensum *talis operæ* Conductoris & Locatoris *Assassinium non committitur. num. 105.*

Quibuscunque *verò* verbis hæc Voluntas declaretur, *nihil penitùs interest. num. 106.*

Secundò ad Formam *hujus criminis requiritur* Interventus Mercedis. *num. 107.*

Absque Pecunia, *sive* Mercede, *vel ad minimum illius* promissione *Assassinii crimen committi nequit. num.* 108.

Neque sufficit, *Pecuniam promitti*, *vel dari*; *sed eandem* nominatim in causam Assassinii dari *oportet. num. 109.*

Assassinium, mediante Conductione, *in esse producitur*, *quæ* sine certa, *vel protinùs* datâ, *vel* conventâ Mercede, *cōnstitui nequit. num. 110.*

*Hinc*que Mandans, *qui* simùl & Conductor *esse debeat*, & Mandatarius, *qui* simùl & Locator *sit*, *à DDbus requiritur. num. 111.*

Ad Locat. conductionem *præcisè* Merces in pecunia numerata *consistens requiritur. num. 112.*

Ad Assassinium in esse producendum non quidem quodcunque Emolumentum, *hinc*que *nec* Commodatum, *nec* Mutuum *sufficit. num 113.*

Verumtamen nec pecunia numerata præcisè *requiritur. num. 114.*

Sed quælibet Merces *seu in* spe, *seu in* corpore, *seu* pecunia numerata, *sufficiens est. num. 117.*

Hinc

Consilium Quadragesimum Sextum.

Hincque etiam Promissio de Sorore, *vel* Filia Assassinatoris, *cum Assassino* matrimoniô jungendâ, *hoc crimen constituit. num.* 118.

Nihil interest, sive Merces *Assassino promissa sit* magna, *sive* modica, *sive* valdè exigua. *num.* 120.

Alterius mortem, etiam ob minimam mercedem, *promittens* ordinariam Assassinii pœnam *incurrit. num.* 121.

Etiam Par caligarum, calceorum, tibialium, Indusia, Farinam *promitti sufficit. num.* 122.

Non Quantitas Lucri; *sed* sola Assassini, *pro* modica pecuniola *hominis* necem *spondentis*, malitia *attenditur. num.* 123.

Ob Grossum, *quem sperat, aliquem occidens, cædem æquè, ac ille, qui* pro mille florenis *talem sceleratissimam operam promisit*, lucri causa *committit. num.* 125.

Præjudicium *de eo, qui* ob modium Farinæ *aliquem vitâ privavit, & propterea* Rotæ supplicio *subjectus. num.* 126.

Nihil interest, sive Merces *confestim* soluta, *sive* saltem promissa *sit. num.* 127.

Spes Lucri sola *tùm* Assassinium, *tùm* Latrocinium à simplicis Homicidii *delicto abstinguit. num* 128.

Quoad Mercedem *Assassino promissam* nulla Cautio, *vel* Scriptura *necessaria est. num.* 130.

Neque Pœna ordinaria *ex eo* cessat, *quòd* Assassinus, *ab Assassinatore*, eorum, quæ ipsi promissa fuére, nihil fuerit consecutus. *num.* 131.

Applicantur *hæc jura* Casui substrato. *num.* 131.

Etiam Fœminæ *hujus Criminis, ad effectum fundandæ* ordinariæ ejus Pœnæ, reæ fieri *possunt. num.* 133.

Objectum *hujus Criminis non nisi* homo Christianus *constituit. num.* 135.

An Præsentia *illius*, qui operam alterius ad hominem necandum, pro mercede eidem promissâ, conduxit, formalem Assassinii Rationem *impediat? num.* 136.

Quando aliquis ipsemet alterum invadit; *animo illum occidendi, licet etiam* aliorum, *ad hoc*, ut ipsum in perficiendâ hâc cædo juvarent, operam conduxerit *pro certa mercede; tamen nullum à talis* homicidii Sociis, *neque etiam* ab illo Assassinium *committitur. num.* 133. *& seqq.*

Assassinium *Germanus* eine Meuchelmörderey *appellari consuevit. num.* 139.

Pœna assassinii *tùm demum proceait*, si quis homicidium, per alium, committat, *Christiano occidendo plerumque* ignotum, *ut dehinc* tanto minùs ab illo cavere queat, *num.* 140.

Justissimum est, ut gravius puniatur *ille*, qui nulli periculo seipsum exponens, clàm, per alios, *pecuniâ* conductos, *&* Adversario ipsius ignotos, *homicidium committit, quàm qui* periculum ipsemet subit, *& tantùm* cædis Socios, *quantumvis* pecuniâ conductos, adducit. *num.* 141. *& seq.*

Uxorem alterius *eô fine interimens*, ut Marito ipsius connubio jungatur, Latrocinii *reatum exindè incurrit. num.* 143.

Latrocinii *crimen illi omnes committunt, qui* spe consequendi cujuscunque Lucri, *sive* pecuniarii, *sive* honoris, *sive* liberationis à promerita pœna, *vel ut* Sponsæ, *aut* Viduæ, *vel* Viduo alterius *matrimonio jungantur, hominem interimunt. num.* 145.

In dubio verba ambigua *seu dubia* in benigniorem partem *accipere debemus. num* 147.

Concursus Assassinii cum Latrocinio *non facit locum* Pœnæ severiori. *num.* 148.

Plurium criminum concursus, *quorum* quodlibet pœnâ ultimi supplicii *cœrcetur, utrum* severiori supplicio *locum pariat? num.* 149.

Quoties

Consilium Quadragesimum Sextum.

Quoties de pœnâ Assassinii *quæritur*, *priùs* Qualitas *illius*, *quâ hoc Crimen à quovis tùm* qualificato, *tùm etiam* simplici homicidio distinguitur, *legaliter* probanda. *num.* 150.

Priusquàm de Crimine plectendo *quæratur*, *de eodem* priùs satis constare oportet. *num.* 152.

Corpus delicti in crimine Assassinii *quodnam dicendum? num.* 153.

Illud non aliter censetur probatum, *quàm* si dolosus, in hominis Christiani internecionem tendens, Consensus Mandantis & Mandatarii probetur, *cum* Promissione, *&* Acceptatione cujuscunque Mercedis. *num.* 154. *& seq.*

Acceptatio expressa *ad hoc requiritur*, *nec sufficit* tacita, *sive* sola illius Promissio *& oblatio* præsenti & tacenti facta. *num.* 156.

Evolvitur Confessio, ab una Inquisita, *in proposito Casu facta. num.* 158. *& seq.*

Sola imputatio criminis Assassinii nihil operatur. *num.* 160.

Neque etiam solius Mandatarii *vel* Mandantis Confessio *ad* Corpus delicti hujus Judici repræsentandum *sufficiens est. num.* 161.

De Corpore delicti *aliter constare debet ad effectum* specialis Inquisitionis, *aliter* ad Capturam, *multoque exactiùs ad* Torturam *decernendam, omniumq; plenissimè ad* ultimum Supplicium. *num.* 163.

Idem in Assassinio *obtinere ostenditur. num.* 164.

In hoc crimine *ad Actum* Inquisitionis, *&* Incarcerationis, leviora Indicia *creduntur sufficere. num.* 165.

Tractatus de homine interimendo *plerumque difficillimæ probationis. num.* 166.

Tale *namque* Mandatum *non palàm* in platea; *sed clàm* in cubiculo *dari consuevit. num.* 167.

Ad Torturam *in crimine Assassinii decernendam majora quidem &* urgentiora Indicia; *veruntamen* & hactenus levior probatio, *quàm in aliis criminibus, quæ faciliùs probari possunt, admittitur. num.* 168.

Non ergò requiritur, ut concludenter *de hoc crimine constet, tanquàm* excepto. *num.* 169.

Assassinus ob Testes de auditu torquetur. *num.* 172.

Imò etiam ob Testes de auditu auditûs. *num.* 173.

Doctrina Giurbæ de crimine Assassinii, ad varios Juris effectus probando. *num.* 174.

In hoc crimine Testes, *etiam* non citatâ Parte adversâ ad hoc, ut videat illos jurare, examinari possunt. *num.* 177.

In aliis criminibus luce meridianâ clariores requiruntur Probationes; *in* Assassinio *sufficiunt* probabiles. *num.* 178.

Verba *Pontificis in* Capit. 1. de homicid. in 6. *quòd de crimine Assassinii* ex Indiciis probabilibus & argumentis constare debeat, *diversissimas fortita sunt interpretationes. num.* 179.

Nonnulli per ista probabilia Argumenta exaudiunt Juris præsumptiones. *num.* 180.

Alii semiplenas Probationes. *num.* 181.

Denuò Alii veras & plenas Probationes. *num.* 182.

Rursùs alii talia requirunt Argumenta, ex quibus probatum, *seu, ut Alii loquuntur*, indubitatum oriatur Indicium. *num.* 183. *& seq.*

Ista difficultates indè valdè augentur, *quòd* nonnulli Interpretes Indicia ad Condemnationem *necessaria cum indiciis* ad Torturam concludentibus confundant. *num.* 187.

Usus Fori *probabilia Argumenta illa dicit*, quæ, pro indole hujus criminis *atrocissimi & excepti*, ad Torturam sufficiens indicium *pariunt. n.* 188.

Remotæ & debiles Præsumptiones *nec* ad Torturam, *ob hoc Delictum decernendam, sufficiunt. num.* 189.

Consilium Quadragesimum Sextum.

Sine Indiciis *ad dictandam* Torturam *sufficientibus hæc ne quidem* in Criminibus exceptis *decernitur. num.* 191. *& seq.*

Applicantur *hæc Jura* Casui proposito. *num.* 190. *& seqq.*

Et expenditur perspicua, constans, *&* in Confrontatione, *sub gravissimis* imprecationibus, *intrepidè* repetita unius Inquisitæ Confessio. *num.* 194.

Ad fidem de Crimine Assassinii *faciendam etiam* Testes sufficiunt exceptionem patientes. *num.* 196.

In Assassinio etiam criminis Socius, *de Facti veritate*, sub Torturæ cruciatibus *interrogatus*, *ad* convincendum Assassinatorem, *etiam* non concurrentibus ullis aliis indiciis, *fidem meretur. num.* 197.

Multo igitur magis, si etiam alia Indicia concurrant. *num.* 198.

Duo criminis hujus Socii *Tertium denunciantes*, *ad decernendam* Torturam *sufficiunt* sine aliis adminiculis: Unus *verò etiam* aliis argumentis concurrentibus. *num.* 199.

Qualia adminicula pro sufficientibus haberi *debeant?* prudentiæ Judicum omninò relinquendum. *num.* 201.

Nominatio criminis Socii, *ad hoc*, *ut indicium ad Torturam constituat*, quomodò in aliis delictis comparata esse debeat? *num.* 202.

Requisita illius *in crimine* Assassinii non adeò præcisè necessaria *sunt. num.* 203.

Applicantur *hæc Jura* Casui proposito. *num.* 204. *& seq.*

Inquisitus seu Reus *non debet* de certa aliqua Persona, *tanquàm criminis Socio*, interrogari. *num.* 206.

Reus delictum suum confessus *hâc ipsâ de causa*, *quòd* famosi delicti se reum fatetur, infamis *evadit*, *& propterea* jurata ipsius depositio *contra criminis Socium non sufficiens est*; *sed* per Torturam firmata *requiritur. num.* 207. *& seq.*

Quidsi concurrat aliud Indicium? *num.* 210. *& seqq.*

Nominatio sola *nec in* Criminibus exceptis *sufficit. num.* 213.

Testis inhabilis *nec in* talibus criminibus *sufficiens est*, *nisi* aliqua Præsumptio, *vel* Indicium concurrat. *num.* 214.

Socii criminis *Nominatio regulariter non, nisi* cum Tortura, *admittitur. num.* 215.

Applicantur *hæc Jura* Casui proposito. *num.* 216. *& seq.*

Verisimilitudo Indiciorum contra denunciatam Criminis Sociam militantium *hoc operatur*, *ut Denuncians seu* Nominans tanto remissiori Torturæ *subdatur. num.* 218.

In Tortura *decernenda* moderatæ rationis Temperamentum *imprimis in eo attendi debet*, *ut Qualitas seu* Gravitas indiciorum *sollicitè spectetur. num.* 219.

Qui nullam Cædis *à se* patratæ, *vel* attentatæ Rationem *allegare potest*, *imò ipsemet ab occiso, vel quem voluit interimere*, insignibus beneficiis se mactatum *fatetur*, *etiam* nullo contra ipsum ulteriùs militante Assassinii indicio *nihilominùs* Torturæ *subjici potest. num.* 220. *& seqq.*

Cædis convictus, *eamve* confessus, *de illius* Mandatore *rectè interrogatur. num.* 221.

Idque, *sive* Assassinus *sit* vilis persona, *sive* honestior. *num.* 224.

Exhibentur Circumstantiæ *in crimine* Assassinii diligenter explorandæ. *num.* 225.

Easdemque Circumstantias Assassinus *adversus* Assassinatorem, *per corporis cruciatus*, *sive* Torturam, probare *tenetur. num.* 226.

Tractatus præambuli *Assassinatorem inter & Assassinum sedulò indagandi. num.* 228.

De tertio Requisito ad Socii criminis validam nominationem, detectæ *nimirum* Inimicitiæ *inter Denunciantem & Denunciatum. num.* 230.

Non

Consilium Quadragesimum Sextum.

Non satis est, ipsos post crimen commissum, *vel attentatum*, in gravissimam delabi inimicitiam; *sed* hæc Denunciationem præcedere *debet. num.* 231. *& seq.*

Expenditur quam hujusmodi Denunciationis Requisitum, quòd Denunciatum talem personam *esse oporteat*, ut, Crimen ab illa commissum esse, verisimile sit. *num.* 233.

Fugâ statim arrepta *haud exiguum* Criminis alicui imputati indicium *parit. num.* 235.

Veneficii Indicium *haud postremum inde nascitur, si* Veneni coemptio *contra aliquem probetur. num.* 236. *& seqq.*

Testis, deponens, se Inquisito Venenum vendidisse, *sub religione* jurisjurandi *hoc asseverare debet. num.* 240. *& seq.*

Jurata Testimonia *etiam in* criminibus exceptis *requiruntur. num.* 241.

Suppeditantur varia Interrogatoria, *tùm* Testibus, *tùm* Personis inquisitis *proponenda. num.* 243. *& seqq.*

Ad interrogatoria, *ab inquirente Judice, proposita*, talia respondens, quæ Innocens nec scire, nec eloqui potest, *de imputato eidem delicto* suspectus *redditur. num.* 250. *& seq.*

Venenum Cani, paulo ante veneficium in Homine commissum, *vel attentatum, in offa objiciens* propinati Veneni suspectissimus *redditur. n.* 253. *& sqq.*

In crimine Veneficii *&* Assassinii *etiam* Inimicitia cum interempto, *ad dictandam* Torturam, *multum ponderis habet. num.* 258.

Sed ad hoc, regulariter, capitalis *requiritur* Inimicitia. *Veruntamen &* levior, cum aliis indiciis concurrens, *sufficit. num.* 260. *& seq.*

Intrepida *Complicis, sive* criminis Sociæ Denunciatio, *sub gravibus*, in actu Confrontationis, obtestationibus, & Divinæ Vindictæ imploratione *facta, contra denunciatam* ad omnia objecta, *vel planè* tacentem, *vel sub* simplici negatione *respondentem, haud contemnendum indicium parit. num.* 262.

Socium criminis denuncians, *si* contra seipsum confiteatur, *Denunciationi suæ multum* verisimilitudinis *hôc ipsô conciliat. num.* 264.

In crimine Assassinii Conatus *plenariæ ejus* consummationi proximus, *sed Immediatus, interdum* Rotæ, *interdum* Gladii *supplicio pœnitur. num.* 270.

Qualis conatus *dicatur* proximus atque immediatus? *num.* 272. *& seq.*

Hujusmodi Conatus, Hodienùm, *pœnâ* Gladii, *& ut postea* Cadaver Rotæ impo natur, *coerceri consuevit. num.* 275.

De contraria Consuetudine *testimonium* Sperelli. *num.* 276.

Etiam Fœminæ torturæ *subjici possunt. num.* 277.

De Gradu torturæ *apud nos* intensissimo, *&* Modo illum exequendi. *n.* 278.

Interrogatoria ante Torturam adhibenda. *num.* 279. *& seqq.*

Monentur nonnulla ante actum Torturæ investiganda. *num.* 285. *& seqq. usq; ad num.* 297.

Commendatur enixè Dominis Inquisitoribus, ut etiam Ministros Verbi Divini *in commissi criminis eruendâ veritate adhibeant. num.* 293.

De Modo *dictandæ* Torturam exequendi. *num.* 300.

CONSILIUM QUADRAGESIMUM SEPTIMUM.

Remittitur Cohærentia *cum proximè* antecedente Consilio. *num.* 1. *& seqq.*

An Jus aggratiandi *in atrocissimo* Assassinii crimine *locum inveniat? num.* 6.

Quando hoc Crimen non plenariè consummatum; *veruntamen ad actum plenariæ illius* consummationi proximum *perductum, tunc multi dicunt, pœnam ultimi supplicii Hodiè cessare. num.* 15. *& seq.*

Consilium Quadragesimum Septimum.

Venenô *alicui*, *in cibo*, *vel potu*, *per Assassinum*, actualiter propinatô; *si tamen* Homicidium non fuerit secutum, *utrum* Pœna ordinaria in mitiorem, *etiam* pecuniariam, converti *valeat*? *num.* 17. *& sq.*

Senatûs Mediolanensis *sententia de hoc*, & varia observantia. *num.* 19.

In talibus terminis multa dependent à judicio Medicorum, *utrum talem* Personam, cui Venenum propinatum, *in totum*, *vel tantum* reconvalituram, *spes ipsis affulgeat*, *vel magis vereantur*, *Venenum eidem vel* ipsam mortem, *vel* irreparabilem sanitatis jacturam *conciliaturum*? *num.* 21. *& sq.*

Priori in casu Tortura *remitti*, & Pœna *duntaxat* Fustigationis *tùm* Assassinatrici, *tùm* Assassinæ, *de quibus hîc Qr. dictari debet. num.* 24.

Declaratur Capit. 1. de homicid. in 6. *num.* 25.

In posteriore Casu *nec* Torturæ, *nec* Pœnæ ordinariæ Remissio *locum* sortitur. *num.* 26.

In criminibus atrocissimis, *ex multorum sententia*, *etiam* Moribus modernis, *licet* non ordinaria; *tamen* ultimi supplicii Pœna *decernitur*. *num.* 27.

Recensetur sententia Italiæ, Hispaniæ, & Germaniæ nostræ Jurisprudentum. *num.* 28. *& sqq.*

In casu substrato Pœna Gladii (1.) *ob* concursum duorum atrocissimorum Criminum; (2.) *de illis effectui dandis* multoties habitam deliberationem; (3.) Causæ ad illa perpetranda *moventis extremam* levitatem; (4.) *ob summam* alterius Correæ, *in optimè de se meritâ* Benefactrice veneno necanda, ingratitudinem; (5.) Vitam anteactam *nullatenùs commendabilem*; (6.) *Ob* Vilitatem promissæ mercedis, *accedente Rearum*, *per Torturam*, *vel aliter conciliandâ Confessione*, *jure dictari posset. num.* 34. *& seqq.*

Sollicitatio *alterius Complicis ad hoc Crimen perpetrandum*, *etiam* sæpiùs repetita, pœnam non mitigat. *num.* 41.

Veneficii Frequentia *dissuadet* mitigationem. *num.* 42.

Pœna Gladii, *in hoc crimine*, dupliciter extraordinaria *est*. *num.* 43.

Ut propter Conatum *Criminis* Assassinii *ad* actum proximum *perductum* Pœna ultimi supplicii *dictari valeat*, quæ & quot Requisita *DDres efflagitent*? *num.* 47.

Ad certitudinem Corporis delicti *in crimine* Adulterii *non sufficit* unius *saltem* Partis confessio. *num.* 48.

Pœna capitalis, *ob* Adulterium prima vice *commissum*, nostris moribus, *rarò decerni solet. num.* 50.

Confessio sola, *nisi aliundè* de corpore delicti *prius constet*, *ad dictandam* pœnam capitis *haudquaquàm sufficit. num.* 51.

Confessio Socio, *delictum neganti*, *regulariter* non præjudicat. *num.* 52.

Et per rerum naturam ad Condemnationem non sufficiens est. *num.* 53.

Ob solam Rei confessionem pœna Fustigationis dictari *potest*. *num.* 55. *& seqq.*

CONSILIUM QUADRAGESIMUM OCTAVUM.

DE Remedio Legis, Si quis in tantam. 7. Cod. unde vi, & moderno ejus Usu *penitior dispectio.*

Recensetur Facti Species *à num.* 1. *usque ad num.* 51.

Ad excludendum dictæ L. Remedium *non sufficit*, Possessionem per Notarium publicum *fuisse apprehensam. num.* 56.

Ut Possessio violenter occupata *dicatur*, *sufficit*, *ut quis alterius*, præsumptivè inviti, &, *si præsens fuisset*, *reluctaturi*, possessionem de facto invaserit. *num.* 58.

Hæres in Delictis non repræsentat defunctum. *num.* 59.

Ubi Noxia, *ibi* Pœna *subsistere debet*. *num.* 62.

Pœnæ

Consilium Quadragesimum Octavum.

Pœna Legis 7. Cod. unde vi, non incurritur ipso jure, *& proindè nec sola* declaratoria Sententia *sufficit*; *sed* condemnatoria *necessaria est. num.* 63.

Ubi Pœna Amissionis per Legem *imponitur*, *illa*, *regulariter*, per Sententiam Judicis *imponi intelligitur. num.* 65.

Quoties Pœna Actori applicanda, *Actio vel* Imploratio Judicis *semper debet* præcedere. *num.* 66.

In Pœnis, *quæ* ipso jure *committuntur*, illarum Executio ab ipsa Lege fieri *intelligitur*, *ut dehinc illæ etiam* ab Heredibus *delinquentis exigi valeant. num.* 67.

Illustratur hoc exemplo Legis 41. Cod. de transaction. *num.* 68.

Ubi Lis cum defuncto Delinquente contestata, *ibi etiam* merè pœnales & mixtæ Actiones *adversus illius* Hæredes *transeunt*; *cum* eodem effectu, *qui etiam adversus* ipsum defunctum *locum habiturus foret*, *exceptâ* Infamia. *num.* 69.

Applicantur hæc Remedio Legis 7. Cod. unde vi. *num.* 71.

Violentam *alicujus Prædii vel Pagi* invasionem *nec* Avita Pacta & Testamenta, *nec* à Cæsare impetratum Mandatum S. Cl. *de possessione restituendâ*, *&* pœna dictæ Legis VII. *liberant. num.* 72. *& sqq.*

Verba *dictæ L. VII. Cod. unde vi*, *videlicet hæc:* Ante judicialis arbitrii adventum, *quidnam significent? num.* 75.

Qui obtentum Mandatum, *vel* Sententiam Judicis ipse exequitur, *vel* Possessori, *privatæ hujusmodi Executioni* resistenti, facit vim, *pro* Invasore violento *habetur. num.* 77. *& sq.*

Violenter ejectus *si* Dejectorem *rursùs* incontinenti *ex prædio* dejiciat, *nec* pœnæ Legis VII. Cod. unde vi, *nec* alii, eapropter, obnoxius est. *num.* 80.

Talis incontinenti *facta* Re-expulsio *rectè dicitur illa*, *quæ* post unicum Diem intermedium *subsecuta. num.* 82.

Termini, Incontinenti, *quis significatus? num.* 84.

Qui possessionem, vi sibi ereptam, *in* ipso congressu, *vel in* ipso conflictu, *per vim* recuperat, *in* pristinum statum *potiùs reverti*, *quàm* vi possidere *intelligi debet. num.* 85.

Violenter dejectus Amicos conquirens, *vel* Superioris Clientelam implorans, *ut* ipsum adjuvent *in recuperanda possessione*, *pariter* incontinenti *hanc recuperâsse dicendus venit. num.* 87.

Producitur authentica, *ex* Jure Canonico, *&* Constb. Imperii pragmaticis, *horum Jurium confirmatio. num.* 88. *& sq.*

Tota hæc Q. An Dejector violentus rursùs incontinenti dicatur expulsus? *prudentis* Judicis arbitrio *relinquenda. num.* 90.

Nobilis Castrum, *quê ipse violenter ejectus*, post aliquot menses demùm recuperans, *illud* incontinenti *dicitur recuperasse. num.* 91.

Insignis *ad talem Recuperationem* Apparatus *requiritur. num.* 92.

Dejectus dejectorem rursùs incontinenti, *licet* coadunatis hominibus *expellens*, *nullius quidem* Spolii *reatum incurrit*; *veruntamen ob ipsam hanc suam* Avtodicen, *præterquàm*, *quòd ipse* amissam possessionem *ità recuperaverit*, *etiam* Pœnam, *quam*, *in casu non factæ Reexpulsionis*, *exigere potuisset*, *hac ex causâ* amittit. *num.* 95.

Ubi deficit Præsuppositum *dispositionis*, *deficit etiam* Dispositio. *num.* 98.

Rem statim recuperans *malè dicitur* spoliatus. *num.* 99.

Utrum, Possessione incontinenti recuperatâ, Delictum *Violentiæ nihilominùs* consummatum *appellari mereatur? num.* 100.

Utrum Pœna L. VII. Cod. unde vi *in tali casu locum obtineat*, *vel* alia mitior? *num.* 101.

Lex VII. loquitur de Occupatore, *qui* cum effecturem occupatam penes se habet. *num.* 102.

Vi sibi ereptam possessionem Ipse statim recuperans à dispositione dictæ L. VII. recessisse *videtur. num.* 104.

Violentus dejector, statim rursùs dejectus, ad Sumptus *quidem huic secundo dejectori, & ad* aliquam Pœnam *Magistratui tenetur*; *verùm* Pœna *sapedictæ* Legis VII. *remittitur. num.* 105.

Violenta Re-expulsio quando incontinenti *dicatur facta*? ex textibus *ostenditur, & complurium* DDrum pronunciatis. *num.* 107. *& sq.*

Violenter dejectus si omnia quantocyùs in pristinum statum ipse restituat, *&, postbabitis omnibus juris Remediis*, sibi ipsi jus dicat, *omnem sibi competentem, tùm* Rei, *tùm* Pœnæ persecutoriam Actionem, *eapropter*, amittit. *num.* 110.

Injurias sibi illatas retorquens *tùm* recantatoriam, *tùm* æstimatoriam Actionem amittit. *num.* 111.

Etiam ille, qui suum violentum dejectorem iterum vi dejicit, *licet* incontinenti, sibi ipse Jus dicit, *& eatenùs* jus dicentis autoritatem negligit, *sic, ut hôc ipsô* Remediis Juris, *propter Vim expulsivam aliàs competentibus*, renuntiasse *videatur. num.* 112.

Ad Remedium Legis 7. Cod. unde vi, in ipsa hac L. expressè requiritur, ut Occupator habeat facultatem violenter invasam possessionem restituendi. *num.* 113.

Injuria, *per talem* Possessionis, mox recuperatæ, invasionem, *expulso illata* ad effectum perducta *dici non potest. num.* 114.

In civilibus pœnis Delictum non planè ad effectum perductum *ad* Jurium *delinquentis* Amissionem *sufficiens dici nequit. num.* 115.

Violenter ereptæ Possessioni suâ propriâ manu illicò restitutus, nec ad momentum, suam possessionem amisisse *videtur. num.* 116.

Ante Expulsionem *inchoata* Præscriptio per illam nullatenùs interrupta *intelligitur. num.* 117.

Glossæ auctoritatem *deprædicat Gœddæus. num.* 119.

Collaudantur complures celeberrimi Doctores, *pro ista sententia*, quòd, si violentus dejector incontinenti rursùs fuerit dejectus, Pœna dictæ Legis VII. nullum locum obtineat, *constanter pugnantes. num.* 120. *& seqq.*

Præcipuè Balthasar, *&* Rath, *duo Bavariæ Jurisconsulti*, hanc doctrinam communiter approbatam *testantes. num.* 125. *& seq.*

In Legis pœnalis *interpretatione si quid* dubii *incidat*, semper mitior sententia *præferri debet. num.* 128.

Violenter dejectus *si per* suos Agnatos, ab ipso de hoc nullatenùs rogatos, *suæ possessioni* incontinenti restituatur, *an*, ob factum hoc Tertii, Remedium Legis VII. *Cod. unde vi* amisisse *dicendus sit? num.* 129. *& seq.*

Nec Factum Fratris *Fratri nocere debet. num.* 134.

Curatoris, *vel* Tutoris violenta Dejectio Pupillos *&* Adultos pœnæ dictæ Legis VII. *Cod. unde vi* haudquaquàm subjicit. *num.* 136.

Non veri Tutores *&* Curatores, *imò etiam* Pro-tutores, *vel* Pro-curatores *minorennes* Cognatos *suos multo minùs* hujus pœnæ reos *reddere possunt. num.* 139. *& seqq.*

Etiam Fœminæ, *&* Minorennes *pœnæ dictæ Legis VII. reæ fieri possunt. num.* 139. *& seqq.*

Etiam ille, qui alterius violentam Dejectionem curat, procurat, mandat, ratificat, *violentæ dejectionis reatum incurrit. num.* 143. *& seqq.*

Etiam in maleficiis Ratificatio comparatur Mandato. *num.* 149.

Factâ violentâ Expulsione hoc saltem quæritur, an ob illam conventus se, quacunque ratione, ejus fecerit participem? *num.* 150.

Ratificatio *talis Expulsionis non* expresso *tantùm & formali consensu; verùm etiam* tacito, *dùm quis* omnem ex illa percipit utilitatem, *fieri potest. num.* 151.

Modò talis expulsio ipsius Ratificantis nomine *facta fuerit. num.* 152.

Consilium Quadragesimum Octavum.

Si possessor Spoliatus, *demùm* ex intervallo, *violentum* Dejectorem rursùs ejiciat, *tunc etiam* ipse pœnali sanctioni Legis VII. subjacet. *num.* 155. *& seqq.*

Ad fundandum Remedium sæpedictæ L. VII. *vel* Dolus; *vel ad minimum* Culpâ lata *requiritur. num.* 157.

Non habens animum spoliandi, *tametsi spoliet*; *si tamen ad hoc* justâ causâ moveatur, *non incurrit* pœnam Legis, *Si quis in tantam. num.* 159.

In justa *positus* credulitate, quòd Possessio sit vacua, *ab ista pœna immunis est. num.* 160.

Adducuntur Circumstantiæ & Rationes; *per quas, in substrato,* Animus spoliandi excluſus *videtur. num.* 161. *cum seqq.*

Pecunia debita Oblatio realis, & judicialis; *seu in loco Judicii facta, judicantur ad paria. num.* 165.

Ad Fideicommissum Familiæ vocatus, *si* omnia *sint* liquida, *etiam* privata autoritate ejus possessionem apprehendere *potest. num.* 166

Adduntur plures aliæ magni ponderis Rationes, *hanc, de quâ hîc Q. Occupationem* à Dolo & Culpa lata liberantes. *num.* 167. *& seqq.*

Certus non debet certiorari. *num.* 172.

Quousque Credulitas Occupatoris, *per* Aliorum relationem, *quòd* possessio non ampliùs vacua *sit, suâ operatione destrui valeat? num.* 170. *& seqq.*

Præprimis si aliæ gravissimæ Circumstantiæ; *quales hîc afferuntur*, talem Relationem reddant inverisimilem. *num.* 173. *& seqq.*

Etiam Temeritas, & temeraria Credulitas *à Dolo excusat. num.* 173.

Multoque magis rationabilis & justa Credulitas, *ex* præsumptionibus, rationibus, argumentis, & inductivis, *ad aliquid* credendum *etiam* Prudentes, *pro* arbitrio Judicis commovere valentibus; *à Dolo liberat. num.* 180.

Injusta Credulitas *excusat à* Dolo, *&* justa *credulitas etiam* à Culpa. *n.* 182.

Falsa relatio *illorum, qui* dicunt, Possessionem non esse vacuam, de illius Falsitate optimè informatum, *in sua*, de cætero justissimâ, Credulitate, *quòd Possessio verè adhuc vacua sit, adhuc* magis confirmat. *num.* 183. *& sq.*

Mendax in uno, *in* omnibus, *quæ profert, se reddit* suspectum. *num.* 187.

Mendacium Veritati haudquaquàm præferendum. *num.* 188.

Mendax *etiam* Juris præsumptionem *sibi habet adversam. num.* 189.

Adducuntur adhuc aliæ, dictam Credulitatem justificantes, Rationes. *num.* 190. *& sqq.*

Procutor *quis rectè &* propriè *dicendus? num.* 195.

Tutores & Curatores, *Minorum nomine*, possessionem omnium rerum apprehendere *possunt, vel hanc apprehensionem* aliis mandare. *num.* 196.

Etiam sui Hæredes rerum hereditariarum possessionem apprehendere *tenentur. num.* 197.

Et, nisi contrarium *adferatur* Statutum, *hæc ipsa* Apprehensio Hodiernùm necessaria *est. num.* 198.

Neque illa ab Hæredis Cognatis, Affinibus, vel Amicis, *ipsius nomine*, sine mandato fieri *potest. num.* 199.

Defuncto possessore *ne quidem* Servi ab illo relicti Ipsius possessionem continuant. *num.* 200.

Usucapio, *vivente adhuc Domino inchoata, per tempora* Hereditatis jacentis, *à Servis illius continuari, &* ex causa Peculii *etiam* de novo Possessio ab illis acquiri *potest. num.* 201.

Demortuo possessore *nec* ipsius Coloni, *vel Conductores, ab ipso habitam* possessionem, nomine Hæredis, continuare *queunt. num.* 202.

Hæredes mei rem à meipso alteri locatam, *&, quoad vixero*, per Colonum possessam, *non aliter possident, quàm* si ipsi illius possessionem adipiscantur. *num.* 204.

Lex

Consilium Quadragesimum Octavum.

Lex 30. §. 5. ff. de acquir. vel amitt. possess. *dilucidè explicatur. num.* 204. *& seqq.*

An & quare diversum in Usucapione *locum obtineat? num.* 208.

Qui, tempore possessionis proprio ausu apprehensæ, in justa fuit credulitate, *quòd illa sit* vacua, *per* supervenientem contrariæ veritatis certam scientiam, ex hac antecedanea suâ credulitate, Retrò neutiquàm punitur. *num.* 210.

Ad momentum illud temporis, quô quis aliquid fecit, *& non ad sequutum, quô demùm* veriora ei innotuerunt, *ipsius* Credulitas *præcisè* referri *debet. num.* 211.

Temporum diversitas *etiam* diversitatem Factorum *inducit, sive de* criminali, *sive* civili Causa *quæstio sit. num.* 212.

Dispositio Legis VII. Cod. unde vi, nec Hodiè ubique ab aula recessit. *num.* 214.

Facultas Juridica Tubingensis *juxta illam frequenter pronunciavit. n.* 215.

Adducuntur hanc in rem duæ Imperiales Constitutiones, *& tàm* recentiora, *quàm* vetera Præjudicia *Cameræ Imperii, tùm &* plurium Doctorum autoritates. *num.* 216. *& sqq.*

Diversissima *tamen* Testimonia DDrum *de omnimoda hujus Legis abrogatione, & moderno ejus usu*, concurrentibus *adhuc* aliis Pœnæ Remissionem suadentibus Rationibus, *etiam ipsa haud parum pro illa contribuunt. num.* 222.

Recensentur complura celeberrima Collegia, *&* primi subsellii Jurisconsulti, de totali illius desuetudine testantes. *num.* 223.

Adferuntur imprimis notabiles Loci ex novissimis Votis Cameralibus *Dn. Thulemarii*, consiliis Georgii Everhardi, *& aliis. num.* 223. *& sq.*

A pœnis Legis 41. Cod. de transact. *etiam quævis injusta &* levis Causa, Imprudentia, *&* Credulitas excusat. *num.* 229.

Juratam Transactionem, *sub obtentu* enormis Læsionis, *non implens, hac sola de causa, quòd DDres* diversas *super hac* 2. An Transactio ex capite Læsionis enormis rescindi valeat? sententias foveant, *à pœnali dicta Legis sanctione absolvitur. num.* 230.

Concurrentibus ponderosis, æquitatis juridicæ *plenissimis* Rationibus, Rigor Legis VII. *Cod. unde vi, præprimis adversus* Invasoris Hæredes, *eosdemque* minorennes, *justissimè remittitur. num.* 232. *& sqq.*

Justa causa litigandi *etiam* Sumptum Litis compensationem *inducit. num.* 234.

Ignorantia Juris, *regulariter*, pœnalem Legis VII. sanctionem *haudquaquam* excludit. *num.* 235.

Violentia expulsiva *non tàm* Legi positivæ, *quàm* naturali contrariatur. *num.* 236.

Hujus Legis ignorantia *excusat neminem. num.* 237.

Ubi verò non de Juris constituti ignorantia; *sed de* ejus Observantia & Usu quæritur, *de quo DDres valdè variè testantur, ibi* talis Ignorantia haud improbabilis. *num.* 239.

Sententia contra Minorennem indefensum *lata regulariter non subsistit. num.* 240.

In causis momentaneæ possessionis Minor legitimam in judicio standi personam habet. *num.* 241.

An Minor, sine curatore, *in istis causis, duntaxat* agere, *an verò etiam* litem possit excipere? *num.* 242. *& seq.*

Hodiè Minores, *ne quidem in* possessoris judiciis, *legitimam* sine curatore *vel tutore standi personam habent, nisi* veniâ ætatis à Principe obtenta. *num.* 247.

Sequitur Quæstio Secunda *in hoc Responso* enucleanda. *num.* 249.

Bona vinculo Fideicommissi Familiæ devincta dicuntur **Stamm⸗Güther.** 250.

Consilium Quadragesimum Octavum.

Pagus, de quo in proposito Qr. diserte opponitur denen Lehen- und Stamm-Güthern. *num. 251. sq.*

In dubio non præsumitur Fideicommissum, *vel illius Constitutio. n. 255.*

Omnia Bona, *in ambiguo*, libera præsumuntur. *num. 256.*

Per Fideicommissum *libera* alienandi, disponendi, & testandi facultas *adimitur. num. 257.*

In ambiguo, Fideicommissum non extare, pronunciandum. *num. 258.*

Fideicommissa, *tanquàm* onerosa, *reputantur* odiosa. *num. 259.*

Fideicommissa Familiæ, *ceu* favorabilia, faciliùs præsumuntur. *num. 260.*

Et ita in universum sunt interpretanda, ut potius valeant, *quàm* pereant. *n. 261.*

Non tamen temerè, *etiam pro* talis Fideicommissi *inductione*, præsumptio *capienda. num. 263.*

In genere Fideicommissum præsumere Juris rationi & æquitati non congruum censetur. *num. 264.*

Fideicommissum vel ex verbis expressis, *vel* conjecturis *& præsumptionibus probari oportet. num. 265.*

Nihil hactenus refert, seu de testamentario, *seu* conventionali *Fideicommissa* quæratur. *num. 267.*

Pactum Familiæ non observatum *nullam meretur consideration*em. *n. 269. & seq.*

Æquè ac Statutum, utentium moribus non comprobatum. *num. 271.*

Qui prior defuncti voluntatem violavit, *&, contra illius prohibitionem*, Bona Fideicommissaria alienavit, aliud Prædium, *ejusdem fideicommissi nexu devinctum*, ab alio Agnato posteà alienatum prætendere nequit. *num. 272. & seqq.*

Incassum Legis auxilium *invocat*, *qui* contra Legem *peccat. num. 276.*

Per absurdum *censetur*, *ut* Partem ab alio alienatam, *tanquàm* Fideicommissi *nexu devinctam*, vindicare *mihi liceat*, *qui* meam partem priùs alienavi. *num. 278. & seq.*

Utrum Liberis, *sui Patris* hæredibus effectis, *ab illo facta* Alienatio *etiam* prædii feudalis, *vel* fideicommissarii, obesse possit? *num. 280. & seq.*

Adducuntur complura avita Pacta & Testamenta, *in quibus de Bonis quæstionis cavetur, quòd* unus Possessori perpetua etiam alterius Reluitio competere *debeat. num. 284.*

Ex sola Testatoris, *vel* Paciscentium dispositione, *quòd* Bona non debeant à se invicem dividi, *constitutio* Fideicommissi agnatitii *vel Familiæ non semper concluditur. num. 289.*

Diversum dicendum, si expressè adjectum sit, quòd ad conservandum Splendorem Familiæ, *vel* ad avertendam Familiæ Ruinam *nulla talis Divisio*, *vel Alienatio fieri debeat. num. 290.*

Recensentur plures aliæ æquipollentes loquendi Formulæ, *quibus* Fideicommissum Familiæ *inducitur. num. 292. & seqq.*

Ad statuminandum tale Fideicommissum sufficit, Dispositionem, *vel Conventionem* à Prohibitione Alienationis non incepisse; *sed propterea*, ut Bona in Familia perpetim conserventur, *illorum Alienationem prohibêri. num. 297.*

Applicantur *hæc Jura* Casui proposito. *num. 298. & seq.*

Confessio Partis adversæ *etiam* Familiæ Fideicommissum *plenissimè probat. num. 308. & sq.*

Evolvitur Tenor diversorum Pactorum & Testamentorum *de Bonis quæstionis aliquid disponentium. num. 302. & seqq. usq; ad num. 313. seqq.*

Licet omnia Bona alicujus illustris *vel nobilis* Familiæ nexu Fideicommissi perpetui devincta *sint*; *tamen indè non sequitur*, *quòd* alia specialis, de certo illius Familiæ Pago, Dispositio vel Conventio *sit abrogata. num. 313.*

Sicut Legi generali, *sive antiquiori, sive posteriori, per* Legem specialem, *licet* anteriorem; *ità etiam generali*, *sive* latius patenti Familiæ Pacto, *per aliud specialius, antiquius licet*, Pactum, *multoq; magis per* plura hujusmodi specialia Pacta *derogatur haud dubiè. num. 314.*

Consilium Quadragesimum Octavum.

Mutatio Pactorum, *in dubio*, neutiquàm præsumitur. *num.* 318.

Mutare *est* Accedens, *quæ in dubio notoriè* non præsumuntur. *num.* 320.

Hæc Regula *etiam in illis procedit*, quæ ex intervallo, *quantumvis* longiori, *fiunt*. *num.* 321.

Ad hoc, *ut* Pacta legitimè inita dicantur mutata, expressa voluntatis declaratio *requiritur*. *num.* 322.

Correctio alicujus Conventionis, *vel Dispositionis* non de facili præsumenda. *num.* 323.

Ad novum Pactum nova *etiam* Conventio & Tractatio *requiritur*. *n.* 324.

Renovatio contractus *semper facta præsumitur cum* iisdem qualitatibus *& conditionibus*, quibus primordialis Contractus *fuit initus*. *num.* 326.

Fideicommissum semel inductum præsumitur durare. *num.* 327.

In Fideicommissis agnatitiis *seu Familiæ benigna &* lata interpretatio *fieri debet*. *num.* 328.

Talia Fideicommissa excellenter favorabilia *à DDbus appellantur*. *n.* 329.

Eorundem Destructio *reputatur* odiosa. *num.* 330.

Fideicommissi Familiæ, *de quo hic Qr.* Duratio ex Literis aliorum Agnatorum *probatur plenissimè*. *num.* 331.

Vocabulum, Stamm-Guth / *non saltem Bona* nexu Fideicommissi familiæ devincta; *sed &* hæreditaria & avita Bona *denotat*. *num.* 333.

Alt-vätterliche Stamm-Güther *etiam illa dici possunt*, *quæ* à Fideicommissi agnatitii vinculo immunia *sunt*. *num.* 337.

Bona Fideicommissi familiaris *nexu devincta nihilominùs* Possessoris propria *sunt*. *num.* 339.

Respondetur ad reliquas Dubitandi Rationes. *num.* 343.

Quæstio Tertia & Quarta, *hic resolvenda*. *num.* 345. *& seq.*

Filius, *idemque* Patris sui Hæres, *an* Prædii *ab illo* violenter invasi Reluitionem, *per ipsam hanc Invasionem* amissam, *tamen* possit prætendere? *n.* 347.

Filius, Patris sui hæres, *etiam in* Fideicommissis, illius factum præstare *tenetur*. *num.* 348.

Nec non in Feudis, *etiam* ex pacto *& providentia*. *num.* 349.

Utrum Filius Prædium, cujus Relutionem Pater, *per illius* violentam invasionem, amisit, *licet* Patris sui hæres *sit*, *sicque illud*, ut Filius, reluere nequat; *nihilominùs tanquàm* proximus in Familia Agnatus, *& alterius* Prædii, *cum quo hoc ipsum* reluibile Prædium, *in perpetuum & semper*, *in commodum Familiæ*, unitum *esse debet*, reluere valeat? *num.* 352.

Utrum Prædium feudale, *vel* fideicommissi familiaris *nexu devinctum*, à Patre venditum, à Filio illius retrahi *valeat? num.* 354.

Inter Retractum propriè sic dictum, *& jus* perpetuæ Reluitionis *ingens est differentia*. *num.* 369.

Retractus in Jure feudali *concessus* Vasalli, *qui feudum alienavit*, Filio & Hæredi *non videtur competere*. *num.* 361.

Filius Patris Allodium, *unà* cum Feudis, *agnoscere tenetur*. *num.* 362.

Jus Protimiseos & Retractus feudalis *nullibi* Filio; *sed ubivis* tantùm Agnatis *conceditur*. *num.* 364.

Agnatus *defuncti* Vasalli Hæreditatem invitus adire *haudquaquàm cogitur*. *num.* 365.

Si etiam Filii ad Retractum feudalem admitterentur, *tunc* ad idem Jus Agnatis via planè præclusa foret. *num.* 366.

Expenditur Textus II. Feud. 26. *num.* 367.

Utrum Filius *Prædium à Patre venditum*, jure sanguinis, *seu retractûs gentilitii*, retrahere *valeat? num.* 368.

Alii distinguunt inter Filium sui Patris hæreditatem adeuntem, *& ab illa* abstinentem. *num.* 369.

Alii inter Suos & emancipatos Filios *distinguunt*. *num.* 370.

Alii

Alii Filium, demùm post obitum Patris, *ad retractum hunc admittunt num.* 371.

Jus Feudale *ad retractum* omnes proximiores Agnatos *admittit. n.* 373.

Filius proximus sui Patris Agnatus est. *num.* 374.

Nec in successione *quisquam* Patri proximior, *quàm* Filius, est. *num.* 375.

Quæ Lex feudalis in genere proximis Agnatis concedit, *& doctrinalis* interpretatio ad Fideicommissa agnatitia porrexit, *etiam* Filiis, *non quà talibus*; *sed* quà proximis Agnatis, *denegari non debent. num.* 376.

Hoc in Libus non infrequens, ut quis duplicem, *diverso respectu*, personam sustineat. *num.* 377.

Si Filius Annum, *bonorum possessioni, ex capite* undè Liberi *petendæ præscriptum*, elabi patiatur; *nihilominùs adhuc ex capite*, undè Legitimi *seu Agnati*, per C. dies; *& si etiam hos præterlabi patiatur, intra* alios C. dies, *tanquàm* Cognatus, *eandem prætendere non prohibetur. num.* 378.

Hujus triplicis bonorum possessionis Necessitas *etiam* Hodiè *attenditur. num.* 379.

Utrum idem dicendum sit de Hæreditate ex Juris Civilis dispositione Filio delata, *ità, ut ille, per totum* Tricennium, *jure* Filiationis *& per* aliud Tricennium, *jure* Agnationis, *& per* tertium Tricennium, *Jure* Cognationis, *ad eandem adspirare queat? num.* 380.

Affirmativa istius Q. decisio ex inveterato Errore *invaluit*; *sed* ubivis locorum recepta *dicitur. num.* 381.

Filia nobili, *vel illustri, quæ, dote acceptâ*, sui Patris successioni renunciavit, vivente adhuc ejus Patre defunctâ, *ipsius* Liberi, *hoc non attento, quòd ipsa pro se & suis heredibus renunciavit*, *nihilominùs* ad Avi successionem, *ex* propriâ personâ, *adspirant justissimè. num.* 385. *& seq.*

Probis omnibus valdè facit Lex. 59. §. 1. ad SCtm. Trebell. *num.* 385.

Filii talem Retractum exercentes nullam *penitùs suo* Patri injuriam *inferunt. num.* 385.

Filius Patris sui factum impugnare *non potest*, ut Filius *& Hæres*; *benè tamen* ut Agnatus, *idemque* proximus. *num.* 387.

Filius jus retractûs, depositâ hâc ipsâ qualitate *& nomine*, jure Agnationis proprio *exercet. num.* 389.

Filius *ab ipsa* Lege, Civili *&* Canonica, *in matriculam* Agnatorum, *& quidem* primo loco & propriè refertur. *num.* 390.

Facilè fieri potest, *ut* Filius *vel* nolit, *vel* pecuniæ penuriâ retrahere nequeat. *num.* 391.

De Revocatione Feudi, *quæ jure* devolutæ successionis, *& quidem* gratis, Agnatis *conceditur. num.* 392.

Quòd Textus II. Feud. 26. §. Titius. *ad illam* Feudi revocationem, *quæ fit* jure Retractûs, *haudquaquàm pertineat*, *per* Consuetudinem in Foro receptam *jampridem invaluit. num.* 393.

Adduntur complurium DDrum decisa, *hæc similiter confirmantia. num.* 394. *& seqq.*

Applicantur hæc omnia Casui proposito. *num.* 398. *& seqq.*

Jus Retractûs proprie *& strictè sic dictum prærequirit* Emtionem, *vel alium* Titulum ei æquipollentem. *num.* 404.

Jus Retractûs *&* perpetuæ Reluitionis *in multis coincidit, sic, ut etiam* Jura de Retractu loquentia huic alteri Juri regulariter applicabilia sint. *num.* 405.

Reluitio perpetua in omnibus Alienationibus *à Testatore*, *vel gentilitii Pacti Conditoribus*, nominatim prohibitis, *locum sortitur. num.* 406.

Omnes *tùm* Testatores, *tùm* Pacti fideicommissarii Conditores *rei suæ*, quam volunt, legem dicere *possunt. num.* 407.

Possessor prædij fideicommissarii *nec* contrahendo, *quocunq;* Titulo, *sive* Contractu *fiat* Alienatio, *nec* delinquendo, Agnatis præjudicare *potest. n.* 408.

Etiam Delicta Voluntariam alienationem involvere *censentur. num.* 410.

Delicta *à Fideicommissi possessore commissa* magis *sunt* odiosa, *quàm* Venditio, *vel alii, ab illo*, cum Tertio celebrati Contractus. *num.* 411.

Durum *est*, *quenquam*, ob delictum alienum, damnum sentire. *num.* 412.

Hæc sententia, quòd Filius, *quamvis* Hæres sui Patris; *tamen* factum illius, *quoad* Bona feudalia, *&* agnatitii Fideicommissi nexu devincta, *non implere teneatur, à compluribus magni nominis DDbus approbatur. num.* 414.

Quinta Quæstio *in proposito discutienda. num.* 415.

Jus Retractûs linearis, *itemque perpetuæ* Reluitionis, *jure* Sanguinis *competens, non est* cessibile. *num.* 418.

Ista Jura hôc fine *sunt introducta, ut* Bona, *per illa*, in Familia conserventur. *num.* 420.

Hæc Ratio in Extraneis *nequit verificari. num.* 421.

Cessio *non potest fieri in eum*, qui non habet Qualitatem ipsius Cedentis. *num.* 422.

Quoties Jus retrahendi, reluendi, redimendi, *Persona competit*, non ex Pacto, *vel* Contractu, *& sic* Jure Communi; *sed de* Jure speciali, Consuetudine provinciæ, *vel singulari*, *etiam* certæ alicujus Familiæ, Statuto, *tunc illud* haudquaquàm cessibile *est*. *num.* 423.

Jura personalia non sunt cessibilia. *num.* 424.

Jus reluendi sequenti Agnato (*An &* Remotiori? *remissivè annectitur.*) efficaciter ceditur. *num.* 425.

Applicantur hæc Jura *de cessione* Juris reluendi loquentia *Casui proposito. num.* 426. *& seqq.*

Verus debitor, *naturaliter & civiliter obligatus*, *per* Sententiam Judicis absolutoriam, *vires licet* Judicati *nactam*, à nexu naturalis suæ obligationis non liberatur. *num.* 431.

Jura Sanguinis nullo Jure Civili perimi possunt. *num.* 433.

CONSILIUM QUADRAGESIMUM NONUM.

UTrum Dominus directus Emphyteutæ Hæredem, ob prædii emphyteutici Deteriorationem, non cœptâ lite contra ipsum Emphyteutam, expellere valeat?

Præmittitur Facti Species; *à num. 1. usque ad num. 14.*

Emphyteuta *tùm ob* Canonem, *ex emphyteusi* ecclesiastica, *per* Biennium, non solutum, *tùm ob Prædii emphyteutici* dolosam *&* culposam Deteriorationem, *tùm propter illius* Alienationem, *suô jure*, à Domino privari *potest. num. 15. & sqq.*

Demonstratur, Emphyteutam, de quo hîc *Q. quoad* omnia hæc tria capita *deliquisse. num. 20.*

Declaratio pœnæ Caducitatis à Voluntate *cujuslibet* Domini *directi dependet. num. 21.*

Sive igitur hæc ipsa Voluntatis declaratio ante Domini directi, *sive* ante Emphyteutæ obitum *non fiat*, *tunc* Pœna commissi *nec* ab Hæredibus Domini *directi*, *nec* adversus Emphyteutæ Successores *& Hæredes decerni potest. n. 22.*

Pro contrariâ sententiâ *tot pugnant DDres, ut etiam Zasius* omnes Doctores sic sentire *testetur. num. 24.*

Dicta Regula multis *subjacet* Limitationibus. *num. 26.*

Has inter potissima, si inter Dominum & Emphyteutam expressum Pactum *initum probetur, quòd*, si Emphyteuta, *vel ipsius Hæredes*, Canonem *emphyteuticarium suo tempore non solverint, vel irrequisito Domino directo* prædium alienaverint, *vel illud* dolosè, culpâ latâ, aut levi, deterioraverint, *Pœna caducitatis contra ipsos obtinere & procedere debeat. num. 27. & seqq.*

In

Consilium Quadragesimum Nonum.

In casu hujusmodi specifici Pacti declaratio commissi & per Successorem, *&* adversus Successorem *benè decerni potest. num. 29.*

Præcipuè si in ipso emphyteuseos Instrumento *expressè sit dictum*: Pro se & suis Successoribus & Hæredibus. *num. 30.*

Major potestas Conventionis, *quàm* Legis, *in hoc, est, ut per* Cessationem canonis *emphyteutici, vel huic* similem causam, Emphyteusis amittatur, *nec* Mora purgari *queat. num. 34.*

Talis pœna non tàm legitima *est*, *quàm* conventionalis. *num. 35.*

Talis Pœna, *ceu* non Juris, *sed* conventionalis, *ex Conventione, etiam* contra Hæredes, *à Domino directo efficaciter declaratur. num. 36.*

Caducitas, quæ ob Pacta non servata committitur, dicitur Natura contractûs, *non* Pœna. *num. 38.*

Quando duplex Prohibitio, *nimirum* Legis & Hominis, *concurrit, tunc* declaratio pœnæ Caducitatis etiam contra Hæredes *fieri potest. num. 41.*

Caducitas notoria & inexcusabilis *suam operationem etiam* contra Emphyteutæ Hæredes *porrigit. num. 42.*

Idemque dicendum, si Instrumentum & Lex emphyteuseos in forma Pacti resolutivi *concepta sint. num. 43.*

Vel Clausula: Ipso Jure, *aut* ipso facto, *ei inserta sit. num. 44.*

Talis Clausula sese habet instar latæ Sententiæ. *num. 45.*

Applicantur hæc Jura Casui proposito. *num. 46. & seqq.*

In Casu proposito tres Caducitatis Causæ copulativè concurrunt. *num. 53.*

Declaratio caducitatis etiam contra Minorennes Emphyteutæ Hæredes *fieri potest. num. 54.*

Formula *communior, sub quâ regulariter* Pacta resolutiva *concipi solent. num. 55.*

Etiam Verba æquipollentia *ad Inducendum* Pactum resolutivum *sufficiunt. num. 56.*

Talia sunt, quòd alicui *licere &* fas esse *debeat*, Rem vendicare, *alteri* vendere & dare; *veleandem* recipere, *& de illâ*, ceu de aliis, jure libeti & pleni dominii ad ipsum spectantibus rebus disponere. *num. 57. & seqq.*

Dubia contra dictas Limitationes *remissivè adducuntur. num. 60.*

In Jure nostro nihil tàm clarum & indubitatum, *ut non* in aliquam dubitationem trahi *valeat. num. 61.*

CONSILIUM QUINQUAGESIMUM.

DE Renunciatione Successionis, *Filiabus, à Patre*, Testamento injuncta, *& de variis* Clausulis, Regressûs *ad Bona renunciata, etiam in Casu totaliter* sublati Stemmatis Masculini exclusivis, *tùm* veris, *tùm* spuriis, *exactissima disquisitio.*

Præmittitur Facti Species, à *num. 1. usque ad num. 50.*

Exhibentur Quæstiones *hîc evolvendæ. num. 51. & seqq.*

Quæstio prima *in* duo membra *dividitur. num. 56.*

In priore *membro Qr.* Utrum Renunciatio, *in Paterno Testamento, duabus Filiabus, à Patre præcepta, pro* totaliter extinctivâ, *sive*, etiam in casum totaliter sublatæ Masculinæ Descendentiæ, prorsùs abdicativâ, *an verò tantùm* pro translativa haberi debeat? *num. 59.*

Adferuntur Argumenta pro abdicativâ Renunciatione. *à num. 60. usque ad num. 98.*

Beatus Parens, cùm priùs duo Testamenta *fecisset, quibus Filias tantùm* ad superviventiam Masculorum *exclusit, deindè in suo novissimo testamento* absolutè *disposuit*, daß seine Töchtere, an der Truchsessischen Familie ein vor alle mahl keine prætension mehr zuhaben, sich begeben und *renunciiren* sollen. *num. 61.*

Consilium Quinquagesimum.

Quando plures defuncti Dispositiones concurrunt, *inter illas* novissimam *attendi oportet. num. 62.*

Si supremum *Testamentum* non de abdicativâ *Renunciatione interpretaremur, tunc in illo* nihil novi, *quod* in Concepto secundi *Testamenti* non jam plenariè dispositum *fuisset, contineretur. num. 63.*

Renunciatio à Patre injuncta, ein vor alle mahl keine prætension mehr zu haben / *Renunciationi sub Clausula*, in perpetuum, *facta æquivalet, &* Infinitatem ejus Durationis *importare videtur. num. 64.*

Infinitas toleratur, *si* verba *sint* apta ad eandem inducendam. *num. 65.*

Renunciatio sub Clausula, auff Ewig und zu ewigen Zeiten *facta, Renunciatricem* omni tempore *excludit. num. 66.*

Etiamsi totum Stemma Masculinum expiret. *num. 68.*

Verba: Ein mahl vor alle mahl / *in Latino idiomate* Semel pro semper, *tantundem dicunt, ac ista verba: Quòd Renunciatrices*, nullo Casu, vel Tempore, ex hæreditatibus renunciatis quidquam velint prætendere. *num. 70.*

Pater in suo Testamento disponens, daß sein einiger Sohn sein eingesetzter universal-Erb aller seiner Haab und Güther / und also auch sein alleiniger Successor in allen seinen Ritter- und Mann-lehenbahren Güthern sey und seyn solle / *annexâ Clausulâ:* Daß er weder seinen Geschwistern / noch sonsten Jemanden Rechenschafft zugeben; sondern alles handhaben / damit schaltten und walten könne und solle / plenum *&* liberum *omnium suorum* Bonorum Dominium, *cum* plenissima facultate, inter vivos, *&* mortis causa, de illis disponendi, *in suum Filium transtulisse videtur. num. 71. & sqq.*

Renuncians sub Clausula: Daß ihr Bruder hinfüro mit Allem und jedem verfahren / handlen / thun / und lassen solle nach seinem Gefallen / als mit andern seinen aignen Güthern / von Mönniglich daran ungehindert / in allweeg! *utrum*, Fratre sine masculâ prole defunctô, *ad renunciata regressum habeat? num. 74.*

Pater Filios suos in Legitima *instituens*, *&* congruas Filiabus suis Dotes *assignans*, *per* Pacta, Statuta, *vel* Consuetudinem inclyti Ordinis Equestris, *de cæteris suis Bonis* securè testatur. *num. 75. & seq.*

Ad conservationem illustrium & nobilium *Familiarum* Dotes *talium Filiarum non debent* Legitimæ correspondere. *num. 77.*

Applicantur hæc jura casui proposito. *num. 78.*

Liberi supremam Parentis Voluntatem religiosè observare tenentur. *num. 79. & seqq.*

Suprema Voluntas instar Legis servanda. *num. 80.*

Parentibus reverentia, *tùm* vivis, *tùm* mortuis, *à Liberis exhibenda. n. 81.*

B. Parens Renunciationem, sub præmemorata Clausula, Filiabus seriò, und bey entziehung seines vätterlichen Seegens / *testamentô præcepit. num. 84.*

De Patris Maledictione, si Liberi ipsius Voluntatem non impleant. *n. 86.*

Ex eo, quòd Filiæ testamentum paternum, per spontaneam Legatorum & Dotium acceptationem, agnoverunt, *etiam ultimò defuncti ipsarum* Fratris Testamentum *extra dubium collocari videtur. num. 87.*

In proposito casu Filiæ insignibus *à Dn. Parente* Legatis, *&* ultra Consuetum ascendentibus Dotibus, *hac ipsa de causa, honorata videntur, ut* nullum ad Bona renunciata, in omnem Casum, regressum *haberent. num. 88.*

Tales Filiæ, etiam prorsùs expirantibus Masculis, *nullum ad ejus Successionem regressum habent. num. 89.*

Quoties de hoc non apertè constat, *quòd Renunciatio* saltim ad certum Tempus *durare debeat, tunc illa* generalis & perpetua *habetur. num. 90.*

In terminis extinctivæ seu abdicativæ Renunciationis *dici non potest, quòd* Bona, *à Filiâ illustri vel nobili* renunciata, nexu taciti & improprii Fideicommissi, *in ordine* ad ipsas Renunciatrices, *devincta sint. num. 91.*

De hujus generis Fideicommissis *nihil in nostris libris definitum occurrit. num. 92.* Fidei-

Consilium Quinquagesimum.

Fideicommissum *ab aliquo prætensum ex evidentissimis &* de necessitate id inferentibus verbis *probare tenetur. num. 93.*

Licet Filia Regressum *ad Successionem renunciatam* specifico Pacto sibi, & suis Hæredibus reservaverit; *tamen Pactum hujusmodi reservatorium*, per contrarium Patris, vel Fratris Testamentum, infringi *potest. num. 94.*

Facultas testandi, *jure Gg. competens*, per hujusmodi Pacta Fœminarum reversiva, haud exclusa *censetur. num. 96.*

Quamprimùm Filius paternam hæreditatem adivit, *vel eidem se immiscuit*, paterna Bona in fraterna degenerant. *num. 97.*

Sequuntur Rationes decidendi, *quòd in substrato* duæ Filiæ renunciatrices, ad Bona à se renunciata omnibus modis admitti, *& per* Patris Testamentum haudquaquàm exclusæ *censeri debeant. num. 98.*

Formatur genuinus & verus totius Controversiæ status. *num. 99.*

Præceptum paternum de renunciando, *de quo hic qr. utrum* abdicativam, *an* solùm translativam, *renunciationem* pro scopo *habuerit? num. 100.*

Hic Q. utrum Renunciatio pro abdicativa *& totaliter extinctiva*; *an verò* tantùm pro translativa *seu qualificativa* haberi debeat? *regulariter* non ex solo verborum cortice, *quibus renunciatio à Patre injuncta, vel à Filiâ fuit præstita; sed potiùs* ex verisimili Voluntate *tùm ipsiusmet* Patris *illam* præcipientis, *vel* recipientis, *tùm etiam* Filiæ renunciatricis, *ex paterno* Testamento, *vel* Renunciationis *interpositæ* Instrumento, *inibique contentis* Argumentis, Circumstantiis, & Indiciis colligendâ, *dijudicari debet. num. 101. & seq.*

Cortex verborum *non debet* veram disponentium & pascisscentium sententiam supprimere. *103.*

Voluntas *ipsius* Renunciatarij, *seu illius, qui renunciationem præcipit, aut recipit, &* Renunciatricis attendi *debet. num. 104.*

A Voluntate tota *omnium Renunciationum* Lex & Norma *dependet. num. 105.*

Voluntas *omnium Renunciationum* Regina *est &* Domina; Verba *verò &* Clausulæ *in illis obviæ* tantummodò Famulæ. *num. 106.*

In nudo verborum rigore *immorari ad* grammaticos *pertinet & pædagogos; non verò ad* Jurisprudentiæ Professores. *num. 107.*

Leges scire *non est* Verba *earum*; *sed* mentem tenere *& potestatem. num. 108.*

Cardinalis de Luca hoc magnam primæ classis ineptiam *redolere dicit, quòd* ad Renunciationum naturam regulandam Verborum Figura attendi *debeat. num. 109.*

Omnes *circa hunc articulum*: Qualis cujusvis Renuntiationis natura *censenda sit? obvia* Quæstiones *potiùs* Voluntatis *sunt, quàm* Juris, *&* intra breves cancellos redigibiles. *num. 111.*

Omnes Judices genuinam *tùm ejus, qui* præcipit, *vel* recipit juratam renunciationem, *tùm eandem* præstantis sententiam *& mentem omni cura adhibita* rimari *debent. num. 112.*

An potiùs illius, qui Renunciationem injungit, *vel* recipit, *vel* Renunciatricis intentio & mens spectari debeat? *num. 113.*

Cardinalis de Luca potiùs Patris, *vel alterius* Renunciatarii *Voluntatem spectandam dicit. num. 114.*

Hondedæus magis Filiæ, *quàm Patris, Sententiam respiciendam esse contendit. num. 115.*

Rectiùs dicitur, quòd in talibus Qq. prudenter dirimendis ad Facti Circumstantias, *ex quibus* Substantia Voluntatis Utriusque, *tùm* Renunciatarii, *tùm* Renunciatricis *desumi debet, respicere oporteat. num. 116.*

In hac tota materia de eo sollicitè dispiciendum: *Utrùm* Renunciatio *pro* Abdicativâ, *vel* Translativâ, *& an tùm illa, tùm etiam hæc altera pro* Reali, Personali, *vel* Mixtâ *censenda sit? num. 118.*

Hæ

Consilium Quinquagesimum.

Hæ duæ Divisiones utramque *totius Renunciationum materiæ* paginam absolvunt. *num. 119.*

Istæ Divisiones *admodùm* diversimodè *à DDbus* explicantur. *num. 120.*

Summa Rei *principaliter in eo est posita, utrum Renunciatio* contemplatione *seu* in favorem certarum Personarum in individuo determinatarum, *vel sub* nomine Agnatorum, *vel sub* expressione principalis *hujusmodi Renunciationum* Causæ finalis, *in Agnationis sive* Stemmatis Masculini conservatione *præcipuè consistentis, generaliter & indefinitè spectatarum, ità præstita, vel à Patre Filiabus injuncta sit, ut illæ paterna vel alia Bona, quibus renuntiandum, vel renunciatum,* in Fratres, *vel* alios Agnatos transferant? *num. 121.*

An verò hujusmodi Renunciatio absque ulla Personarum, *in quas renunciatæ Hæreditates transferri debeant,* contemplatione *ità præstita fuerit, vel præstari præcepta,* ut Filia renuncians è medio tollatur, *quasi* ipsa jamdùm naturaliter esset mortua, *sic, ut planè* non curetur, an Bona paterna ad Agnatos, vel Extraneos, vel planè ad Fiscum sint perventura? *num. 122.*

Hôc modô renuncians, *per* quamcunque Personam, *à Successione in Bonis ab ipsa renunciatis* excluditur. *num. 123.*

Cum abdicativâ, *seu hôc sensu extinctivâ Renunciatione* certarum Personarum Consideratio, *sive* certæ Personæ Contemplatio & Favor *non censetur* compatibilis. *num. 123.*

Si tamen etiam abdicativa *Renunciatio* certarum personarum contemplatione *facta probetur, & dehinc* extinctiva personalis *dicenda sit, tunc* idem *de illa,* cum Translativâ, judicium *ferendum. num. 124.*

Contemplatio certarum *Personarum* omnem Realitatem cessare *facit, & propterea Verba renunciationem* Extinctivam *indicantia* de solo Casu, quô Personæ in illâ spectatæ extabunt, *intelligi debent. num. 125.*

Neque talis extinctiva *seu abdicativa Renunciatio, quæ* ad certas Personas *restricta est, seu intuitu Filiorum aut Fratrum facta, neque etiam* translativa *pariter* solos Agnatos *in oculis habens,* ullam ultra Personas, à Parente, vel Filia consideratas, Extensionem admittit. *num. 126.*

Stabilitur hæc doctrina de Renunciatione personali translativa. *num. 127.*

Et de personali extinctiva. *num. 128.*

Quoties Persona, *vel* una, *vel* plures, *sub nomine* Fratrum, & ex ipsis Descendentium, *vel* Agnatorum, *in* Translativa, *vel* Extinctiva *Renunciatione fuit considerata, vel* consideratæ, *tunc illa omninò* Personalis *censetur, & dehinc* resolubilis per mortem Personæ consideratæ, *vel* omnium in oculis habitarum Personarum. *num. 130.*

Prima Ratio *pro Dominis Filiabus* decidendi, *quòd in dubio omnes Renunciationes* pro Personalibus, *sive talibus, quæ* intuitu & in commodum *vel* Unius *tantùm, vel* plurium Personarum, in individuo, *vel sub* certa Qualitate, masculinæ *videlicet* Agnationis, *consideratarum, à Patre præceptæ, vel jam præstitæ sunt, haberi debeant. num. 131.*

Etiam Monialium renunciationes eodem jure *censeri debent. num. 132.*

Licet multi easdem pronuncient Reales, *imo planè* realissimas. *num. 133.*

Quoties nobilis, illustris, vel alia Monialis, *intuitu* Fratrum, *sub* quantæcunque efficaciæ Clausulis, *renunciavit,* omnibus Fratribus demortuis *etiam ipsa &* tota talis Renunciatio simùl extinguitur, *ità, ut* Monasterium, *ex persona Monialis,* in omnibus Bonis renunciatis succedat *pleniss imè. num. 134.*

Hæc ipsa Præsumptio *pro renunciationis* Personalitate *etiam tunc militat, quando* tempore præstitæ, *vel à Patre* præceptæ Renunciationis *saltem* unicus Filius in medio fuit. *num. 135.*

Etiam Successionum Renunciationes, *absque omni causa factæ,* omnimodò nullæ *sunt; licet Verbis &* Clausulis prægnantissimis turgeant. *num. 136.*

Quandocunque non evidentissimè constat, aliam Renunciantis Voluntatem *fuisse, omnes Successionum Renunciationes* intuitu Masculorum factæ *existimantur. num. 137.*

Soli

Conſilium Quinquageſimum.

Soli Maſculi æternæ Aſcendentium Recordationis atque Agnationis Conſervatores ſunt. *num. 138.*

Et dehinc quoque Soli ſuarum Sororum, vel Agnatarum renunciationi omnem cauſam dediſſe *intelliguntur. num. 138.*

Omnis Renunciatio ad conſervandam Agnationem *facta exiſtimatur. num. 140.*

Clauſula Regreſſus, *in caſum ceſſantis iſtius Cauſæ*, ad renunciata reſervatoria *Renunciationi* ipſo jure ineſt. *num. 141.*

Conſuetudo Nobilium *hæc ità determinat. num. 142.*

Etiamſi omninò in dubio *verſemur, utrum Renunciatio* in Fratris, & extantis Maſculæ Sobolis *favorem ſit facta, nequè etiam* ulla mentio Favoris erga Agnationem *ſit facta; tamen* Pactum Regreſſûs reſervatorium, *idemque* cum reſolutivo conjunctum, *pro* tacitè adjecto *haberi debet. num. 144.*

Adducitur judicatum Summi Imperialis Aulici Tribunalis *pro eadem ſententia. num. 145.*

Eademque doctrina & tunc procedit, ſi de Filiis *tempore actualiter præſtitæ, vel præſtari injuncta Renunciationis* adhuc naſcituris & nondùm conceptis *quæſtio ſit. num. 146.*

Modò Spes procreandæ adhuc Maſculæ Sobolis *non omninò decollaverit. num. 147.*

Idem eſt, ſi de Pactis etiam Monialium renunciativis *quæſtio ſit. num. 148.*

Itemque ſi de Renunciatione abdicativâ *ſeu extinctivâ; ſed* intuitu Fratrum *interpoſitâ, quæratur. num. 149.*

Renunciatio, Abdicatio & Acquiſitio *ejus, cui fit renunciatio, adeò ſunt* connexæ, ut una ſine altera eſſe poſſit vel minimè. *num. 154.*

Etiam tacita Perſonarum Contemplatio ad Realitatem renunciationis excludendam *ſufficit. num. 155.*

Renunciatio intelligitur perſonalis, *licet* Verba *illius* Extinctivam *præ ſe ferant. num. 156.*

Renunciationum Cauſam finalem Uſus Germaniæ, & Fori Obſervantia, *imò etiam ipſa* Æquitas, *& inter Liberos ſervanda* Æqualitas, *in ambiguo, nullam aliam, quàm* Agnationis Conſervationem, à Renunciatricibus & Renunciatariis intentam *exiſtimant. num. 159.*

Iſta Juris præſumptio *præprimis tunc quoque locum ſortitur, quando* Pater ſuæ Filiæ renunciandi neceſſitatem ipſe imponit, *vel* renunciationem ab illâ recipit. *num. 160.*

Pater nunquàm de ſuis Filiabus, *etiam in caſum* totaliter extincti Stemmatis Maſculini, *à ſucceſſione ſua* totaliter excludendis, *ſollicitus fuiſſe videri debet. num. 166.*

Jurata Filiæ renunciatio, *ſub* qualibuscunque verbis *concepta*, ultra expreſſam, vel tacitam Patris mentem, nec minimam patitur extenſionem. *num. 167.*

Pater renunciationem *ſuæ Filiæ* injungens, *vel ab illa* recipiens, *eandem non aliter* excluſiſſe *cenſendus, quàm* quousque Maſculina Agnatio duraverit. *num. 168.*

Neque Pater *ſuam Filiam, neque* Filia *ſeipſam, etiam in caſum* totaliter extincti Stemmatis Maſculini, *à Succeſſione nihilominùs excludere, neque* Judex, *ad Filiæ renunciationem ità convalidandam*, Decretum ſuum *interponere voluiſſe intelligi debet. num. 169.*

In renunciatione Hæreditatis jamjàm delatæ Decretum *requiritur. n. 171.*

Tales ſucceſſionum Renunciationes, *in ordine* ad Filias *renunciatrices, earumque* Parentes, *ipſis etiam* LLbus exoſæ *ſunt. num. 172. & ſq.*

Secunda Ratio decidendi, *quòd &* omnia Statuta, Fœminarum, *in caſu extantium Maſculorum*, excluſiva; *tùm & omnes ejusdem generis* Conſuetudines, Privilegia, & Pacta *ità exaudienda ſint, quòd*, niſi expreſſa reclamet litera, *vel*

Consilium Quinquagesimum.

Consuetudinis *indubia* certitudo, Fœminæ, Masculis sublatis, indubitatò admitti debeant. *num.* 174.

Præceptum paternum testamentarium *de suis Filiabus, per renunciationem*, ein vor alle mahl excludendis, non potentiùs operari *debet, quàm hujusmodi* Statutum, Pactum, *vel* Privilegium, *etiam* efficacioribus Clausulis *munitum. num.* 176.

Licet talia Statuta, Privilegia, Pacta, Consuetudines, Testamenta de Fœminis in perpetuum excludendis *loquantur*; *tamen* semper hic Casus, nisi Stemma Masculinum expirare *contingat, vro* tacitè excepto *haberi debet. n.* 178.

Probatur *hoc de* Statutis, *tùm* certæ alicujus Familiæ propriis, Erb-Einigungen / *tùm in* tota Provincia vel Regno obtinentibus. *num.* 179.

Item de Privilegiis Fœminarum exclusivis. *num.* 180.

Et de tali Consuetudine, *imprimis* in regno Neapolitano. *num.* 181.

Consuetudo *hujusmodi* Masculos vocat, & Fœminas excludit; *sed* non præfert Fœminæ *tantisper* exclusæ, *vel potiùs suspensæ*, alias Fœminas. *num.* 182.

Cessante Masculorum favore *etiam* Fœminarum exclusio *cessat. num.* 183.

Dispositio *talis* testamentaria, *quòd Filiæ* ein vor allemahl renunciare *debeant*, non majoris est potentiæ, *quàm DDres de tali* consuetudinaria, privilegiaria, statutaria, pactitia, *etiam* prægnantioribus Clausulis *munita, Renunciatione communiter tradunt. num.* 186.

Pater *à sua Filia renunciationem recipiens, vel exigens*, pro solis suis masculis *Filiis*; & valdè rarò pro aliis Filiabus; *pro* Extraneis *verò* nunquàm *illam desiderasse, vel acceptâsse intelligi debet. num.* 187.

Etiamsi amplissima & generalissima *in tali Præcepto de renunciando, vel in ipsa jurata renunciatione, Verba contineantur. num.* 188.

In casu totaliter extincti Stemmatis *Filiæ non aliter* exclusæ *censendæ, quàm si Pater* exertissimam & specialissimam hujus insolitissimæ exclusionis mentionem injecerit. *num.* 189.

Adducitur egregia Donati Antonii de Marinis *decisio. num.* 190. *cum seqq.*

Tametsi verba renunciationis *ad* Jura de futuro *trahantur; tamen illa restringenda forent ad ea futura Jura*, quæ ex Causa de præsenti comperere possent. *n.* 190.

Nec diversum sentiendum, licet Juri de futuro per Pactum de non ulteriùs petendo *fuerit renunciatum. num.* 197.

Huic Clausulæ æquipollet *hæc nostra*: Daß die Töchtern ein vor alle mahl der vätterlichen Erbschafft renunciiren sollen. *num.* 198.

Tertia Ratio decidendi, *quòd ipse D. Dn. Parens sui animi indubitatam sententiam, per hæc*, in Proœmio *suæ Dispositionis obvia formalia, haud obscurè declaraverit*: Daß Er seine gantze Disposition allen zanck und weitläufftigkeit unter seinen Adelichen Kindern zuverhüthen / und zu NB. beförderlicher Conservation des mannlichen Stammens / als auch seines jetzigen und künfftigen zeitlichen Guths und Nahrung / und was denen allem anzugedeyhen / aufrichten wollen. *num.* 199.

Quandocunque verba *vel* Præcepti paterni *de renunciando, vel* Renunciatricis *hoc satis declarant, quòd Renunciatio* Cognationis Conservationem, *sive* in universum, *sive ejus tantùm, ex qua talis Filia oriunda est*, Lineæ, *pro* Scopo, Voto & Fine *habuerit, vel debeat habere, tunc, penitùs* expirante Agnatione, *etiam* Renunciatio simùl tota evanescit. *num.* 201.

Hæc verba: Zu Erhaltung des Adelichen Stammens und Nahmens / dem Adelichen Manns-Stammen zum besten / *& similia, seu in* Præfatione, *seu in ipsis* verbis dispositivis *expressè posita, non tàm* Causam *impulsivam, quàm* finalem *significant. num.* 202.

Præfatio, in qualibet Dispositione, Causam *illius* finalem *demonstrat. n.* 203.

Ex Proœmio potentissimum argumentum *redundat, ex quo ipsa* genuina Agentium intentio *principaliter colligitur. num.* 204.

In Proœmio *posita in* subsequenti principali negotio repetita *censentur. num.* 205.

Ex

Consilium Quinquagesimum.

Ex Proœmio *similiter etiam* Renunciatio regulanda est tota. *num.* 206.

Si in terminis Voluntatis saltem conjecturabilis, *quòd Pater à Filia renunciationem recipiens, vel ei præcipiens*, Agnationis conservationem *pro fine habuerit, tota Renunciatio* ad solos Masculos restringi *debet, quanto magis in substrato, ubi* Pater hanc finalem Præcepti sui Causam specialim expressit, *idem pariter obtinebit? num.* 208.

Licet Verba Præcepti *de renunciando, vel ipsiusmet* Pacti *renunciativi sint* generalissima, *& omnimodam* omnis Juris, *tùm* præsenter competentis, *tùm* in futurum, quacunq; ex causa, competituri, *adeoque* perpetuam Filiæ Exclusionem, *& omninò* extinctivam renunciationem *præ se ferre videantur*; *tamen* Causa finalis, *videlicet* Conservatio Agnationis *si præsertim* expressa *ejus mentio, sit facta, ubivi preferenda. num.* 209.

Ex eo, quòd in proposito Casu B. Dn. Parens suas Filias tùm solito majori Dote, *tùm* notabili Legato *liberaliter honoravit, & simùlq oque* alias causas expressit; *easdemque, ut videtur*, præponderantes, *inferenaum videtur, quòd Steminatis Conservatio* non Causa finalis; *sed tantùm* impulsiva *sit istius Præcepti de renunciando. num.* 210. *& seq.*

Assignatio Doris, *sive* congruæ & solitæ, *sive* solito majoris Pactum Regressûs *ad Successionem renunciatam* reservatorium *in suis effectibus haudquaquàm impedit. num.* 213.

Etiamsi Instrumentum Renunciationis *eandem*, ob solam dotem, *interpositam pronunciet. num.* 213.

In hujusmodi casu duæ *sunt* Causæ, *quæ* Renunciationem conciliasse *creduntur, nempe* Dos & Agnatio. *num.* 214.

Dos eum in finem *numerari consuevit, ut* Æquitas Pacti successionis renunciativi tanto magis eluceseat; *& evidentior reddatur. num.* 214.

Renunciatio *sapit* Donationem *cum Renunciatricis* læsione *conjunctam*; *quæ proindè* per Doris constitutionem aliquatenùs corrigenda. *num.* 215.

Non verò credendum, quòd vel Filia renuncians, *vel* Pater renunciationem ei præcipiens, *vel ab illa recipiens*, ob solam Dotem, Personis extraneis; *in renunciatione nullatenùs spectatis, in casum* extinctæ Agnationis, paternam successionem concedere *voluerit. num.* 217.

Pater Filiæ ad præstandam congruam Dotem de Jure tenetur *num.* 218;

Ratio Agnationis *in splendore servandæ* vincit Doris rationem. *num* 219.

Etiamsi Agnatorum nulla *facta sit* mentio; *cùm* illorum Existentia, *hanc ipsam* Causam, conservandæ *videlicet* Agnationis, *sufficientissimè testetur & comprobet. num.* 220.

Assignatio Doris *sola Renunciationis* Causam principalem Rarò *constituit. num.* 221;

Principalis ejus Ratio & Causa finalis ut plurimùm *hæc est, ut* cæteris Liberis eo pinguiùs consulatur. *num.* 222.

Hæc assertio DDbus communiter *probatur. num.* 223.

Causa Dotis solutæ in perpetuum *quidem* durat; *sed quia*; sublatis masculis *Liberis*, principalior Ratio, *nempe Agnationis in flore servandæ*, totaliter cessat, *etiam Renunciatio, pro* amplissimâ *licet* Dote *factâ, simùl* tota evanescit. *num.* 225.

Concurrentibus duabus Causis *totum Negotium* juxtâ potentiorem *& principaliorem* dijudicandum. *num.* 226.

Acceptatio Dotis *non aliter* Regressum *ad renunciata Bona* præcludit, *quàm si* evidenter constet, *quòd* nulla alia Renunciationis causa *adfuerit, quàm* Dotis acceptæ. *num.* 227.

In ambiguo semper præsumi *debet, quòd Renunciatio* respectu cæterorum Liberorum *sit* facta, *vel* à Patre imperata. *num.* 228.

Declinatio Litium *& sumptuosorum in Judicio* Processuum *in paterno*, *de quo hic Qr. Testamento, hôc tantummodò fine*, *ceu* Concausa impulsiva, *fuit commemorâ-*

memorata, ut Causa finalis & principalis, *nempe* Stemmatis Masculini florentior Status, tanto citiùs & faciliùs effectum suum sortiri valeret. *num.* 229. *& seqq.*

Adfertur egregius, *ad hæc magis firmanda*, ex Johanne Georgio Beloldo locus. *num.* 232.

Si Conservatio Familiarum non spectaretur, omnis *propem. dùm* Renunciationum materia cessaret. *num.* 234.

Causa finalis *illa sola vocatur*, sine qua quis aliàs actionem *vel planè* non, *vel* non eo modo *suscepturus fuisset. num.* 235.

Causa finalis *insinuat* principalem *contrahentium* intentionem, *à qua etiam* Causatum & alia omnia regulantur. *num.* 236.

Causæ impulsivæ, *tanquàm* leviusculæ, *non impediunt, quo minùs* Sorores, *sublatis Masculis, sicq;* Causâ finali *totaliter cessante*, de jure suo recuperando *validè experiantur. num.* 237.

Causa prima, principalis, ac finalis *intuenda, & pro rei cujusvis* Fundamento *ponenda. num.* 238.

Causa propinqua *semper magis*, *quàm* remota, *debet considerari. num.* 239.

Licet Successionis Renunciationi, intuitu Dotis *factæ*, prægnantissimæ Clausulæ *fuerint adjectæ*; *tamen*, Masculis emortuis, *etiam* Renunciatio *pro* totaliter emortuâ *haberi debet. num.* 241.

Tametsi Verba Renunciationis *sint* generalia; *si tamen* intuitu certæ Causæ finalis in specie *prolata fuerint*, *tunc etiam* ipsa renunciatio ad specificata præcisè restringitur. *num.* 243.

Quarta Ratio decidendi, *quòd* Renunciatio, *duabus Filiabus in* paterno Testamento, pro conservanda Masculina Descendentia *in perpetuo splendore*, Bonorumq; affluentiâ, *specialiter* injuncta, *& dehinc* Translativa, *& tantùm* Personalis, *per* Clausulas *adjectas, utut ponderosissimas &* exuberantissimas, *in* Abdicativam, *& in casum* extincti Stemmatis Masculini *nihilominùs duraturam* transmutari *non potuerit. num.* 244.

Ubicunque paterna Intentio certa *est*, *quòd Pater Filiabus suis* necessitatem *renuntiandi*, eô fine, imposuerit, ut Masculina ipsius Descendentia in perpetuo splendore, & Bonorum affluentiâ conservaretur, *ibi omnium DDrum hæc unanimis vox est, quòd certa &* aperta paterna Voluntas præcisè servanda, *&, quamprimùm ista* Causa finalis *cessat, etiam* Renunciatio *omnem suam efficaciam simùl prorsùs amittat. num.* 246.

Hujusmodi dispositio *ità interpretanda, ut* prosit illis, quibus ejus conditores providere *voluerunt*; *non illis, quibus ipsi* prospicere noluerunt. *num.* 248.

Quinta Ratio decidendi, *quòd*, sicuti omnes Renunciationes, *vel specificè in gratiam* certarum Personarum, *vel* quorundam, *aut* omnium Masculorum Agnatorum, *vel in genere pro conservatione* Stemmatis Masculini *in perpetuo splendore factæ*, Personalibus *aggregantur; ità*, illis Personis, *quas Filia renuncians, vel in specie, vel in genere consideravit*, è medio sublatis, *tota* Renunciatio simùl expiret, *absque ullo obstaculo* quarumcunque Clausularum, *in paterno* Testamento, *vel ipso* Pacto renunciatorio, quemcunque in Casum, *&* sub quacunque Verborum structura, *tametsi* exuberantissimè *conceptarum. num.* 250. *& seqq.*

Excipitur unicus *ab hac Regula* Casus, *quòd* Filiæ & tunc *à renunciata Successione* exclusæ esse *debeant, etiamsi* totum Stemma Masculinum expiret. *n.* 255.

Quando Filia nobilis, in gratiam *vel* Fratrum, *vel* omnium Agnatorum, *vel* Quorundam in specie nominatorum *renunciavit, tunc tali* Filiæ, *vel illius* Hæredibus, *in casum*, si illæ Personæ expirent, Regressus *competit, non obstantibus quibuscunque, &, ut vulgò loquuntur*, Cubitalibus Clausulis. *num.* 258.

Etiam summæ efficaciæ & ponderis Clausulæ nihil nocere *possunt*, *si*, existente Conditione *Pacti hæreditatis renunciatæ reservativi*, nemo ampliùs ex illis in vivis existat, quorum commodo facta est Renunciatio. *num.* 259.

Etiam

Consilium Quinquagesimum.

Etiam Renunciatio de quacunque *& omni* Hæreditate, quandocunque obventurâ, *licet* propriè Realis, *& perindè æstimanda, acsi* ex capite unde Liberi, Agnati, & Cognati *esset facta; tamen illis* Personis, in quarum gratiam *illa præstita fuit, fato abreptis, totaliter corruit. num. 260. & sqq.*

Si Causa *renunciationi adjecta* non operaretur Restrictionem ad illum Casum, quoadusque ex Personis à renunciante Filia spectatis aliquis superfit, *tunc illa* incassum adjecta *dicenda foret. num. 263.*

Renunciatio, in qua certæ Personæ *nominatim sunt expressæ*, illas nunquàm egreditur, *hinc*q; illis sublatis, *Renunciatricem nemo porrò excludit. num.* 264.

Renunciatio in commodum Fratrum, *licet* Clausulis abundantissimis *referta, semper involvit* hanc Conditionem, *ut*, si nemo ex illis amplius superfit, *tota Renunciatio pro non facta habeatur. num.* 265.

Quamvis Renunciatio cum omnibus Clausulis, quæ excogitari possunt, *interposita fuerit; tamen etiam istæ clausulæ* aliis Personis, *in Renunciatione* non nominatis, *vel* consideratis, prodesse non possunt. *num.* 266.

Clausulæ Realitatem importantes *non prosunt, nisi illis*, quorum contemplatione renunciatum præsumi *potest. num.* 267.

Confirmantur hæc pluribus Rebus judicatis. *num. 268.*

Contemplatio certarum Personarum excludit omnem Renunciationis Realitatem. *num. 269.*

Hucusque præmissa *etiam omnia obtinent, tametsi à Filia renunciata* non certæ Personæ, *in* genere, *vel* specie *fuerint spectatæ; sed Renunciatio à Patre recepta, vel Filiæ præcepta*, generaliter pro Stemmatis, *vel* Agnationis conservatione *interposita fuerit. num.* 271.

Nec quidquam, sublatis planè Masculis, *officit, quo minùs Filia* auff ewige Zeiten *renunciata, vel illius Hæredes, ad renunciatam Successionem admitti debeant, licet* omnes in mundo extantes Clausulæ *isti alteri Clausulæ*, auff ewige zeitten/ *adjecta fuerint. num. 272.*

Renunciationum omnimoda Extinctio *individua* sequela *est antecedaneæ* totius Stemmatis Extinctionis. *num. 274.*

Hanc Renunciationum extinctionem *nec* Verborum Generalitas, *nec effusa* Clausularum, *Renunciationem circumstantium*, quantacunque Amplitudo, *nec* Perpetuitas hujusmodi Filiarum Exclusionis *excludere valet. num. 274.*

Nec illa Clausula: Pro hæredibus quibuscunque, *cum* Aquiliana stipulatione, *&* Pacto de non petendo *conjuncta, diversum jus parit. num. 276.*

Neque etiam hæc Clausula, quòd Renunciatio (pro conservatione Stemmatis *facta*) *sit* realissima, *&* omni tempore valitura, *aliud importat. num.* 277.

Rationes hucusque præmissorum concluforum: Prima *hæc, quòd omnes tales Clausulæ sint* Relativum ad solas Personas, *in paterno* Præcepto *de renunciando, vel ipso* Pacto *renunciatorio* nominatim, *vel* aliter indigitatas. *num.* 278.

Limitatâ *hujusmodi* Renunciatione evanescente *etiam* omnes tales Clausulas unà & simùl evanescere *oportet. num.* 279.

Hinc quantæcunque *concurrant* Clausulæ, *Renunciationis* Realitatem *præ se ferentes; si tamen eidem vel* certæ Personæ, *vel* certæ Causæ *Renunciationis, non perpetuò; sed* ad certum solummodò Tempus duraturæ, *legantur insertæ, tunc &* illa Realitas non est perpetua; *sed tantùm eousque*, quamdiu Personæ, vel Causæ illæ duraverint, durabilis. *num. 280.*

Hæc Episcopus Rocca in Jure appellat absolutissima. *num. 281.*

Etiam Monialium & Monachorum Renunciationes, *quas vulgò* Reales *dicunt*, ob certarum Personarum contemplationem, *Personales evadunt. n. 282.*

Personis *illis, quarum favore renunciatum*, deficientibus, *simùl* deficit Realitas *Renunciationis, & sola* Personalitatis Qualitas *remanet. num. 283.*

In Monachis & Monialibus perpetua Exclusio, *etiam in casu totaliter* sublati Stemmatis *Masculini*, faciliùs *obtinet, quàm in* secularibus Renunciatricibus. *num. 284.*

Consilium Quinquagesimum.

Talis Renunciatio, quæ certas Personas *in oculis habet*, pro tempore *duntaxat* perpetua *est. num. 285.*

Secunda Ratio, *quare* Clausulæ quantæcunque, *pro indole* limitatæ *Renunciationis, etiam ipsæ* in suis effectibus limitentur. *num. 286.*

Clausularum Generalitas *ad* subjectam materiam *semper* restringi *debet. num. 286.*

Renunciatio, quantumcunque generalis, *semper* ad suam Causam, solorum *videlicet* Masculorum favorem, restringi *debet. num. 287.*

Quando Causa finalis *Renunciationis specialis & certa est, tunc illius* Specialitas *hujus* Generalitatem *indubiè* restringit. *num.* 288.

Finis intentus à Renunciatario semper spectari debet. *num.* 289.

Tertia Ratio *de talibus Clausulis, quòd in illis* dictiones Perpetuitatis significativæ *fortiantur* naturam illius Negotii, *cui adjiciuntur. num.* 290.

Quarta Ratio, *quòd* omnes Clausulæ, *tametsi amplissimæ*, Renunciatarii *&* Renunciatricis *cujuscunque* Voluntati, *ceu* Reginæ *& Dominæ, tanquàm meræ* illius pedisequæ, famulentur. *num.* 291.

Propter Clausulas *adjectas* Renunciatio, *ex Pacisicentium, vel Disponentium Voluntate* Personalis, *in* Realem *haud degenerat. num.* 292.

Nec per illas efficitur, ut Renunciatio ultra Genus Personarum *in oculis habitarum* minimùm operetur, *vel renunciationis negotium tractamibus* è diametro adversum producat effectum, *ut nempe* Personæ *in renunciatione nec* comprehensæ, *nec* consideratæ, *tanquàm* prorsùs Extraneæ, *ad successiones in manus* solorum Agnatorum *resignatas, contra omnem* Rationem, Pacisicentium mentem, *omniumque* Statutorum, Pactorum Familiæ, & Consuetudinum naturam admittantur. *num.* 294.

Renunciationes, *ceu, cessante Masculorum favore*, odiosæ, *etiam* strictissimè *sunt* interpretandæ, *& semper* ad Causam præcedentem specificatam, *solosque* Familiæ Propagatores *restringendæ. num.* 295.

Sequitur Sexta Ratio decidendi, *quòd juxta* nativum istius Præcepti, daß beyde Töchtere an die Truchseßische *Famili* ein vor alle mahl nichts mehr zu*prætendiren* haben und *renunciiren* sollen/ significatum, *istæ Filiæ quidem*, quoties aliquis ex unici Fratris Descendentibus Masculis mortem oppeiturus esset, *in omnibus his Casibus*, in all solchen Erb-Fällen/ Ein mahl/ wie das ander/ und also ein für alle mahl/ *à* successione arceri *debeant, etiamsi Masculina illius Descendentia ad ipsam* Seculi consummationem *duraverit: num.* 296.

Sed quandocunque Masculinam Familiam expirare *contigerit, sic, ut illa Filiarum Renunciationibus non amplius indigeat, tunc, cùm solus &* unicus *paterni Præcepti de renunciando* finis prorsus deficiat, *non credendum est*, Patrem *tàm ab omni* Ratione & amore Liberorum alienum *fuisse, ut nihilosciùs* suas filias excludere, & ad Partes illarum hæreditarias, *in gratiam* Fratris, *ipsiusque Descendentium renunciatas*, extraneas Personas vocare *voluerit. num.* 299. *& seq.*

Cum ista Formula: Daß die Töchtern ein vor alle mahl nichts prætendiren sollen/ *hæc altera*: Daß Sie auf Ewig und zu ewigen tagen renunciiren sollen; *ut & hæc*: Daß der von den Töchtern noch *præstirende* verzücht zu ewigen zeiten krafft/macht und bestand/ für alles widertreiben/ vor allen Richtern haben/ und von allen Gerichten darauff geurtheilt werden solle/ *procul dubio coincidunt. num. 301. & seq.*

Idem etiam de illa Renunciatione judicium ferendum, daß weder Sie/ noch ihre Nachkommen/ über ihre empfangene Auffsteur/ weder von ihrem Vatter/ noch an seiner Erbschafft/ in Ewigkeit nichts mehr fordern sollen noch wollen. *num. 303.*

Et tamen, ob neutram istarum Formularum, *Renunciatrices & illarum Hæredes, extinctis Masculis*, à Successione exclusæ *censentur. dd. numeris.*

Filia promittens, daß Sie in Ewigkeit/ und zu ewigen tagen/ an die vätterliche Erbschafft weiter nichts prætendiren wolle/ *efficaciùs se obstringit, quàm*

Filia

Filia promittens, daß sie an die Famili ein vor alle mahl nichts prætendiren wolle. *num.303.*

Renuncians auf Ewig und zu ewigen tagen / sublatis Masculis, Regressum *ad Bona renunciata prætendit justissimè. num.305.*

Renúncians sub formula: Daß Sie / ihre Erben / und gesampte Nachkommen ihrem eydlichen verzücht nicht *contraveniren* / oder ichtwas darwider jemahlen prætendiren wolle / unter waserley Schein des Rechtens solches immer geschehen / und wie solches nahmen haben / oder noch in das künfftig erdacht werden möchte / tota Agnatione *sive Stemmate Masculino totaliter* expirante; *justissimè* ad successionem adspirat. *núm.306.*

Filiam, omni suo Juri; quod jamdùm habet, vel imposterum sperat, perpetim & plenissimè; *sed* expressâ *vel* tacitâ contemplatione Agnatorum *renunciantem*, his omnimodò sublatis, *nec ista Formula à renunciatis Bonis excludit. num.307.*

Renunciatio, *ex* Agnationis *contemplatione* Personalis, *propter* Clausulas *adjectas, hanc* Personalitatis qualitatem non exuit. *núm. 309.*

Etiam hac ferè omnium durissima Formula: Quòd Renunciatio debeat esse realissima, & omni tempore; in vim meræ & veræ Donationis valitura, sublatis Agnatis, quorum contemplatione *Filia renuntiavit*, à recuperatione Bonorum *ab illa renunciatorum ipsam neutiquàm excludit. num.309. & seqq.*

Realitas *istius renunciationis* non diutiùs durat, *quàm ipsa* Agnatio in oculis habita. *num.310.*

Neque Donationem *implicantia verba*; *tametsi de* vera Donatione *agatur*; *aliter accipi debent, quàm* consecutivè ad Renunciationem & specificatam *ejus* Causam finalem, *nempe Stemmatis Masculini conservationem. núm.311.*

Realitas talis Renunciationis cum Agnatione vivit, & moritur. num.312.

Idemque judicium etiam de hac, licet efficacissimâ, Clausula ferendum: Quòd Filia paternæ successioni renuncians perindè habenda sit, acsi nunquàm fuisset in rerum naturâ. *num.313.*

Etiam hæc Verba ad solas Personas, *in genere, vel in* specie consideratas *sunt* consecutiva, *& semper* retentâ *hâc Pactscentium, nempe Renunciantis & Renuntiatarii*, præsumptâ mente, *ut, Personis expressè, vel tacitè contemplatis, prorsùs deficientibus, perindè*, acsi Renunciatio nunquàm facta fuisset; *intelligi debent. num.314.*

In hac tota materia semper illa capienda est interpretatio; *quæ* Renunciatricibus minùs præjudicet. *num.315.*

Neque etiam hæc potentissima Clausula: Quòd Renunciatio sit & esse debeat Realis, *quòdque* omnem in Casum effectum Realis, *atque* omni meliori modo interpositæ *renunciationis habere*; *& Filia renuncians* Regressum *ad Bona renunciata* nunquàm, ulla ex Causa; *etiam* non cogitatâ, & noviter superveniente; *etiam* Rebus Cujusvis morte mutatis, & aliter, quàm nunc, se habentibus, *prætendere debeat*; majores effectus, *quàm* simpliciter facta *Renunciatio, producere potest. núm.316.*

Universæ tales Clausulæ, sublatis Masculis, perindè habentur, ac si omninò adjectæ non essent. *num.317.*

Tales Clausulæ, *quantumvis* exuberantissimæ, respectu Personarum *in Renunciatione* consideratarum, *satis operari*, multosque Effectus producere *possunt. núm.318.*

Sed si nemo ex illis Personis supersit, in quarum beneficium *Renunciationem à Fœminis retipere* Paciscentium interfuit, *tunc* qualescunque & quotcunque *eidem adjectæ* Clausulæ nihil ampliùs operantur. *num.319.*

Porrò nec hæc exuberantissima Renunciatio, quam Pater à Filia; etiam propediem monasterium *ingressurâ, pro se & suis Filiis recepit, neç non* pro omnibus & quibusvis illorum, *& quidem* singulorum Hæredibus, *tàm* ab intestato, *quàm* ex Testamento, & alias quomodocunque succedentibus, *adjectâ & hâc effusissimâ Clausulâ*: *Quòd Pater & Filius, eorumque &* cujuslibet ipsorum Hæredes

& suc-

& succeſſores *de omnibus Bonis* liberè diſponere *poſſint*, & ab inteſtato perindè diſpoſitum cenſendum ſit, acſi Filia renuncians nunquàm fuiſſet in rerum natura, *ſublatis Maſculis, ità renunciantem à paternis & fraternis Bonis ampliùs excludit. num. 320.*

Pater *pro ſe &* Hæredibus *ſuis ſtipulans* non de extraneis *Hæredibus; ſed de illis ſolis*, qui ab ipſo deſcenſuri *eſſent, ſenſiſſe cenſeri debet. num. 321.*

Sicut quævis Diſpoſitio; ità etiam Fœminarum Renunciationes, *licet* generaliſſimæ, juxta mentem & ſententiam hóc negotium tractantium *exaudiendæ ſunt. num. 325.*

Ad contrariari viſa reſpondetur remiſſivè. num. 326.

Etiam ampliſſimam Renunciationem, cum Stipulatione Aquiliana *&* Acceptilatione *conjunctam, ad* Perſonas *in ipſa Renunciatione vel expreſsè* nominatas, *vel ſub titulo conſervandæ* Agnationis tantùm contemplatas, *ceu ad illas* relativam, *reſtringere oportet. num. 327.*

Pactum liberatorium de nil ampliùs petendo in locum ſolennis Acceptilationis Hodiè ſurrogata. *num. 328.*

Etiam hujusmodi Acceptilatio, (*& Hodiè* Pactum liberatorium) *licet omne &* totum Jus Succeſſionis, *quod Filiæ renunciantí competiit*, ipſo jure *per illam extinctum fuerit*, non ulteriùs durat, *quàm etiam* Genus Perſonarum in ipſa renunciatione conſideratarum durat. *num. 329.*

Stipulatio ad favorem Perſonarum contemplatarum reſtringi *debet, neque aliter* abſolutè realis *dici poteſt, quàm* quoadusque Perſonæ contemplatæ adhuc ſuperſunt. *num. 330.*

Non majorem, quàm quælibet vulgariſsimæ formulæ Renunciatio, effectum & iſta Clauſula progenerat, quòd Renunciatrices, quantumvis Moniales, nullo unquàm Tempore, *etiam* quavis ex Cauſa, & Occaſione, *ipſis Renunciantibus, & ipſarum Monaſteriis*, in, de, & ſuper ſuorum Fratrum, & aliorum quorumcunque Hæreditatibus Jus aliquod acquiſitum eſſe, neque Quidquam de iſtis Hæreditatibus, etiam Minimum, habere vel conſequi valeant & debeant. *num. 331.*

Licet Filia, etiam Monaſterium ingreſſura, *& hâc* Causâ Ingreſsûs *ſpecialiter* expreſsâ, *de* omni & quacunq; Succeſſione, *paterna, maternâ, imò etiam avita. & cujuscunq; alterius generis, quæ Renunciatrici*, ex quocunq; Teſtamento, *ſeu Teſtamentis, Codicillis, Legatis, Donationibus inter vivos, & mortis cauſa*, aliisq; Diſpoſitionibus, *etiam ab inteſtato obvenire valuerint*, quovis jure, titulo, & cauſa, *etiam in Pacto renunciatorio* non ſpecificè expreſſis, *&* in Corpore Jurium clauſis, etiamſi NB. eſſet neceſſaria quævis expreſſa & ſpecifica mentio, in omnibus & per omnia, NB. Nil penitùs exceptô, NB. ad habendum *&c. renunciaverit; ſi tamen, in tali Renunciatione, pro* Cauſa finali, Conſervatio Stemmatis *ſive* Agnationis *eſſet indigitata, tunc* Filia, *hôc modo renunciata*, extincto Stemmate, *nihilominùs de novo* ſucceſſibilis fieret. *num. 332.*

Filia ità renuncians, daß Ihr in andern und Neben-Fällen / da ihre Brüder alle / der Eine vor / der Andere nach / ohne Leibs-Erben / NB. oder ohne Teſtament / todes verſtorben / ihre Erbgerechtigkeit vorbehalten ſeyn ſolle / *ſi poſteà ultimò decedens Frater ſine Liberis quidem; ſed cum Teſtamento, in quo illam Sororem renunciatricem totaliter excluſit, fato fungatur, nihilominùs ad paterna Bona renunciata juſtiſſimè adſpirat, ità, ut illa, in tanta quantumvis amplitudine & emphaſi concepta Clauſula:* Ohne Leibs-Erben oder ohne Teſtament ꝛc. *ad* ſolas Fraternas Hæreditates, die Brüderliche Bey- und Neben-Erbſchafften *reſtringi debeat. num. 332.*

Iſta verba: Ohne Leibs-Erben oder ohne Teſtament / *ſimpliciter prolata*, juxta communem JCtorum Regulam, Materiam ſubjectam, & naturam ac qualitatem Rei, de qua agitur, *intelligi debent, licet* improprianda *forent. n. 333.*

Et ſi illa in §. de ſola Collateralium ſucceſſione *agente inſerta legantur, tunc illa ad* Succeſſionem Deſcendentium, *ſeu primi ordinis*, certo modo reſtrictam, *& ultrà* Bona ad collateralem ſucceſſionem ſpectantia, *&* ſpecificata, *extendi non poſſunt. num. 334.*

Renun-

Consilium Quinquagesimum.

Renunciationes successionum quo respectu odiosæ sint? *num.* 335.

Denique etiam in hac amplissima Formula renunciandi, quòd Filia nubens, vel Cœnobium ingrediens, universa sua Bona, *paterna*, *materna*, *fraterna sororia*, *tàm* ex testamento, *quàm* ab intestato, *suis Fratribus*, inter vivos, & irrevocabiliter cedat & donet, *simùl commemorata Conservatio Masculorum, & conservandæ Agnationis, tanquàm Causa finalis Renunciationis*, omnem Realitatem, *sive Durationem in Casu extincti Stemmatis Masculini, ab illa excludit. n.* 336.

Nihil impedit, quo minùs etiam plures hujusmodi Hæreditates, toto tempore intermedio, quamdiu *nimirum* Conditio Pacti hæreditatis renunciatæ reservativi adhucdùm pendet, *jure* veræ & meræ Donationis, *apud Masculos permaneant, omniaque illarum* Emolumenta *interea percepta*, *imò* ipsæmet Hæreditates, *quoadusque de Masculis ad illas vocatis quæstio est, irrevocabiliter ad illos* pertineant. *num.* 337.

Imò si etiam omnes Clausulæ in mundo, *& quæ porrò* adhuc, pro majori firmamento *Renunciationum*, excogitari possunt, *in hujusmodi Pacto renuntiatorio* copulativè *concurrant*; *nihilominùs* Regressus *ad renunciatam, paternam vel aliam, Successionem in casum finitæ Agnationis, cujus contemplatione Filia renunciavit, ex universali Europæ Consuetudine, Patrisque & Filiæ renunciantis præsumpta mente, haudquaquàm excludit. num.* 338.

Clausula, *de qua* in proposito *agitur*, daß beyde Töchter/ an die Truchseßische *Familia* vor alle mahl keine prætension mehr zuhaben/ *renunciiren* sollen/ *ab illis, quæ in hoc Responso expenduntur*, multis passibus *distat*; *imò* nulli ferè dubio obnoxia est. *num.* 340.

Et proindè, post obitum unici Fratris, *in cujus solius, & ex illo* speratæ Masculinæ Descendentiæ, commodum *duæ Dominæ Sorores renunciârunt*, nihil Ipsas à paternis partibus hæreditariis, *sub ullo colore*, excludere potest. *num.* 341.

Inter Clausulas *in hoc Responso ventilatas haudpaucæ* tanti ponderis *& momenti videntur, ut* vel solæ abitentivam, *sive*, etiam in Casum totalitèr extincti Stemmatis Masculini, *prorsùs* abdicativam *Renunciationem videantur involvere. num.* 342.

Præcipuè secularium *Renunciationes* ità exaudiendæ *sunt*, *ut* Fratribus *vel aliis, à Renunciatrice magis dilectis*, totaliter sublatis, *ex verisimillima Utriusque Voluntate, sub Renunciatione*, *quantumvis* ampla, *& in* formâ extincti a, *seu* Reali *conceptâ*, semper Casus dicendus sit non comprehensus, *ex traditis*, *post Baldum, Cardinalis de Luca. num.* 345.

Octava Ratio Decidendi, *quòd duabus Sororibus renunciatricibus, etiam* summa, *& ex omni parte* evidentissima Verisimilitudo, *ob totaliter* cessantem *Renunciationis interpositæ* Causam, ad Bona ab ipsis renunciata *regressum reddaperiat. num.* 346.

Præsumptio ex majori charitate *seu dilectione desumpta, apud omnes DDres audit* præpotens & præponderans. *num.* 347.

Affectio Testatoris, *tanquàm optima interpres Ejus dubiæ mentis, in interpretanda ejus Voluntate* primo omnium loco spectari *debet. num.* 348.

Testatoris Affectio *ad quosvispotiùs* Cognatos, *& præprimis* ei proximos, *quàm ad* quamlibet extraneam personam *dirigitur. num.* 350.

Lex talem *in Testatore* Voluntatem præsumit, *qualis* bonum virum *decet, & propterea semper arguit, ipsum*, rectæ Rationi, *&* communi prudentum hominum Consuetudini *congruenter disponere*, *sicque* sibi Conjunctos, *præ* quibusvis Extraneis, *vocare voluisse. num.* 351.

Nec præsumit Lator, quod quisquam alienas propriis successionibus voluerit præponere. *num.* 352.

Prudentum omnia Responsa & Lex ipsa Naturæ Consanguineos *alicujus* successores *ejus* faciunt. *num.* 352.

Ex hac præsumptione urgentissima, *ad prudenter interpretandas dubias Dispositiones*, Conjectura *pronascitur. num.* 353.

Leges talem *in quolibet* Voluntatem præsumunt, *quæ cum* communi hominum inclinatione & officio *congruit. num.* 354.

Testator illos, quos magis dilexit, semper aliis præferre voluisse censendus. *num.* 355.

Omnes particulares Voluntatis Quæstiones *ex isto præcipuo fonte deductis Præsumptionibus conformari oportet, & propterea in tractatibus ultimarum Voluntatum* Affectio Testatoris & Favor dilecti *utramque paginam facere dicuntur. num.* 356.

Licet Pater Filiabus amplissimam renunciationis Formulam *præscripserit*; *tamen semper* pro illis Inclusionis Verisimilitudo, *quæ vel sola* ad excludendum Extraneum *sufficit, potentissimè militat. num.* 357.

Verisimilitudinem *pro se habens* Casum Lex in terminis *pro se habere existimatur. num.* 358.

Renunciatio *successionis* contemplatione Agnationis *interposita*, *semper hanc* tacitam Conditionem *involvit*, si aliquis ex Patris Descendentibus Masculis in vivis superstit. *num.* 360.

Nullatenùs credendum, *quòd* Pater voluerit, *ut* ad Bona ipsius, Filiabus *exclusis, admittantur* Extranei. *num.* 361.

Hæc decisio tot fundamentis *innixa dicitur*, *ut* de ejus veritate nemo vel dubitare *queat. num.* 362.

Parentum communi voto *summè* odiosum *hoc reputatur*, *ut* propriæ Proli alienam præponant Posteritatem. *num.* 363.

Alexander ab Imola pro magno Absurdo *hoc reputat, ut in Parentis Stipulatione* pro se & masculis suis Hæredibus *factâ*, *His deficientibus*, *Ipsiusmet* Filia non comprehendatur, *& è contra* Extraneus comprehensus *censendus sit. num.* 365.

Si renunciationem accipiens Pater suas proprias Filias includere *noluit, multo minùs*, exclusis suis propriis Filiabus, Extraneum Masculum includere *voluisse intelligi debet. num.* 366.

Si Pater, juratam à suis Filiabus, renunciationem, in gratiam Masculini Stemmatis recipiens, hôc in totum sublatô, ne quidem suas alias, nondùm renunciatas, Filias ad successionem vocare voluisse *intelligi debet, quanto minùs* Extraneos, *in talem Casum*, admittere voluisse *existimandus erit? num.* 367.

Contingente tali Casu *Pater* omnes suas Filias, *tàm* renunciatas, *quàm* non-renunciatas *ad partes æquales vocasse præsumi debet. num.* 368.

Si Pater ab omnibus suis Filiabus, in gratiam Agnatorum, *juratas receperit Renunciationes*, *&*, Agnatis sublatis, *una sola Filiarum* Nepotes Masculos *in vivis haberet*, hi Nepotes *nec suam* propriam Matrem, *nec ejusdem* Sorores *à successione excludere possent. num.* 369.

Multo minùs de Patre hoc debet præsumi, *quòd ipse* Filiabus suis renunciatis *ex præmortuo* Filio superstites Neptes præferre *voluerit. num.* 371.

Imò ne quidem Filia monasterium ingressa, *si* omnes ejus Fratres *in Renunciatione consideratos*, sine mascula Prole *defungi contingat*, *à Successione* exclusa præsumi; *sed* Monasterium, *ex ipsius persona, ad successionem* admitti *debet. num.* 372.

Masculis deficientibus *nullatenùs de Patre præsumi debet, quòd etiam* monasticam vitam agentem *suam propriam* Filiam à successione *voluerit* submotam. *num.* 373.

Quanto igitur minùs Filia secularis, *pro* Stemmatis Masculini *conservatione expressè renuncians*, hôc prorsùs extinctô, *à successione ità renunciata arceri debebit? num.* 374.

A minori ad majus, *in hac ipsa materia* Renunciationum, *validissimè arguitur. num.* 375.

Etiam

Consilium Quinquagesimum.

Etiam abundantissimæ & exuberantissimæ, *Renunciationi adjectæ*, Clausulæ juxta Patris *eandem recipientis*, *vel præcipientis*, & ipsarum Filiarum *renunciatricum* verisimilem mentem *& intentionem sunt* restringendæ. *num.* 376.

Filiæ nunquam *à Patre præsumuntur* exclusæ, *nisi aliqua adhuc* Persona supersit, quæ ipsas, ex Patris voluntate, excludat. *num.* 377.

Licet Renunciatio planè abdicativè videatur concepta: *Modò* contemplatione Masculorum *sit facta*. *num.* 378.

Stemmate Masculinô *in totum* sublatô Extranei Filiabus, *illæsâ Justitiâ*, præferri *non possunt*. *num.* 379.

Præsumptio majoris Dilectionis Filiarum, *sublatis Masculis*, *efficacissimè pro illis militat*. *num.* 380.

Sublatis Masculis simultaneam Filiæ renunciatæ, & non-renunciatæ Admissionem *& ipsa* Natura, *&* æqualis *erga Filias* Patris Dilectio, *&* Æquitas *adjuvat*. *num.* 381.

Ex his ipsis principiis sine dubio omnem pro tali Filia stare Verisimilitudinem *pronunciat Donatus Antonius de Marinis*. *num.* 383.

Nona Ratio decidendi, *quòd, si Pater suas Filias, etiam in Casum* totaliter sublati Stemmatis Masculini, *nihilominùs à sua successione voluisset* excludere, *ipse* duplicis *eapropter* Ingratitudinis *reatum incurreret*. *num.* 384.

Primam *in eo*, *quòd* primæ suæ Conjugis incomparabilem *& fœlicissimam* in re familiari augendâ Scientiam, *quam Ipsemet summis, in suis Testamentis, honoravit elogiis*, erga unicam ejus Filiam *malè* pensâsset. *num.* 385.

Secundam *in eo*, *quòd, si* Patris Præceptum *de renunciando*, *etiam in casu* totaliter sublatæ Masculinæ Descendentiæ, *istas* duas ejus Filias nihilominùs excludere, *&* extraneo Hæredi locum facere *voluisset*, *istæ Filiæ ne quidem* suam Legitimam salvam *habituræ essent*. *num.* 386.

In dubio Nemo, *& debinc principaliter* nec Parentes & Liberi in se invicem ingrati *præsumi debent*. *num.* 388.

Applicatur hæc doctrina Casui proposito. *num.* 389. *& seq.*

Per supremum *Testamentum* præcedentia omnia ipso jure tolluntur; *sed tamen*, *ad* dubia super ultimo hoc Testamento suborta *radicitùs tollenda*, antegressa Testamenta *quamplurimum conferunt*. *num.* 392. *& seq.*

Dn. Parens in duobus prioribus Testamentis *expressissimè disponit*, *quòd* Filiæ *Ipsius non ulteriùs*, *quàm* Ipsius Masculinam Descendentiam superare contigerit, *sua Successioni renunciare debeant*. *num.* 393.

Hoc Præceptum geminatum, *per* posterius elogium, daß Sie an die Truchsessische Famili, ein vor alle mahl keine Prætension zuhaben/ renunciiren sollen/ haudquaquam mutatum *præsumi debet*. *num.* 394.

Mutatio tàm seriæ *& enixæ* Voluntatis *in dubio* non creditur. *num.* 395.

Neque talis Mutatio, geminatæ *præsertim*, *Patris Dispositionis* de facili induci, *nec ex tali*, juxta omnes Interppr. Regulas, vulgarem *duntaxat Renunciationem præferente*, *verborum figurâ* probari potest; *sed eandem* concludenter ab allegante, *ex* indubitata contrariæ Voluntatis declaratione, demonstrare *oportet*. *num.* 397.

Lex omnem *in universum* Renunciationem, qualis *&* quantacunque Dubitatio *de illa*, *ob adjectas* amplissimas Clausulas, *moveatur*, *tamen* pro Personali *haud dubiè reputat*. *num.* 398.

Coronidis loco etiam hæc Formula, *quòd* Renuncians perindè haberi debeat, acsi nunquàm in auras vitales edita, *sive* nunquàm in rerum natura fuisset, *non obstante effusissimâ ejusdem amplitudine*, *tamen* Filiam, sublatâ masculinâ prosapiâ, haud excludere *demonstratur*. *num.* 399.

Lex ipsa *Filiarum renunciationes* in gratiam solorum Masculorum Descendentium *illius*, *qui eas imperavit*, *vel impetravit*, *etiam* à Monialibus, factas præsumit. *num.* 400.

Ipse Dn. Parens in suis Testamentis disertè *fatetur*, *quòd* inclyti Ordinis in

Consilium Quinquagesimum.

Franconia Equestris Consuetudo *hæc sit*, *ut Filiæ*, in gratiam solorum Masculorum, *paternæ successioni renuncient. num.* 401.

Ex quo hæc justissima exurgit Præsumptio, *quòd ipse etiam* suum paternum Præceptum *huic* Ordinis Equestris, *in tota Germania æquè ac* aliarum Ditionum Consuetudini, *tanquàm* Juri Communi perillustris Imperii Nobilitatis *congruenter conformare, neque quidquam ulteriùs injungere voluerit*, als daß/ so lang der Truchseßische Manns-Stamm fürwähren würde/ seine beyde Frauen Töchtere einmahl für alle mahl nichts mehr zufordern berechtiget seyn sollen. *num.* 403.

In illis locis, *in quibus* Statutum Fœminarum, *ob existentiam masculorum*, exclusivum *viget*, *cum onere Fœminas congruenter dotandi*, *tàm* Renunciatio, *quàm* Patris Stipulatio *de illâ præstandâ*, *in dubio non aliter*, *quàm* juxta illius Statuti Formam *facta censetur*, *sic*, *ut Fœminæ non diutiùs*, quàm Masculi superfuerint, *renunciasse intelligi debeant. num.* 404.

In Statuto disposita *perindè* Contractui, *& sic etiam* Pacto renunciatorio inesse *videntur*, *acsi* Pactum specificum desuper initum *fuisset. num.* 405.

Pater nobilis, *vel illustris*, *hanc* immediati Ordinis Equestris Consuetudinem, *quòd Fœminæ non*, *nisi* in gratiam Masculorum, *Patris successioni renunciare consueverint*, pro certa *agnoscens*, *etiam* suum Præceptum testamentarium de renunciando eidem conformiter ordinare *voluisse intelligi debet. num.* 406.

Filiæ renunciatio, *per* Conjecturam tacitæ Voluntatis, *ex nobilium &* illustrium Virorum Consuetudine, *qui* Familiæ suæ opes & dignitatem potissimùm Masculis, quamdiu supersunt, parare satagunt, *ad* solos Masculos *restringi debet. num.* 408.

Si etiam Monialis, nach der freyen Reichs-Ritterschafft alt löblichem Herkommen/ *Bonis paternis renunciaverit*, *hoc plurimum confert ad statuminandam* personalem solummodò Renunciationem. *num.* 409.

Semper Renunciatio secundum communem Germaniæ Consuetudinem, Usumque receptum *celebrata præsumitur. num.* 410.

Ideoque & tale Præceptum paternum de renunciando eidem Consuetudini, *tanquàm juri Communi*, conformiter interpretari *debemus. num.* 411.

Argumentum à Pactis ad supremam Voluntatem *validissimè formatur. num.* 412.

Ex eo, quod fieri consuetum, *cujuslibet* negotii interpretatio *petenda. num.* 413.

Duodecima Ratio decidendi: *Quòd*, *tametsi* Franconicæ Nobilitatis Consuetudo in Successionum Renunciationibus, *quoad* Regressum ad Bona *à Fœminis renunciata* non uniformis *perhibeatur*; *tamen ipse* B. Dn. Parens *suam intentionem*, *in substrato*, *apertissimè significaverit*, *quòd* Regressum *ad plenam suam Successionem Filiabus* in Casum, si Masculina ipsius Descendentia totaliter expiraverit, *reservatam voluerit. num.* 415. *& seq.*

Etiam nobiles & illustres in Franconia Filiæ utplurimùm *in Casum*, si Stemma Masculinum expirare contigerit, *ad Bona ab ipsis renunciata* Regressum *reservare solent. num.* 416.

Huic eidem Consuetudini, *in* Franconia, Suevia & Tractu Rhenano ut plurimùm obtinenti, *&* pro tali ab ipso Dn. Parente specificè agnitæ, *simulque Filias renunciatrices* ad Jus Commune reducenti, *etiam Ipse hoc suum* testamentarium Præceptum *de renunciando* conformare voluisse *modis omnibus censeri debet. num.* 419.

Voluntatem Testatoris *haud rarò ipsa* Lex vel Consuetudo interpretatur. *num.* 421.

Quando ipsa Lex ultimum defuncti elogium interpretatur, *tunc* huic interpretationi præcisè standum. *num.* 422.

Hac

Consilium Quinquagesimum.

Hæc doctrina præprimis in proposito obtinet, ubi ipse Testator sui animi sen-
sa, de dicta Franconica Nobilitatis Consuetudine, utplurimùm obtinente, *in duobus Testamentis*, sicque iteratò, *disertissimè declaravit. num.* 423.

Semper, in dubiis *Dispositionibus*, interpretatio *ex iis*, quæ utplurimùm fiunt, & fieri consuescunt, *desumi debet. num.* 424.

Renunciatio successionis, *in casu* extantium Masculorum *interposita*, non propter Sorores, *nedum propter* Extraneos, *facta præsumitur. num.* 425.

Hæc renunciandi Formula: Daß die Adeliche Töchtern biß auf künfftige Todesfälle / und wann ihr lieber Bruder ohne lebendige eheliche NB. Leibs-Erben mit tod abgehen würde / aller forderung sich verzeihen / à tota Franconica Nobilitate *in solenni Attestato de Ao.* 1649. eine von unfürdencklichen Jahren eingeführte uhralte Gewohnheit *vocatur. num.* 427.

Ex hoc Attestato hæc decima tertia Ratio decidendi *ultrò promanat, quòd in substrato B. Dn. Parens Truchsessius* Præceptum suum de renunciando huic inveteratæ, atque indubitatæ totius Franconicæ Nobilitatis Consuetudini conformare voluerit. *num.* 429.

Defectus *tàm* Fœmininæ, *quàm* Masculinæ Descendentiæ in proposito non obstat. *num.* 430.

Movetur dubium: An in dicto Attestato, *sub nomine* der Leibs-Erben / *tàm* Filiæ, *quàm* Filii, *comprehendantur? num.* 431.

In Pactis successionum renunciatoriis *vocabulum*, Ehelich gebohrne Leibs-Erben / *ad* solos Masculos *restringi debet. num.* 432.

Natura hujusmodi Conventionum, Locorum Consuetudines, Materia substrata, & Mens disponentium *istum significatum satis evincunt. num.* 433.

Decima quarta Ratio decidendi, *quòd Dn. Parens, suo ultimo elogio insertum* Præceptum de renunciando *etiam* juxta suæ propriæ Familiæ Consuetudinem *intellectum voluerit. num.* 434.

In cujusvis Testatoris Familiâ, ipsômet teste, fieri consueta, *in dubio*, pro factis haberi *debent. num.* 435.

Ex Observantia Majorum Familiæ *genuina agentium Voluntas colligitur. num.* 436.

Decima quinta Ratio decidendi, *quòd tùm inclyti in Franconia* Ordin. Equestris Domini Deputati, *tùm* duæ Sorores renunciatrices, *tùm etiam uni eus* illarum Frater, *ceu* Renunciatarius, *tùm illius legitimè constitutus* Curator, *paternum Præceptum de renunciando, de quo hîc Qr. non aliter intellexerint, quàm* quòd Renunciatio *à Patre injuncta* tamdiu *tantùm*, quamdiu Masculina Agnatio duraverit, etiam ipsa durare & stare debeat. *num.* 437.

In Transactione Mülhusiana *expressissimè professi sunt Domini Paciscentes*, daß das an sich selbst redende vätterliche Testament / in allen stückhen / zu desselben Recessûs Fundament gelegt werde. *num.* 438.

In fine istius natu junior Filia disertè promittit, daß sie / vermög des vätterlichen Testaments / auff alle Truchsessische Güther und vermögen; jedoch mit vorbehalt des ledigen Anfalls / und der *Pactorum Familiæ*, die in dasigem Land übliche *Renunciation* abstatten wolle. *num.* 439.

Hanc Promissionem ità renunciandi *Dn. Frater, & ejus Curator*, sine contradictione acceptarunt. *num.* 440.

Et ab omnibus Personis istam Transactionem solennissimè celebrantibus hæc spontanea Confessio adjecta fuit, daß / durch solchen *Recess*, des Herrn Vatters Testament / in dem allergeringsten passu, zu immutiren die beyderseittige Intention keines weeges gewesen; sondern vielmehr dasselbe noch mehrers zu explicirẽ und confirmiren. *num.* 443.

Hanc Transactionem, *Anno mox subsecuto*, Frater, cum Curatore, in dubium *quidem* vocare *tentavit*; aliâ *suis Sororibus* Renunciationis propositâ Formulâ: *num.* 443.

Sed hæc *in alio solennissimo Conventu* simpliciter rejecta, *&, loco illius, dissertissima hæc Formula concordi suffragio recepta fuit*: Jedoch mit vorbehalt und *expresser* Bedingnus des ledigen Anfalls; *quô casu* Ich / als eine unverziehene Tochter / im Recht und vor Gericht *considerirt* und *in integrum restituirt* seyn / auch das jenige / was mir / des Fränckhischen Adels Observantz wegen / gebühren sollte / mir annoch Erblich und unwidersprechlich zufallen solle. *num.* 446.

Hæcque ultima Transactio *ad* pleniſſimam ſuam perfectionem *perducta fuit. num.* 447.

Contra istam solenniſſimam, *eandemque* geminatam, Confeſſionem *defuncti* Fratris, *ejusdemque* Curatoris, *nullum Ei* Remedium impugnativum *competere potuit. num.* 448.

Et posito, quòd ipsi Auxilium in integrum Reſtitutionis, *quacunque de causa, verè competierit; tamen* teſtamentario ipſius Hæredi hoc non ampliùs competeret. *num.* 449.

Confeſſio Adulti, *cum* conſenſu Curatoris *facta, haud dubiè subsistit. num.* 453.

Reſtitutio in integrum *semper* tale negotium *præsupponit, quod* de Jure ſubſiſtit. *num.* 453.

Pupilli Confeſſio ſine Tutore *facta ipso jure* nulla *eſt*; *ſed Confeſſio* Minoris ſecundæ *ætatis, curatorem non habentis, ipso jure quidem* valida; *verùm* Reſtitutioni obnoxia eſt. *num.* 455.

Quando Minor, *in aliquo negotio læsus, per omnem ſuam vitam*, de petenda in integrum Reſtitutione nunquàm cogitavit, *tunc ipsius* Hæredibus *hoc auxilium Prætoris implorare non permittitur. num.* 457. *& ſeq.*

Beneficium in integrum Reſtitutionis *ex capite* Ætatis *eſt* perſonale, *n.* 460.

Sed Imploratio officii Judicis, *ad illam petendam, ceu illius perſonalis Beneficii* Effectus, *in* Hæredes *transmittitur. num.* 461.

Secùs eſt, ſi defunctus id implorare non valuerit, *vel* voluerit. *num.* 462.

Hæres non, niſi ex perſona defuncti, in integrum reſtituitur. num. 464.

Hæres *etiam aliàs* parciùs *reſtituitur, quàm ipſe defunctus. num.* 466.

Decima ſexta decidendi Ratio *in eo eſt poſita, quòd, ſi inter ultimum Dn. Truchſeſſium & ipſius Sorores inita Conventio etiam* juxta naturam Transactionum *examinanda foret, ſub nullo colore adſtrui poſſet, quòd* Ipſe ex hac ſua Confeſſione, *quòd ſuæ Sorores*, in caſum extincti Stemmatis Maſculini, ad renunciata Bona paterna Regreſſum habeant, quidquam damni *ſit paſſus. num.* 467.

Cui conſequens eſt, quòd, propter totalem Læſionis defectum, *hæc Quæſtio*: An ipſe, *ſi adhuc viveret*, in integrum reſtitutionem adverſus hanc ipſam Transactionem petere valeat? *ne quidem moveri queat. num.* 468.

Minor *ne quidem in talibus terminis*, ubi dubium ſubeſt, *utrum ipſe ex initâ Transactione aliquid damni ſit paſſus? ex* odio Litium, *in integrum* reſtituitur. *num.* 470.

Si Dn. Pater in propoſito voluiſſet, quòd ipſius Filiabus, etiam in caſum Stemmatis Maſculini totaliter ſublati, nihilominùs ad ſuas Partes hæreditarias renunciatas nullus regreſſus competere debeat, tùm conſequens foret, quòd Ipſius Teſtamentum pro firmo & valido propugnari non poſſit. *num.* 472.

Hæc & aliæ Rationes *juſtiſſimè moverunt defunctum Fratrem, ipſiusque Curatorem*, ut ſolenniſſimam de paterno Teſtamento *cum duabus Sororibus* transactionem inirent. *num.* 474. *& ſqq.*

Ad Transactionem validè ineundam *etiam proximè imminens &* adhuc metuenda Lis, *præcipuè* gravibus referta dubiis, *ſufficiens eſt. num.* 476.

Per hanc Transactionem nullum ulterius vel Onus, vel Vinculum Portionibus per Filias renunciatis annexum *fuit*, *quàm illæ* jam antcà, *ex totius* Franconicæ Nobilitatis, *& præprimis* Familiæ Truchſeſſianæ, ab ipsômet Parente *in Ipſius Teſtamento pro certa & validâ* agnitâ Conſuetudine, *potentiſſimè adhæſit. num.* 477.

Consilium Quinquagesimum.

Hic ipse Nexus *Dn.* Fratrem, *&* Masculinam ipsius Descendentiam, *ad restituenda Bona renunciata tùm demùm* obstrinxit, si nemo ex illis ampliùs superesset. *num.* 478.

Si masculina unici Fratris Descendentia ad extremum usque diem in flore steterisset, *ipsius* Sorores, *earumque* Descendentes nihil quicquam *ex Bonis à se renunciatis pratendere potuissent. num.* 480.

Incertitudo, *tempore Transactionis adhucdùm* futuri, *valdè* dubii Eventûs, *omnem* Restitutionem, *contra istam* geminatam & solennissimam Transactionem, *omninò excludit. num.* 431.

Decima septima Ratio decidendi *est dilemmatica: Si Dn. Parens suas Filias etiam in Casum* extincti Stemmatis Masculini, à Regressu ad Bona renunciata, *excludere voluisset, tunc ipsis ne quidem ex ipso* Naturæ Jure *debita* Legitima, *nedùm* Institutionis honorabili titulo *relicta fuisset. Si verò* diversus ei animus fuit, *tuncomnia valent & rectè se habent. num.* 482. *& sqq.*

Quando Filia nobilis *vel illustris* renunciat, *vel in Patris testamento* renunciare jubetur, *tunc* Dos *ei numeranda non praecisè* Quantitatem Legitimæ *exaequare debet. num.* 488.

Si Pater talem non vel in Legitima, *vel ad minimum* in Dote hæredem instituat *ipsa, tanquam* præterita, totum Patris Testamentum, *non obstante vel* Dote *eidem soluta, vel* relictô Legatô, nullum dicere *potest. num.* 489.

Multi DDres pro certo definiunt, quòd, si Pater suæ Filiæ, certam aliquam Quantitatem, *pro ipsius* Legitimâ, *vel* Dote assignet, *ex talibus verbis satis clara* Hæredis institutio *probetur. num.* 490.

Hôc ipsô suppositô duæ Domina Sorores, ad minimum, plenum Legitimæ Supplementum *adhuc possent pratendere num.* 492.

Hoc, quòd Renunciatrix *illustris, vel nobilis*, ultra congruam Dotem, nihil possit prætendere, *non ulteriùs durat, quàm* quousque Masculina Agnatio durat, *seu* Conditio Regressûs reservati adhuc pendet. *num.* 493.

Quamprimum hæc ipsa Conditio existit, *tunc Filia confestim vel* omnia Bona *renunciata, vel ad minimum id*, quod Legitimæ ejus deest, *jure optimo pretendit: Sed* Legitimâ *tùm demùm* contenta *esse cogitur, si Pater hoc ipsum* expressè *disposuerit*, quòd ipsa in sola Legitimâ seu Dote, in omnem Casum, *etiam* Agnationis totaliter extinctæ, *debeat esse instituta. num.* 494.

In casum totaliter extincti Stemmatis *Pater Filia suas* a Legitimæ Supplemento excludere *nequit. num.* 495.

Agnatis Masculis prorsùs deficientibus *etiam Renunciatio &* interimistica Filiarum Exclusio totaliter deficit; *& propterea* Regressus ad omnia Bona renunciata, *vel, si manifesta Patris Voluntas ostendi possit, minimùm* ad Legitimæ Integrationem *ipsis integer manet. num.* 498.

Cùm, Masculis defunctis, Causa renunciationis reducatur ad non-causam, *Filia ad sui* Patris, *sive ille* intestatus, *sive* testatus *diem obierit*, successionem admittitur. *num.* 499.

Aliàs hoc absurdum *consequens foret, quòd* Renunciatio *quidem* deficiat; *verùm nihilosecius etiam* porrò operetur. *num.* 500.

Duo ista asserta: Quòd Renunciatio, *morientibus Masculis, etiam ipsa* moriatur, *& quòd* Filia Patri testatò decedenti nihilominùs non succedat, *sunt* incompatibilia. *num.* 503.

Renunciatrices ad sui Parentis priùs renunciatam successionem, per mortem Masculorum, redintegratæ, suas Dotes acceptas conferre *tenentur. num.* 506.

Non etiam Legata in paterno Testamento, *ultra Dotem*, relicta. *num.* 507.

Decima octava Ratio decidendi *in* summâ *fundatur* Verisimilitudine, *quæ solicitè demonstratur. num* 508. *& seqq.*

Si Dn. Parens adhuc interrogari posset: Utrum duas suas Filias *sibi charissimas*, in Casum, *si ipse hoc prævidisset, suum unicum Filium* absque Masculis *defunctum, & propter justissimè ab illis reprehensam ejus* Prodigalitatem,

inquis-

iniquissimo erga illas odio ***succensum***, Eas penitùs excluſiſſe, & Extraneum, ***eundemque*** longè Potentiorem, ***haredem scripsisse***, ***non vel ad*** plenas Partes hæreditarias ***vocaturus fuisset***; ***vel, quousque potuisset***, ***etiam*** universali ***hunc suum Filium*** Fideicommiſsô, ***Filiabus ipsius exolvendô gravaturus***; ***vel*** quâ aliâ ratione ***Ipsis***, ***de suis Bonis***, ***prospecturus fuisset? nihil dubii suppetit***, ***quin ipse*** ad omnia affirmativè reſponſurus ***foret. num.*** 509. ***& ſqq.***

In omnibus humanis actionibus & negotiis id, quod veriſimilius, ***constanter*** in oculis habere ***debemus. num.*** 513.

Veriſimilitudo ***est*** Cognata Naturæ, ***ita***, ***ut*** Caſum Legis ***habere videatur, qui veriſimilitudinem ſibi patrocinantem habet. num.*** 514.

Hæc ipsa Regula de Veriſimilibus, ***in hac*** materia Renunciationum, ***à DDbus creberrimè in auxilium vocatur. num.*** 516.

Pater à suâ Filiâ, ***etiam*** monaſticam vitam ***actur***â, ***juratam renunciationem recipiens***, ***in casu*** extincti Stemmatis Maſculini, ***ne quidem*** Avunculos iſtius Filiæ ***ad ſucceſſionem vocaſſe præſumitur***: ***Quanto minùs in totum & omnimodò*** Extraneum? ***num.*** 518. ***& ſeqq.***

In tali caſu etiam Monaſterium, ***ex perſona Monialis***, ***ad renunciata paterna Bona***, excluſô extraneô ***Hærede***, admittitur. ***num.*** 520.

Quanto magis ergò ipsæ, ***ſplendidiſſimis nuptiis locatæ***, Filiæ, ***tali Caſu ſubſequente***, ad ſua Jura redintegrabuntur? ***num.*** 521.

Pactum (***etiam Succeſſionis*** renunciativum) ***non niſi*** ad illos, Jure, porrigitur, ad quos ut porrigatur, ipſius Paciſcentis, ***& in Pacto hujusmodi*** renunciativo ***ipsiusmet*** Filiæ Renunciatricis, & Renunciatarii, ***nempe*** Patris ***ejus***, ***intereſt. num.*** 522.

Covarruviæ monitum ***ad omnes Judices***, ***ut in Pactis hujusmodi renunciatoriis*** Paciſcentium genuinam & veram mentem ſolicitè ***indagent. num.*** 525.

Hæc Regula, quòd Diſpoſitio, ex eo, interpretationem recipiat, quod diſponens veriſimiliter reſponſurus fuiſſet, ***tùm in*** ultimis Voluntatibus, ***tùm*** Contractibus ***obtinet. num.*** 527.

Reſpondetur ad præmiſſas Rationes dubitandi. ***num.*** 528. ***& ſeqq.***

Ad Primam: ***Tametſi Dn. Parens, in noviſſimo Teſtamento, nullam de hoc, quòd Filiæ ipsius, in casum extincti Stemmatis Maſculini, Regreſſum ad Bona renunciata habere debeant, mentionem diſertis verbis injecerit***; ***tamen ſufficit, quòd ipſe*** hanc Cautam finalem, ut Stemmatis ipsius Maſculinum conſervetur, ***diſertiſsimè expreſſerit. n.*** 529.

Quoties perſpicua Teſtatoris Voluntas ***ex ipsius***, ***t*** propriis verbis ***pateſcit***, ***totius*** omnis diſputatio ſupervacua ***eſt. num.*** 532.

Non oportet de ejus Voluntate argumentari, ***qui***, ne id faceremus, indicium ***nobis reliquit*** ſuæ Voluntatis. ***num.*** 533.

Ad hæc ex adverſo objecta verba: Daß die beyde Frauen Töchtere an die Truchſeßiſche Famili ein vor alle mahl keine prætenſion mehr zuhaben *renunciiren* ſollen ***/ in hoc toto Reſponſo etiam ultra abundantiam ſolidiſsimè ſtabilitum. num.*** 534.

Ad ſecundam: ***Hoc***, ***quòd in*** noviſſimo ***B. Dn. Parentis Teſtamento*** nihil Novi diſponatur, ***quod in duobus antegreſſis Teſtamentis non jam cautum fuiſſet***, ***nullatenùs efficit***, ***ut*** Filiæ ***Ipsius***, ***in casum*** extincti Stemmatis Maſculini, ***contra omnium*** DDrum unanime concluſum, ***hujusmodi*** Renunciationum Naturam, Pacti reſervatorii, ***vi indubiæ*** Conſuetudinis ***etiam*** tacitè adjecti, ***autoritatem, & ubivis locorum*** receptiſſimam Frequentiam, ***in illuſtri*** Franconiæ Nobilitate, ***utplurimùm obtinentem, & de*** Familia Truchſeſſiana, ***ab*** ipſomet Parente, ***in duobus Teſtamentis***, ***ſicque*** geminatò, adſertam Obſervantiam, paternumque Amorem, ***nihilominùs pro*** excluſis ***haberi debeant. num.*** 535.

Abundè ſufficit, Patrem hanc Conſuetudinem ***tùm*** Ordinis Equeſtris, ***tùm & ſuæ*** Familiæ ipſum aſſeveraſſe. ***num.*** 536.

Nec ullatenùs, in ambiguo, præſumere fas eſt, quòd ipſe, in ſuo ſupremo elogio hanc à ſeipſo repetitim adſtructam, ſaluberrimam Conſuetudinem voluerit deſerere. ***num.*** 539.

Pater

Consilium Quinquagesimum.

Pater, *à sua Filia juratam renunciationem recipiens*, semper suæ Familiæ, totiusque Provinciæ Consuetudini & Statutis, *si præsertim hæc ipse* pro certis agnoscat, suam Dispositionem conformare *voluisse intelligi debet. num.* 540.

Hac omni difficultate carere *pronunciat Joh. Bapt. Hodierna. num.* 542.

Tametsi paternæ Dispositionis Verba repugnent. *num.* 544.

Jus Comune Contractui tacitè inesse *videtur, quocunq; loco contrahatur. n.* 545.

Pariformiter etiam Jus Municipale, *quod* illi derogat, sicut Species Generi. *num.* 546.

Statutis disposita *perindè* contractibus inesse *censentur*, *ac si* Pactum expressum, *inter Partes*, de illis interpositum *fuisset. num.* 546.

Et hæc omnia locum habent, non obstantibus *quibusvis, etiam effrænatissimis* & exuberantissimis Clausulis, *quæ* excogitari possunt, *licet* copulativè omnes adjectæ *forent. num.* 547.

Realis *renunciatio præstatur* in omnem Casum, *& talis est illa, quæ fit* per stipulationem Aquilianam. *num.* 548.

Hoc modo *renuncians* Successionem prætendere *nequit*, ex quacunque Causa *illa deferatur. num.* 549.

Talis renunciatio facit renunciantem de aliena Familia. *num.* 550.

Sublatis Masculis *Renunciatrices non amplius excluduntur; licet Renunciatio sit* exuberantissima, *& sub* jurejurando, *ac à Filiâ* dotatâ, *& tùm Patri, vel Fratri, tùm* Successoribus *ipsorum* quibuscunque, *tùm &* de quibuscunq; Successionibus, *imò etiam his emphaticis verbis munita: Quòd illa* Realis existimari, *&*, ut talis, effectum sortiri, *neq; Renunciatrix prætendere debeat, quòd* renunciatio per mortem Patris, vel Fratris absq; Descendentibus, sit resoluta. *num.* 553.

Nulla Clausula *ad hoc sufficit, ut Renunciatio* per obitum illius, in cujus favorem *illam præstitam esse saltem* præsumi potest, *non omnimodò corruat; licet sit* Realissima, *& per* Aquilianam stipulationem *constabilita. num.* 554. *& seq.*

Si omnia Statuta, Consuetudines, Pacta, & Privilegia Fœminarum exclusiva suam operationem cum extinctione Stemmatis amittunt, *quidni etiam de* Patris testamentario Præcepto, *quòd Filiæ ipsius*, ein vor alle mahl nichts mehr zu *prætendiren/ renunciare debeant, idem pariter adstruatur? num.* 556.

Favor & Amor Masculorum de sui natura inæquiparabilis est. *num.* 557.

Quandocunque *&* quamdiu Persona supersit, *quæ*, ex præsumptâ Patris Voluntate, *renunciantem* excludit, *tunc* Renunciatio Filiæ nocet. Secùs *foret, si* nulla hujusmodi Persona *ampliùs supersit. num.* 560.

Hæc Baldi *decisio quamplurimis* Judicatis *est corroborata. num.* 561.

Excutitur tenor trium Testamentorum *à B. Dn. Parente Truchsessio conditorum, à num.* 562. *usque ad n.* 585.

Hæc verba: Daß die Töchtern/ an die Truchseßische *Famili* ein vor alle mahl keine *prætension* mehr zuhaben/ *renunciiren* sollen/ *nihil aliud important, quàm quòd Filiæ* præcisè & necessariò, Sie wollen oder wollen nicht/ *renunciare teneantur, nec hanc necessitatem renunciandi, sub hoc obtentu, subterfugere valeant, quòd* Mater ipsarum, *constante connubio*, multa millia Marito, per suam industriam, lucrata fuerit. *num.* 575.

Dicta verba: Ein vor alle mahl/ *ulteriùs explicantur. num.* 578. *& seq.*

Resp. ad tertiam dubitandi Rationem, *quòd Clausulam*, auf Ewig und zu ewigen tagen/ *pro* substrata materia, *ad* juridicam *solummodò* perpetuitatem restringere *oporteat. num.* 586. *& sqq.*

Si, Renunciatione sub hâc Clausulâ interpositâ, Masculina Agnatio per plurima Secula *&* ad ipsum usque Finem hujus mundi *duraret, talis* Renunciatrix *& ipsius* Hæredes verè in perpetuum excluſi *manerent: num.* 589.

Sed quamprimùm Masculina Agnatio expirat, *etiam* Renunciatio, *tùm* dictâ Clausulâ, *tùm & aliis* omnibus, *adhuc in futurum* excogitabilibus, *conjunctim adjectis, nullo modo obstantibus, simùl expirat. num.* 590.

Omnes tales Dictiones naturam Negotii, *cui adjiciuntur, indubiè sequuntur. num* 591.

Consilium Quinquagesimum.

Adducuntur Responsa Facultatis Jurid. Tubingensis, *in Supremo* Imperiali Aulico Tribunali *confirmata. num. 592.*

R. ad Quartam Ration. dubit. Daß des Herrn *Testatoris* einiger Herr Sohn die freye und unumbschränckhte Gewalt / mit des Vatters Facultatibus, nach seinem gefallen zuschaltten und walten / haben solle ꝛc. *num. 594.*

Adferuntur Responsa Collegii Tubingensis, *etiam in terminis* magis dubitabilibus. *num. 595. & seq.*

Tales Clausulæ tantùm de tali Alienatione *intelligi debent, quæ, si Conditio Regressûs ad Bona renunciata reservatoria deinceps existat*, ipso jure, Retrò & totaliter corruit. *num. 596.*

Quando Filia Monialis *ità renunciavit, quòd* Pater, *& ejus* Filius, *eorumque, &* cujuslibet ipsorum Hæredes *& Successores, de omnibus Bonis* Liberè disponendi facultatem *habere; imò planè* ab intestato perindè dispositum *censeri debeat*, acsi Filia renuncians nunquàm fuisset in rerum naturâ; *si tamen* Masculina Agnatio expiret, *etiam hôc modô facta* Renunciatio simùl tota evanescit. *num. 597.*

Cui liberè de bonis disponere *permittitur*, pro libero suæ voluntatis arbitrio, *non obstante* cujusquam contradictione, *hoc facere potest. num. 598.*

Verbum Liberè, *Germanis* Frey/ *de* omnimoda libertate *intelligi debet n. 599.*

Repetuntur adhuc alia *in præmissis Rationibus decidendi adducta, ad quarum hoc Dubium radicitùs amputandum. num. 601. & seqq.*

Resp. ad Quintam dubit. Rationem: *Quòd quidem*, si Pater suis Liberis Legitimam debito titulo reliquerit, de cæteris suis Bonis securè testetur; *sed in* Casu proposito *probatu impossibile sit*, quòd Pater suas Filias in sola Legitimâ instituendi voluntatem habuerit. *num. 604. & sqq.*

R. ad Sextum *&* Septimum dubium, *quòd B. Dn. Parens Filiabus suis* implementum *sui ultimi Testamenti* enixissimè injunxerit; *sed quòd ejus* Voluntas *non in eo consistat*, ut illæ, etiam in casum totaliter extincti Stemmatis, à Bonis paternis excluſæ esse debeant: *num. 607.*

Sed quòd ipsis potiùs Regressum *ad Bona renunciata, hunc ipsum in Casum, tùm ipsa* Natura, *sive* Ratio naturalis, *tùm* Lex divina, *tùm ipsissima* Æquitas, *tùm tantoperè inter Liberos commendata* Æqualitas, *tùm æquissimè præsumpta* Parentum Charitas, *imò planè* commune Parentum & Naturæ Votum, *tùm &* omnium Jurisprudentum Responsa, Tribunalium Judicata *& quasi unanimiter* Concordata *adjudicent. num. 611. & seqq.*

Adducitur Præjudicium *de Casu, quo Filia sic renunciavit*: Daß der Bruder / und dessen Mannliche *Descenden*ten / die *renunciirte* Güther frey / ledig / inne haben / verpfänden / verkauffen / und / gleich mit ihren aigenen Güthern / aigues gefallens / schaltten / handlen und waltten sollen und mögen. *num. 616.*

De Agnitione Testamenti paterni *operosè dispicitur. num. 619. & seqq.*

R. ad octavam dubitandi Rationem: *Quòd* Renunciatio *duarum Filiarum* non principaliter propter Dotes & Legata *ipsis relicta*; *sed* ad Conservationem Stemmatis Masculini, *juxta ipsam Testamenti paterni literam, ab illis sit præstita. num. 622.*

Dotatio Filiarum *Renunciatrices* à Regressu *ad Bona renunciata haudquaquàm excludit. num. 623.*

Renunciationes à Filiabus dotatis factæ iisdem, *quibus* aliæ, Juris Regulis *subjacent. num. 624.*

Ratio Agnationis vincit Dotis rationem. *num. 626.*

R. ad nonam dubit. Rationem. *num. 627.*

Quousque Renunciationes, *si in illis* certum Tempus, *ad quod debeant durare*, non *fuerit* expressum, *pro* perpetuis & generalibus haberi debeant? *num. 628. & sqq.*

Pro hoc asserto, quòd, tametsi Regressus *ad renunciatam Successionem à Renunciatrice* expressis verbis reservatus non fuerit; *tamen ille, ex* universaliter obtinente Consuetudine, *& renunciationem* Tractantium mente, *pro* tacitè reser-

reservato *haberi debeat*, xx. Rationes, & Regulæ *DDrum remissivè adducuntur. num. 631.*

De duplici Fideicommisso conventionali, *quô* Bona *per Filias* renunciata *tùm in ordine* ad Agnatos renunciatarios, *tùm ad* ipsasmet Filias renunciatrices, *illarumque Hæredes, afficiuntur. num. 632. & seqq.*

Resp. ad undecimam Rationem dubit. Pater, Fratres, & Agnati, *renunciatarii*, suas Filias *quidem*, Sorores, Agnatas, *renunciatrices, earumque Hæredes*, ad Successionem renunciatam benè vocare *possunt. Sed* Regressum, *ab illis*, expresso *vel* tacito Pacto *reservatum*, suâ dispositione intervertere *nequeunt. num. 635. & sqq.*

R. ad ultimam dubit. Rationem, *quòd hæc ex Jure Communi* ordinario & regulari *deprompta Ratio, quòd*, per Hæreditatis aditionem, Bona paterna evadant fraterna, *in hac* exorbitante Renunciationum materia *nullum locum obtineat. num. 640.*

Bona paterna, *quantumvis* cum Fratris propriis bonis confusa; *nihilominùs* suam propriam, primævam, & ab aliis fraternæ Substantiæ bonis distinctam naturam constanter retinent, *& ab ipso, deinceps etiam defunctô, relicta Hereditas* duo diversa patrimonia *continet. num. 641. & sqq.*

Secundum Membrum primæ *Q. breviter ità resolvitur, quòd duabus Sororibus renunciatricibus* Editio Inventarii *denegari non possit. num. 647.*

Cohæres, à Cohærede, *ab hoc* confecti Inventarii editionem *justissimè exigit. num. 649.*

De Termino Inventarii Editionis, *& ad illam obtinendam competentibus* Remediis. *num. 651. & sq.*

Frater, *vel alius* Renunciatarius, Sororibus, *vel aliis* Renunciatricibus, *ad* Inventarii editionem *etiam tenetur. num. 653.*

Exhibetur Resolutio Quæstionis Secundæ. *num. 657.*

Compossessoribus Remedia possessoria, *tùm* retinendæ, *tùm* recuperandæ *possessionis competunt. num. 658. & sqq.*

Quoties duorum, vel plurium Possessiones sunt compatibiles, Mandatum manutenentiæ conceditur omnibus. *num. 662.*

Sicut Petitio hæreditatis Cohæredi *adversus alterum cohæredem*, pro illa parte, qua hæres non est; *ità etiam* Compossessio *ei pariter conceditur. num. 665.*

Cohæres, nondùm nactus compossessionem, Interdicto quorum bonorum *experitur rectissimè. num. 669.*

Cohæres pro ea parte, quæ ad ipsum non pertinet, non verus *est Hæres; sed illam tantùm* pro hærede *possidet. num. 672.*

Ad divisionem *Hæreditatis* Cohæredi, quem alter non agnoscit pro tali, *quando competat* actio famil. erciscundæ? *Et quando ipsi* Hæreditatis petitio *necessaria sit? num. 675.*

Hæredit. petitio, & Interdictum quorum bonorum, *regulariter*, pari ambulant passu. *num. 677.*

Cohæredi, *contra alterum, etiam* Remedium Legis ult. Cod. de edicto D. Hadr. toll. *competit. num. 680. & seqq.*

Quousque hoc verum sit, quòd Interdictum quor. bonor. contra verum Hæredem *nullum locum sortiatur? Et quòd* inter Cohæredes sola Actio famil. erciscund. *obtineat? num. 684. & sqq.*

Resolutio Tertiæ Quæstionis. *num. 691.*

Si unus Cohæres cum hæreditariis Creditoribus paciscatur, *ut illi* partem sui crediti remittant, *utrum ille Cohæres* hoc lucrum cum suis cæteris cohæredibus communicare teneatur? *num. 693.*

Negg. Gestor gratuitam *domino, &* ab omni lucro abstinentem fidem *præstare debet. num. 694.*

Etiam Indebitum, gestori solutum, *domino negotiorum restitui debet. n. 695.*

Cohæredi, hoc nomine, *etiam* Actio *competit* famil. erciscundæ. *n. 696.*

Omnia commoda hæreditaria cohæredem sequuntur. *num. 699.*

Sicut Fructus ex rebus hæreditariis *ab uno Cohærede percepti; sic &* talia Lucra, occasione communis hæreditatis *quæsita, cohæredibus cæteris sunt* communicanda. *num. 700.*

Veruntamen Cohæredi, qui illa quæsivit, aliquod Præcipuum *relinqui debet. num. 702.*

Renunciatricibus adversus ultimi Agnati Hæredes etiam Actio competit famil. erciscundæ. num. 703.

Existente Conditione *reservati Regressûs* Renunciatrices *& illarum* Successores ei, cujus successioni renunciârunt, actuales Hæredes; *&* ab ultimo Masculo relictæ Filiæ *similiter* illius mediati hæredes *fiunt. num. 704. & seqq.*

CONSILIUM QUINQUAGESIMUM PRIMUM.

DE Cessatione Legis Anastasianæ *in* necessaria Nominis cessione.

De necessariâ Nominis, Judæo, adversus Christianum *debitorem quæsiti*, alii Christiano facta Cessione.

Præmittitur Facti Species. *num. 1. usque ad 12.*

Et tres Quæstiones *hîc enucleandæ. num. 13. cum seqq.*

Exhibentur Requisita *ad statuminandam* Legis Anastasianæ Exceptionem *necessariæ. num. 19. & seqq.*

Quando Creditor actionem *sibi competentem,* viliori *licet* pretiô, *propterea vendit, quòd* ipse paratâ pecuniâ summoperè indigeat, *&* à suo Debitore, nummis penitùs destitutô, nihil consequi valeat; *idem verò hic* Debitor, *ob* insignia Creditoris, *sibi præstita*, officia, *lubentissimè* pecuniam, ex justissimis causis debitam, ei redditam vellet, *insimùlque* in Bona sua, *etiam aliis obærata*, immissionem *quotidiè* reformidare *teneatur, tunc æquissima, quantumvis*, Lex Anastasiana *nullum locum sortitur. num. 24.*

Quando Cessio *nominis* ex necessariâ Causâ *proficiscitur, dicta Lex prorsùs cessat, sive Creditor actionem* cogente Jure, *sive* solâ suæ rei familiaris Necessitate, *vel* Commoditate, *alteri cedere adigatur. num. 25.*

Quando Debitor pecuniam *creditori solvendam* expeditam non habet; Creditor *verò* eâdem, ad rem familiarem multùm indè adaugendam, *maximoperè* indiget, *tunc* cessio *nominis, quó debitor ei obstrictus est*, minori *quantumvis* pretio *facta*, dictæ Legis sanctioni haudquaquàm subjacet. *num. 26.*

Talia inter Mercatores, *&* alias Personas quæstum facientes, *frequentia sunt. num. 27.*

Executionem in sua Bona imminentem declinans, *&* propterea Actionem modico pretio cedens, *nullum pariter dictæ Legi locum relinquit. num. 28.*

Lex Anastasiana *non solùm illos* Casus, *quos*, propter adjunctam Necessitatem ipsamet excipit; *sed &* alios similes, *ubi* æquè urgentis Necessitatis Ratio *militat, à suæ sanctionis* Objecto excludit. *num. 29.*

Quoties Cessio necessariam Causam adjunctam *habet, nulla* Litis alienæ illicita Redemptio *jure objici potest. num. 30.*

Imperator in L. 22. Cod. mand. non præcisè ad Casus nominatim exceptos sese restrinxit; *sed solam* illorum Casuum Rationem *in oculis habuit. num. 32.*

Ubicunque apparet, *quòd* Cessionarius non sit Litis Redemptor, *Anastasii constitutio pedem figere nequit. num. 33.*

Quando Creditor ipsemet *Nominis sibi competentis* emptorem quærit, *sic, ut* non Emptor Creditorem ad nomen tale sibi vendendum; *sed potiùs* Creditor ad illud emendum Emptorem sollicitet, *tunc dicta Lex pariter omnimodò cessat. num. 34.*

Germani hæc sic efferunt: Wann der Verkäuffer dem Käuffer nachgehet / und nicht diser dem Verkäuffer. *num. 35.*

Adfer-

Consilium Quinquagesimum Primum.

Adseruntur egregia tùm Dnn. Witebergensium, *tùm etiam* alia hanc in rem Judicata & pronunciata. *num.* 37. *& seq.*

Laudantur nonnulli, partim dubitantes, *partim* dissentientes. *n.* 38. *& sq.*

Observantia, quoad istum Juris articulum, Collegii Juridici Tubingensis. *num.* 40.

Ex præmissis infertur, quòd constitutio Legis Anastasianæ *multo magis in talibus terminis* quiescat, *ubi non tàm* Creditores, *quàm potiùs* ipsemet Debitor cessus, summa cura & studio, Emptorem *nominis, quô ipse creditoribus suis justissimè tenebatur*, tamdiu quæsivit & sollicitavit, *donec hic*, nolens volens, *post* longas Debitoris persuasiones, *talis nominis* Cessionem sibi fieri *pateretur. num.* 41.

Sicquenec Debitoris vexandi *causa, neque* improbi lucri captandi *gratia. num.* 44.

Cessio *nominis*, ipsômet Debitore cessô præsente, sciente, & patiente *facta extra telum Legis Anastasianæ posita est. num.* 46.

Multo magis *idem obtinet, si* Debitor cessus expressè in hanc ipsam cessionem consentiat; *atque omnium* maximè, *si Debitor cessus hanc in sua persona passivè radicati nominis* cessionem, ipse, *omnibus modis*, instantissimè sollicitet. *num.* 48.

Adducuntur Circumstantiæ, enixissimum Debitoris consensum *evincentes, quòd Cessio nominis adversus ipsum fieri debeat. num.* 49. *& seqq.*

DDres hoc ipsum, ut Cessionarius ipsum Debitorem vocari curet, quòd Cessio ipsius consensu fiat, *pro singulari* Cautela *commendant. num.* 56.

Debitori, *in nominis sive Actionis contra se competentis Cessionem ultrò* consentienti, nulla *per illam* infertur injuria. *num.* 57.

Debitor ità cessus, *ut ipse* consentiat, *si non* ex novâ Stipulatione, *saltem* ex Constituto, cessionario *obstringitur. num* 58.

Ex eadem Ratione Lex Anastasiana *etiam* in Delegatione *nullum locum sibi vindicat. num.* 59.

Hujus Legis dispositio, in proposito, etiam ex hac ratione, nullum locum sortitur, quia debitum *hîc* cessum non maturum & purum *fuit, cujus scilicet dies jam cesserit & venerit; sed* immaturum, *sive tale, quod demùm* in futurum, per certos Terminos, inter cessum Debitorem & cedentes Creditores jam anteà conventos ac determinatos, exolvi debet. *num.* 60. *& sq.*

In talibus nominibus, per plures pensiones, in vielen Jahresfristen / in futurum solvendis, *licet* longè minus Pretium *pro illis solvatur; tamen Lex Anastasii nullum locum sortitur. num.* 63. *& sq.*

In justi Pretii computatione quænam, *talibus in casibus*, Circumstantiæ *præcipuè sint considerandæ? Et an omnia præcisè* ad legitimum Usurarum modum reduci *oporteat? num.* 65. *& sq.*

Adseruntur Rationes, *ex quibus hæc ipsa* Carpzovii *sententia, quòd* meta legitimi Interusurii præcisè spectanda *sit, justissimè deseritur. num.* 70. *& seqq.*

Si præsertim quæratur de Mercatoribus & similibus Personis licitum quæstum facientibus. *num.* 72.

Applicantur *hæc Jura* Casui proposito. *num.* 73. *& seq.*

Res rusticæ *tales sunt, ut illas non* Ratio, *nec solus* Labor; *sed* res incertissimæ, Venti, Tempestatesque moderentur. *num.* 74.

De Nominum emptione, *quæ fit* tempore Belli. *num.* 76.

Qualitas Personarum, *nempe* Cessionarii, *&* cessi Debitoris, *imò etiam* (*ut Hîc*) Creditoris cedentis, *ad* excludendam L. Anastasianam, *multum operatur. num.* 77. *& seqq.*

Applicantur *& hæc* subsstrato Casui. *num.* 78. *& seqq.*

Si Cessio fiat inter immediatos Imperii Nobiles, *tunc* Præsumptio Fraudis, *cui Legis istius dispositio innititur, sicque etiam* hæc ipsa *vix locum consequitur. num.* 83.

Consilium Quinquagesimum Primum.

Honestas personæ *tollit omnem sinistram suspicionem. num.* 84.

Qualitas Negotii, & Personarum *multo magis excludunt dictæ Legis sanctionem. num.* 85.

Etiam hæc Qualitas, quòd Cessio *facta sit* in Personam conjunctam, *in amoliendâ hujus L. sanctione spectari meretur. num.* 84.

Utrum sanctio Legis Anastasianæ etiam ad liquida & indubitata nomina *pertineat? num.* 86. *& seqq.*

Laudantur complures magni nominis DDres pro affirmativa *intrepidè pugnantes. num.* 87.

Cautela Strykiana, *quòd Debitor cedendus ipse citari, & ex eo quæri debeat: An debitum alteri cedendum pro liquido habeat, vel Exceptionibus contra illud instructus sit? Et si illud ipsemet liquidum profiteatur, tunc Cessio qualicunque pretio fieri valeat. num.* 88.

Adjicitur Responsum Facultatis Jurid. Francofurtanæ. *num.* 90.

Sententia de hoc Academiæ Tubingensis. *num.* 91.

An Constit. Imp. Polit. de Anno 1551. §. 78. *&* 79. *de* non cedendis Christiano Actionibus, Judæo, contra alium Christianum competentibus, *etiam* in Casu hîc proposito *obtineat? num.* 92. *& sqq.*

Utrum Cessio talis, *à Judæo, contra Christianum*, validè *fiat, si illa* Magistratu, cui Cessionarius Christianus subjectus est, consentiente *fiat? num.* 94.

Adferuntur Autores huic sententiæ faventes. *num.* 96.

Sed contraria aliorum assertio *præfertur. num.* 97.

Dicta Constit. Imp. Polit. ad necessarias Cessiones *non pertinet. num.* 98.

Demonstratur Necessitas Cessionis, de qua in proposito *Qr. num.* 99. *sqq.*

Necessaria Cessio, *etiam hactenùs, non solùm illa dicitur, quæ* Jure cogente; *verùm etiam illa, quæ* ex necessitate rei familiaris, *&* ad amoliendum gravius dispendium, *vel* ad longè majora, *ex* paratâ pecuniâ *facienda*, compendia, *ob* præsentissimam illorum spem, *fit. num.* 102.

Christiani debitoris expressus Consensus *de nomine, quô ipse Judæo devinctus, alii Christiano, contra ipsum cedendo, si præcipuè* ipse Debitor hanc *nominis* Cessionem, *contra se faciendam*, omni studio & sollicitudine procuraverit, *ipsiusque Consensus* compluribus actibus geminatis *roboretur*, dictam Const. Imp. Politicam excludere *decidituri. num.* 104. *& sqq.*

Plena Negotii, *in quod quis* consentit, *ac perfecta* Scientia omnes Exceptiones, *quas ille alioquin, qui, de toto negotio plenissimè informatus, illud tamen,* in suiipsius præjudicium, fieri patitur, *objicere potuisset*, suo robore exuit. *num.* 106.

Si ille, qui non est meus Creditor, *vel ope* perpetuæ Exceptionis, *à me convento, excludi potuisset, me*, ceu suum debitorem, *vel* sibi efficaciter obligatum Debitorem, *alteri* deleget, *& huic Delegationi* ego ipse consentiam, *tunc mihi* adversus hunc novum Creditorem *neque illa Exceptio*, me nihil debere, *neque etiam hæc*, me cum effectu conveniri non posse, *amplius competit. num.* 107. *& sq.*

Si ille, qui scit, se Sempronio nil debere, *ei tamen*, Actionem contra se, tanquam suum Debitorem, *Octavio* cedenti, consensum accommodet, *tunc hanc* Exceptionem, *quòd ipse* Sempronio nec obolum debeat, *Octavio*, cessi nominis solutionem urgenti, *gratis opponit. num.* 110.

Si ei, qui rem meam, ut suam, vendit, *sciens prudens* consenserim, *& postea* Emptor rem illam apud me existentem sibi tradi desideret, *ego frustra illius* emptionis nullitatem, *& quòd* Venditor mihi nihil præjudicii, *per illam*, causari valuerit, *emptori objiciam. num.* 111.

Ex his omnibus infertur, quòd, si etiam cessus Debitor Christianus cessioni à Judæo, alii Christiano, contra se faciendæ *non saltem* expressum *suum* Consensum *accommodaverit; sed &* ipse eandem summa cura & studio conciliaverit,

rit, Exceptio, ex dicta Imperii sanctione, *Christianis debitoribus regulariter competens*, suâ operatione similiter privetur. *num.* 112.

Si quis actionem adversus me cedat, *&* ego, probè gnarus, quòd cedenti contra me nulla actio competat, in hanc ipsam Cessionem nihilominùs consentiam, *tunc pariter* Exceptio, *mihi* adversus Cedentem *competens*, *tali* Cessionario, *istorum* ignaro, *incassùm objicitur*. *num.* 113.

Debitor cessus, de quo hîc Qr. ex dicta Imper. Constitut. *neque hoc allegare potest*, quòd Judæi cedentes Actionem, *contra ipsum*, **mit höchsten beschwehrden und unziemlichem Vortheil** quæsitam *cesserint*; *reclamante ipsiusmet* propriâ Confessione, *eâdemque* geminatâ, **daß die Juden ehr- und redlich** mit ihme gehandlet. *num.* 115.

Geminata confessio, *licet* extrajudicialis, plenè Debitum probat. *n.* 116.

Contra illam nec Erroris, *nec* Falsitatis exceptio *attenditur*. *num.* 117.

Nec ex dicta Imper. Constit. *cessus debitor Christianus de hoc potest conqueri*, **daß Er / durch die Cession selbsten / von den Juden vervortheilt / oder daß der Cessionarius (als welchen Er selbsten *sollicitè* aufgesucht / und zu hohem Danckh angenommen) zu dem hefftigsten auf ihn tringe / und Ihne gar von seinem Guth treibe.** *num.* 118.

Geminatus consensus omnes Exceptiones, Doli mali, Læsionis, Erroris, & similes, *regulariter* excludit. *num.* 118.

Geminatio enixissimam, deliberatissimam, & manifestissimam Voluntatem demonstrat. *num.* 119.

Imòplanè Voluntatis & Consensus firmitatem. *num.* 120.

DDres eidem etiam effectus jurisjurandi *communiter tribuunt*. *num.* 121.

Bis, de eodem, idem dixisse *nullam dubitationem supereesse patitur*. *num.* 122.

Quoties Creditor, propter suum, adversus Debitorem commissum, Delictum, actionem suam perdit, *illud totum, regulariter*, Debitoris lucro cedit. *n.* 126.

Quando Debitor Christianus, *sæpedictæ Imper. Constitutionis* contentorum probè gnarus, Cessionem, *à Judæo, alii Christiano*, contra se faciendam Ipse studiosissimè & summa cum sollicitudine conciliat, *tunc* ipse à vero Dolo malo ex proposito liberari non potest, *& dehinc nec* istius Constitutionis beneficio *fruitur*. *num.* 123. *& sqq.*

Idem pluribus stabilitur. *num.* 127. *& sqq.*

Dolus suus nemini debet patrocinari. *num.* 129.

Dolo malo facientibus haudquaquàm succurritur. *num.* 130.

Non decipientibus; sed solis deceptis Leges nostræ subveniunt. *num.* 131.

Ex suo delicto nemo conditionem suam, *ad* præmium *aliquod exindè consequendum, debet* reddere meliorem. *num.* 132.

Licet Debitor Christianus, tempore Cessionis, *à Judæo creditore*, contra Se faciendæ, *dictæ Constitut.* tenorem nesciverit: *Si tamen, expòst ejus conscius factus*, contra proprium suum Factum, *idemque* geminatum, *quô hanc ipsam* Cessionem, enixissimo studio, ipse quæsivit, *& per* suas instantissimas sollicitationes ac persuasiones, conciliavit, *atque conciliatam* gratissima mente *non solùm* acceptavit; *sed &* pluribus, summi momenti, actibus *porrò* constabilivit, *illam penitùs* nullam, *&* se ipso jure ab omni suo debito liberatum declarari *petat*, à Dolo ex re liberari non potest. *num.* 134. *& seqq.*

In consentientem *nulla cadit* injuria. *num.* 136.

Si quis in judicio, contra proprium suum factum, cum alterius jactura, aliquid petat, *eôipsô per LL.* prohibito lucro inhiare *censetur*. *num.* 137.

Licet, tali in casu, Debitor Christianus nullum Animum lædendi ab initio *habuerit; si tamen deinceps*, ex hâc à seipso procuratâ Cessione, contra suum enixissimum, *& compluries* geminatum, proprium factum, lucrari, *& præcipuè* tantam Pœnam *à Viro* innocente *&* nil mali meditato, totius *videlicet cessi* debiti jacturam, lucrifacere *satagat, tunc* Dolus ex re, *ob hanc tantam ipsius iniquita-*

quitatem, retrò se in animum ipsius diffundit, *& debinc* generali Doli exceptioni, *adversus illum, locum conciliat. num.* 138.

Etiam Cessionarius, *tanquàm cessi debitoris verè &* propriè sic dictus Creditor, in bona illius judicialem immissionem *petit justissimè. num.* 140.

CONSILIUM QUINQUAGESIMUM SECUNDUM.

DE Venditione equi vitiosi, *à* Christiano, *simùl* Loci Præfecto, *cum* Judæo *celebrata; ad illustrationem* Constit. Imper. Polit. de Anno 1551. §. Disem zubegegnen. *&* Ordinat. Provinc. Würtemberg. *tit.* 27.

Præmittitur Facti Species. *à num.* 1. *usque ad num.* 23.

Formatur Quæstio hîc enucleanda. *num.* 24.

Justinianeo Jure Christiani & Judæi quoscunque Contractus, *pro arbitrio*, celebrare *possunt. num.* 26.

Hæc facultas in pragmaticis Imper. Romano-Germanici sanctionibus *ad* solas publicas Nundinas *restricta. num.* 27.

Extra Nundinas *Christiani non aliter validum contractum cum Judæis ineundi facultatem habent, quàm si ille* à competente Christiani Magistratu corroboretur, *& sub* autoritate illius *celebretur. num.* 28.

Sine hôc Christiani Magistratûs concursu atque confirmatione omnes tales Contractus omnimodò nulli sunt. *num.* 29.

Hanc communem in Imperio R. G. obtinentem sanctionem etiam approbat Ducatûs Würtembergici Ordinatio Provincialis. *num.* 31.

Nec non generale Serenissimi Rescriptum *de Anno demùm* 1706. *num.* 32.

Expenditur dictarum, totius Imperii, & Würtembergici Ducatûs Sanctionum Causa finalis. *num.* 35. *& seq.*

Autoritas Magistratûs, *cui cum Judæo contrahens Christianus obnoxius est*, eo fine *requiritur*, ut Judæi, prudentiâ atque autoritate Magistratûs deterriti, tanto minùs Christianis imponant & noceant. *num.* 37.

Quando Judæus à Christiano, *qui* in loco Contractûs, *simùl* ipsius Serenissimi Principis Officialis *est*, jurisdictionalia *Ejus nomine exercens*, equum emit vitiosum, *tunc* Causa finalis *dictarum Sanctionum omnimodò cessat. n.* 38. *& seqq.*

Si præsertim Christianus *talis* Officialis, *seu loci Præfectus*, nullam sui Læsionem *vel allegare, nedùm docere queat. num.* 40.

Cessante Legis Causa finali *tota etiam illius* dispositio cessat. *num.* 42.

A Causa finali omnis humana Dispositio regulatur, ampliatur, restringitur. *num.* 44.

Si Judæus à Cive illius Loci, cui Præfectus ille præest, *equum emisset, & hunc ipsum* Contractum eidem Præfecto, *unà* cum illo cive, *specificè recensitis omnibus ejus Circumstantiis*, insinuâsset, *ejusdemque hôc modô* ineundi facultatem *ab illo impetrâsset, tunc* Contractus *indubiè* validissimus *foret. num.* 45.

Quô igitur jure idem ille Præfectus, *ad* amoliendas omnes technas Judaicas *à Principe constitutus, omniumque* illorum, quæ rem equestrem concernunt, gnarissimus. *si in* sui equi *Venditione* non Ipse; *sed* emptor Judæus sit læsus, *ad istas, quantumvis saluberrimas, Sanctiones confugere poterit? num.* 47.

Quando Judæus cum Subdito contrahit, *tunc longè* faciliùs Fraudes *ab ipsis excogitari, & per* falsa narrata, *Christiani* Magistratûs Consensus *extundi vel emendicari potest, quàm in casu*, si ipse Magistratus cum Judæo contractum celebret. *num.* 49.

Ubi majus Falsitatum *& Fraudum* periculum, *ibi etiam* majori opus est Cautione. *num.* 50.

Ubi nullum Falsitatis Periculum *subest; sed* ipsius Præfecti *seu Officialis*, suum equum Judæo utiliter vendentis, prudentia, *&* talium rerum scientia *omnem*

Frau-

Consilium Quinquagesimum Secundum.

Fraudem & Damnum *omninò excludit*, *ibi etiam* nullus Llatotiæ sollicitudini de Fraudibus arcendis, locus relinquitur. *num.* 51.

Quæritur in casu, quò loci Præfectus cum Judæo ipse contrahit, Contractus non debeat toti Judicio insinuari, *& sub* illius approbativo permissu *iniri*? *num.* 52.

In propria causa *nemo competens est* Judex. *eod. num.*

Nec communes Imperii Constt. *nec* Ordinatio Provincialis Würtembergica totius Judicii autoritatem *desiderant*. *num.* 53.

Si totum Judicium *seu Collegium Juridicum*, de quolibet *inter Christianum & Judæum* celebrato Contractu cognoscere *& propterea* convenire *teneretur*, *ex hoc* Judicum conditio *fieret* onerosissima. *num.* 54.

Quomodò Principum Præfecti *atque Officiales* in talibus Contractibus sua autoritate & approbativo permissu roborandis sese gerere debeant? *num.* 55.

Quando Principis Præfectus Equi, *quem ille Judæo vendit*, Vitium ipsemet novit, *tunc ipse beneficiò dictarum Legum, ceu in quas ipse peccat, haud dignus censendus. num.* 57.

Non decipientibus; *sed* solis deceptis *æquissimæ illæ* Leges auxilium *pollicentur. num.* 58.

Si Præfectus *Judæo sese venditi equi* Vitium ignoraverit *quidem*; *verùm* nulla Judæo, in non decenter tractato Equo, Culpa *imputari possit*, *tunc Præfectus*, totum Pretium retinere desiderans, à Dolo ex re *haud foret immunis num.* 60.

Subjungitur Sententia. *num.* 61.

CONSILIUM QUINQUAGESIMUM TERTIUM.

DE *Crimine* Adulterii reiterati, *utrum* Pœna capitalis, *in* Ducatu Würtembergico, *propter* intercessionem Conjugis innocentis, *in Foro* Justitiæ remitti *debeat*?

Præmittuntur Sententiæ definitivæ. *num.* 1. *& seqq.*

Pœna ordinaria Adulterii reiterati in Ducatu Würtembergico est pœna Gladii. *num.* 5.

Sine discrimine *inter* Mares & Fœminas, *tùm & inter* Personas conjugatas & solutas. *num* 6.

Rationes istius Pœnæ Remissionis *in Casu* proposito. *num.* 7. *& sqq.*

Illa non locum habet, *nisi* primum & secundum Adulterium, *per actualem sanguinis & seminis commixtionem*, ad ultimum consummationis gradum *fuerit* perductum. *num.* 8.

Diversum, *in his terris*, *in* solo crimine Sodomitico obtinet. *d. num.* 8.

Adferuntur ex Actis variæ Probationes, *quòd* Adulterium, prima vice *punitum*, *revera* plenariè *sit* consummatum. *num.* 9. *& sqq.*

Pœna ultimi supplicii, *ob Adulterium reiteratum*, *non aliter dictatur*, *quàm* si primum adulterium legitimo modo fuerit punitum. *num.* 13.

Moderna *totius ferè Imperii Rom. Germanici* Jurisprudentia *pœnam* Gladii *in crimine* Adulterii prima vice *commisso* relaxavit. *num.* 15.

Id quod tamen multis tàm Jurisprudentibus, *quàm* Theologis, displicet. *num.* 16.

Christianam Rempubl. reformatione, quoad hoc, indigere, *complures cordati Consulti fatentur. num.* 17.

In sacrilegos nuptiarum nimia moderni temporis laxitas, in terris Würtembergicis, quousque correcta? *num.* 18.

Consilium Quinquagesimum Tertium.

Consimilia Würtembergicis sanctionibus *exhibet Julius Clarus. num.* 19.

Ratio Ordinationis Provincialis Würtembergicæ *de* Carcere bimestri, *sub* sola Panis & Aquæ alimonia, perfectè tolerando & exequendo. *num.* 21. *& seqq.*

Adferuntur Rationes, *ob quas in substrato, in dubio, pro* non credibili *reputatur*, modod. Sanctionem non fuisse impletam. *num.* 19. *& seqq.*

Hoc ipsum allegans *id etiam legitimè* probare *tenetur. num.* 23.

Condonatio seu Remissio Conjugis innocentis *an ad* remissionem Pœnæ ultimi supplicii *sufficiens sit? num.* 25.

Jure Civili adulterii damnatam qui sciens reducit *Lege Julia de crimine* Adulterii punitur. *num.* 26.

Hoc Jure tantùm de hoc Crimine suspectam retinere *permissum. num.* 27.

Adducitur Constitutio Imperat. Friderici II. *in eandem sententiam. n.* 28.

Legis Divinæ *sententia de hoc. num.* 29. *& seqq.*

Itemque Bezæ, Seldeni, Philonis. *num.* 30. 33. *&* 34.

Hæc Remissio nec Hodiè *omnibus, pietatis & Divinæ Voluntatis studiosis, illis* promiscuè placet. *num.* 36.

B. Brunnemannus istam Remissionem sine Jure, & absurdè admitti *pronunciat. num.* 37. *& sq.*

Præcipuè hactenùs, ut illa etiam alterum criminis Socium à Gladio liberet. *num.* 39.

Genuina sententia Juris Romani *de isto articulo. num.* 41.

Novellæ 134. cap. 10. *etiam* Maritus, *cui Uxor innocens hujus criminis facit gratiam, particeps est. num.* 42.

Carolina Constitutio *hanc Novellam non sustulit. num.* 43.

Carpzovius illam ex Jure Civili, Carolino, Canonico, *imò etiam* Divino *stabilire sategit. num.* 44.

B. Augustinus, etiam ante Novellam Iustinianeam, eandem ex N. Testamenti doctrina *statuminavit. num.* 44.

Adulterii reorum Reconciliatio, *in* Ecclesia Christiana, *diversis temporibus*, diversimodè *se habuit. num.* 45.

Hodiè, *ob Conjugis Remissionem*, Magistratus pœnam Gladii remittere tenetur. *num.* 46.

Pœna Legis Divinæ de Adulteris lapidandis *ad solam* Hebraicam Rempubl. *pertinuit. num.* 47.

Usus Fori Saxonici *quoad hæc, præprimis in crimine* Adulterii duplicati. *num.* 49.

Itemque Ducatûs Lunæburgensis. *num.* 51.

Utrum ista Remissio etiam in Adulterio reiterato *obtineat? num.* 52.

Obstare videtur L. 3. Cod. de Episc. audient. & Lex 2. Cod. de adult. *n.* 53.

Nec non illa Juris Regula, quòd Concursus duorum vel plurium Specialium in eodem articulo *non admittatur. num.* 54.

Adferuntur Respp. Scabinorum Lipsiensium. *num.* 55.

An hæc ipsa Extensio ad Adulterium reiteratum *etiam in* terris Würtembergicis *obtineat? num.* 56.

Pro negativa *facit* Ordinatio Provincialis, & Matrimonialis, *in locis sub num.* 57. *& seq. adductis.*

B. Mauritius, in his Ditionibus nullam peculiarem sanctionem *extare, dicit, num.* 59.

Hæc Causa *pœnam Gladii Adulteris remittendi à Dnnis* Antecessorib. Tubingensibus non semper observata. *num.* 60.

Adferuntur ex Facultatis Juridicæ Voluminibus nonnulla Exempla, *ubi* Pœna capitalis, posthabitâ istâ Causâ, *tamen* fuit dictata. *num.* 61.

In Archiepiscopatu Magdeburgensi *similiter, in casibus Adulterii* reiterati, *Pœna* Gladii *non remittitur. num.* 63.

Moni-

Consilium Quinquagesimum Tertium.

Monitum *de* Usu Ducatûs Würtembergici *quoad hoc Punctum. num.* 64.

Facultas Juridica Tubingensis, *pro ratione* Circumstantiarum, *pœnam* Gladii, *non semel*, *in throno* Justitiæ, *vel ad minimum* Gratiæ, relaxandam *judicavit. num.* 66.

Adfertur notabile Præjudicium *ex* Besoldo. *num.* 67. *& sqq.*

Hanc Remissionem in proposito suadent, *Primò* spontanea Correorum Confessio. *num.* 70.

Secundò Liberorum haud modicus Numerus. *num.* 73.

Hoc aliter considerat Antonius Matthæus. *num.* 74.

Tertiò Adulteri Vita de cætero benè anteacta. *num.* 75.

Quartò prona ad Crimen hoc reiterandum Occasio. *num.* 76.

Contrariæ Ducales Würtembergicæ Sanctiones de Adulterio prima vice commisso loquuntur. *num.* 78.

Hæc Condonatio, *ab Uxore*, *Marito facta*, *etiam* Coadulteræ Supplicii mitigationem *conciliat. num.* 79.

Diversum *in* Saxonico Electoratu *sancitum. num.* 80.

Brunnemannus, *generaliter*, *hoc*, *ceu* Juri Divino contrarium, *Privilegium* strictissimè exaudiendum *pronunciat. num.* 81.

Hæc neque Juri Divino morali, *neque* positivo universali adversari *ostenditur. num.* 82.

Extra Saxonicum Electoratum in Ducalibus Saxoniæ ditionibus *pœna Gladii etiam* Coadulteræ *remittitur. num.* 83.

Marito, *iterati adulterii reo*, *etiam* Fustigatio & perpetua Relegatio *in* operas publicas *aliquot mensium converti potest*, *licet* Correa fustigetur *&* perpetuò relegetur. *num.* 84. *& seq.*

Favor Matrimonii, Liberorum & Conjugis, *hanc diversitatem facilè conciliavit. num.* 86. *& sqq.*

Moderatio *circa* publicas, *per integrum* Annum *præstandas*, Operas. *num.* 90.

CONSILIUM QVINQVAGESIMVM QVARTVM.

De Crimine Furti Septies reiterato, *& tamen* non capitaliter punito.

Præmittitur Facti Species. *à num.* 1. *usque ad num.* 10.

Furtum tertia vice *commissum pœna* ultimi supplicii, *& quidem regulariter* Suspendii *plectitur. num.* 11.

Et hanc Juris Carolini dispositionem etiam Sereniss. Würtemb. Llator, *singulari Rescripto*, Anno 1698. *ad Facultatem Juridicam transmisso*, *enixè repetiit. num.* 12.

Tria Furta Consuetudinem *& habitum furandi inducere*, *& rarò locum* Resipiscentiæ atque Emendationi *relinquere censentur. num.* 14.

Hujus furfuris Fures, quorum omne Artificium in furando consistit, *etiam* diligentissimi Patresfamilias cavere *non possunt. num.* 15.

Salus *itaque*, Quies, & Securitas publica, *ut tàm* malis hominibus provincia purgetur, Magistratûs officium inclamare *intelligitur. num.* 16.

Adferuntur complures utriusque Juris loci, *ad* severitatem adversus hujusmodi præfractos furciferos *statuminandam proficientes. num.* 17. *& seq.*

Tertium furtum, *absque ullo* rerum furtim ablatarum Valoris *respectu*, *ipsiusque furtivæ* Contrectationis Circumstantiarum, *ubivis terrarum illius autores* patibulo *subjugat. num.* 20.

Talis fur pro insigni, incorrigibili, ad furandum assuefacto, *&* famoso *habetur*, *imò planè* Grassatori *ab ipsis LLbus* æquiparatur. *num.* 22. *& seqq.*

Ex tertii Furti probatione *etiam* incorrigibilitas Furis probata, *& ipse* Veniâ indignus *censetur. num.* 27.

Consilium Quinquagesimum Quartum.

In casu proposito Reus, ob sex priora Furta, *aliquoties* modicis Pœnis *affectus*; *sed postmodò etiam* in Opus publicum quadrimestre *condemnatus fuit*, *additâ* Comminatione, *quòd*, *si denuò in eodem delicti genere peccaverit*, *ad pœnam patibuli damnari debeat. num.* 28. *& seqq.*

Propter tria, vel plura, saltem levia, Furta, hodiernis quoque moribus, non dictari pœnam Mortis *contendit Farinacius. num.* 34.

Ben. Carpzovius ad statuminandam pœnam ultimi supplicii, *propter tertium Furtum*, *ad minimum hoc requirit*, ut tria illa Furta V. aureorum Hungaricorum valorem efficiant, *num.* 35.

Idemque Hodiè, plerisque in locis, Usu receptum *autor est Hoppius. num.* 36.

Plures alii Germaniæ Jurisconsulti *diversæ sententiæ patrocinantur. n.* 37.

Expenditur constitutio criminalis Carolina, in Articulo 161. & 162. *num.* 38. *& seq.*

Delictum plus gravatur *ex Actuum* Frequentia, *quàm ex* Magnitudine *rei subtractæ. num.* 40.

Etiam extranei Jurisprudentes, *ob* tria Furta, *quantumvis* levia, *pœnæ* ultimi supplicii *locum assignant. num.* 41.

In nonnullis Provinciis, *ut in* Tuscia, Florentia, & foro Saxonico, *ob* tertium *Furtum*, pœna U. supplicii non semper *dictatur. num.* 42. *& seqq.*

In Casu proposito *non omnia septem Furta modica sunt*; *sed* duo magna. *num.* 45. *& seq.*

In Pœna delicto commensuranda *etiam* Rei interversæ, *sive* Damni illati *habenda est ratio num.* 47.

Hanc regulam etiam in crimine Furti *inculcat Wissembach. num.* 48.

Et in crimine Falsi *Laurentius Matthæu & Sanz. num.* 49.

Furtum tertia vice reiteratum *non ob trium Furtorum accumulatorum Magnitudinem*; *sed* ob publicæ Quietis & Securitatis Violationem pœnam Mortis *operatur. num.* 50.

Idem obtinet etiam in crimine Rapinæ, *in quo eadem Severitas* ob Violationem publicarum Viarum *exercetur justissimè. num.* 51.

Publica Pax, Securitas & Tranquillitas, *præcipuè in* Ædibus, & Tempore nocturno, *quô illæ cuilibet* tutissimum, *pro sua Quiete*, *refugium &* receptaculum *præstare deberent*, *per* Furum audaciam *valdè labefactatur. num.* 53.

Proportio inter Furtum tertia *vice commissum &* pœnam Patibuli *quomodo considerandæ? num.* 56.

Refectio Damni, *etiam in* crimine Falsi, *in ordine ad* Pœnam *consideratur. num.* 58.

Idem etiam in Furto, *regulariter*, *attenditur. num.* 59.

De Furto tertio *idem sentire videtur Clasenius. num.* 60.

Restitutio rerum furtim ablatarum *vix aliter* pœnam mitiorem *meretur*, *quàm si illa fiat* ante Incarcerationem & formatum Processum. *num.* 61. *& sqq.*

In Furto periculoso *illa nihil operatur. num.* 67.

Nec item in Furto Ter, *vel* pluries iterato. *num.* 68.

Adducuntur Rationes, *ob quas* pœna Patibuli, in casu proposito, *hôc insuper habitô*, *quòd hîc de* septuplici Furto *quæratur*, *tamen* nimis severa *& dura videtur. num.* 69. *& sqq.*

Præcipuè Rei insignis Simplicitas, *si non planè* Fatuitas, *cum aliis adjunctis. num.* 75. *& sqq.*

Porrò Vita *ipsius*, *post* penultimi Furti pœnam, honestè transacta. *num.* 82.

Et novissimi Furti causatrix Paupertas. *num.* 83.

In pœna Patibuli *Furibus adjudicanda exactissima* omnium Circumstantiarum *habenda est ratio. num.* 87.

In isto delicto *imprimis Judex*, *undecunque captatâ occasione*, pœnæ acerbitatem humanitate temperare *debet. num.* 88.

Applicantur hæc Jura Facto proposito. *num.* 89.

Quòd

Consilium Quinquagesimum Quartum.

Quòd ob rerum furtivarum plenam Restitutionem *etiam in Furto* com-pluriès patrato *pœna ultimi supplicii remitti debeat, contendit Besoldus. num.* 90.

Rescriptum Ducale Johann-Fridericianum *de Anno* 1627. *Reo, tanquàm Opifici, pariter prodest. num.* 94.

Subnectitur Sententia definitiva. *num.* 100.

CONSILIUM QUINQUAGESIMUM QUINTUM.

DE Feudorum nobilium, **Roßdienst-pflichtiger / Sattelē Güther / item Sattel-freyer Güther** Collectatione.

Præmittitur Sententia. *num.* 1.

Recensentur remissivè diversissimæ DDrum sententiæ: Quænam Feuda, & undè nobilia denominari mereantur? *num.* 2.

Nomen nobilis Feudi in Jure feudali Longobardico *nusquam occurrit. num.* 4.

Feudum nobile complures & illud reputant, si aliqua Jurisdictio, mixtum, aut merum imperium, cum certo districtu, castro, vel pago, *alicui in feudum à Principe concedatur. num.* 5.

Hujus generis Feuda Henricus à Rosenthal appellat Feuda jurisdictionis. *num.* 6.

Applicantur hæc jura Casui proposito, ubi nobilis Familia mit der **Feldmarck** und **Vogtey** zu S. mit allen darzu gehörigen **Güthern** und **Leuthen** / *jam ab aliquot retrò Seculis, fuit investita. num.* 7.

Sub nomine Vogtejæ tota civilis Jurisdictio *comprehenditur. num.* 9.

Complures DDres & illa Feuda, *quæ* ab aliquo Principe Nobilibus *conceduntur, pro* nobilibus *reputant. num.* 11.

Imperii Romano-Germanici Principibus, *regulariter, non competit* Jus nobilitandi. *num.* 12.

DDres Feuda etiam à sola immunitate ab oneribus publicis Nobilia *appellitant. num.* 14.

Hanc nobilitatem *eapropter* feudalem *appellat Eybenius. num.* 15.

Et hujusmodi Feuda *etiam à nostri* Imperii Principibus *concedi possunt. num.* 16.

Jus Tributa imponendi, & immunitatem ab illis concedendi *à pari procedunt. num.* 17.

Ita Usu servari *testatur Itterus. num.* 18.

Frey Schild-Lehen / und Frey-Lehen / *pro Feudis* nobilibus *accipiunt Dnni Antecc. Tubingenses. num.* 19.

Feuda à Principibus Imperii *concessa*, gradu quodam, *ab* aliis nobilibus Feudis differre *dicit Itter. num.* 20.

Ritter-Lehen / *quibus* onus militiæ *adjunctum*, *ab* aliis *è contra* ad Plebejos spectantium Bonorum oneribus, *Majores nostri, solius* Militiæ favore, *liberarunt. num.* 21.

Feudum quanto antiquius, *& de quo constat, quòd illius Possessores* servitia militaria, *per longissima retrò* tempora, *Principibus præstiterint, tanto etiam facilius præsumitur* nobile. *num.* 22.

Nobilitas adscribitur Antiquitati, *ità, ut* omne antiquum Feudum *habeatur* pro nobili. *num.* 23.

Feudum, *in genere*, semper aliquid nobilitatis sapere *intelligitur. num.* 24.

Præsertim si etiam Antiquitatem, *vel* Jurisdictionem, *aut aliquam* nobilem præstationem annexam *habeat. num.* 25.

Feudum nobile *etiam ex eo præsumitur, si non Rustico, vel Plebejo*; *sed* viro Patricio, Doctori, & benè de Republica merito, *concessum fuerit. num.* 26.

Consilium Quinquagesimum Quintum.

Ex Investitura *cujuslibet* Feudi status & vera Conditio *addiscitur. n.* 28.

Ex Nobilitate per multorum Seculorum *decursum florente etiam* Feudi Nobilitas *à plerisque colligitur. num.* 29.

Nobiles *etiam plebeja &* burgensatica Feuda *possidere queunt. num.* 30.

Feudum nobile non ab effectu, *quòd scilicet suum* possessorem nobilitet; *sed ex eo, quòd* Nobilitati accedat, *& ipsum ex eo*, quòd Nobili detur, nobile dicendum *contendit Vultejus, aliique complures. num.* 31. *& seq.*

In Saxonia *sola* regalia Feuda *nobilitant: Sed tamen* Antiqua *nihilominùs* nobilia, Adeliche oder Ritter-Lehen / *ex eo, vocantur, quòd* verè Nobiles de istis, ut Nobiles, investiantur. *num.* 33.

In determinanda hac Q. Utrum Prædia Nobilium, *in dubio*, pro feudalibus, *vel* emphyteuticis haberi *debeant?* Qualitatis personarum *magna ratio habetur. num.* 34.

Nobiles *ut plurimùm potiùs* feudalia, *quàm* emphyteutica, *prædia possident. num.* 35.

Etiam Nobiles emphyteusin habere *& acquirere possunt. num.* 36.

Qualitas Nobilitatis, *præsertim* antiquæ, *etiam hoc operatur, ut* Feudum *exindè non plebejum seu rusticum; sed* nobile *præsumatur. num.* 37.

Secundum qualitatem Personarum omnia interpretanda; *& semper illud præsumi debet*, quod congruit Personæ, cum qua actus perficitur. *num.* 39.

Laudantur Autores, quòd ipsum Feudum, quà tale, nobilitet, *sive suum possessorem ad Nobilitatis splendorem provehat. num.* 40.

Etiam Biga Tubingensium Antecessorum. *num.* 41.

Adferuntur consectaria hujus qualitatis, *quòd Feudum sit nobile. num.* 42.

Vasalli, *ceu Domino ad præstanda* Servitia feudalia *obstricti*, à Collectis, *regulariter*, immunes *sunt*, *tùm* ordinariis, *tùm* extraordinariis. *num.* 43.

Regulariter, ratione unius ejusdemq; rei, duplicato gravamine onerandus est nemo. *num.* 44.

Nisi tales sint Collectæ, *quæ* in locum feudalium servitiorum *quandoque succedunt. num.* 45.

Vasallos *nec tempore* extremæ & summæ necessitatis, *ultra sua Servitia, adquicquam teneri, complures definiunt. num.* 46.

Ex quòd Vasallorum immunitas à collectis *non sit* gratiosa; *vel planè* gratuita; *sed* onerosissima. *num.* 48.

In talibus casibus summæ Necessitatis *DDres* communiùs, *atque hos inter etiam* Tubingenses, contrarium *intrepidè propugnant. num.* 50.

Adferuntur Exempla extremæ hujusmodi Necessitatis. *num.* 51.

In Constitutionibus Ducatus Luneburgico-Calenbergensis *omnia Prædia*, welche Roßdienst-pflichtig / à contributionibus libera *pronunciantur. num.* 54.

Roßdienst-pflichtig *nihil aliud insinuat, quàm* equestrium seu feudalium servitiorum præstationi *subjacentia Prædia. num.* 55.

In Judicio allegata *si non* contradicantur, *per fictam seu* quasi confessionem pro concessis *habentur. num.* 57.

In ambiguo *præsumitur*, *quòd* Vasallus ad Servitia *suo Domino teneatur. num.* 58.

Licet Servitiorum in Investiturâ nulla *facta sit* mentio. *num.* 59.

In Calenbergensis Ducatûs sanctionibus etiam die Sattelfreye Höfe und Güther *ab oneribus* collectarum *dicuntur* immunia. *num.* 60.

Ab immunitate der Sattel-freyen Güther / *argumentô à majori ad minus deductô*, multo magis die Sattel-Güther *in censum* immunium *referri debent. num.* 62.

Nomina, Sattel-Güther / & Sattel-freye Güther / diversum *recipiunt* significatum. *num.* 63.

Sub nomine der Sattel-Güther *Creidenmannus & alii non talia prædia intelligenda dicunt, pro quibus* Servitia feudalia *præstanda; sed* penitùs libera, immunia

munia & franca, quæ immediatè Imperio subsunt; *etiamsi illorum possessores sint* Landsassii. *num.* 63.

Alii sub nomine der Sattel-Güther / & Sattel-Lehen / Feuda laudemialia *continere contendunt, pro quibus, Casu eveniente, Vasallus Domino* Equum instructum præstare *teneatur. num.* 65.

Clausula zu Sattel-Guth / nach Zutphischen Lehen / *quid insinuet? num.* 66.

Alii talia Feuda, quæ Sattel-Güther *dicuntur, cum* Feudis scutorum *pro iisdem exaudiunt. num* 67.

Feuda scutifera, *vel* satellitia *an ab* Ephippio, *vel* Equo *ephippio instructo dicantur, an à* satellitibus, Trabanten / Hatschiern? *num.* 68

Schild-Lehen-Recht *quid* in successione istius generis Feudorum *operetur? num.* 69.

Communior Interppr. sententia hæc est, quòd Sattel-Güther *ex eo dicantur, quòd* Servitia militaria vel per ipsos Vasallos, vel illorum Substitutos, pro illis præstentur. *num.* 70.

An ex eo, quòd oneri Contributionum subjaceant? *ut noviter censet* Dn. Ockelius. *num.* 71.

Sattelfreye Güther *illa communiùs dicunt, quæ* ab omnibus Servitiis immunia *sunt. num.* 72.

Non tamen ubivis ab omnibus in universum Oneribus. *num.* 73.

Hermannus Conringius Sattelfreye Güther *potiùs* Saalfreye Güther *dicenda existimat. num.* 74.

Saal antiquitùs, & Hodiè, *idem denotat, quod* Frey / *seu* liberum ab oneribus. *num.* 76.

Vadianus Salica bona *vocat* freye Lehen-Güther. *num.* 77.

Sattelfreye Güther / non semper *respectu* omnimodæ libertatis ab omnibus Oneribus, denen Sattel-Güthern opponuntur. *num* 80.

Collectæ *etiam Bonis* feudalibus, *per* Præscriptionem, *vel* Consuetudinem *imponi possunt. num.* 79.

Utrum talis Consuetudo etiam in Ducatu Luneburgo-Calenbergensi *probari valeat? num.* 81. *& seqq.*

Expenduntur prolixè hanc in rem obviæ Serenissimæ Domus Brunsuico-Luneburgicæ Constitutiones. *à num.* 85. *usque ad num.* 98.

Ein Rittermässiges / und ein anders Adeliches Lehen-Guth *annon unum & idem sint? num.* 99.

Ein Rittermässiges / oder Ritter-Lehen / und Adelich Lehen *à Feudistis & aliis pro synonymis habentur. num.* 100.

Secundum communem loquendi Usum, *sub appellatione* der Ritter-Güther / *ut &* Ritter-Lehen-Güther, *tantùm* Feuda Nobilium; *non etiam* Baroniæ, *vel Feuda* regalem dignitatem *annexam habentia significantur. num* 101.

Habito respectu ad Personæ Dignitatem, & nonnulla Privilegia, Equites, & Nobiles, die Ritter / und die von Adel / *in aliquibus differunt. num.* 102.

Quatuor inter illos differentias *exhibet Phil. Knipschildius. num.* 104.

Illustris Domini Caspari à Lerch sententia de his. *num.* 105.

Utrum nobilis Feudi, *de quo hîc Qr.* antiquissimi Possessores sessionem & Votum in provincialibus comitiis habeant? *num.* 108. *& sqq.*

Natalibus Nobiles, *ensimè que* equestrium Prædiorum Possessores *etiam* ad Regionis Conventus vocandi. *num.* 112.

Defectus Matriculæ provincialis *veris* Statibus Provinciæ *non magis obesse debent, quàm* defectuosa Imperii Matricula veris Statibus imperii. *num* 115.

Specifica mentio der Lehen-Güther / *in Provincialibus Constitutionibus, quòd illa* Collectis obnoxia *esse debeant, ad* Feuda burgentia, & prædia emphyteutica *commodissimè restringitur. num.* 120.

Hujus

Consilium Quinquagesimum Quintum.

Hujus generis Bona *etiam* Nobiles, *tametsi* immediati, *acquirere &* possidere possunt. *num.* 121.

Sicut Rustici Feudorum capaces *sunt*; *ità etiam* Nobiles emphyteuseos, & alterius adhuc inferioris Juris. *num.* 122. *& sqq.*

Nobiles burgensium *duntaxat* Feudorum, *ut &* emphyteuticorum fundorum possessores *omnibus tàm* extra-*quàm* ordinariis collectis subjacent. *num.* 123.

Demonstratur, quòd dicta commemoratio der Lehen-Güther / *sine* contradictione *ad* Feuda Nobilia, Ritter-Lehen Güther / *extendi non possit. n.* 124. *& sqq.*

In dubio Princeps nobilibus suis Vasallis Jura ipsis competentia adimere voluisse *haudquaquàm intelligitur. num.* 128.

Nemo magis, *quàm* Princeps, memor *esse præsumitur, quòd*, qui ipsius servitio sunt, à contributionibus excusentur justissimè. *num.* 129.

Feuda nobilia ad popularem pensitationem haudquaquàm trahenda. *num.* 130.

Contra nobilis Feudi, de quo in substrato Qr. Possessorem sine fructu nonnulla Præjudicia *urgentur. num.* 131.

Præjudicia *frequentissimè, ob unius vel alterius* Circumstantiæ Varietatem, *allegari non possunt. num.* 134.

Ex Facto oritur & moritur Jus. *num.* 136.

Applicantur hæc pluribus Casui proposito. *num.* 137. *& seq.*

Ab extraneis Jurisconsultis conceptæ Sententiæ, in notoriam Provinciæ Consuetudinem, vel Statutum impingentes, à Judice Loci rectè rejiciuntur. *num.* 141.

CONSILIUM QUINQUAGESIMUM SEXTUM.

DE Stipendio in commodum Familiæ relicto, quis Ordo in ejus fruitione servari debeat? *Et* si Tenor illius aliquibus Vocatis, *per multos Annos*, fuisset ignotus, *an ipsis etiam* ratione Præteriti *justa competat Prætensio?*

Præmittitur Facti Species, *à num.* 1. *usque ad num.* 18.

Proponitur Quæstio *hîc enucleanda. num.* 19.

Deciditur, quòd Dn. Fundatoris Agnati, so mit Ihm gleiches Stammens und Nahmens / primo loco admitten di *sint, & ab Ipso nominati* Cognati Uxoris, *demùm in subsidium & trium habilium Agnatorum* defectum, *admissibiles sint. num.* 24. *& seqq.*

Adducitur litera Fundationis. *num.* 27.

Ex Ordine Scripturæ Fundatoris Voluntas *concludenter colligitur. num.* 30.

Ex ordine Verborum *etiam* Ordo Intellectûs *pendere creditur. num.* 31.

Inter illos, quorum alter post alterum nominatus, *inducitur* Prælatio. *n.* 31.

Priùs nominati *etiam* priùs vocati *intelliguntur. num.* 35.

Ordo prioris Nominationis, *sive illa sit* generalis, *sive* specialis, *etiam* ordinem majoris, aut minoris dilectionis *designat. num.* 36.

Primùm *in scriptura* nominatus *intelligitur* Prædilectus. *num.* 37.

In claris *nullus penitùs locus est* Conjecturis, *vel* Interpretationi. *num* 40.

Nulla adeò probabilis Conjectura *afferri potest, quæ* sensu verborum ipsius *Testatoris, Disponentium, Paciscentium*, possit melior esse. *num.* 41.

Aperta ipsius Testatoris Voluntas tollit omnia objecta, totumque facit *in ipsius Testamento. num.* 42.

Concurrentibus tribus Testatoris Agnatis, *ad* academica studia *habilibus, iisdemque* actualem in Academiis operam *navantibus*, Cognatis Uxoris, *nulla tùm de* præterito, *tùm in* futurum, *Stipendii, de quo Qr. fruitio competit. num.* 43. *& sqq.*

Nullo

Consilium Quinquagesimum Sextum.

Nullo *verò* Agnato Fundatoris superstite, *vel superstite quidem*; *sed* ad studia academica nondùm idoneo; *vel satis ad illa idoneô quidem*; *sed* iisdem actualiter non incumbente, Cognati Uxoris, *ceu tales in casum expressè vocati, illicò admittuntur. num.* 45.

Et si à tempore Fundationis, *ejusdem* Tenor, *per plurimos Annos*, ab Agnatis Mariti suppressus *fuisset*, *ità*, *ut ille* Uxoris Cognatis non potuerit innotescere, *ac propterea Hos*, *suis propriis sumptibus*, *academica studia prosequi oportuerit*, *tunc ipsi etiam* ratione Præteriti *fundatam habent intentionem. num.* 46.

Non obstante solenni Transactione, *ab istius* Stipendii Administratore, *ratione* Præteriti, *cum aliis initâ. num.* 47.

Neque Regiâ illius Confirmatione, *aliisque* similibus illius munimentis. *num.* 48.

Confirmatio Superioris, *& præcipuè* summi Principis, *robur addit confirmato. num.* 49.

Et validum efficit, *quod*, illâ posthabitâ, *fuisset* invalidum. *num.* 50.

Et defectum *tùm* Personæ, *tùm* Solennitatis *&* Formæ *supplet*, *&* Contractui adhærentia Vitia corrigit. *num.* 51.

Præprimis si Clausula, ex certa scientia, *adjecta fuerit*, cui nihil opponi posse *passim definiunt. num* 52.

Decursus temporis sexennalis, *post Transactionem istam*, *elapsi an* in integrum Restitutionis auxilium excludat? *num.* 53.

Hoc extraordinarium Prætoris Auxilium *non nisi* per Quadriennium *competit. num.* 54.

Atq; hoc Quadriennium *non demùm* ex tempore Scientiæ *incipit*; *sed contra* Minores *confestim* à primo Anni vigesimi noni completi *momento*, *& adversus* Majorennes *ex* primo momento cessantis Absentiæ, *vel* Impedimenti. *num.* 55.

Sententia Franzkii *de hoc adducitur. num.* 57.

Quando Alimentarius, *per plures annos*, Alimenta non exigit, *tunc eidem ius*, ratione Futuri *quidem*, *in salvo manet*; *sed quoad* Præteritum, *regulariter*, *ipsi nihil amplius debetur. num.* 59.

Pro præterito tempore nemo fame laborat. *num.* 60.

Contraria simùl eidem Subjecto inesse nequeunt. *num.* 61.

Decisio Quæstionis *hîc determinandæ. num.* 62.

Si per tempora præterita, *vel* duo tantùm Fundatoris Agnati, *vel* Unus *duntaxat*, *vel* planè Nullus academicis Studiis operam navâsset, *& intereà* Unus, Duo, *vel* Tres Uxoris Cognati in Academiis actualiter vixissent, *tunc ipsi etiam* ratione Præteriti *fundatam habent intentionem. num.* 63.

Demonstratur hoc ex ipso proposita Fundationis literali tenore. *num.* 64. *& sq.*

Stipendii quæstionis B. Fundator Uxoris Cognatos non demùm in subsidium, *si ipsius Agnatio totaliter exspiraverit*; *sed &* illis adhuc superstitibus, *vocavit*, *ita tn. ut*, si Tres ipsi cognomines Agnati supersint, *& omnes* in Academiis degant, Cognati Uxoris intereà excludantur: *sed si vel* Nullus Fundatoris Agnatus, *vel* Unus, *aut* Duo tantùm supersint, *in studiis* academicis actualiter *occupati*, *tunc etiam ex* Cognatis Uxoris *vel* Unus, *vel* Duo, *vel* Tres admittendi sint. *num.* 66.

Existentia Agnatorum *ipsius Fundatoris*, *adhuc in* scholis trivialibus *harentium*, Uxoris Cognatos Academicos *non excludit num.* 67.

Triviales *non aliter ex isto Stipendio aliquid participant*, *quàm* si facultatibus ad excolendas ingenii dotes necessariis penitùs deficiantur. *num.* 69.

In unâ eâdemq; oratione *vocati*, *& per particulam*, Et, copulati, *non demùm* successivè *seu post deficientiam alterius Partis vocati censentur. num.* 70.

Dictio, Et, æqualiter copulat. *num.* 71.

Consilium Quinquagesimum Sextum.

Fundator Stipendii de suis Agnatis ***hoc quidem disponit, quòd*** ipsis Præcedentia competere ***debeat. num. 72.***

Veruntamen non aliter, quàm si illi jam tales, in scholis trivialibus, profectus fecerint, ut ad studia academica idonei sint. ***num. 73.***

Si igitur non tot Agnati supersint, ***ut*** Stipendiô integrô perfrui possint, ***tunc*** Cognati Uxoris ***jure optimo maximo*** ad illùd adspiran ***num.*** 74.

Fundator, expressè dicens, daß / **im Fall aus seiner** / NB. **und seiner Frauen obgedachter Freundschafft / keiner / oder doch nicht Drey** seyn möchten / die sich zu der *Perception* seiner *Stipendien qualificiren* könten / alsdann *NB.* **weitter absteigende Blutsfreunden** / oder / in Ermanglung deren / es *NB.* **frembden unvermögenden** *Subjectis &c.* geraicht werden solle / ***multo magis*** primo loco, ***cum suis Agnatis, si horum non Tres***; ***sed*** Duo tantùm, ***academicis studiis actualiter incumbant, vel*** Unus ***solùm, vel planè*** Nullus, ***vocatos*** Cognatos suæ Uxoris ***ad hoc Beneficium stipendiarium admittere voluisse censeri debet. num.*** 75.

In casum, si non Tres; ***sed*** Duo ***solùm***, ***vel*** Unus ***solus***, ***ex*** suis Agnatis, ***&*** suæ Uxoris primo loco vocatis Cognatis ***superst***, ***etiam*** remotiores Uxoris Cognatos, ***&***, ***si nec ex his aliquis ad studia academica aptus concurrat***, ***etiam*** prorsùs Extraneos ***à pietate & ingenii fœlicitate commendabiles vocans***, ***multo utiq; magis*** primo loco vocatos uxorios Cognatos, ***simul*** cum uno ***vel*** duobus Agnatis, ***vocare voluisse intelligi debet. num.*** 77.

Si igitur saltem unus, ***vel*** duo Agnati in Academia actualiter degant, ***tunc*** Uxoris Cognatorum simultaneo Concursui; ***si verò*** nullus talis Agnatus ***supersit***, ***tunc*** trium Cognatorum primo loco vocatorum Admissioni ***locus patescit*** ***num.*** 80.

Ubi Testator seipsum declarat, non opus est alia declaratione. ***num.*** 81.

Una pars Testamenti declarat alteram. ***num.*** 82.

Si præteritis Annis ***non Tres***; ***sed tantummodò*** Duo, ***vel*** Unus, ***vel*** planè Nullus Testatoris Agnatus ***academicis studiis operam navaverit***; ***&*** ex uxoria Cognatione ***vel*** Unus, ***vel*** Duo, ***vel*** Tres Academici ***hâc Fundatione frui debuissent, tunc cuiq; illorum aquissimè succurritur, ut per*** integrum Sexennium ipsis debiti Reditus istius Stipendii adhuc exolvantur. ***num.*** 84.

Modò lapsus Tricennii unius vel alterius Anni Reditum non peremerit. ***num.*** 85.

Adversus mixtos ultimarum Voluntatum Executores Imploratio nobilis officii Judicis, per ***totos*** XXX. annos, ***competit. num.*** 86.

Eidem Remedio ***etiam contra*** Stipendii Administratorem & Inspectores ***locus conceditur. num.*** 87.

Contra lapsum dicti temporis ***usq;*** ad Annum ***cujusvis ætatis*** vigesimum nonum in integrum Restitutio ***indulgetur aquissimè. num.*** 88.

Ex capite probabilis & invincibilis Ignorantiæ Facti ***in integrum*** Restitutio ***etiam ad*** Bona nexu Fideicommissi devincta ***petenda***, ***non solùm per*** longissimum Tempus ***conceditur***; ***verùm etiam postea***, ***ità***, ***ut ex communi DDrum sententia nec*** integri Seculi decursus ***obstet. num.*** 90. ***& sq.***

Fundatoris Agnati ***non saltem*** Tenorem ***hujus Fundationis***; ***verùm etiam*** ipsam illius Existentiam, ***per longissimum Tempus***, summo studio occultarunt. ***num.*** 96. ***& sq.***

Studiosa celatio Instrumentorum ***etiam alteri Parti communicandorum quem habeat effectum? num.*** 98.

Transactio ***super*** ultima Testatoris Voluntate, ***non priùs*** inspectis ejus Tabulis, ***nulla est. num.*** 99. ***& sq.***

Multo itaq; minùs Transactio à solis Fundatoris Agnatis, ***cum aliis inita***, Cognatis Uxoris, ***Stipendii ab illo fundati*** ignaris, ***officere potest. num.*** 101.

Transactio inter alios ***inita*** Tertio ***planè*** non præjudicat. ***num.*** 103. ***& sq.***

Consilium Quinquagesimum Sextum.

In omnibus Conventionibus, *&, quæ* per illas *fiunt, etiam* Transactionibus, *semper animadvertendum*, ne cum aliâ Personâ inita Conventio in alia noceat, *num.* 105.

Transactio ipso jure nulla *nec ex* confirmatione summi Principis, *tùm ob ipsam ejus* Nullitatem, *tùm ex* verisimillimâ ipsiusmet Principis confirmantis sententiâ, nihil roboris *consequitur. num.* 107.

Quando status negotii, *per transactionem decisi*, non in omnibus, & plenissimè, *quid videlicet etiam* Tertiorum interfit, Principi illam confirmanti fuit repræsentatus, *tunc hæc ipsa* Confirmatio, *tùm* Obreptionis, *tùm ob Tertii Lasionem, omnimode* Nullitatis labe laborat; *ad quam tollendam nec Principis Confirmatio quidquam conducit. num* 106.

Confirmatio *circa illud, quod* à sui primordio inutile *est*, nihil operatur. *num.* 110.

Quoad Confirmationem supremi Principis *nonnulli dissentiunt. num.* 112.

Sed & ista non aliter negotium ipso jure nullum convalidat, quàm si Princeps supremus de omnium illorum, quos tale Negotium quovis modo concernit interesse & juribus specificè informatus sit. *num.* 113.

Sicut Principum Rescripta *atq; Const. tutiones, ità etiam illorum* Confirmationes, *non aliter valent, quàm* si preces illorum, qui easdem exorant, veritate nitantur. *num.* 114.

Rescripta & Principum Confirmationes *semper* ità exaudiri *debent*, *ut*, non vergant in cujusquam alterius injuriam, *nec* Jus aliis competens intervertant vel minuant. *num.* 115.

Etiam Ipsius Cæsareæ Majestatis Sanctionibus, Concessionibus, atq; Confirmationibus *hæc* Clausula *semper inesse censetur*: Cum Justitia, & semper salvo Tertii jure. *num.* 116.

Etiam Ejus Confirmatio *tùm demùm* Actum invalidum corroborat *quando* de Mente, voluntate Principis, & certâ illius Scientia constat, *quòd nimirum* ipsius Negotii Nullitatem probè cognitam habeat. *num.* 118.

In dubio, & generali Confirmatione *Imperator Negotium eô modô duntaxat*, quô potest de Jure Communi; *non verò* ex Cæsareæ potestatis plenitudine, *confirmasse intelligitur. num.* 118.

Adducitur his firmandis egregius & notabilis ex Gailio locus. *num.* 117. *& sq.*

Ad hoc, *ut* Transactio super ultima defuncti voluntate *subsistat*, qualis Inspectio illius Tabularum *necessaria sit? num.* 121.

Non sufficit sola credulitas, *vel* opinio; *sed* perfecta Scientia contentorum Testamenti *necessaria est. num.* 122.

Transigentes tali prævia tabularum Testamenti inspectioni frustrà renunciant. *num.* 123.

Applicantur hæc Regiæ Confirmationi. *num.* 124. *& sq.*

Transactio super Fideicommisso, mala fide, inita *nec ex* Principis confirmantis summa autoritate *convalidatur. num.* 126.

Transactio bona fide *celebrata nec* ob noviter reperta Instrumenta *rescinditur. num* 127.

Sed diversum in ultimis mortuorum elogiis, *& desuper initis* Transactionibus *obtinet. num.* 128.

Tales transactiones, *sine prævia tabularum inspectione, potiùs* ipso jure nullæ sunt, *quàm* retractantur. *ibid.*

Ob Instrumenta dolosè oppressa *& occultata, etiam* jurata Transactio *rescinditur. num.* 129.

Ex hoc, quòd meus Adversarius scivit, Instrumentum adesse; ego verò hoc nescivi, *Transactio* Doli mali vitio *inficitur. num.* 130.

***Demonstratur**, **in substrato** nullam in integrum Restitutionem necessariam **esse**. **num.** 131.

Quadriennium, ***in integrum*** Restitutioni ***præfinitum***, ***ratione*** Initii ***non continuum est***; ***sed*** utile. ***num.*** 132.

Non itaq. Minorennibus ***statim*** post Annum vigesimum quintum, ***nec*** Majorennibus ***confestim à tempore acceptæ*** Læsionis; ***sed demùm*** à tempore Scientiæ ***currit***, quòd & quatenùs ***quis ab altero*** læsus sit. ***num.*** 133.

Hincq. post L. & plures Annos ***illa adhuc impetrari potest. num.*** 134.

Quadriennium ***in Restitutione*** Minorennium; & Majorennium ex capite Absentiæ &c. ***in locum*** Anni utilis est surrogatum. ***num.*** 135.

Surrogatum illius, in cujus locum est surrogatum, indolem sapit. ***num.*** 138.

Tempus utile ***adversus*** ignorantem ***non currit. num.*** 139.

Quando Alimenta, ex Legis dispositione, ***vel*** officio Judicis ***alicui debita***, non ***fuere*** petita, ***tunc*** pro tempore præterito nulla competit exactio. ***num.*** 142.

Diversum de illis Alimentis dicendum, ***quæ*** ex aliqua Hominis dispositione, ***nempe*** ultimâ Voluntate, ***vel*** Contractu ***debentur. num.*** 143.

Alimenta ex Legis dispositione ***debita tantùm*** urgente Necessitate ***debentur***: ***Hujus verò pro*** Tempore jam præterito ***& tolerato nulla amplius ratio haberi potest. num.*** 146. ***& seq.***

De Alimentis ex Contractu, ***vel*** supremo elogio ***debitis Lex ipsa hoc sancit*** quòd Mora Hæredis, vel alterius Debitoris Alimentario non debeat nocere. ***num.*** 148.

Applicantur ***hæc jura*** Stipendio ex suprema Fundatoris Voluntate ***alicui debito. num.*** 149.

Alimenta in Testamento ***relicta*** ignorans ***etiam*** præteriti temporis præstationes ***justissimè exigit. num.*** 150.

Tametsi Hæres non sit in mora. ***num.*** 152.

Applicantur ***& hæc*** Stipendio quæstionis. ***num.*** 153.

CONSILIUM QUINQUAGESIMUM SEPTIMUM.

DE Computatione unius vel pluriumMensiumTermini, in LLbus, Statutis, supremis Voluntatibus, Contractibus, Pactis, ***vel alibi præstituti***, ***penitior dispectio***; ***adspersis nonnullis salutaribus monitis de*** Juramenti judicialis ***justa*** Delatione, ***vel*** Reculatione, & Formæ, in qua id præstari oporteat, præscriptione, ***pro religioso*** Judicis arbitrio ***quandoque adornanda***: ***Tùm & de*** præjudicio ex lapsu legalis, ***vel*** judicialis, Termini probatorii.

Præmittitur Sententia. ***num.*** 1.

Suadetur Transactio, ***ex pluribus*** Rationibus, ***notatis num.*** 2. 3. ***& seqq.***

Quibus in casibus Judex omnibus modis Transactionem tentare debeat? ***num.*** 6.

Ad obtinendam Termini probatorii Prorogationem ***sufficit***, ***illam*** ante Termini præfixi decursum ***decenter exorari. num.*** 7. ***& seqq.***

Mensis ***continet***, ***regulariter***, XXX. dies. ***num.*** 12.

Duorum mensium spatiô elapsô venire jussus, ***si*** sexagesimo primo ***die compareat***, ***adhuc audiendus est. num.*** 13.

Actio redhibitoria, ***ob non tradita*** Ornamenta, ***vel non præstitam*** Cautionem, duorum mensium, ***seu dierum LX. spatio concluditur. num.*** 15.

Confectio Inventarii ***intra Trimestre***, ***seu*** XC. dierum ***spatium absolvi debet. num.*** 17.

Consilium Quinquagesimum Septimum.

In omnibus Mensium Præscriptionibus *seu Terminis, sive illi sint* legales, *seu* statutarii, *seu* testamentarii, *seu* conventionales, *in singulos Menses* XXX. dierum *spatium computatur. num.* 18.

Nisi aliud diserte Statuto, Lege, Testamento, vel Pacto cautum *probetur. num.* 19.

Quoties aliquid, sine determinatione certi Mensis, *fieri jubetur, semper* per Menseni XXX. dies *intelliguntur. num.* 20.

Eandem Mensis computationem servat etiam Camera Imperialis. *num.* 21.

Applicantur *hæc Jura* Casui proposito. *num.* 22.

Ex lapsu Termini, *a* Lege, *vel* Judice *præstituti*, adversæ Parti adquiritur Jus, *quod neque per* Moræ purgationem, *neque per* novi Termini concessionem, *et* auferri *potest. num.* 23.

In Casu proposito à quo tempore Terminus currere inceperit? *num.* 24.

In Dilationibus deliberatoriis, probatoriis, *&* similibus *Mensis ità computatur, ut, si* Mensis, *in quo Dilatio conceditur*, XXX. diebus constet, *etiam* Dilatio tanto tempore *duret*: *Si verò Mensis* triginta & uno diebus *constet, tunc etiam* Dilatio tamdiu *perduret. num.* 25.

Quæ prolixiùs illustrantur *ex Jacobo* Menochio, *& Dn.* Lauterbachio. *num.* 21. *& seqq.*

Hanc, Juris rigori *licet adversantem, sententiam non saltem* benignior Interpretatio; *verùm etiam* Usus Fori *recepit. num.* 32. *& sqq.*

Plenior horum evolutio ex Alphonso Caranza, de mente Februario. *num.* 34.

Conciliatur *hæc computatio cum* Ordinatione Cameræ Imperialis, *&* Juris Communis *dispositione. num.* 37.

Jus Commune non uniformiter tempus menstruum computat. *num.* 38.

Quando Mensis absolutè & simpliciter fit mentio, *tunc in Mensem* XXX. dies *computantur. num.* 39.

Secùs est, ubi mentio *fit habitâ* relatione ad principium ejus mensis, in quo aliquid fit. *num.* 40.

De Ordinatione Cameræ Imperialis *specialiùs dispicitur. num.* 41.

Computatio Mensis ex XXX. diebus limitatur; si aliud Statuto *sit cautum; num.* 42.

Processus Cameræ Imperialis *quousque, post Rec. Imp. noviss. de Anno* 1654. in Principum & Statuum territoriis observandus *sit? num.* 43. *& sqq.*

Applicantur *hæc Jura* Casui proposito. *num.* 44. *& seqq.*

Renunciatio *tùm* Appellationis, *tùm* Supplicationis, *Sententiam in* rem judicatam *transire facit. num.* 52.

Juramentum judiciale, *regulariter*, in forma, sub qua fuit delatum, *præstari oportet. num.* 53.

Ubi justa contra Formam juramenti præstandi Contradictio *suppetit, hæc omninò attendenda. num.* 54.

Juram. judiciale *etiam ille deferre potest*, qui nihil probavit. *num.* 55.

Laudantur nonnulli Dissentientes. *num.* 56.

Quando Emptor Autori litem *super re vendita à Domino sibi mota* non legaliter denunciat, *vel de illa* solus transigit, *an Autori ab illo nihilominùs* juramentum deferri possit? *num.* 57.

Ubi juram. alicui delatum, tametsi præstetur; tamen nihil operatur, *illud jure* recusatur. *num.* 58.

Hoc accidit in casibus, quando Juram. hoc ei defertur, qui non potest conveniri. *num.* 58.

Applicantur hæc Casui omissæ Litis Denunciationis, *&* Transactionis ab Emtore solo initæ. *num.* 58.

Tali Exceptioni si saltem tacitè renunciatur *verb. grat. se ultrò ad præstationem juramenti offerendo, vel interpositæ Appellationi, aut Supplicationi renunciando, illa non amplius attendi potest. num.* 60.

Juramentum judiciale deferens de malitia priùs jurare *tenetur. n.* 63. *& sqq.*

Consilium Quinquagesimum Septimum.

Alias principale juramentum pro præstito *habetur. num.* 65.

Quando Partes super Forma, *in qua jurandum*, convenire non possunt, *tunc* Judex *juraturo talem* Formulam, sub quâ, illæsâ conscientiâ, jurare possit, præscribere *solet. num.* 67. *& seqq.*

Præcipuè tunc, si Formula juramenti *sub qua illud delatum, dicatur* captiosa, *vel* ad anceps perjurii periculum *tendat. num.* 70.

Judex Delationem *juramenti judicialis, &* ejus formulam, à deferente, *Adversario* præscriptam non præcisè attendere *& sequi tenetur; sed ipsius arbitrio &* religiosæ moderationi hîc multa relicta. *num.* 71. *& seqq.*

Dirimitur Controversia, uter ex litigantibus juramentum judiciale super alio articulo præstare teneatur? *num.* 74. *& sqq.*

Juramento judiciali *deferenti relatô* Referens de malitia jurare *non cogitur. num.* 82. *& sqq.*

Suspicio calumniæ *ex eo, quòd quis Adversario* juramentum decisorium *potiùs* retulerit, *quàm detulerit, justissimè* excluditur. *num.* 85.

Ubi nulla Calumniæ suspicio militat; *id quod etiam* ex arctissimâ Sanguinis conjunctione *colligitur*, juramentum Calumniæ, generale, *&* speciale, modernis moribus, deferri non solet. *num.* 86.

Et faciliùs *hoc obtinet in* Juramento Malitiæ, *quàm* Calumniæ. *num.* 87.

Omnis Terminus probatorius *est* peremptorius. *num.* 90.

Per lapsum illius adversæ Parti acquiritur Jus, *quod nec per* Moræ purgationem, *nec* Expensarum refusionem, *nec* celerrimè peragendæ novæ Actionis oblationem, *ei adimi potest. num.* 91. *& sqq.*

Novi Termini concessio, *vel* concessi; *sed* totaliter elapsi Prorogatio, *imò etiam* Probatio demùm posteà facta, *regulariter*, nulla est. *num.* 94. *& sq.*

Terminus legalis *longè* fortiùs adstringit, *quàm* Judicialis. *num.* 98.

Elapso *licet* Termino judiciali *tamen* Probationes in secunda instantia *adhuc audiuntur. num.* 100.

Summum Principis Consistorium plures Dilationes concedere potest. *num.* 101.

Ubi Calculi Errores *commissi dicuntur*, Judex facilis *esse debet in* concedendis Dilationibus. *num.* 102.

CONSILIUM QUINQUAGESIMUM OCTAVUM.

De Transactione Parentum naturalium, *quâ* Filius naturalis ad hæreditariam Patris Successionem, *contra* Authent. Licet Patri. Cod. de natural. liber. *vocatus fuit, ad hujus Authenticæ illustrationem selectissima Disquisitio.*

Præmittitur Facti Species. *num.* 1. *usque ad num.* 10.

Exhibentur VI. Quæstiones *hîc enucleandæ. num.* 11. *& seqq.*

Quinam Liberi, Hodiè, pro naturalibus *haberi debeant? num.* 21.

Quia Concubinatus Hodiè sublatus, *proindè haud pauci* nullos ampliùs Liberos naturales *agnoscunt. num.* 22. *seqq.*

Jacobus Cujacius *sui temporis JCtorum* circumspectissimus *vocatur* Grivello. *num.* 24.

An Legitimationis usus *Hodiè exulet? num.* 24.

Ex duabus personis adhucdùm solutis, *& non* nimis arcto cognationis nexu *conjunctis pronati Liberi, in omnibus*, jure naturalium Liberorum, *Hodiè censentur. num.* 25.

Demonstratur hoc ex Jure Provinciali Würtembergico, Palatino, Franconico, & Regio-Hispanico. *num.* 26. *& seqq.*

Nec

Consilium Quinquagesimum Octavum.

Nec non ex communi Germaniæ, Galliæ, Italiæ, & aliorum Doctorum consensu. *num.* 33.

Adducuntur remissivè Rationes hujus Juris consuetudinarii. *num.* 34.

Respectu Patris *soli Liberi* ex concubinatu *suscepti* propriè naturales *appellantur. num.* 35.

Utrum Pater naturalis *hujus generis Sobolem*, titulo universali, *vel* particulari, *pro arbitrio* honorare *possit? num.* 36.

Ante Justinianum *hujusmodi Liberi*, *non solùm ab* Extraneis; *verùm etiam* à Patre, ex asse Hæredes instituti *potuerunt. num.* 37.

Mutatio hujus Juris adhùc ante imperium Justiniani. *num.* 39. *& seqq.*

Liberi naturales vocantur Liebkinder. *num.* 40.

Quod talibus Liberis ultra legitimum Modum *relinquitur*, Liberis legitimis adjudicat Lex. *num.* 42.

Refertur nova Justiniani Constitutio *in* Novella 89. *cap.* 12. & Authent. Licet Patri. *Cod. de natural. liber. num.* 43.

Summa *novellæ hujus Constitutionis illustrata* Exemplo. *num.* 44.

Naturales, existentibus legitimis *Liberis*, *ultra* unicam Unciam *sunt* insuccessibiles. *num.* 47.

Hæc constitutio paterno vitio & immoderatæ *erga talem naturalem Prolem* propensioni *frenum injecit. num.* 49.

Illam etiam Canones & Usus modernus *receperunt. num.* 48.

Non nisi duodecima totius paternæ substantiæ Pars *naturalibus Liberis*, *seu* Uni, *seu* Pluribus, à Patre *ipsorum relinqui potest. num.* 50.

Quod titulo Legati, *vel* Fideicommissi, *vel* Donationis, *vel* Institutionis, ultra Unicam Unciam *ipsis relictum*, non omninò pro non scripto, *donato, relicto habendum dicit* Johannes Grivellus. *num.* 51.

Pater duodecim liberos legitimos habens *unico Filio naturali* nec integram Unciam *relinquere potest. num.* 56.

Pater naturalis, *etiam inter tales Liberos*, jure privilegiario disponere *potest. num.* 56.

Utrum Pater naturalis, *tali Filio*, *etiam* per modum Pacti de succedendo, suam portionem hæreditariam determinare queat? *num.* 57.

Inspectâ Praxi Pactum de succedendo affirmativum *inter* Parentes & Liberos *instar ultimæ Voluntatis sustinetur. num.* 58.

Pater naturalis, nec in forma talis Pacti, metam unicæ Unciæ excedere *potest. num.* 60.

Neque in testamento privilegiario *Parenti* hunc Modum excedere *fas est. num.* 61.

Pater Liberos legitimos & naturales habens, *inter* solos legitimos jure privilegiario disponere *potest. num.* 62.

Neque illis, ultra unicam *solummodò* Unciam, *etiam* titulo cujuscunque Donationis, inter vivos, *vel* mortis causa, *relinquere potest quidquam. num.* 64.

Pacta de succedendo affirmativa *etiam inter* Parentes & Liberos legitimos, *inspectâ juris communis veritate*, prohibita *sunt. num.* 66.

Hodierna *verò* Praxis *illa eatenùs pro validis reputat*, ut valeant in vim supremæ voluntatis, pro arbitrio revocabilis. *num.* 67.

Nemo cavere potest, ne Leges in suo testamento locum habeant. *num.* 69.

Neque publico Juri, *per* Transactiones, *aut* Pacta privatorum derogare *permissum. num.* 70.

Unâ viâ prohibitum non debet aliâ permissum censeri. *num.* 71.

Utrum Pater, naturales suos Liberos ultra Unciam *honorans*, *hujus* superflui præstationem legitimis suis liberis præcipere *valeat? num.* 72.

An Adjectio Pœnæ *in casum, si illud præstare recusent*, aliquid roboris *habeat? num.* 72.

Trans-

Consilium Quinquagesimum Octavum.

Transactio *super talis* Filii naturalis hæreditaria successione, *tanquàm sa-per* re certa, & contra LLum præscriptum *inita, ipso jure* nulla *est. num* 75.

An ex eo, quòd Pater talem Filium naturalem, ultra Modum in LLbus præfinitum, honoravit, *etiam* Uncia, quæ ei relinqui potuisset, *eidem auferatur? n.* 77.

Utile per inutile vitiatur haudquaquàm. *num.* 78.

Solus Excessus naturalibus aufertur, *& legitimis è contra liberis addicitur. n.* 79.

Demonstratur hoc ex ipsa Novella 89. *cap.* 12. *& L.* 2. *Cod. de natural. lib. nec non argum. L.* 6. *print. Cod. de sec. nupt. num.* 80.

Utrum Transactio, *de qua hîc Qr.* Hæredis institutionem contineat? *& hac ipsa de causa* Filii naturalis Institutio pro nulla *habenda sit? num.* 81.

Quando Pater naturalis intestatus *decessit*, *tunc liberis naturalibus* nulla Portio hæreditaria; *sed* sola Alimenta *præstanda veniunt. num.* 82.

Quamprimùm talis Filius naturalis decedit, *vel* suismet operis suum victum & amictum parare *potest*, *nulla amplius* Alimenta *eidem debentur. num.* 84.

Uncia tali Filio semel soluta, *ipsô* statim moriente, *ad* legitimos ipsius hæredes *defertur. num.* 85.

Nec eidem aufertur, *etiamsi* aliundè *sua habeat* Alimenta. *num.* 85.

Hæc verba: Daß sein natural Kind/ neben seinen ehelichen Kindern/ auch ein rechtmäßiger Erb seyn soll/ Hæredis institutionem *important. num* 87.

Hæredis institutio, extra Testamentum, *planè fieri non potest. num.* 88.

Et omnium minimè in Pacto, Contractu, *vel* Transactione. *num.* 89.

Allegantur plures Textus, *quibus Regula hæc evincitur. num.* 90. *& seqq.*

Jura Contractuum & Testamentorum non sunt confundenda. *num.* 94.

Talia Pacta, queîs defertur Hæreditas, bonis moribus adversantur; *num.* 95.

Ratio diversitatis *quoad hoc inter* Conventiones & ultimas Voluntates. *num.* 96.

Aliquem in Contractu hæredem suum nominans *eundem propterea non censetur* instituere. *num.* 98.

An Pactum de succedendo, *à* Parente cum suis liberis *initum*, *in vim saltem* ultimæ Voluntatis *subsistat? à multis negativè decidituR*, *præprimis per L.* 15. *Cod. de pact. num.* 100.

De vero istius Legis sensu *sententia B. Dn.* Strykii. *num.* 102.

Aliorum sententia *de tali Pacto, quòd, si Pater illud ineat* animo ultimam Voluntatem *ordinandi, illud* subsistat; *si* in vim Pacti, *vel* Stipulationis, *pro penitùs* nullo *haberi debeat. num.* 103.

Solius Militiæ favore *conceditur*, *ut* Pactum in vim ultimæ Voluntatis *subsistat. num.* 105.

Liberi naturales, *in* privilegiariis *Parentum* Testamentis, non eodem, *cum* legitimis, jure *censentur. num.* 107.

Si Pater, liberos partim naturales, partim legitimos habens, inter hos solos, & non etiam naturales, jure privilegiario testari *potest, multo utique minùs* Pactum de succedendo inter omnes tales Liberos *pro valido habendum. num.* 108.

Admissâ talis Pacti validitate etiam quoad Naturales Tres Specialitates, *contra jura, concurrerent. num.* 109.

Prima *hæc*, *quòd* Pater naturalis tales etiam Liberos, *contra Regulam Legis* 15. *Cod. de pact.* ad successionem, per Pactum, vocare *possit. num.* 109.

Secunda *hæc*, *quòd Pater naturalis partim*, *partim legitimos Liberos habens*, inter hos *quidem* solos; & non etiam inter illos, Testamentum sine Solennitate *ordinare queat*: *Verùm* Pactum de succedendo, *etiam inter* Naturales, *in vim* supremæ Voluntatis *subsistat. num.* 110.

Tertia *hæc*, *quòd, cùm Pater naturalis, etiam legitimos Liberos habens*, *per* quamcunque supremam Voluntatem, duodecimam *tantùm patrimonii sui* partem naturalibus *liberis relinquere valeat*, *tale* Pactum *è contra*, *quô* legitimi

Liberi

Liberi & naturales ad æquales partes hæreditarias vocantur, *in vim* U. Voluntatis *subsistere debeat. num.* 112.

Concursus duorum *vel* plurium Specialium *in una eademque Re, vel Persona non admittitur. num.* 113.

Quando Filius simpliciter in dispositione Legis *nominatur*, *illa semper, in ambiguo, de* legitimo & vero; *non de* naturali *intelligi debet. num.* 113.

Nomen Filiorum *rarò ejus est potentia, ut* etiam naturales illo comprehendantur. *num.* 116.

Illustratur *hoc pluribus remissivè adductis. num.* 115.

Etiam Legatum, *Filio* naturali. *pro* alimentis *relictum, non debetur in casu,* si ipse sibi suum victum & amictum, *suis propriis operis*, parare valeat. *num.* 120.

Ne Legitima *quidem* Mater, *nedùm* saltim naturalis, pro suis Liberis stipulari, paciscì, *vel* transigere *potest. num.* 121.

Post obitum Patris si Filius naturalis ad æqualem, cum legitimis, successionem semel admissus sit, hæc admissio, *ex postfacto, à legitimis liberis* frustrà impugnatur. *num.* 125.

Favori suo quilibet validissimè renunciat. *num.* 126.

Tutores & Curatores, *per talem* Remissionem juris, *suis Pupillis, vel Curandis competentis, ipsis* planè non præjudicant. *num.* 128.

Ipsi Domini *quidem* loco *sunt*; *sed non ulteriùs, quàm* quatenùs Minoribus fideliter præsunt. *num.* 130.

Tutores & Curatores non ad hoc dantur, ut Minores mergantur. *num.* 132. *& seq.*

Jura Minorum non controversa, *nec* obscura *vel dubia*, Curatores & Tutores non possunt remittere. *num.* 135.

Liberi legitimi, *contra* Divisionem paternæ substantiæ in partes æquales, *cum* naturali Fratre *factam, ad minimum* in integrum Restitutionis *auxilium implorant aquissimè. num.* 136.

Quadriennium Minorennium Restitutioni *præfinitum non à primo statim die Anni ætatis vigesimi sexti*; *sed* ex tempore demùm compertæ Læsionis, currere incipit. *num.* 137.

Minorennes etiam contra Divisionem judicialem, *æquè ac* contra aliam Rem judicatam, *in integrum* restitutionem *petere possunt. num.* 138.

Verus Hæres, *cum* putativo *hæreditatem*, judicialiter, dividens, *neque* Rei Vindicatione, *neque* Condictione indebiti *contra illum experiri potest. num.* 139.

Indebitum ex re judicata *solutum*, *regulariter*, non condicitur. *num.* 140.

Sed in integrum Restitutio illis, qui in sua minori ætate putativum seu falsum huiusmodi Hæredem admiserunt, *etiam* in annis Majorennitatis, *si* post longum demùm tempus hunc errorem rescisCant, *denegari non potest. num.* 142.

Etiam vero Hæredi Majorenni, cum falso hærede, judiciali autoritate Hæreditatem dividenti DDres concedunt Remedium in int. Restitutionis ex clausula generali. *num.* 144.

Vel Remedium Legis 2. Cod. de resc. vendit. *num.* 145.

Vel ad minimum Evangelicæ Denunciationis. *num.* 146.

Limitata admissio Filii naturalis ad Successionem *unà cum legitimis*, Pacto conformiter *instituì debet. num.* 147.

Alioquin illa, ex capite Erroris, *annullatur vel rescinditur. num.* 150.

Consensus liberorum legitimorum *de naturali ad* æqualem *cum ipsis* successionem *admittendo tùm demùm præjudicat, si sit* expressus. *num.* 151.

Tacitus consensus, *ex actuali* Hæreditatis aditione *præsumptus, ad hoc non sufficit. num.* 152.

Liberi legitimi, *Patris* hæreditatem *simpliciter* adeuntes, contra Legis ex-

expressam prohibitionem ab illo disposita non censentur approbare. *num.* 153.

Regula, *quòd* taciti & expressi eadem sit virtus, *non procedit* in prohibitis *num.* 154.

Nemo præsumitur id, quod Lex prohibet, tacitè approbare. *num.* 155.

Ad hoc, *ut* Filii naturàlis Admissio ad æqualem *portionem hæreditariam valeat*, Ipsiusmet Præsentia & Acceptatio *necessaria est. num.* 156.

Tacitus consensus *nec ex parte* ipsius Filii naturalis *sufficere intelligitur. num.* 157.

Confirmatio *hujusmodi* Transactionis, quâ Filius naturalis ad æqualem *cum legitimis* successionem *vocatur*, *ab* inferiori Magistratu *facta nihil roboris ei confert. num.* 160. *& seq.*

A binubo Parente, *si* Plus *liberorum prioris matrimonii* Novercæ, *vel* Vitrico *adsignetur*, *quàm uni ex illis*, illud Plus pro non scripto *& relicto habetur*, liberisque prioris matrimonii defertur. *num.* 162.

Utrum etiam illud, *quod* Filio naturali ultra Modum *in LLb. præscriptum* relinquitur, pro non relicto *vel scripto habendum*, *vel* quid aliàs de illo statuendum? *num.* 163.

Nec factum Prætoris Juri publico derogare *potest. num.* 165.

Illustratur *hæc Regula remissivè* exemplis. *num.* 166.

Magistratus & Judices *non sunt* Arbitri Legum; *sed duntaxat* Ministri. *num.* 168.

Judices Legibus cognitam debent edere sententiam. *num.* 169.

Sententia Augustini, Aristotelis, & Platonis de *Legum præscripto à Judicibus observando. num.* 170.

Negotium ipso jure nullum *ex* minoris Magistratûs, *qui* Llatoria potestate *destituitur*, Confirmatione non convalidatur. *num.* 171.

Confirmatio *nihil novi negotio confert*; *sed tantummodò* Actûs legitimè gesti corroborativa declaratio *est. num.* 172.

Etiam Judicis Sententia, *quâ* Transactio *inter Patrem & Filium naturalem* de æquali ipsius ad successionem admissione confirmatur, *ipso jure* nulla *est. num.* 174.

Plenior discussio huius Q. An judicialis inter Liberos naturales & legitimos Divisio, contra Nov. 89. cap. 12. facta, ulli Retractationi obnoxia sit? *num.* 176. *& seqq.*

Quæ de judiciali Hæreditatis divisione *inter* verum & putativum Hæredem *traduntur*, *non ad omnes huiusmodi Divisiones*, *ubi* Judicis Persona, *vel* Autoritas *intervenit*, *extendi*; *sed ad illas solas*, quæ per ejus Sententiam in contradictorio judicio latam peractæ sunt, *restringi debet. num.* 177.

Expenditur dispositio Legis 36. famil. ercisc. *num.* 179.

Usus Fori *eandem*, *ipsis verbis hujus Legis convenienter*, *ad* solas illas Divisiones, *quæ* vi rei judicatæ peractæ *sunt*, *ex communi DDrum sententiâ*, *restringit. num.* 180.

Res judicata ex Hærede putativo efficit verum. *num.* 181.

Diversum dicendum, *si* Error in Hæredis persona prætensus non plenè à Judice discussus *fuerit. num.* 183. *& seq.*

Idem est, *si Divisio extrà Judicium facta* per Decretum Magistratûs tantùm confirmetur. *num.* 184.

Vel hujusmodi Divisio Actis judicialibus *saltem* insinuetur. *num.* 185.

Vel Sigillo Judicii convalidetur. *num.* 186.

Vel præsentibus aliquibus Magistratûs Deputatis *peracta fuerit. num.* 187.

Vel præsentibus Arbitris familiæ erciscundæ, denen Wahlen- und Theil-Richtern / *ubi* nullam, *ut in terris* Ducatûs Würtembergici, *habent* jurisdictionem, *vel* non in forma processûs judiciarii *tales Lites terminantur. num.* 188. *& seq.*

Sine

Consilium Quinquagesimum Octavum.

Sine judiciaria Disceptatione Judicium *ne quidem intelligi potest. num.* 190.

Non omnis vox Judicis Sententia est. *num.* 191.

De Fideicommisso, in Transactione cum Filio naturali, *in casum*, si ille improlis decesserit, in commodum liberorum legitimorum *constituto. num.* 193.

Legitimatio, *etiam per* Principis rescriptum, *vel à* Comite Palatino *facta, ita legitimatis naturalibus liberis* Jura successionis, *tùm* testamentariæ, *tùm* legitimæ *confert. num.* 194.

Etiamsi Agnati & Cognati, *de* quorum successione *modò 2. incidit*, talis Filii naturalis Legitimationi non præbuerint assensum. *num.* 196.

Neque etiam Diploma Legitimationis de hac illimitata Successione ullam faciat mentionem. *num.* 197.

Potestas hæc Principum, ut ad successionem alioquin inhabilem efficiant habilem, Juris Gentium *quodammodo esse adstruitur. num.* 198.

Tales Liberi ipso jure Patri sui hæredes *sunt. num.* 199.

Et cum liberis ex justo connubio natis *ad* æqualem *admitti tur* successionem, *sive hi* demùm posteà *Patri nascantur*, *sive* antè jam nati *sint. num.* 200.

Modò, ultimo in casu, Princeps jus succedendi, in Legitimatione, speciatim concesserit. *num.* 201.

Pater talis, in ordinatione sui Testamenti, talem etiam Filium vel instituere, *vel* legitimè exhæredare *tenetur. num.* 202.

Filio tali præterito, *vel* non ritè & legitimè exhæredato, *competit* Querela Nullitatis. *num.* 203.

Ritè verò & legitimè; veruntamen iniquè exheredato *datur* Querela inofficiosi. *num.* 204.

Idem obtinet in casu Legitimæ non honorabili titulo Institutionis *tali Filio relictæ. num.* 205.

Testamentum ante Filii Legitimationem *confectum*, *hâc superveniente*, *si ille nec* institutus, *nec* exhæredatus, *per* sui Hæredis quasi Agnationem rumpitur. *num.* 206.

Legitimatio Prolis naturalis, *tanquàm res facti, ab allegante* probari *debet. num.* 207.

Multum interest, *utrùm talis Filius naturalis* à Principe, *vel saltem à* Comite Palatino *legitimetur. num.* 209.

Nostris moribus Princeps *talem Filium naturalem*, etiam extante legitimâ Sobole, legitimare *potest. num.* 211.

Verùm Comiti Palatino *hæc potestas non competit. num.* 212.

Liberi naturales, extantibus legitimis, *secundum LL. Justinianeas*, ne quidem à Principe legitimantur. *num.* 213.

Quando Princeps, *vel* Comes, *vel* alius supremus territorii Dominus *talem prolem, per rescriptum, legitimam esse jubet, si quidem* naturali ejus Patre adhuc vivo, *& suum* consensum accommodante, *tunc Filius h. m. legitimatus* eôdem, cum liberis ab initio simùl naturalibus & legitimis, circa Successiones, jure censendus venit. *num.* 215.

In hujusmodi casu Pars hæreditaria *tali Filio assignata, ipsô moriente*, naturali ipsius Matri addicitur. *num.* 216.

Quando legitimatio Filii naturalis, Patre *quidem adhuc* vivô; *sed vel* contradicente, *vel omninò* ignorante; *vel ipso jam jàm* defunctô *facta, tunc illa* nihil legitimis liberis præjudicii parit. *num.* 219.

Moribus hodiernis Princeps *quidem tales liberos, etiam* Patre invito, *vel* plane nesciô, *legitimare potest*; *sed ad* solos Effectus, qui neque cum Patris, neque cum liberorum legitimorum præjudicio conjuncti. *num.* 220.

Legitimatio, Patre *talinaturali* jam defunctô *superveniens*, in suis terminis, *etiam de Jure Justinianeo*, valida *est. num.* 221.

Et, si quidem talis Pater, in suo Testamento, ipse Principi supplicaverit, *vel legitimis suis liberis hoc ipsum* injunxerit, *ut legitimatio talis Filii à Principe adhuc exoretur, tunc illa etiam* æqualem cum legitimis Successionem *ei conciliat. num.* 222.

Si talis Voluntas Patris deficiat, *tunc Filius naturalis in ordine quidem ad* Dignitates, honores & alia *hisce similia; sed non etiam ad* Patris successionem *legitimus efficitur. num.* 223. *& seqq.*

Quando Filius naturalis *vel* ipse, *vel* Mater *ejus, pro legitimatione*, Principi supplicat, *tunc* Patris consensus, *vel statim* exquiri, *vel* subsequi *debet*: Illô *verò* posthabitô *Legitimatio, quoad* Successionem, nullum parit effectum. *num.* 227.

Si, post obitum Patris, *talis Filius legitimari anhelet, tunc nonnulli inter Casus* à legitimis liberis jamdùm, *vel* nondùm aditæ Hæreditatis *paternæ distinguendum existimant. num.* 228. *& seqq.*

Sed rectiùs docent alij, quòd, si Pater, *ut hoc fieret*, Testamento suo caverit, *vel* Filium ipse hæredem scripserit, *tunc Legitimatio etiam ad* jus succedendi *profit. num.* 229.

Si nihil istorum probari *valeat, tunc Filius tantùm ad hos effectus legitimatur*, ut ad collegia opificum, artificum, dignitates, & alia talia habilis reddatur. *num.* 234.

Sed non etiam ad hoc, ut in Bonis paternis successibilis *fiat. num.* 235.

Hoc magnâ Juris perversitate *receptum dicit Strauchius*, ut Filius naturalis, jam mortuô Patre, ipse legitimationem à Principe exorare queat. *num.* 233.

Licet Patris Hæreditas *à legitimis liberis* nondùm adita *sit*; *tamen* Jus ipsis ex primo mortis paternæ momento jamjàm quæsitum, *per Filii naturalis* Legitimationem supervenientem, interverti *non potest. num.* 237.

Nisi Princeps ex absoluta potestatis plenitudine diversum *disponat. n.* 238.

Quod tamen in dubio non præsumitur *factum. num.* 239.

Vel Liberi legitimi illum ultrò ad simultaneam successionem in facultatibus paternis admittant. *num.* 241.

Vel in talem Legitimationem non ipsi consentiant. *num.* 241.

Privilegium seu Instrumentum Legitimationis *in judicio* producendum, *ut* de ejus effectibus *ex illius tenore constare queat. num.* 242.

CONSILIUM QUINQUAGESIMUM NONUM.

DE Crimine Adulterii cum Incestu *conjuncto*, *& Crimine* Falsi, *per* Reiterationem Baptismi *commisso*.

Præmittitur Sententia. *num.* 2.

Repræsentatio corporis delicti *in Crimine* reiterati Baptismi *quomodo fiat? num.* 3.

Solius Adulteræ & simultanei Incestûs reæ Confessio *ad quam usque* Pœnam *sufficere valeat? num.* 4.

Crimen reiterati Baptismi *in censum Specierum* criminis Falsi *refertur ab omnibus. num.* 5.

Clerici & Verbi Divini Ministri à Testium Juramento, *regulariter*, *haud immunes sunt. num.* 7. *& seqq.*

Testimonium Parochorum, *de bis baptizato Infante*, in scriptis *impertitum, concurrente vel Facti* Notorietate, *vel Personæ* Inquisitæ Confessione, *etiam in ordine ad* capitalem Pœnam, *sufficiens est. num.* 10. *& seqq.*

Effractio ex carcere & Fuga Correi *Reæ confessionem, ad effectum dictandi* Morti proximam pœnam, *valdè adminiculatur. num.* 13. *& seqq.*

Tùm

Consilium Quinquagesimum Nonum.

Tùm in crimine Furti, *tùm etiam* in aliis, *præsertim verò illis, quæ* clàm committuntur, *&* nullum post se vestigium relinquunt. *num.* 18. *cum seqq.*

An Matris Paupertas, *spe* pecuniæ lustricæ, *à pluribus suæ prolis Susceptoribus obtinendæ, eandem* Bis baptizari *facientis*, à Dolo liberet? *num.* 20.

Adulteri Seductio *quousque ad Doli imminutionem prosit? num.* 23. *& sqq.*

Semel virum in illicito concubitu expertæ Præsumptio Juris *hæc contrariatur, quòd* semel mala, *eodem in genere*, semper talis *præsumatur, & dehinc* non seducta. *num.* 28.

Seductio *in crimine* Adulterii & Incestûs *duntaxat ad* Pœnam ultimi supplicii relaxandam *prodest. num.* 31.

Imò illam nec hactenùs prodesse *contendit Matthias Berlichius. Quod tamen* rejicitur. *num.* 32.

Crimen Baptismi reiterati admodum grave *est. num.* 35.

Baptismum reiterans priorem fidem irritam facit. *num.* 36.

Et semel indutum Christum iterum exuit, *primumque* Sacramentum *verè* incestat. *num.* 37.

Pœna baptismi reiterati *quæ de Jure* Canonico? *num.* 39.

Jure Civili complures *hoc crimen* Pœnæ *expectant. num.* 40. *& seqq.*

Quæ tamen ad Adultos *sunt restringendæ. num.* 41.

Utrum hôc Jure *etiam ultimum Supplicium sive* Pœna capitalis *adversus Dibaphos locum obtineat? diversæ DDrum referuntur sententiæ. num.* 44. *& seqq.*

Modernæ Imperii Rom. German. Constitutiones *pœnam* Gladii, *&* Ignis, *adversus* Anabaptistas, *decernunt. num.* 48.

Sed istæ Pœnæ *tantùm in illis locum sortiuntur, qui vel* dolo malo alios rebaptizant, *vel* eadem malitia rebaptizantur. *num.* 51.

Non ex Contemptu *Sacramenti Baptismatis*; *sed solùm* turpis Quæstûs *cupidine & spe ad talia commoti* non quidem cum illis æqualis Criminis; *tamen* admodùm gravis, reatum incurrunt. *num.* 52.

Sive illud à Zingaris, *isto crimine se frequenter polluere solitis, probetur patratum. num.* 53.

Contra quos *eapropter salubberrimæ, hinc indè prostant* Ordinationes. *num.* 54.

Sive ab Ethnicis, Judæis, *vel* Christianis. *num.* 55. *& sqq.*

Adfertur notabile de tali Judæo dibapho Exemplum. *num.* 56.

Hoc crimen, regulariter, Pœnâ Fustigationis & perpetuæ ex provincia Relegationis *coerceri consuevit. num.* 59.

Laudatur egregium ex Carpzovio Præjudicium. *num.* 61.

Talis Judæus, inusto Stigmate, *Tubingæ* fustigatus, *&* perpetuò relegatus. *num.* 62.

Applicantur hæc Jura Casui proposito. *num.* 63.

Concursus Adulterii cum crimine Incestûs, *ex multorum sententia*, pœnæ Gladii *locum parit. num.* 66.

Unius delicti Pœna haud rarò, propter aliud concurrens, augetur. *num.* 67.

Adulterium Lex Divina capitali pœna vindicat. *num.* 68.

Si Maritus cum Soluta, *sibi Cognationis, vel Affinitatis nexu conjunctâ, sese commisceat, tunc* Adulterium cum Incestu concurrit; *veruntamen* pœna Mortis, *ex communiori, nullum locum sortitur. num.* 69.

In Ducatu Würtembergico Adulterium, *tàm* simplex, *quàm* duplicatum, cum Incestu *concurrens*, capitaliter punitur. *num.* 70.

Etiam in Casu, quando Maritus *suam* Affinem, *vel* Cognatam Solutam *carnaliter cognovit. num.* 72.

Hoc olim dubium *inter hujus Ducatûs Interppr. fuit*; *sed* per generaliã Serenissimi Rescripta *ità determinatum. num.* 74. *& seqq.*

Atque ità frequenter Facultas Juridica Tubingensis *pronunciat. num.* 78.

Consilium Quinquagesimum Nonum.

Quando Fœmina soluta Adulterium cum Incestu, in Ducatu Würtembergico perpetravit, *& Processus criminalis*, extra Ducatum, *contra illam formatur*, *utrum* Pœna capitalis, in Ducatu hoc obtinens, etiam alibi contra illam decerni valeat? *num.* 79.

In Pœna delicto commensuranda *attendendum est* Tempus delicti commissi. *num.* 81.

Pariformiter quoque Locus, *in quo illud commissum. num.* 82.

Sicut Contrahentes *&* Pacisentes Statutis Loci celebrati contractûs; *ità etiam* Delinquentes *se Statutis &* Pœnis, in loco delicti perpetrati obtinentibus, subjicere voluisse *existimantur. num.* 83. *& seqq.*

Quoad Forum *sortiendum* Contractus & Delicta æquiparantur. *num.* 85.

Civis Lipsiensis, extra Saxonicum Electoratum adulterium committens, *etiam* Lipsiæ deprehensus *non afficitur* Pœna capitis, *si* hæc in Loco perpetrati Delicti non frequentetur. *num.* 86.

Subditus Würtembergicus, ob Adulterium Lipsiæ prima vice commissum, *non saltim* Lipsiæ; *verùm etiam in his* Würtembergicis terris *pœnâ* ultimi supplicii *affici potest. num.* 87.

Ubi Pœna Statuto loci Domicilii *etiam* contra Delinquentes extra Territorium *expressè præfinita*, illa semper irroganda. *num.* 88.

Statutum suos Subditos, *etiam* extra Territorium delinquentes, ligare *potest. num.* 87.

Statutum simpliciter loquens *ad* subditos extra Territorium delinquentes *haud extendendum. num.* 88.

In criminibus Carnis *pœna* ultimi supplicii *non aliter decernitur, quàm si* Utriusque Confessio *suppetat. num.* 89.

Inter Affines in primo gradu Lineæ collateralis æqualis *positos an* Incestus *duntaxat* Juris Civilis, *vel* Gentium, *committatur? num.* 94.

Quamplurimi Incestum inter Ascendentes & Descendentes solos Juri Gg. *adversari dicunt. num.* 95.

Recensentur diversæ, *tùm* Evangelicorum, *tùm* Romano-Catholicæ Ecclesiæ *adhærentium* Doctorum Sententiæ. *num.* 96. *& sqq.*

Doctrina de his B. Domini Lauterbachii. *num.* 100.

Verissimaplerorumque Neotericorum *hæc sententia est, quòd* Conjunctio cum duabus Sororibus *non* Jure Naturali strictè *sic dicto*; *sed tantùm* Jure Divino positivo; *verùm* universali, prohibita *sit. num.* 101.

Circa hoc Jus DEUS *quidem*; *sed* nulla humana, *& dehinc nec* Pontificis, *nec* Cæsaris potestas, *ullo modo* dispensare *potest. num.* 102.

Etiam hoc Jus *peræquè, ac* ipse Decalogus, omnes homines obligat. *num.* 103.

Et propterea etiam inter tales personas Incestus Juris Gg. *committitur. num.* 104.

Juris Divini positivi universalis Existentia & Veritas *adstruitur. num.* 105.

Demonstratur prolixiùs, quid de gradibus Levitici 18. prohibitis *sentiendum, utrum illorum* Prohibitiones ipsi Juri Naturali propriè sic dicto, *vel quædam ex illis* Juri Divino tantùm positivo; *verùm* universali, *adscribi debeant? num.* 106. *& multæ. seqq.*

Omnes Leges Levit. 18. *comprehensæ* non merè positivæ *sunt*; *sed vel* Juris moralis naturalis, *seu naturalis strictè sic dicti*, *vel* Juris moralis positivi, *verùm* universalis, *sunt*, universum humanum Genus obligantes. *num.* 109. *& 115.*

Lex Naturæ *cum* aliquibus connubiis, Levitici 18. prohibitis, nihil habet commune. *Oportet ergò, ut* alia Lex illorum prohibitoria *fuerit*, *ob cujus* transgressionem septem Gg. Cananeæ, ab ipso DEO, internecioni *sunt* destinatæ. *num.* 110. *& sqq.*

Consilium Sexagesimum.

Ex Romano-Catholicis *quamplurimi eordati* Theologi & Jurisconsulti *hanc sententiam propugnant, quòd* Matrimonium in omnibus Levitici 18. prohibitis Gradibus *nec* Pontifex Romanus, nec ulla alia humana Potestas, *per* dispensationem, permittere *valeat. num.* 116.

Idemque dicendum de Conjunctione cum duabus Sororibus. *num.* 120.

Incestus Juris Civilis *ille dicitur, qui tantummodò* Lege, *vel* Constitutione, *aut* aliâ parte Juris politici, merèque humani, *prohibitus est. num.* 121.

In Incestu Juris Civilis Mulieres non eâdem pœnâ *plectuntur, quæ* Maribus infligitur. *num.* 123.

Fœminæ lædantes *non tàm* acriter fustigantur, *ut aliæ Fœminæ. num.* 124.

CONSILIUM SEXAGESIMUM.

DE variis Pactis, *Debitorem* verè, *vel solùm* putativè, *ad* Pecuniam sibi creditam præcisè in certa Nummorum Specie, & Numero eodem, reddendam obligantibus, *sollicita disquisitio.*

Præmittitur Sententia definitiva. *num.* 1.

In Pomerania Citationes, *vel per* juratum Judicii Nuncium, *vel per* Notarium immatriculatum, *vel per* Nuncium privatum insinuari *possunt. num.* 3. *& sqq.*

Sed in hac ultima Specie *requiritur, ut talis* privati Nuncii Relatio *de insinuata Citatione, coram* Notario immatriculato, loco jurisjurandi, *asseveretur, & in* publico Documento *ab eodem* consignetur. *num.* 7. *& seqq.*

Verbum, Soll / *sive* debet, *præsertim in* Statutis, *est* necessitativum, *seu* obligatorium. *num.* 13.

Jurato Judicii seu Curiæ Nuncio *de* Citationum insinuatione *quare* plena *à Judice* habenda *sit* fides? *num.* 14.

Nuncio privato, & non jurato, *de* Citatione à sese insinuatâ referenti, *non aliter* creditur, *quàmsi* desuper corporale præstet juramentum. *num.* 15.

Vel, si Curiæ stylus *hoc ità ferat*, loco jurisjurandi id asseveret. *num.* 16.

Citatio, intra legalem Terminum, *adversæ Parti* insinuanda, & post plures *demùm* dies *ei insinuatà, regulariter* invalida. *num.* 17. *& sqq.*

Quando in tabulis obligatoriis hæc verba occurrunt: Daß gelihen worden seyen Ein Tausend Reichsthaler / an 500. vollwichtigen / untadelhafften und guthen Ducaten / *adjectâ* hac lege, daß solche / zu seiner zeit / wider an guthen untadelhafften Ducaten oder Reichsthalern / erlegt werden sollen / *utrum Debitor præcisè* quingentos Scutatos, in pleno hoc numero, *vel* in specie *præcisè* mille Thaleros restituere *teneatur*?

De hac ipsa Quæstione, *in hoc toto Consilio, principaliter disquiritur. à num.* 21. *usque ad fin.*

Exhibentur Formalia Obligationis, *de quâ hîc Qr. num.* 23. *& seqq.*

Ex his Expressionibus, seu verborum figuris, quòd M. Thaleri, in quingentis, pleni ponderis, & probis Scutatis mutuò dentur, daß Tausend Reichsthaler / an guthen wohlwichtigen Ducaten / gelihen werden; *cum specifico Promisso*: Daß besagte Tausend Thaler wider an guthen / untadelhafften / gangbaren und wohlwichtigen Ducaten / oder Reichsthalern sollen restituirt werden / *non potest præcisè* certarum Specierum Descriptio *extundi. num.* 30.

Neque hoc indè sequitur, quòd Debitor præcisè numero totidem Scutatos, *vel* Imperiales, Tausend Species Ducaten / oder Tausend Reichsthaler-stückh / *restituere teneatur. num.* 30.

Sed nuda & sola, in dictis verbis, Monetarum seu Nummorum Descriptio *continetur*, an waserley Sorten das Anlehnen geschehen / und daß dasselbe / zu seiner zeit / mit gleich-guthen Sorten / und nicht mit allerhand am Schrott und Korn ringhaltigen Sorten heimbgegeben werden solle. *num.* 31.

Consilium Sexagesimum.

Si aliter diceremus, valdè rarum hoc foret, *ut* Pactum *de pecuniâ alicui* creditâ, *vel ex* Venditione annuorum Redituum, *vel ex conventa* Retrovenditione, *præcisè* in Numero totidem Scutatis, *vel* Thaleris in specie, *Germanis* Stückh vor Stückh / *suo tempore* reddendis, *non pro adjecto haberi deberet. num.* 32.

Prudentes vel cauti Patresfamiliâs non aliter Scutatos, *aliasve quascunque* Monetas aureas, *quàm* prævià illarum Appensatione, *sive Ponderatione*, *ex mutuo*, *annuorum redituum Venditione*, *& sic deinceps*, accipere adsolent. *num.* 35.

Neque Creditor, *aut* Emptor annuorum redituum, *pecuniam*, *quam credit*, *vel Venditori solvit*, sine prævià Specierum consignatione, einen Sort ten-Zettul / *& expressâ Pactione* de æquè bonis Nummis sibi restituendis, *dare consuevit. num.* 37.

Ex his verò omnibus tale Pactum, *quòd Debitor* ad tot, quot ipse accepit, Scutatos, vel Thaleros, Stückh für Stückh / *seu* in specie *&* eôdem numero *reddendos obstrictus esse debeat*, *haudquaquàm efficitur. num.* 39.

Ex hisce verbis: Daß die Summa der Geldzinß wider mit 1900. Rheinischen Gülden / guth an Gold / oder mit Rheinischen guthen Gülden an Gold / inmassen wir die vom Glaubiger empfangen / (wann auch gleich der Stückkauff mit lauter Goldstückhen geschehen wäre.) abgelöst werden solle / *nihil aliud evincitur*, *quàm sola* Descriptio Monetæ, *seu* Quantitatis florenorum: Non *verò* Speciei, *quasi scilicet Sors in ejusdem speciei nummis*, *& præcisè in* totidem, *quot Emptor exolvit*, aureis Rhenensibus, *restitui debeat. num.* 40.

In Casu proposito *Civitas mutuataria*, *in aurea moneta*, *duntaxat* mille thaleros *accepit*, *qui tùm temporis non plus*, *quàm* mille & quingentos vulgares florenos, Fünffzehenhundert Gulden / *effecerunt*, *& non* bis mille; *sed tantùmmodò* M. & D. florenos in suos usus verè convertit. *num.* 41. *& sqq.*

Generalis Mutui natura *non patitur*, *ut Civitas* in plus, quam accepit, *teneatur. num.* 45.

Nec Lex. Civitas. 27. de reb. cred. *ultra Summam* in usus Civitatis verè versam, *eam patitur condemnari. num.* 46.

Adfertur consimile de redituum annuorum emptione Exemplum *ex Respp. perillustris Dn. Lynckeri. num.* 47. *& sqq.*

Thalerus *olim vocatus fuit* ein dickher Pfenning. *num.* 48.

Mille & nongenti Aurei Rhenenses, 1900. Rheinische Goldgülden / Anno 1502. *non pluris valuere*, *quàm* 1900. Imperiales *sive Thaleri. num.* 51.

Creditor *non debet* cum damno Civitatis *mutuatariæ*, *vel redituum debitricis*, locupletari. *num.* 52.

Sufficit, *ut* Creditor *à mutuatario*, *vel redituum venditore*, *in* Quantitate *&* Qualitate, tantundem recipiat, quantum hi ex ipsius facultatibus acceperunt. *num.* 54.

Inter has duas loquendi formas, *quando Debitor promittit*, daß er die / an guthen und untadelhafften 500. Ducaten Paar angeliehene Eintausend Reichsthaler hinwider an guthen und untadelhafften Ducaten oder Reichsthalern zuruckhgeben wolle. *Et quando promittit*: Daß er für die / an guthen und untadelhafften 500. Ducaten / ihm vorgestreckhte Eintausend Reichsthaler / hinwider *præcisè* 500. guthe Species Ducaten / oder Tausend Reichsthaler-stuckh zurückhgeben wolle *permultum interest. num.* 55. *&* 56.

Promittens, *se sibi mutuò datos* mille thaleros, *in justi &* probi valoris scutatis, *vel* thaleris, *restituturum esse*, *non* mille *thaleros*, *in pleno* hoc numero, *vel* quingentos *scutatos* in specie *promittit*; *sed* mille tantùm & quingentos Florenos, *quos* in integris mille thaleris *accepit*, *se reddere velle. num.* 57.

Talis debitor, *si* tot thaleros, *vel* Scutatos, *creditori* restituat, *quot* ad mutuò acceptos mille thaleros, *habito* respectu *ad illorum* Valorem, *qui* tempore

initi Contractûs *obtinuit*, exæquandos sufficiunt, *suæ obligationi ex asse satisfacit. num.* 58.

Et Creditor talis sibi debet imputare, quare Pacto speciali, *de* quingentis Scutatis, *vel* mille thaleris, hoc ipso Numero, & in specie reddendis *sibi non prospexerit. num.* 60.

Promittens, daß er für die / an guthen und wohlwichtigen 500. Ducaten / ihm angelihene Eintausend Reichsthaler / *præcisè* 500. Ducaten *Species*, oder Tausend Reichsthaler-stückh *restituiren* wolle / *is præcisè* tot, numero, Scutatos, *vel* Thaleros *præstare tenetur*, quantacunque *deinceps in imposititio illorum* Valore Mutatio *contigerit. num.* 62.

In hoc casu frustranea hæc exceptio *est*, *quòd* Debitor pecuniam sibi mutuò datam in longè minori Quantitate expenderit. *num.* 63.

Ex eo, *quòd* Debitor acceperit Species, *non sequitur*, *quòd* ipse etiam ad Species creditori reddendas præcisè obstrictus *sit. num.* 64.

Haud infrequens est, *ut* Ducati & Thaleri nullâ peculiari affectione habeantur. *num.* 65.

Ex hoc solo, *quòd Creditor* certas nummorum Species argenteas, *vel* aureas, *mutuò dat*, hâc Lege *annexâ*, *quòd debitor* similes, suo tempore, Species restituere debeat, *hoc* Pactum, *quòd debitor* præcisè Tot (Numero) aureas, vel argenteas Species, quot ipse accepit, *restituere teneatur*, *non dùm efficitur. num.* 66.

Huic Pacto satisfit, *si debitor verb. grat.* M. Thaleros, *in* argentea, *vel* aurea Moneta *acceptos*, *in* tali moneta *deindè restituat*; *sed*, *si* Valor imposititius *intered* creverit, *sic*, *ut* unus thalerus duos faciat florenos, *tunc hoc ipsum* dimidii Floreni Augmentum *non Creditoris*; *sed* Debitoris commodo cedit. *num.* 67.

Adducitur notabile pro his illustrandis Præjudicium Dnnorum Scabinorum Lipsiensium. *num.* 69. *& sqq.*

Et alia duo Dominorum Jenensium. *num.* 71. *& sqq.*

Applicantur *hæc Jura* Casui proposito. *num.* 73. *cum sqq.*

Civitas debitrix tantùm promisit, daß Sie die / an wohlwichtigen 500. Ducaten / Ihr angelihene Eintausend Reichsthaler / wider mit guthen Ducaten / oder Thalern bezahlen wolle. *num.* 75.

Hoc promissum impletur, *si* mille & quingenti Floreni, *quos*, tempore contractûs, quingenti Scutati *efficiebant*, *in justi* & antiqui valoris Scutatis, *vel talibus* Thaleris restituantur. *num.* 96.

Sed Augmentum quartæ Partis *Scutatorum* Valoris, *ad quem interim excrevére*, *quod ex voce Italica vulgò* Lagium, *Itali L'agio*, *vel L'aggio*, *communiter nuncupant*, *non Hæredum Creditoris*; *sed* Civitatis debitricis commodo cedit; also / daß Sie mit einem harten Reichsthaler nicht nur 1. fl. 30. kr. und mit einer Species Ducat / nicht nur 3. fl. *qui istorum nummorum Valor imposititius*, tempore celebrati contractûs, *fuit*; sondern mit einem jeden Reichsthaler / zween Gulden / und mit einer jeden Species Ducat vier Gulden bezahlt. *num.* 77.

Adfertur pariforme de annuô Reditu, aureis Rhenensibus, mit Rheinischen Goldgülden coempto, *Exemplum*, *ex Responsis celeberr. Dn. Lynckeri. num.* 78.

Ad hujus Pacti, *quòd* Mutuatarius, Venditor annui reditûs, *vel* Reemptor *ex pacto de retrovendendo*, *aliive his similes*, ad Scutatos, *mutuò acceptos*, *vel à talibus Emptoribus sibi solutos*, præcisè in eodem Numero & Specie restituendos *obstricti esse debeant*, Constitutionem, *hæc* Duo Requisita, *ut*, *primò*, integri Thaleri, Scutati, *vel similes Nummi*, harte oder gantze Reichsthaler / Ducaten / Goldgülden &c. *fuerint* crediti, *vel* soluti; *&*, *2dò*, *Contrahentes specificè paciscantur*, *quòd futura Restitutio* in ejusdem Speciei, & Numeri, Nummis, auch mit hundert Ducaten / stückh vor stückh / *fieri debeat*, *copulativè concurrere debent. num.* 80.

Hôc ultimô Requisitô deficiente, pro C. Scutatis *quidem etiam* Scutati; *sed non præcisè* tot, quot crediti, *vel* soluti, *nempe Centum reddendi sunt*; *sed*, *si C. Scutati tempore Mutui*, *vel Venditionis celebratæ*, *tantùm* tercentum florenos

usuales *seu vulgares effecerint; subsecuto verò tempore illorum* Valor imposititius *usque ad* IV. florenos excreverit, *tunc sufficit*, tot Scutatos *creditori* restitui, quot tercentum florenorum Summam constituunt; *hoc non obstante, quòd expressè sit dictum, quòd* C. Scutati in eadem moneta restitui debeant. *num.* 81. *& seqq.*

Si quis C. Scutatos *mutuò dederit, & expressè sit pactus, quòd sibi* tot, quot mutuos dederit, ejusdem monetæ nummi restitui *debeant*, *tunc neque* plures, *neque* pauciores, *quàm* mutuò accepti, *restitui debent, sive* Valor *interea* decreverit, *sive* creverit. *num.* 86.

In talibus terminis potiùs Corpora, *&* Materia *Nummorum, quàm* Quantitas, *& publicâ Lege imposita* Æstimatio *spectata intelligitur. num.* 87.

Hoc ipsum Leges, regulariter, permittunt. *num.* 88.

Definitio Huberi *in eandem sententiam declaratur. num.* 89.

Quando certus Numerus Thalerorum, *vel* Aureorum, inæstimatorum, *tanquam* Corpora, *vel* Massa Auri, *vel* Argenti, *mutuò datur*, eine Anzahl an Thalern / oder Goldgülden / stückh vor stückh / *tunc* nulla Valoris, aucti, *vel* diminuti, *ratio habetur. num.* 91.

Quando Species Nummorum in Obligatione & Solutione conjunctim *nominantur*, *sine* certi Valoris determinatione, *ità nimirum, ut debitor fateatur*, daß ihme der *Creditor* eine gewisse Anzahl Thaler / oder Goldgülden / stückh vor stückh / gelihen / und daß er auch solche in eadem Specie, wie sie ihme gelihen / stückh vor stückh gerechnet / wider heimbgeben wolle / *tunc Pactum conventum*, hôc ipsô modô, *specificè implendum*, omni Mutatione, *quæ posteà contingit*, totaliter posthabitâ. *num.* 94.

Creditor, C. Ducatos *alicui* mutuatus, *& specificè* stipulatus, *quòd* isti Scutati in eadem Moneta sibi debeant restitui, *si sibi exindè* falsò persuadeat, *quòd, vi hujus Pactionis*, præcisè C. Ducati in specie *sibi debeant restitui, etiamsi illorum* Valor *sit* auctus, *hunc* suum errorem *sibi ipsi* imputare *debet. num.* 95.

Ambiguitas contractûs adversus illum, qui legem illius apertiùs concipere *& dicere potuisset*, interpretanda *venit. num.* 96.

Cautela Strykiana, ne quisquam Contrahentium *à se cum alio initum* contractum ipse concipiat. *num.* 98.

Emptor annui reditus, *qui* [*non expressit*, daß die zahlung an NB. so viel Stückhen Rheinischer Gulden in Gold gethan werden solle / *sibi hoc imputare debet. num.* 98.

Si Mutuatarius, *vel annuorum* redituum Venditor, Sortem, *vel* Pretium emptionis, den Widerkauffschilling / in certis Speciebus reddendum *promiserit, tunc* Solutiones annuorum reddituum, *vel* usurarum, *in* alia moneta *factæ, nihil præjudicant. num.* 100.

Diversum dicendum, si nullum tale specificum Pactum *fuerit initum*: *Tunc* à Solutione annuarum Usurarum ad ipsam *quoque* Sortem *benè dijudicandam non malè arguitur. num.* 101.

Etiamsi in ipsa Obligatione certus Valor Thalerorum expressus *fuerit*; *si tamen deindè, pro usuris ex Sorte M. Thalerorum*, quotannis L. Thaleri *in specie soluti probentur, tunc etiam* Sortem in M. Thaleris in specie reddi *oportet. num.* 102.

Contrahentes, in tali casu, à conventa Thalerorum æstimatione recessisse *censentur. num.* 102.

Quando res dubia *est, utrum* M. Thaleri *mutuò dati*, in tot Speciebus *præcisè restitui, an verò* Thaleri *quidem*; *sed, si* Valor illorum interea creverit, *ità debeant restitui, ut hoc ipsum* Augmentum Debitoris lucro cedat? *ex* Usurarum interimistica solutione *haud postremum argumentum à DDbus colligitur. n.* 103.

Talis *super* Moneta *præsumitur* Conventio, qualem censuum *annuorum, vel* usurarum solutiones demonstrant. *num.* 104.

Consilium Sexagesimum.

Pecunia credita, *vel à Venditore* annuorum redituum, *vel Prædii* Reemptore, *aliisque similibus, restituenda, præcisè* in numero tot Thaleris, Ducatis, *vel* aliis aureis Nummis, quot mutuò dati, *vel* pro Pretio soluti, *sine ullo* adaucti, *vel* imminuti, *vel* nullatenùs mutati Valoris *discrimine, restitui debet, si, Primò, cùm* M. Ducati vel Thaleri *soluti, aut mutuò dati essent, convenerit*, daß hinwider NB. so viele Reichsthaler / oder Ducaten in specie zurückhgegeben werden sollen. *num.* 105.

Vel (2.) *sit dictum*: Tausend Reichsthaler / stückh vor stückh. *num.* 106.

Vel (3.) *hæc conventio addita*: Daß Banco-Thaler wider erlegt werden sollen. *num.* 107.

Vel (4.) *inter Partes ità convenerit*, daß die außgelihene Eintausend Reichsthaler oder Ducaten / *præcisè* in dem jenigen Valôr, wie der Debitor sie empfangen / sollen *restituirt* werden. *num.* 108.

Vel (5.) *hoc actum*: Daß Tausend Reichsthaler in specie, wie dieselbe in Banco gültig / der Reichsthaler zu 14. Silber-Groschen / den Groschen zu 12. Meißnischen Pfenning gerechnet / wie der Schuldner solche selbst empfangen / wider sollen bezahlt werden. *num.* 109.

Vel (6.) *sic pactum*: Daß / wann je der Schuldner dergleichen Reichsthaler in specie nicht liefern könte / alßdann er dieselbe an gangbarer Müntze / dergestalten ersetzen wolle / wie der Reichsthaler / tempore Solutionis, am höchsten außgebracht werden könne. *num.* 110.

Vel (7.) *Debitor in tabulis cautionis expressè professus sit*, daß er 1000. Reichsthaler / guth am Schroot und Korn / unverschlagen / NB. deren jeglicher zwey loth Silber wäge / empfangen habe / und er wider dergleichen *restituiren* wolle. *n.* 113.

Vel (8.) centum Joachimici, ut Joachimici, *mutuò dati fuerint*. *num.* 114.

Vel (9.) centum Aurei, *adjectâ* certâ Æstimatione, *ex. grat. ad IX. florenos, fuerint crediti, & Debitor* Tantundem se restituere *velle promiserit*. *num.* 115.

Diversum *dicendum, si debitor, qui* mille Thaleros, *vel* Ducatos accepit, *tantùm promiserit, quòd illos* M. thaleros, *vel* scutatos, in eodem monetæ genere, wider an guthen Ducaten oder Thalern bezahlen wolle. *num.* 116.

Licet tota Summa credita in meris Scutatis *fuerit numerata*. *num.* 124. *& suprà num.* . .

Vel in specie dictum fuerit: Daß die empfangene Tausend Reichsthaler mit Tausend Thalern wider abgelegt werden sollen. *num.* 118.

Nisi *etiam hoc adjectum fuerit*: An Tausend Thalern Species; Oder: An Tausend Thalern stückh vor stückh. *num.* 119.

Tametsi Debitor ad Thaleros & Aureos sese obstrinxerit, *& propterea etiam* talem monetam restituere *teneatur*; *tamen posteà*, mutatô Valore extrinseco, *ad* Tempus Contractûs *ità respiciendum, ut, si* Thaleri, Ducati, *vel Aurei in valore* decreverint, *hoc ipsum* Decrementum à debitore supplendum, *vel si* Valor *illorum interea sit* auctus, *hoc etiam* Augmentum debitori relinquendum *sit*. *num.* 120.

In hunc modum omnes Curiæ, & Collegia Juridica Saxoniæ pronunciant. *num.* 121.

Diversa hæc sunt, si Joachimici, ut Joachimici, guthe harte Thaler / so nicht zu Gülden angeschlagen worden / & certa Summa in Joachimicis, Tausend Gulden an Thalern / *fuerit mutuò data, & restitui promissa*. *num.* 123.

Licet Civitas, Tausend guthe / wohlwichtige Rheinische Gold-Floren / Haupt-Summ se mutuos accepisse *confessa fuerit, & in casum sibi factæ Resignationis promiserit*, die berührte 1000. guthe vollwichtige Rheinische Gold-Floren / Haupt-Summ / hinwider zuentrichten; *tamen ipsa nec tunc tot aureos Rhenanos, quot accepit*, in specie, seu numero eodem, *restituere tenetur*: *Sed sufficit, si illos M. aureos Rhenanos*, in eadem moneta; *licet propter* adauctum *illorum* Valorem, numero pauciores *restituat*. *num.* 124.

Licet Numerus Aureorum NB. mutuò datorum sit determinatus; *tamen etiam* eorundem NB. restituendorum Numerus *pariter debet esse* determinatus. *num.* 127.

Hæc verba: Die offtberührte Haupt-Summ der 1200. Reichsthaler: *Itemque hæc:* Mehrbesagte Haupt-Summ der 1000. Thaler an guthen/ gantzen/ wohlgeltenden und unverbottenen Thalern/ zurückhzugeben/ *nullam* specialem obligationem *inducunt. num.* 128. *& sqq.*

Igitur primo *in casu Mille quidem & ducenti Thaleri*, *& in* altera Specie *Mille Thaleri*, in promiſſis Speciebus, an guthen und gantzen Thalern/ *restitui debent*; *verùm non nisi in illo* valore, quô talis Thalerus tempore celebrati contractûs valuit. *num.* 132.

Hæ Conventiones, quòd Mille Thaleri integri *reddi debeant*, *& quòd quis Mille* in integris Thaleris *restituere debeat*, *quàm maximè differunt. num.* 133.

Priori *in casu* Numerum mille thalerorum implere *oportet. Sed in* altero *casu satis est*, Quantitatem *seu* Valorem Mille Thalerorum præstari, *qui tempore celebrati* Contractûs *obtinuit. num.* 134.

Ubi Nummi in certa Specie *reddendi*, Mutatio illorum Bonitatis attenditur. *Sed quando* certa Species Pecuniæ *solvenda*, *tunc nulla* Augmenti, *vel* Decrementi *ratio habetur*, *& solus* Numerus *in considerationem venit. num.* 136.

Si Numerus Nummorum *sit designatus*, *tunc ille præcisè servandus venit. num.* 136.

Si quis promiserit, *se quolibet anno* Scuta decem in auro *solvere velle*, *tunc pariter* solus Numerus; *&* Mutatio bonitatis intrinsecæ, *quæ postea contigit*, nullatenùs attenditur. *num.* 137.

Licet debitor fateatur, daß er drey Tausend guthe/ gantz unverbottene und wohlgeltende Reichsthaler empfangen habe/ *& promittat*, daß er solche 3000. Reichsthaler/ an guthen/ genehmen/ und valvirten Reichsthalern bezahlen wolle; *tamen* numero ter mille *Thaleros*, 3000. Reichsthaler-stückh/ *seu* stückh vor stückh/ *non tenetur restituere.* 137. *& sqq.*

Idemque dicendum, licet debitor promiserit, daß er die ihm gelihene Eintausend Reichsthaler/ mit harten/ guthen/ geschlagenen Reichsthalern wider bezahlen wolle. *num.* 139.

Augmentum *Thalerorum*, *quod à tempore celebrati contractûs accessit*, die Ubermaß/ *spectat ad* Debitorem. *num.* 140.

Pariterque in casu, *quô debitor fatetur*, daß er die entlehnte drey Tausend Reichsthaler/ baar über/ an guthen/ harten/ vollwichtigen/ unverbottenen Thalern empfangen habe/ *adjecto promisso*, das Hundert mit sechs Reichsthalern zuverzinsen/ und die Haupt-Summ/ zu seiner Zeit/ hinwider an guthen vollwichtigen Reichsthalern zurestituiren. *num.* 142.

Thaleri & hîc non tanquàm Corpora, *vel* Massa Argenti *considerantur*; *sed Thaleri quidem* integri & justi valoris *restitui debent*; *verùm* juxta valorem, *qui fuit tempore celebrati* contractûs. *num.* 143.

Debitor *enim* non Plus accepit *in illis mille*, *quantumvis* optimi commatis, *thaleris*, *quàm verb. grat.* mille & 500. florenos, *ultra quos ipsum* ad quid amplius obstringi notoria Mutui natura *non patitur. num.* 144.

Adferuntur adhuc alia, *his conformia*, Præjudicia *Dominorum* Jenensium *&* Wittebergensium. *num.* 149. *& seqq.*

Sententia de casu, *quo Debitor*, harte/ *vel* gantze Thaler *reddítum iri*, *promisit*, Domini de Lyncker. *num.* 148.

Mutatâ pecuniæ bonitate intrinsecâ, *vel* extrinsecâ, *nisi aliud convenerit*, *ad* Tempus Contractûs *respiciendum. num.* 153.

Quid sub nomine utriusque Bonitatis *innuatur? remissivè adducitur. n.* 154.

Limitatur *dicta Regula*, *si* aliud convenerit. *num.* 155.

Sublimitatur: *Nisi Pactum laboret* usuraria pravitate: *Qualia Pacta simùl remissivè adducuntur. num.* 156.

Notatur diversum sentiens *Richterus. num.* 157.

Adducuntur Rationes, *quare* Tempus Contractûs *potiùs*, *quàm* Solutionis, *in casu* mutatæ pecuniæ Bonitatis, attendi *debeat? num.* 158.

Con-

Consilium Sexagesimum.

Contrahentes *ipsi optimè* scivisse *præsumuntur*, *quid &* quantum pecunia, tempore celebrati Contractûs, valuerit? *num.* 159.

Æstimatio *illicò ab* initio Contractûs *substantiam capit. num.* 160.

Contrahentes *non* futuram *Pecuniæ creditæ* Mutationem, *nec* Mutuationem Æstimationis, quæ obtinebit tempore Solutionis, *in mente habuisse intelligi debent. num.* 161.

Si ad Tempus Contractûs *res redigatur*, neutra Pars *quidquam* damni, *vel* lucri *sentit. num.* 162.

Pecuniæ Valore *interea* auctô Debitor *id*, *quod* excedit Valorem, *qui fuit tempore* Contractûs, *æquissimè* deducit. *num.* 163.

Imminutô Valore *ipsa Æquitas* pro Creditore *intercedit*, *ut id*, *quatenùs pecunia decrevit*, *suppleatur. num.* 164.

Eadem consideratio etiam in casu mutatæ pecuniæ Bonitatis intrinsecæ *pariter locum sortitur. num.* 165.

Si aliter sentiremus, *in casu*, *quô Valor pecuniæ crevit*, Creditor injustum lucrum *perciperet*; *&*, *si ejus decrementum à debitore non suppleretur*, Creditori officium, *quod præstitit debitori*, damnosum evaderet. *num.* 167.

Ad Debitorem, *ceu pecuniæ sibi creditæ plenissimum* Dominum, *omne* Damnum Interitûs, Deteriorationis, & Amissionis *solitariè pertinet. num.* 168.

Quidni ergò etiam Valoris adaucti Emolumentum? *num.* 170.

An Reemptor *Pretium*, *juxta* Zinnicum modum, nach dem zu Zinna verglichenen Fuß/*qui* tempore Emptionis, *sub Pacto de retrovendendo celebratæ*, *obtinuit*, *an verò secundum* viliorem Lipsiensem modum, nach dem geringeren Leipziger Fuß/*tempore* Retrovenditionis *obtinentem*, *Emptori offerre teneatur? num.* 172.

Ad Tempus Contractûs *respicere nos jubet* Observantia Cameræ Imperialis, & Senatûs Imperii Aulici. *num.* 173.

Hæc in contradictorio Judicio prævalet. *num.* 174.

Licet, Juris Veritate *præ oculis habitâ*, multi aliter sentiant. *num.* 175.

Laudantur complures de isto Articulo differentes Autores. *num.* 176.

Movetur Dubium, *quòd*, *si* Frumenti *vel* Vini Æstimatio maximoperè *creverit*; *tamen Debitor* tot Modios Frumenti, *vel* tot Amphoras Vini, quot accepit, præcisè restituere *teneatur*, *licet* Creditor, *hoc modo*, *bis terve*, quaterve Plus, quàm dedit, recipiat. *num.* 177.

Frumentum, *vel* Vinum mutuò dans non Æstimationem; *sed* certi Numeri amphoras, *vel* modios, *quos proindè præcisè* eodem Numero *reddi oportet*, *mutuos dedit. num.* 179.

Hîc nulla Valoris imminuti, *vel* aucti, ratio *habetur. num.* 179.

Æstimatio *est* extra rem creditam: *Hinc*, illâ mutatâ, hæc *tamen* haudquaquàm *intelligitur* mutata. *num.* 181.

Æstimatio, *ceu* non credita, *pro* credito Vino, *creditori invito* obtrudi *nequit. num.* 182.

Expenditur Clausula: Wir/die Schuldnere/wollen auch dise willkührliche *Obligation* nicht anders deutten/als sie im buchstaben lauttet/und NB. vom Herrn Glaubiger/und seinen Erben allein verstanden und gedeuttet wird. *num.* 185.

An, *vi hujus Pacti*, *creditor dicere possit*, *se hoc ipso*, *quòd M. thaleros*, *in* 500. *integris*, *justi ponderis & valoris*, *Scutatis crediderit*, *hac Lege adjecta*, *quòd M. Thaleri ità mutuò dati*, *vicissim in justi & antiqui valoris thaleris & ducatis restitui debeant*, *nihil aliud indigitare voluisse*, *quàm quòd sibi iterum* præcîso numero quingenti ducati, *vel* bis mille Thaleri, stückh vor stückh reddi debeant? *num.* 186.

Ostenditur, istam Clausulam non admodùm infrequentem *esse. num.* 188.

Dicta Clausula non ità interpretanda, *ut* aliquid absurdi *exindè inferatur. num.* 190.

Nec quid calumnioси, *vel quod* Juri contrarium, *indè statuminandum. num.* 191.

Consilium Sexagesimum.

Jus Civile *non oportet* calumniari, *& proindè nec* talem Conventionem calumniosè interpretari. *num.* 192.

Clausulas *cuicunque contractui adjectas semper ità debemus interpretari, ut* omnia Legibus, harumque Regulis convenienter *inter Partes conventa intelligantur. num.* 194.

Quando M. thaleri in 500. Ducatis justi ponderis & valoris *fuere crediti, & expressè conventum, quòd* M. thaleri rursùs in talibus Ducatis, *vel* thaleris restitui *debeant, tunc* Jus non exigit, *ut* numero Totidem Ducati *reddantur, vel* in specie, & numero bis mille Thaleri. *num.* 195.

Sed hoc tantùm Leges, *in tali casu*, disponunt, *quòd quidem* Solutio in dictis Speciebus *fieri debeat*; *verùm* juxta Valorem, in quô debitor illas, *tempore celebrati* contractûs, accepit. *num.* 169.

Pactum, *ut Nummi mutuò dati*, eadem in specie & numero reddantur, *leges quidem non reprobant: veruntamen* specialis expressa, *ad ejus constitutionem*, Conventio *requiritur. num.* 198.

Legum interpretatio *non ex illis petenda, quæ* in certis saltem casibus singulariter constituta *sunt. num.* 200.

Pariter interpretatio Conventionum *non ex talibus desumenda, ad quæ* specialis & expressa Contrahentium requiritur conventio. *num.* 201.

Interpretatio conventionum *ipsarummet* Legum interpretationi conformatur *tutissimè. num.* 202.

Verba, *quibus ipsi Contrahentes sunt usi*, adversus ipsos, *& ipsorum* Hæredes *sunt* interpretanda. *num.* 202.

Voluntas Creditoris, *in casu proposito, non ista fuit, ut* quingenti Ducati *sibi* in specie, *&* in numero eodem *restituerentur. num.* 203.

Interpretatio LLum ipsius Llatoris Voluntati *& menti* adversari *non debet. num.* 205.

Hæredes in Voluntate, *in qua* defunctus perseveravit, acquiescere *debent. num.* 207.

Ista irregularis & abnormis facultas Contractum, demùm post plures annos, pro arbitrio creditoris, interpretandi, *etiam illius* Hæredibus reservata, *ad* Cessionarios, *ceu singulares tantùm successores, minùs rectè porrigitur. num.* 209.

Talia irregularia & anomala Pacta strictissimam *requirunt* interpretationem. *num.* 210.

Leges legitimum Usurarum modum *statuentes etiam ad* præterita, adhucdùm pendentia, negotia *pertinent. num.* 211.

Pacta, *quibus* hujusmodi, *adhucdùm* condendis, Constitutionibus renunciatur, *nullius momenti sunt. num.* 213.

Lis *super articulo* intricato, *vel* dubio, Expensarum compensationem *inducit. num.* 215.

Victor in prima instantia *si in* Appellationis *judicio* succumbat, *regulariter* à sumptuum litis refusione immunis *est. num.* 216.

Ista Q. An mutatâ pecuniæ bonitate *ad* tempus Contractûs, *vel* Solutionis *respiciendum sit?* omnes Judices, Patronos & JCtos, Hodienùm, suspensos & dubios, tenet. *num.* 217.

CONSILIUM SEXAGESIMUM PRIMUM.

DE Honorario *sive Salario*, Advocato, *pro* plurium Annorum operis *debito, quoad ejus* Quantitatem, *per* Juramentum dicendæ Veritatis, *seu suppletorium probando, ejusque* Usuris.

Præmittitur Sententia definitiva. *num.* 1.

Exi-

Consilium Sexagesimum Primum.

Existentia *seu* Veritas *hîc prætensi* Salarii *ex Actis processûs judiciarii satis liquescit. num.* 2.

Reus ipse promisit, daß Er en homme d' honneur versichere / daß / wann Herr A. wegen seiner / auf 517. Reichsthaler gestellten Forderung / **nur ein wenig sich billicher herauß lassen** und finden wolle / alsdann / **so bald nur Herr** Reus **bey Geld** seyn werde / **Ihm seine Schrifften und Arbeit wohl bezahlt werden sollen.** *n.* 7.

Hæc Promissio verissimum Constitutum obligatorium *efficit. num.* 10.

Promittens *mediante* nudo Pacto, *se illud, quod* ipse, *vel* alius debet, solvere velle, *ex* Pacto legitimo Prætorio, *nempe ex Constituto, validissimè obstringitur. num.* 12.

Sicut quodlibet Pactum nudum; *ità etiam* Constitutum, *per* consensum quovis modo declaratum *perficitur. num.* 13. *& seqq.*

Nihil refert, an quis debitum proprium, *vel omninò* alienum, *vel sibi* cum aliis commune *constituat. num.* 15.

Hæc verba: **Daß alle Schrifften** und Arbeit **wohl bezahlt werden sollen /** impersonaliter *concepta videntur. num.* 16.

Impersonaliter *factum* Constitutum nullius momenti *est. num.* 17.

Verba antecedentia: **Ich versichere** / daß / wann **Ich bey Gelde** seyn werde / die Schrifften und Arbeit wohl bezahlt werden sollen / hanc Impersonalitatem *apertissimè* removent. *num.* 18.

Quando antecedentia, *vel* subsequentia verba *demonstrant, quòd debitum* impersonaliter constituens de Seipso senserit, *tunc Impersonalitas constitutum non vitiat. num.* 20.

Clausula, en homme d' honneur, *tantundem insinuat, quàm Promissio* **auf** Cavaliers-Paroles, oder **bey Adelichen Ehren / Glaube und Treu.** *num.* 21.

Talis Promissio, *Hodiè multis in locis, in vim* Juramenti *valet; modò non requiratur* Juramentum corporale. *num.* 22.

Declaratio Clientis, daß / **wann der** Advocat raisonnable **seyn werde / Er auch an seiner seite es seyn wolle /** *adhuc debiti* Salarii advocatorii Veritatem, *&* Justitiam *haud obscurè demonstrat. num.* 28. *& seqq.*

Excutitur prolixè, in Casu proposito, *tùm* Veritas, *tùm* Æquitas Honorarii *seu Salarii* ab Actore prætensi. *num.* 30. *& mult. seqq. usque ad num.* 55.

Ad probationem Salariorum *non adeò exquisitæ &* plenæ Probationes *requiruntur; sed etiam* semiplenæ *sufficiunt, ut &* Præsumptiones *pro illis militantes num.* 55.

Dictis promissionibus *ideò* plena fides *adscribi non potest, quia* Summæ *adhuc pratensi Salarii* Magnitudo; *2dò* notoria Advocatorum, *qui fidem Clientibus, per tot Annos, de Salario habere non solent*, Consuetudo, *3tiò* plurium Causarum auspicata Expeditio, paratissimâ remuneratione *dignissima, aliaque complura rem adhuc dubiam reddere possunt. num.* 56. *& seqq.*

Ad pratensi Salarii Quantitatem *adhuc revera debitam legaliter* probandam Advocatus, *in substrato, ad* Juramentum in supplementum *admittitur justissimè. num.* 64.

Juramentum suppletorium *cuivis* Actori, *qui intentionem suam vel* semiplenè, *vel in* ardua *causa* plusquàm semiplenè *probavit, deferri potest. n.* 65.

Modò sit Persona fide digna, *&* veritatem probabiliter sciat. *num.* 66.

Et Probationes ordinariæ deficiant. *num.* 67.

Etiamsi Juramentum in supplementum Hîc locum non haberet; attamen Juramentum dicendæ veritatis *ad* verificandam Salarii Quantitatem *deferri valet. num.* 68.

Creditor, qui sibi constitutam Hypothecam *legitimè* probavit, *sibi* debitam Sortem, *pro quâ illa constituta, per* juramentum dicendæ veritatis *ostendere potest, eôque præstitô* Debitor solvere *cogitur. num.* 69.

Sedes hujus Juramenti in Capit. 32. x̃, de jurejur. *num.* 70.

Ex defectu hujusmodi Jurisjurandi Justitia *haudquaquàm* succumbere *debet. num.* 71.

Cano-

Canonica hæc sanctio etiam aliis Casibus applicatur *æquissimè. num.* 72.

Reprehenditur Panormitanus *& alii, qui dictum Capituium ad solam* Causam Usurarum, *& ubi* periculum Animæ *subest, restringendum contendunt. n.* 73.

Ratio *dicti Capituli* nimiùm generalis *non patitur talem* Restrictionem. *n.* 74.

Quoties de ipso Debito constat; quanta *verò* illius Quantitas *fuerit? in dubium vocatur, tunc tota Q. Actoris jurejurando determinari debet. num.* 76.

Vi expulsivâ *legaliter probatâ*, Æstimatio rerum, *eâdem occasione perditarum, mediante* Sacramento manifestanda. *num.* 77.

Quando Pondus depositæ Cistæ incertum, *consimile* Juramentum, *ad illud probandum, à DDbus admittitur. num.* 79.

Prædicta definitio Juris Canonici, per Regulas Juris, generaliter probatur. *num.* 80.

Creditor, *qui probavit*, se mutuam alicui pecuniam dedisse, *si Testes dicant*, se Quantitatis non ampliùs recordari, *ad* dictum juramentum *jure admittitur. num.* 31.

Idem dicendum, si Testes Quantitatis, *vel* Qualitatis Frumenti *vel* Vini *mutuò dati non ampliùs sint memores. num.* 82.

Vel si dicant: Se vidisse, Contrahentes de Re pro certo Pretio tradenda consensisse *& convenisse. num.* 83.

Vel si Melioramenta non plenè probata. *num.* 84.

Juramentum dicendæ Veritatis quare sic appelletur? *num.* 85.

Applicantur hæc Jura Casui proposito. *num.* 86.

An pro debito Salario *exigi possint* Usuræ? *num.* 89.

Nonnulli hoc negant. *num.* 90.

Procuratori *adversus Principalem competit* Actio mandati. *num.* 92.

Hæc, juxta naturam bonæ fidei Actionum, *etiam* Usuras, *ex tempore* Moræ, *post se trahit. num.* 95. *& seq.*

Adferuntur hanc in rem Responsa Jenensium & Tubingensium. *n.* 97. *& seq.*

Utrum Actio mandati *etiam* inter Advocatum & Clientem *ejus locum habeat? num.* 99. *& sq.*

Affirmant *hoc Jurisprudentum Triumviri* Carpzovius, Strykius, *&* Lauterbachius. *num.* 100.

Laudantur Alii *de hoc* aliter sentientes. *num.* 101.

Juramentô suppletoriô, *vel aliô eidem valdè* simili præstitô Expensæ litis *regulariter* compensantur. *num.* 102. *& sq.*

Diversum sentiendum, si Reus ipse omnia optimè perspecta & cognita habeat. *num.* 105. *& sqq.*

Alioquin multis fraudibus, Divini Nominis profanationi, *aliisque* malitiis *via aperiretur. num.* 112. *& sqq.*

Quando Causa *est* dubia, *& propterea præstitum* Juramentum suppletorium, *tunc* Expensæ compensandæ. *num.* 116.

Ubi verò Jus Victoris apparet; *tametsi* deficiat illius probatio, *& dehinc* Juramentum in supplementum *in auxilium vocare necesse fuit, tunc* Reus *nihilominùs* in *Expensas* damnandus. *num.* 117.

Processus *in exigendis* Salariis, *tanquàm* favorabilibus *&* privilegiatis, summarius *est atque* executivus. *num.* 119.

Causa Mercedis *&* Salariorum *est* summariæ cognitionis, *&* celeris executionis. *num.* 120.

An à Sententia ad præstandum Salarium condemnatoria appellare *sit integrum? num.* 121.

Alii affirmant: *Plures alii* negant: *Alii* Judicis *circumspecto & æquanimi* arbitrio *rem totam committunt. num.* 122. *& sqq.*

David Mevius tales Sententias vocat inappellabiles. *num.* 124.

Modò non ex Gravamine *illato appareat*, eam esse injustam, gravemque appellandi Causam suppetere. *num.* 125.

CON-

CONSILIUM QUADRAGESIMUM SECUNDUM.

SUMMARIA.

DE Pactis Familiæ inter immediatos Imperii Nobiles, *utrum illa*, in dubio, in ſcriptis celebrata *præſumi debeant*, *& ob* deficientem unius Paciſcentium Subſcriptionem, *itemque* Omnium Subſignatinem, *pro* nullis *habenda ſint?*

Recenſetur Facti Species.

Quæſtio Prima *hic enucleanda. num. 12.*

Cui nonnulla Rationes dubitandi *ſubjunguntur. usque ad num. 20.*

Exhibentur adhuc aliæ novem Quæſtiones hîc pariter reſolvendæ, à num. 20. usque ad num. 30.

Utrum Pactum Q. ratione futuræ Succeſſionis, in favorem Maſculorum, *in illo conventæ, itemque ratione* Acquiſitorum, *& nobilium* Filiarum Dotationis, *pro* Pacto Familiæ *haberi debeat?*

An Pactum Familiæ *pro* valido *habendum, licet* nullum *ſuper illo* Inſtrumentum *confectum, vel hoc* minùs ſolenniter confectum *ſit*; *modò* aliundè probari *valeat? num. 33.*

Scriptura *nec ad* Majoratûs, *vel* Primogenii inſtitutionem *præcisè requiritur. num. 34.*

Scriptura *ad* nullius negotii ſubſtantiam *neceſſaria eſt, niſi hoc* nominatim in Jure ſit cautum. *num. 35.*

In dubio *præſumitur*, Scripturam publicam, Sigilla, *& alias* Solennitates *ſaltem* facilioris Probationis, *&* majoris *negotii* Securitatis *cauſa interveniſſe. num. 36.*

In ambiguo Partes actum ſolo Conſenſu, *ſine* Scripturæ ſolennitate, perficere voluiſſe *intelligi debent. num. 37.*

An ex eo diverſum *colligere liceat, quòd ea, quæ inter Paciſcentes* conventa, ipſis hoc accurantibus, *in* certum Libellum *fuerint* relata? *num. 38.*

Ad hoc, ut Scriptura, *& vel* publico Notarii, *vel ipſorum* Paciſcentium propria manu & Sigillis roborata Scriptura, ad validitatem *Contractûs, vel Pacti*, præcisè neceſſaria *intelligatur*, liquidò declarata *ipſarummet Partium* Voluntas *requiritur. num. 40.*

Qualis mentis declaratio *ad hoc requiratur? num. 42.*

Reciprocum *&* perpetuum Familiæ Fideicommiſſum, *inter* omnes paciſcentes Fratres *conventum, in* Scripturam *redactum, ob* defectum natu maximi Fratris Subſcriptionis & Subſignationis, *vix poteſt ſubſiſtere. num. 43.*

Utrum Filiæ hunc defectum, *tanquàm* ex Tertii jure *pendentem*, objicere *valeant? num. 45.*

Jus Tertii *nec per modum* Actionis, *nec* Exceptionis, *in judicium, à quoquam deduci poteſt. num. 47.*

Quilibet proprio jure *niti, & ex eo ſuas* petitiones, *vel* defenſiones *formare debet. num. 48.*

Jus Tertii allegare *nihil aliud eſt, quàm* plumis alienis ſe tegere *velle. num. 49.*

Pacta illuſtrium Familiarum *an* Cæſarcâ *indigeant* confirmatione? *num. 50.*

In specie Pacta *Principum vel Comitum* Confraternitatis? *num. 51.*

Negativa *sententia quoad* Pacta Familiæ in genere *spectata*, verior *est*, & receptior. *num. 52.*

Præterquàm quatenùs de ipsius Imperii interesse & Feudis *quæstio est. num. 52. & seq.*

Ex Imperiali *tamen* Confirmatione *hujusmodi Pacta* magis convalidantur. *num. 54.*

Talem Confirmationem non præcisè requiri, *ultima* Ferdinandina, & Leopoldina *docet* Capitulatio. *num. 55.*

Adducitur Præjudicium *Facultatis Juridicæ Tubingensis. num. 58.*

In Pactis Confraternitatum *quid quoad hoc Punctum obtineat? Q. n. 59.*

Cæsarea Confirmatio *tantùm in* Feudis Imperialibus *in alios* transferendis *necessaria est. num. 60.*

An constitutio perpetui Familiæ Fideicommissi *etiam* Fœminarum eo tempore viventium, *eo quòd de ipsarum præjudicio agatur*, consensu indigeat? *num. 61. & seq.*

In bonis Patris adhuc viventis Liberis nullum Jus *competit. num. 62.*

Licet Domini illorum, adhuc vivis Parentibus, *ab ipsis Libus esse dicantur. num. 63.*

Liberos in bonis vivorum *Parentum* Jus, Jure Naturæ, Gg. & Civili quæsitum *habere*, *pronunciat Brunnemannus. num. 64.*

Hoc Jus ad plurimos Juris effectus Liberis prodesse *remissivè ostenditur. num. 65.*

Illud interimisticum, *quoadusque nimirum Parentes vivunt*, Liberorum Dominium *non* reale & verum; *sed* fictum *duntaxat &* interpretativum, *sive* intellectuale Dominium est. *num. 66.*

Reprobatur contraria *aliorum sententia. num. 67.*

Sicut nulla Viventis hæreditas *est*, *sic nec* Liberi *duorum*, *adhuc* viventium, *Parentum* hæredes *esse*, *vel* Jus in bonis illorum quæsitum *habere possunt. num. 69.*

Utrum in Pacto, de quo hic Q. Conditores ejusdem etiam omnium suarum & futurarum Uxorum Bona, dotalia & paraphernalia, nexu Fideicommissi familiaris devincire voluerint? *num. 70.*

Deciditur, quòd, quamvis suo Pacto & illa complecti voluerint; *non tamen* valuerint. *num. 72.*

Sed, ob talem defectum, *Pactum fideicommissarium*, quoad propria ipsorum Paciscentium Bona, *tanquàm* utile *& validum*; *non redditur* inutile. *num. 73.*

Utile per inutile nullatenùs vitiari *ostenditur exemplo* Stipulationis unius Rei, & Promissionis duarum *Rerum. num. 74.*

Testamenti *à Patre, jure privilegiario* inter Liberos *conditi*, & admixtæ Personæ alicujus extraneæ. *num. 76.*

Contractuum, *quando etiam* de uno eodemque capitulo *quæritur*, *modò* res *sit* dividua. *num. 77.*

Libelli, duobus constantis capitibus, *quorum alterum* aptum, *per alterum* ineptum, *pariter haud* vitiatur. *num. 78.*

Pluriumque aliorum *in* omnibus Juris partibus *obviorum Exemplorum*, *remissivè adductorum. num. 78. & seq.*

Modicitas Dotium, *& quòd*, unô saltem annô *ante Pacti familiæ ordinationem*, Quadruplô amplior Dos *conventa fuerit*, *illius valorem destruere* nequit. *num. 81.*

Non facilè Dos, quam Filiæ Pater pro congruâ *reputat*, aliis incongrua *videri debet. num. 82.*

Pater optimum consilium *pro sua Filia suscipere creditur. num. 83.*

Repro-

Reprobatur illorum Interppr. sententia, qui juratas *illustrium & nobilium* Filiarum Renunciationes, *itemque* Statuta Fœminarum exclusiva, *tùm demùm, si* Dos, in Quantitate, Legitimam exæquans *ipsis præstetur, valere pronunciant. num. 84. & seqq.*

Statutum *disponens,* quòd Filia excluſa, arbitrio Propinquorum, dotari debeat, *quomodò exaudiendum? num. 85.*

Statuta Legitimam, *ob* juſtam cauſam, *& in specie ob* illuſtrium Familiarum conſervationem tollentia, *& exclusis Filiabus, in suæ Legitimæ compensationem,* Alimenta, *vel* Dotem, *vel quid* ſimile aſſignantia, *censentur* valida. *num. 86.*

Etiamſi Alimenta, Dos, *vel aliud, Exclusis, per Statutum reservatum* Quantitati Legitimæ haud æquipolleat. *num. 87.*

Sufficit, *Filiam excluſam* dotari ſecundum Patriæ Conſuetudinem. *num. 88.*

Legitima, *quoad sui* Determinationem, *est* Juris Civilis *& merè positivi. num. 89.*

Et dehinc per Statuta *tùm* univerſalia, *tùm &* certæ Familiæ, *benè* mutari *queunt. num. 90.*

Modò ista Mutatio *non sit* nimis enormis *& excessiva. num. 91.*

Filiabus per Statutum gentilitium excluſis non debetur Legitima. *num. 92.*

Contraria *Vulteji & aliorum sententia* communiſſimè rejicitur. *n. 93.*

Dos in locum Legitimæ *tantùm* reſpectivè ſuccedere *dicitur, & propriè loquendo non est legitima. num. 94.*

In Suevia *Dotes* nobilium *Filiarum plerumque* duorum *saltem* millium *sunt, &* rarò quater mille *florenos excedunt. num. 95.*

Pactum, ex eo, rectè validum *judicatur, quòd* omnes ſubſecutæ Diviſiones eidem conformiter *fuerint factæ. num. 96.*

In illis, quæ tendunt ad Animi declarationem, plus *est*, Facto, *quàm* Verbo, *voluntatem declarari. num. 97.*

Licet Partes contrahentes Notarium ad Contractum vocari juſſerint; *ſi tamen* ad ulteriora proceſſerint, *& ad ipsam* rei venditæ traditionem, *tunc contractum* pro perfecto *habuisse censentur, &* Inſtrumentum *tantùm* probationis cauſa *confectum intelligitur. num. 98.*

Sequuntur, post has Rationes dubitandi, decidendi Rationes. *num. 99.*

Pactum Familiæ, *de quo hîc Q.* nullum *pronunciatur. num. 99.*

Pactum hoc, *ratione* Objecti, ſummè arduum & maximi momenti *esse, specificè ostenditur. num. 100. & seqq.*

Ratione Subjecti *per id, tanquàm* perpetuum Familiæ Statutum, tota liberæ Imperii Nobilitatis Familia conſtringi *debuit. num. 104.*

Negotia, quæ inter Principes *geruntur, Pacta videlicet, Transactiones, Confraternitates, aliaq; quamplurima, juxta quotidianam* Praxin, *non aliter, quàm* in ſcriptis, celebrari *consuevit. num. 105.*

Principes *etiam* ſine ſcriptis *validas conventiones inire possunt. num. 106.*

Sed, in causis præcipuè magni momenti, *non alia* Forma, *aut Via* ab ipſis electa *censetur, quàm* in ſcriptis *contrahendi. num. 107.*

Eademq; Consuetudo etiam ad valdè arduos Contractus *&* Pacta aliarum illuſtrium Familiarum *&* iñediatorum Imperii Nobilium *jure porrigitur. n. 107.*

Nobiles immediatè *Imperio subjecti* non privatæ *sunt* perſonæ; *sed* publicis *rectè annumerantur. num. 108.*

Habent enim Jura Principum, *iisdemq;, quibus* ſumi Imperii Status, *privilegiis & juribus notoriè gaudent. num. 109.*

DDres ſucceſſoriis *&* aliis liberorum Nobilium Pactis eadem jura *accommodant, quæ alii* circa Principum contractus *statuminant. num. 110.*

Eandem doctrinam etiam Pacto, *ab ejusmodi Nobilibus jurisdictionem habentibus*, de Feudo in unum ex Agnatis, vel Filiis transferendo, *intto accommodat Betsius. num. 111.*

Statuta & Pacta Familiarum, *ad hoc*, ut omnes Hæredes obligent, *non aliter, quàm* scripto, *debere confici, idem Betsius pronunciat. num. 112.*

Eademq; de Potentum *&* Baronum Conventionibus, plura capita complectentibus, *jam suâ ætate tradidit Paulus de Castro, quem alii sequuntur. num. 113. & seq.*

Etiam inter Privatos *initæ Conventiones, si* præcisè in scriptis contrahere voluerint, *tùm demùm subsistunt, si illæ* per omnium transigentium, paciscentium, vel contrahentium Subscriptionem atque Subsignationem, *suam ultimam* perfectionem *acceperint. num. 115. & seq.*

Quicquid, quoad Privatorum Contractus *& Pacta*, specialis *ipsorum* Conventio *operatur, idem circa tùm* Principum, *&* similium Procerum, *tum &* immediatorum Imperii Nobilium *Contractus & Pacta, magni ponderis & momenti, operatur* Consuetudo. *num. 117. & seq.*

In hujusmodi casibus si aliquis contrahentium, priusquàm Instrumentum ei prælegeretur, decesserit, *Contractus non obligat. num. 120.*

Eandem doctrinam etiam Pactô, *quô* quinque nobiles Fratres paterna Feuda inter se divisérunt, *adjectâ hâc lege, quòd*, si Feuda divisa ab alterutrô Fratrum alienentur, illa uni ex cæteris, eodem pretio, quô fuére æstimata, vendi & quasi restitui debeant, *applicat Cothmannus. num. 122.*

Nobiles Observantiæ & Moribus inter ipsos obtinentibus se conformare voluisse censendi. *num. 123.*

Hanc Observantiæ inter Nobiles vigentis sollicitam custodiam *Nobilibus enixè commendat Creidenmannus. num. 124.*

Pactum *nobilis Familiæ, de quo hic Qr.* nullum *pronunciatur. num. 125.*

Defectus primogeniti Fratris Sigilli & Manûs *totum Pactum Q. omninò annullat. num. 126.*

In negotiis, quæ Plures, ut singulos concernunt, Omnes, indè obligandi, subscribere tenentur. num. 127.

Instrumentum privatum *fidem non facit, nisi* quatenùs subscriptum *reperitur* à Partibus. *num. 128.*

Secunda Nullitas *hujus Pacti hæc est, quòd* reliqui Fratres *illud quidem* subscripserint; *sed* sua Sigilla non apposuerint. *num. 129.*

Sigilla in vim Voluntatis, Consensûs, *atque* Perfectionis, *apponi solent. num. 130.*

Actusque celebrati Perfectionem *sive Absolutionem operantur & constituunt. num. 131.*

Scriptura, *in quam* magni ponderis negotium, *inter* illustres personas *celebratum, relatum est, ob* intermissam usitatam Sigillorum impressionem, *pro* nudo Concepto, *& non obligatoriâ* Punctatione *habetur. num. 133.*

Ex eo, quod consuetum, *cujuslibet* negotii interpretatio *justissimè petitur. num. 134.*

Ex consuetis *& solitis fortissima &* optima Præsumptio *nascitur. n. 136.*

Talis præsumptio onus probandi in Adversarium, *ut quælibet Juris præsumptio, rejicit. num. 137.*

Scripturam, de qua in proposito Qr. nihil aliud, quàm simplicem, nedùm obligatoriam, Punctationem *fuisse, ex illius* Exordio, *&* Epilogo *ostenditur. num. 138.*

Hæc primordialia *præsentis Pacti verba:* **Zuwissen sey mit disem gegenwärttigen** Libell, *sive ullâ* Causarum, *ad* reciprocum, perpetuum, *atque* universale Familiæ Fideicommissum *condendum commoventium, & quæ plura hus similia in hujusmodi Pactis præmitti solent, commemoratione, ceu nimis curta at-*

ta atque inusitata, non sinunt credere, quòd Scriptura quæstionis plus, quàm simplex Punctatio, *& primum Pacti adhuc perficiendi Conceptum, fuerit. n. 140.*

Dictio, Libellus, *nihil aliud denotat, quàm quodlibet* breve, pro re natâ, Scriptum. *num.* 140.

Et quando de Pactis & Contractibus *queritur, nihil aliud innuit, quàm* brevem & rudem delineationem Punctorum, de quibus inter Partes convénit; *qualem etiam* Notarii in suis Protocollis *conscribere solent. num.* 141.

Talis brevis Consignatio sive Punctatio à Notario *facta non priùs* obligatoria *est, quàm si desuper* solenne, *& omnibus numeris* absolutum Instrumentum *confectum fuerit. num.* 142.

Quid ad hoc requiratur, ut hujusmodi Instrumentum *dicatur* perfectum? *num.* 142.

In substrato non constat, an Punctatio quæstionis *à* Notario *publico, vel alterius Paciscentium* Officiali, *vel ab aliquo* Advocato *concepta fuerit? num.* 143.

Ad hoc, ut ejusmodi simplex Punctatio *sit* obligatoria, specialis Paciscentium requiritur Conventio. *num.* 145, *& seq.*

Punctatio *Q. tùm tali* specificâ conventione, *tùm &* Fratris primogeniti subscriptione, *atque* omnium Fratrum Sigillis *deficitur. num.* 147.

Quales Clausulæ, & Cautelæ *hujusmodi* Pactis *nobilium & illustrium Familiarum*, perpetui Familiæ Fideicommissi inductivis, communissimè & creberrimè adjici soleant? *num.* 149, *& seqq.*

Horum nihil omninò in Pacto Q. annexum videre est; *sed confestim* post Materiam *inter Partes conventam* Annus, Dies, & Locus, *quibus illud celebratum, simpliciter subnectitur. num.* 153.

Pacta Familiarum illustrium *non solent* in Simplo *tantùm exarari*; *sed plerumque* tot Exemplaria *conficiuntur*, quot *sunt* Personæ paciscentes. *num.* 154.

Veritas *se ità habere præsumitur, prout* frequenter & communiter accidit. *num.* 156.

Quod frequenter contingit, Lex ipsa præsumit. *num.* 157.

Ex Contractibus & Pactis in scriptis celebratis *nulla* Actio, *vel* Obligatio *nascitur, priusquàm* Scriptura, privata *vel* publica, omnibus numeris & punctis sit absoluta. *num.* 160.

Perfectio negotii *in ipsâ demùm ejus* Conclusione *&* ultimâ Clausulâ *consistere dicitur. num.* 163.

Ex tali Pacto, necdùm perfecto, nulla Executio *pratendi potest*; *sed ex eo quid petens* à limine Judicii confestim repellitur. *num.* 164.

Conditio, *sub qua talia Pacta ineuntur, est* merè voluntaria *sive potestativa, & proindè* nec ulla, *quamdiu hæc ipsa* Conditio pendet, obligatio ex illo pronasci *potest. num.* 165.

Quoadusque hæc ipsa Conditio pendet, *Paciscentium* cuilibet pœnitendi libertima licentia *competit. num.* 166.

Adferuntur hujus Regulæ Præjudicia, *&* Ampliationes *remissivè. n.* 167.

In omni negotio Consummatio *illius attendi debet*, quicquid anteà à Partibus dictum, *vel* factum *probari valeat. num.* 168.

Quamdiu aliquid agendum supereſt, nihil actum intelligitur. *n.* 169.

Imperfectum pro planè non facto *habetur. num.* 170.

In Pacto quæstionis non solùm acquisita; *sed &* omnia adhuc acquirenda Fratrum Bona, *imò etiam* omnia Uxoria Bona, *nexu* perpetui & reciproci Familiæ Fideicommissi *devincta censentur. num.* 171.

In talibus perpetuis *illustrium Familiarum* Fideicommissis, *cùm* variæ Leges & Conditiones *illis adjici soleant*, Scriptura, *ad minimum ex* necessi-

tate expedientiæ, *ne videlicet illorum* probatio *intercidat*, necessaria *reputatur. num.* 172. *& seq.*

Ad inducendum tale Fideicommissum omnium Fratrum Consensus necessarius est. *num.* 174.

In substrato de Fratris primogeniti Consensu *ex* Libello *quæstionis*, *ceu ab illo* non subscripto, *constare non potest. num.* 175.

Unô Fratrum, priusquàm etiam alius Frater suum consensum, *subscribendo*, *vel alio modo*, declaret, diem obeunte, alterius Consensus demùm postea sine effectu subsequitur. *num.* 177.

Post unius decessum omnium Fratrum Consensus non ampliùs coalescere potest. *num.* 178.

Si Frater, *qui non subscripsit*, *positivè declaret*, se ante plenariam Instrumenti, *super Pacto hoc Fideicommissario*, confectionem obligari noluisse, *tunc hoc Pactum tanto minùs pro obligatorio haberi potest. num.* 179.

Totus Finis & Effectus *Pacti*, *de quo hîc Qr. in* vicissitudinariâ *&* correspectivâ obligatione, *præcipuè ratione perpetui & reciproci Familiæ Fideicommissi*, *consistit*, *quod utique quoad* illum Fratrem, qui non etiam suis Bonis par onus imposuit, subsistere *nequit. num.* 180.

Et dehinc, *ex natura* correspectivæ Conventionis, *nec* cæteros Fratres *ullatenùs obligat. num.* 181.

Natura, *præprimis* talium, Fideicommissorum *est* individua. *num.* 182.

Correspectivorum *hæc constans natura est*, *ut*, unô illorum deficiente, etiam alterum deficiat. *num.* 183. *& seq.*

Actus correspectivi, *tùm* inter vivos, *tùm* mortis causa, *planè pro* uno eodemque *habentur. num.* 186.

Unus actus correspectivus quasi Pars est alterius, *sic*, *ut ambo* omninò individui *censeantur. num.* 186.

Nec diutiùs durat alterum correspectivum, quàm correspectivatum. *num.* 187.

Pactô quæstionis, *licet illud* valdè recens, *&* Dotium Filiabus præstandarum Quantitas *iliô* determinata *sit*, *planè insuper habitô*. Unus *ex ipsis Fratribus*, illius conditoribus, Decuplo ampliores duabus Filiabus Dotes constituit. *num.* 188.

Notabile hoc, *ceu toties* geminatum, Factum *apertissimo argumento est*, *quòd* Fratres hoc Pactum, *ceu in terminis* simplicis Punctationis relictum, *pro obligatorio nunquàm agnoverint. num.* 189.

Ex Dotium magnitudine Facultates Familiæ *valdè* exhauriuntur. *num.* 189.

In omnibus humanis dispositionibus illorum, qui ipsimet aliquid dixerunt, vel scripserunt, interpretationi modis omnibus standum. *num.* 192.

Extra & ultra talem interpretationem, *quæ* ab ipsismet Pacti conditoribus *profecta*, *seu* expressam, *seu* tacitam, nulla alia quærenda. *n.* 193.

Renunciatio Exceptionis Pacti de futura Successione Pactum de succedendo procul dubio præsupponit. *num.* 194.

Observantia, *vel* Non-observantia *cujusvis præcedentis Dispositionis certissima & optima* interpres *est*; *præsertim si illa* paulo pòst subsequuta. *n.* 196.

Verba dispositionis offendenda *sunt potiùs*, *quàm ut* à tali interpretatione, quam Facta demonstrant, recedi *debeat. num.* 197. *& seq.*

Pactum Familiæ non observatum *nullam meretur considerationem. num.* 199.

Non magis, *quàm* Lex *vel* publicum Statutum, *quod* moribus utentium non comprobatum. *num.* 200.

Per unicam *illorum*, qui Statutum condiderunt, Contraventionem *Statutum rursùs censetur* sublatum. *num.* 201.

Multis

Multo igitur magis hoc procedet in Pactis, *quæ* non tanti sunt roboris, ac publica Statuta. *num.* 201.

Respondetur ad primam & secundam *dubitandi rationem, quòd in dubio Scriptura* saltem Probationis causa *requiri censeatur. num.* 202.

Limitatio Regulæ, *quòd* ex Tertii jure nemo excipere, *vel* agere *valeat, adducitur remissivè. num.* 203.

Resp. ad tertiam *dubitandi rationem, quòd* Filia, ex jure & persona sui Patris, *qui cum cæteris suis Fratribus Pactum, de quo hîc Qr. condidit,* tanquam Hæres illius, *hujus Pacti nullitatem opponat justissimè. num.* 204.

Resp. ad IV. dubitandi Rationem, *quòd* Cæsarea Confirmatio *ad talis Pacti validitatem non requiratur. num.* 205. *& seqq.*

Resp. brevissimè ad V. VI. & VII. Rat. dubitandi. *num.* 208.

Resp. ad ultimam dubitandi Rationem, *quòd* Pacti Q. Nullitas, *& hoc, quòd* Fratres *illius Conditores paternorum* Bonorum in illo factam Divisionem *hactenùs* haud impugnârint, *non sint incompatibilia. num.* 209.

Licet Res *ex* contractu dominii translativo, in scriptis celebrato, tradita *fuerit*; *tamen* Titulus *ex tali contractu resultans* nondùm perfectus *est, & debinc nec* Dominium *in accipientem transisse dici potest. num.* 210.

Dicti Pacti conditores etiam Divisionem *in illo factam, ob totius Pacti nullitatem, si vel unus hoc urgeat, benè* tollere *possunt. num.* 211.

Venditio *quidem, per* subsecutam Traditionem, perfecta *redditur, licet Partes convenerint, quòd* Instrumentum desuper confici *debeat.* Limitatur *tamen hoc, si Contractus* plura *habeat* pacta & capitula, *& in curiis* Potentum & Baronum, *&c. num.* 212. *& seq.*

Tametsi Fratres, *paternorum bonorum* divisionem *in Pacto ineuntes, insimulq; perpetuum, idemq; reciprocum* Fideicommissum *istis Bonis imponentes,* ipsi Divisioni in se spectatæ acquiescere velint; *ex hoc tamen* talis Pacti, *in* Fideicommissi *ordinatione commissa* Nullitas haudquaquàm corrigitur, *nec* Jus *exindè unicuiq; Fratrum, ejusq; Hæredibus* quæsitum adimitur. *num.* 214.

Evolutio Secundæ *hîc propositæ* Quæstionis. *num.* 215.

Si Fideicommissum, *de quo hîc Qr.* validè conditum *esset, tunc ab ejus conditoribus pronatæ* Filiæ omnes *perpetuò, etiam* non factâ *Successionis* Renunciatione, exclusæ *mansissent. num.* 216.

Filia, *nec per* Familiæ Statutum, *aut* Pactum, *nec per* propriam Renunciationem exclusa, *à Jure Communi, ad* æqualem cum Fratribus successionem *vocatur. num.* 217.

Ad Consuetudinis, *quòd Filiæ nobiles* pro ipso jure renunciatis *haberi debeant,* probationem *non sufficit, doceri, quòd* plures ejusdem Familiæ Filiæ ultrò & sponte renunciaverint. *num.* 218.

Actus merè voluntarii, *& à libero cujusvis arbitrio pendentes, ad* introductionem Consuetudinis *haud sufficiunt. num.* 219.

Renunciationes *illustrium Filiarum, regulariter,* non præcisæ sunt necessitatis; *sed à libero illarum arbitrio pendent. num.* 221.

Idq; tùm ratione ipsius Objecti, *an soli Paternæ, vel an etiam Maternæ, itemq; Fraternis Successionibus? tùm etiam* Subjecti, *in quorum gratiam & utilitatem, an omnium Agnatorum, an verò tantùm suorum Fratrum, & an omnium, vel quorundam, vel unius tantùm? tùm & maximè ratione futuri* Casûs, *in Quem sibi Regressum ad renunciatas Successiones salvum & reservatum velint? num.* 221.

Tale Statutum, *vel* Consuetudo, *quòd* Filiæ illustres pro ipso jure renunciatis haberi debeant, *demonstrari non potest. num.* 222.

Adferuntur gravissima testimonia, *de hoc,* Christophori Besoldi, Kelsenbenzii, Meichsneri, *pluriumq; Aliorum. num.* 223. *& seqq.*

Tale

Tale Statutum, *vel* Consuetudo *benè* condi, *vel* introduci posse. *Probatur* exemplo Comitum de Bitsel, & Dominorum de Rapolstein. *n.* 226.

Adducitur consimilis Austriæ Consuetudo. *num.* 227.

Pro non-existentia talis Statuti, *vel Consuetudinis universalis allegatur novissimum* Imperialis Aulici Judicii Præjudicium. *num.* 229.

Ad probationem hujusmodi Consuetudinis quæ requirantur? *n.* 230.

Talem Consuetudinem in Franconia & circumjacentibus Locis *vigere, autor est Everhardus. num.* 231.

Rationibus Everhardi respondetur *ex Besoldi Thesauro practico. num.* 233. *& seqq.*

Frequens Renunciationum Usus *prætensam hujusmodi* Consuetudinem generalem *magis* destruit, *quàm stabilit. num.* 238.

Ad contrariæ Veritatis probationem collaudatur Ordinatio Dicasterialis Würtembergica. *num.* 239.

Ab Everhardo assertam Franconiæ Consuetudinem *graviter* reprobat Mynsingerus. *num.* 240.

Adductis quamplurimis notoriis Casibus, *quibus* Filiæ *nobiles*, *una cum suis Fratribus*, ad æqualem successionem *fuére admissæ. num.* 244.

Applicantur *hæc omnia* Casui proposito. *num.* 245.

Talis Renunciatio est libera Filiæ, in Fratrum, vel Agnatorum beneficium facta, renunciatio. *num.* 246.

Filiæ consensu deficiente *nulla renunciatio validè fieri potest. num.* 247.

Resolutio Tertiæ Quæstionis. *num.* 248.

Filia, ex æquo, cum Fratre *succedens*, *ex* omnibus Patris allodialibus *rectè petit* Semissem, & Dotem *ab illo acceptam Fratri* confert. *num.* 250.

Quanta Dos Filiæ, *in casu proposito, ex paterna substantia*, si Pactum Fideicommissi inductivum pro valido habendum foret, *exolvi debeat? n.* 252. *& seqq.*

De Suevicæ Nobilitatis Statuto, *Fœminarum, quoad Stemma Masculinum duraverit, totaliter exclusivo*, Anno 1653. concepto, *quid quoad* illarum Dotationem *supremum Imperiale Aulicum Tribunal senserit? num.* 255.

Quarta Quæstio de Nominibus, Vino, Frugibus, Pecudibus, aliisque similibus Allodialibus, quousque Filia in illis succedat? *num.* 257. *& seqq.*

Utrum Filiæ ad hoc, ut in specie etiam Maternæ Successioni *renuncient*, invitæ compelli *queant? num.* 262.

Hoc etiam ab illis, qui Hodiè Filias illustres & nobiles ad renunciandum obstrictas adstruunt, tùm demùm asseritur, si Mater *talis Filiæ* etiam suæ Successionis renunciationem ei, per Testamentum, vel aliter, injunxerit. *num.* 262. *& seqq.*

Utrum Filia, ad Maternam Successionem admissa, *acceptam* Dotem, *pro* dimidia, *vel* totam, *vel* nihil, *hoc nomine*, *in hanc hæreditatem* conferre *teneatur? num.* 265.

An Pater *etiam* Filiam locupletem dotare *teneatur? num.* 267.

Affirmativam *magno numero DDres propugnant*, *sic*, *ut illam* communem *appellet Carpzovius. num.* 268. *& seq.*

Negativam *plures alii longè rectiùs propugnant*, *ex* Rationibus *adductis. num.* 271. *& seq.*

Si Pater nominatim de bonis maternis *congruam Dotem suæ Filiæ constituat*, *ipse* nihil de suo *ei dare tenetur. num.* 273.

Quando Pater suæ Filiæ, Materna, vel alia bona habenti, *generaliter & simpliciter* Dotem constituit, *tunc illam* de suis, *& non de Filiæ propriis bonis constituere intelligitur. num.* 274.

Hanc

Hanc præsumptionem nonnulli DDres pro præsumptione juris & de jure *habendam contendunt. num.* 274.

Si Pater expresse de paternis & maternis bonis *Dotem constituat, tunc* Copulativa disjunctivè *accipitur, ac si* Dos principaliter de solis paternis, *& demùm* in subsidium, *si hæc non sufficiant*, ex Filiæ Maternis *constituta fuisset. num.* 278.

Laudatur de hoc Judicatum Camerale. *num.* 279.

Applicantur *hæc jura* Casui proposito. *num.* 280.

Sistitur brevis resolutio Quintæ Quæstionis. *num.* 281.

Et Sextæ, *num.* 283. *cum seqq.*

Adspergunntur nonnulla de Dotis reali, & quasi reali Collatione. *n.* 285.

Quæstio Septima, *& Octava. num.* 289. *& seqq.*

In Casu proposito dimidia Pars Maternæ Dotis *debetur* Filiæ. *num.* 291.

Demonstratur hæc decisio ex Pactis dotalibus *Dominæ Matris. num.* 292.

In Pactis dotalibus, *in modum* Contractûs, *vel* supremæ Voluntatis *ordinatis*, nostris Moribus, *etiam* Hæreditas *deferri potest. num.* 294.

Sive de ipsorummet paciscentium Conjugum successione *caveatur, quomodò scilicet* Ipsi sibi invicem succedere *debeant. num.* 295.

Sive de paciscentis Patris *aut* Matris Successione *provisio fiat. n.* 297.

Hujusmodi Pacta, *licet* Jure Romano *sint* reprobata; *tamen* Hodiè; *etiam* irrevocabiliter, *valent. num.* 298. *& seq.*

Actum aliquem gerentes, personam illius, cujus Bona administrant; concernentem, *id, quod promittunt, expendunt vel solvunt*, ex illius patrimonio *omnia facere tensentur. num.* 301.

Hæc Regula in Patre, legitimo Maternorum administratore, Filiæ Dotem promittente, *nullum locum sortitur. num.* 302.

Etiam in Patre, adventitia *sui Filii administrante, si* pro illo quid solvat, *non donandi; sed* credendi & repetendi animus *præsumitur. num.* 303.

Verùm aliud in Dotis promissione, *singulari* favore Dotium, *obtinet. num.* 304.

Licet Pater, Dotem Filiæ simpliciter *constituens*, ex postfacto protestetur, *quòd eandem* de Filiæ Maternis *constituerit*, & hanc protestationem ejus Gener agnoscat; *nihilominùs dispositio* Legis ult. Cod. de dot. promiss. *locum sortitur. num.* 305.

Exhibetur resolutio Nonæ Quæstionis. *num.* 306.

Prædium *à Patre, ad dotandum obstricto*, simpliciter traditum, *potiùs* ex Dotis, *quàm* donationis simplicis causâ, *traditum præsumitur. num.* 309.

Simplex traditio, *etiam* à Patre *Filio facta, potiùs* solius custodiæ causa, *quàm animo* donandi, *intelligitur facta. num.* 310.

Pater *ad Filiam* dotandam *obstrictus, etiam Filiæ quid* legans, *hoc ipsum legatum* animo compensandi *reliquisse præsumitur. num.* 311.

Sequitur ultima Quæstio *de* Usuris dotalibus. *num.* 312. *& seqq.*

Ratione paternæ, *itemq;* maternæ Hæreditatis, *quoadusque Pater vixit, nulla Usuræ prætendi possunt. num.* 313. *& seq.*

Virum Filiæ, pro Dote *sibi præstandæ*, Usuras *demùm ex eo tempore, ex quo aliqua* Dotis promissio *ei facta, vel planè demùm, ex quo* Terminus promissæ Dotis numerationi præstitutus elapsus *est, an verò confestim* ex tempore matrimonii à Filia contracti, *prætendere valeat? plenissimè exequitur* Johannes Petrus Fontanella, *in loco relato. num.* 319.

Diversum *quoad hæc sentire videtur* Martinus Colerus. *num.* 320.

Quando Dos non est liquida, *neque certum*, quid & quantum, *loco Dotis, debeatur?* interesse non priùs, quàm demùm à tempore Liquidationis, *prætendi valere, decidit supremus Cathaloniæ Senatus. num.* 321.

FACTI SPECIES.

Hat weyland Herr Willibald Freyherr von Greiffenstein / dessen Güther theils unter der Schwäbischen / meistentheils aber unter der Ober-Rheinischen Ritterschafft gelegen / Anno 1688. mit seinen Herrn Brüdern / eine Brüderliche vertheilung schrifftlich auffgerichtet; nach innhalt der Beylag sub Num. 1. warinnen Sie zugleich ratione futuræ Successionis, deren künfftigen Acquisitorum, und Außsteurung der Töchtere / gewisse Pacta
2 miteinfliessen lassen. Erstermeldter Herr Willibald von Greiffenstein hat zwey Weiber gehabt; mit deren Ersten / so eine gebohrne von Osterburg gewesen / Er einen Sohn und eine Tochter / so noch beyde am leben; mit der letzten aber keine kinder er-
3 zeuget hat. Im Jahr 1699. verheurathet sich die Tochter / mit Consens des Herrn Vatters / an einen von ihrem stand / namlich Eberhard von Kamphusen; zwischen welchen niemahlen einige Pacta dotalia auffgerichtet / noch auch einiger Verzieg
4 an dieselbe begehrt worden. Immittelst hat sie von ihrem Herrn Vatter nach der Hochzeit bekommen / was in der Beylaage
5 sub Num. 2. enthalten. Wabey zubemerckhen / daß alles in solcher Beylaag specificirte an Beschmuckh / Silber / und Mobilien / ein Theil von ihrem Mütterlichen Guth / nach innhalt der Beylaag sub Nu-
6 mero 3. gewesen. Im Jahr 1700. transferirt der Herr Vatter auf seinen Herrn Tochtermann ein vor N. N. ligendes Güthlein / welches Er vor 300. Reichsthaler erkaufft / in abschlag des Heurath-Guths; di-
7 ses Güthlein ist ein Chur-Maynzisches Mannlehen / und ist dessen übertragung in solcher qualität / von Sr. Chur-Fürstlichen Gnaden zu Maynz gnädigst placidirt wor-
8 den. Anno 1702. stirbt Herr Willibald von Greiffenstein ab intestato, hinterläst an ligenden Güthern / Activ-Schulden / Früchten / und andern Mobilien / ein zimmliches; inmassen die Beylaag sub Num. 4. in meh-
9 rerem ausweist: Und dieweil sich auch zerschiedene passiva gefunden / so seynd / zu derer nothwendigsten abtilgung / die vorhandey-gewesene Früchten / Silber und Mobilien
10 employirt worden. Nach dem tod weyland Herrn Willibald von Greiffenstein haben seine Herrn Brüdere der vormundschafft über desselben hinterlassenen minderjährigen Sohn sich unterzogen; die Administration aber der samptlichen Güther dem Herrn Schwiger-Sohn auffgetragen; welcher solche ad interim auff sich genommen.

Uber dise Facti Speciem nun wird nach- 11
stehender Quæstionum Decisio verlanget.

Quæstio I.

Ob die zwischen den vier Greiffensteinischen Herrn Brüdern / in dem sub Num. 1. befindlichen Theilungs-Recess, auffgerichtete Pacta, ratione Successionis, Acquisitorum, und Außsteurung der Töchtere / als Pacta Familiæ, zuagnosciren / und vor gültig zuachten? 12

Wabey zubetrachten / daß

1. Der älteste Herr Bruder / Erhard / 13
angeregten Recess nicht mitunterschriben / unerachtet auch Seiner in demselben gedacht wird / daß Er solchen mit auffrichten geholffen:

2. Daß das Original mit keines der 14
samptlichen Herrn Paciscenten Pettschafft corroborirt / und dahero mehr vor ein Concept, alß ein endlich geschlossenes Pactum zuhalten / bevorab da es auch nur als ein Concept in simplo verfasset und auffgesetzt worden:

3. Daß der jüngste Herr Bruder / bey 15
verheurathung zweyer Töchtere / besagte Pacta nicht in obacht genommen; sondern einer Jeden Tochter / da Er doch deren Sechse im leben hat / 4000. fl. pro dote gegeben;

4. Ist des Herrn Wilibalds hinterlas- 16
sene Tochter / Anno 1688. da namlich dise Pacta errichtet worden / schon im leben gewesen / und hat mithin ein jus jam illo tempore quæsitum gehabt;

5. Seynd dise Pacta weder von Ihro 17
Käyserl. Majestät noch von Einem der höchsten Reichs-Gerichte confirmirt worden.

6. Haben die Herrn Brüdere auch über 18
ihrer Weiber haabe und Güther zugleich mitdisponirt / da doch dieselbe damahlen noch samptlich im leben gewesen / und darein weder consentirt / noch Selbst mitdisponirt.

So dann ist / vor das Sibende / ein solch 19
geringes Heurath-Guth / als damahlen paciscirt worden / vorhero niemahlen bey ihrer Familie üblich gewesen; allermassen die in his Pactis bemeldte Tochter / Clara Anastasia, nur ein einiges Jahr zuvor / von eben disen vier pacisirten Herrn Brüdern 8726. Gulden bekommen hat.

Quæ-

Quæstio II.

20 Ob die Frau von Kamphusen berechtiget sey die von ihrem Hn. Vatter hinterlassene ligende Güther/ so viel nemlich das Allodium oder Aigenthumb betrifft/ mitanzusprechen/ oder ob Sie pro renunciata zuhalten/ und also an denen ligenden Güthern nichts prætendiren könne?

Quæstio III.

21 Ob Sie Frau von Kamphusen gehalten sey nach angeregten Pactis sich mit einer geringen Dote abspeisen zulassen/ oder ob Sie eine grössere Dotem, ratione Legitimæ, prætendiren könne? angesehen nur ein Sohn und eine Tochter vorhanden / und ihr Herr Vatter niemahlen eine Quittung / wegen bezahlten Heurath-Guths / prætendirt / oder bekommen / auch die 1500. Gulden und das Güthlein nur in abschlag angenommen / und noch niemahlen etwas gewisses constituirt worden?

Quæstio IV.

22 Ob Sie Frau Tochter mit recht die halbscheid von denen hinterlassenen Mobilien / Früchten / Activ-Schulden / Wein / Vieh / und dergleichen Allodialien prætendiren könne oder nicht?

Quæstio V.

23 Ob Dieselbe nicht berechtiget / dasjenige / so ihr Herr Vatter von einer seiner Baasen per Testamentum geerbt / und in summa alle allodialia anzusprechen?

Quæstio VI.

24 Ob Sie Frau von Kamphusen nicht fug und recht habe eine bey denen von Adel gewöhnliche Außsteur an Mobilien / Geschmuckh / und Haußrath zuprætendiren / weil Sie an dergleichen sachen nicht das allergeringste Stückh bekommen?

Quæstio VII.

Ob man nicht schuldig sey / Ihr der Frauen von Kamphusen das jenige / so Ihr an Mütterlichem Geschmuckh/Silber und Mobilien fehlt/ wider zuersetzen? 25

Quæstio VIII.

Ob und wie viel die Frau Tochter von dem eingebrachten mütterlichen Heurath-Guth zuprætendiren? 26

Quæstio IX.

Ob Sie Frau Tochter schuldig sey / das jenige Güthlein / so ihr Herr Vatter auff ihren Eheherrn transferirt / in abschlag Dotis anzunehmen / angesehen es ein Mannlehen ist / und Sie also leichtlich gefährdet werden könte; oder ob solches vor ein Geschenckh zuhalten? In betrachtung / daß solches niemahls angeschlagen worden; sondern schlechter dinge / und ohne benennung der ursach/ an den Herrn von Kamphusen dahin gegeben worden? 27 28

Quæstio X.

Ob die Frau Tochter / mit Recht/ von dem Ihr noch schuldigen Heurath-Guth / auch Vätterlichen und Mütterlichen Erbschafft / die Pensiones, von zeit ihrer verheurathung / und des Herrn Vatters Tod / zufordern habe? 29

I. N. D. N. J. C.

Als nun über præmittirte unterschiedliche Quæstiones wir subsignirte / zur Juristen Facultät / bey der Fürstl. Würtembergischen Universität Tübingen / verordnete Decanus und andere Doctores, unsere rechtliche gedancken / mit nothdürfftiger anführung der fürnehmsten Rationum, zueröffnen gebührend ersuchet worden / haben wir / zubeobachtung unserer schwehren amptspflichten/ alles fleissig und cufferig zuerwägen nicht ermanglet / und nachstehender Rechtsschlüsse/ wie bey jeder Quæstion absonderlich angemerckht 30

merckht/miteinander uns vereinbaret. So viel nun allerförderiſt concernirt diſe

Erſte / als die Haupt-Quæſtion:

31 **Ob die zwiſchen den vier Greiffenſteiniſchen Herrn Gebrüdern/ in dem** ſub Num. 1. **befindlichen Theilungs-**Receſs, **aufgerichtete** Pacta, ratione Succeſſionis, Acquiſitorum, **und Außſteurung der Töchtere / als** Pacta Familiæ, **zu**agnoſciren/ **und vor gültig zuachten?**

32 ſo hat es zwar wohl erſten aublickhs das anſehen / alß ob ſelbige ſchlechter dinge mit Ja zubeantworten / indeme das alles / was die ſamptliche Herrn Brüdere / ratione ſo wohl des Herrn Vatters Beerbung / als auch deſſen/ von Ihnen / auff allen ihren Güthern angeordneten perpetui Fideicommiſſi Familiæ, Außſchlieſſung der Töchtere / als lange ein maſculus Agnatus vorhanden / und hingegen ihrer Etands-gemäſſer Dotation / und was Sie noch weiters unter ſich abgehandlet / in einen vollſtändigen / und von allen vier Brüdern abſolutè & ſimpliciter angenommenen Schluß / auch / ad tanto meliorem horum probationem, zu papier gebracht worden.

33 Quod verò hujuſmodi Pacta Familiæ pro firmis & validis haberi oporteat, licet nullum Inſtrumentum ſuper illis confectum, vel confectum quidem ſit; verùm minùs ſolenniter; modò illa aliundè probari valeant, vix
34 videtur dubitandum: Tùm ex eo, quòd nec ad Majoratûs, vel Primogenii inſtitutionem Scriptura præcisè neceſſaria cenſeatur;

Ludov. Molina, de *Hiſpan. primogen. lib. 2. cap. 8. num. 1. & ſeqq. ibique*, poſt plures, Ludovicus Didacus de Lima, in *addition.*

Utrum idem obtineat in Testamento nuncupativo, *ità, ut illud quidem* præsentibus VII. testibus ordinari oporteat; *sed hôc modô ordinatum* per duos *duntaxat* Testes probari sufficiat? *num. 110. & sqq.*

Adducitur sententia Viglii, Cottæ, Mascardi, Brunnemanni, Mevii *de casu Testamenti* solenniter conditi; *sed* posteà deperditi. *num. 111. 112. 113.*

Sententia Carpzovii *de casu, quo* super Testamento nuncupativo *à Notario confectum* publicum Instrumentum posteà deperditum. *num. 114.*

Generaliùs concepta sententia Dn. Samuelis Strykii, *& quorundam aliorum. num. 116.*

Urgetur *Confessio Hæredis* in casu intestati successuri, quòd Testamentum, *in casu proposito*, reverà sit conditum. *num. 117.*

Inter Modos defunctorum Testamenta salvandi *à multis refertur* Confessio legitimi *sive ab intestato successuri* Hæredis. *num. 118.*

Dispicitur, *an* in ordinatione Testamenti quæstionis septenarius Testium Numerus simùl adfuerit? *num. 119. & sqq.*

Quando Hæres legitimus Testamentum ordinatum fuisse fatetur; *sed* Solennia *tantùm* adhibita negat, *tunc* ad Solennitatum probationem *etiam* duo *duntaxat* Testes *sufficiunt. num. 126.*

Ad hanc Probationem *etiam* Fœminarum *testimonium sufficit. num. 127.*

Si nonnulli Testes dicant, se non recordari, *quòd* septem Testes præsentes fuerint, *tunc talis* Oblivio, *vel* non-reminiscentia per duos testes suppleri *potest. num. 128.*

Cautela Durantis quoad istum articulum. *num. 129.*

Utrum sufficiens Testium Rogatio *in proposito intervenerit? num. 130. & sqq.*

Scientia *Testium*, *quòd* Testator in instanti suum ultimum elogium confecere velit, *&*, *cùm ipsi, ob adventum Testamentarii*, *in proximum conclave discedere vellent*, ipsius Testatoris *mox adjecta* revocatio, **Sie sollen nur da bleiben/ oder alle da bleiben/** ad Rogationem sufficere *decidit. num. 132. & seq.*

Ad hanc Rogationem *nihil aliud requiritur, quàm ut* Testes moneantur, se ad ordinationem Testamenti adhiberi. *num. 135.*

Ad probationem *hujus* Rogationis duo testes *sufficiunt. num. 138.*

Utrum

Utrum etiam Monachi & Religiosi testium testamentariorum *officio fungi queant? num.* 140.

Ad hoc, ut ipsi, super condito Testamento, in judicio *testentur*, *multi* Superioris licentiam *requirunt. num.* 142.

In Clerico seculari *indubium est*, *quòd* non requiratur licentia Episcopi. *num.* 143.

Monachi *nec* velle, *nec* nolle habere *communiter dicuntur. num.* 144.

Complures contendunt, *quòd quoad* Monachos licentia Superioris in ipso etiam testandi actu adesse *debeat. num.* 145.

Contraria sententia receptior est. *num.* 146.

Tametsi nulli alii testes, *quàm* VII. Minoritæ, *in actu testandi præsentes fuerint*; *tamen* valet Testamentum. *num.* 148.

Complures Interppr. Licentiam Superioris *ad hujusmodi testimonium* nullatenùs necessariam *esse definiunt. num.* 149.

Licet ipsa Hæreditas Monasterio *relinquatur*; *tamen etiam* Monachi in illo viventes testimonium *in talis testamenti ordinatione præbere possunt. num.* 151.

Testatoris Secretarius, *etiamsi* de pane illius vivat; *tamen in* testamento, *quod ille ordinat*, *æquè testis esse potest*, *ac* alii moderni Ministri & Famuli. *num.* 153.

Legatarii *etiam in* Testamento nuncupativo *testis munus obire queunt. num.* 155.

Etiam illius, *qui ipse*, *Testatore præsente*, totum ejus testamentum alteri dictat, Scientia *non obstat*, *quominùs* legatum *in illo* ei validè relinquatur. *num.* 157.

Etiam Testamentario, *seu* Scriptori testamenti, ejus propriâ manu adscriptum Legatum, *accedente specifica* Testatoris subscriptione, *validum est. num.* 158.

Cautela Schilteri, *quoad* testes *in Testamento* nuncupativo legatis *honorandos*, *supervacua est. num.* 159.

Deciditur *pro* Testamenti, *de quo hîc Qr.* omnimodâ Nullitate, *num.* 162. *& sqq.*

Et ostenditur, quomodò *defuncti Domini* Chiliarchæ Hæreditas inter legitimos ipsius Hæredes distribui *debeat? num.* 164. *& seqq.*

Testamenta innumeris Falsitatibus & Fraudibus *obnoxia sunt. num.* 169.

Hinque LLatores *pro iisdem omnimodò averruncandis* multum vigiliarum & curarum *sumpserunt. num.* 170.

Testatoris Voluntas *quasi* Lex *observanda. num.* 170.

Ad obtinendam sinceritatem ultimarum Voluntatum principale Remedium *Principibus visum fuit*, *ut in illorum ordinatione*, *respectivè* Quinarius, *vel* Septenarius Testium Numerus *adhibeatur. num.* 172.

Diversissimi hujus Juris, *quòd ad* Contractuum Probationem duo Testes *sufficiant*, *& in* ultimis Voluntatibus Septem, *vel* Quinque Testes necessarii *sint*, Ratio *ostenditur. num.* 173.

Notantur Fraudes *tùm in* ipsa Testamentorum Ordinatione, *tùm per* subjectionem adulterini Testamenti *post mortem consueta. num.* 174. *& seq.*

Ad tales & omnes alias Fraudes, prorsùs eliminandas *LL. nostræ* ampliorem, *quàm* duorum vel trium, Testium numerum *expostulant. num.* 176.

Consilium Imp. Maximiliani I. *de* pluribus, quàm VII. *testibus adhibendis. num.* 177.

Testamentum in scriptis *per* VII. Testium Subscriptionem *&* Subsignationem, *nec non* propriam Manum ipsius Testatoris, *vel* Subscriptionem octavi Testis *extra omnem controversia aleam ponitur. num.* 178.

Quamplurimi DDres etiam ad talis Testamenti subsistentiam & probationem *præcisè requirunt*, *ut* omnes VII. Testes, *post obitum Testatoris* adhuc sint in vivis, *omnesque & singuli* sua Sigilla publicè recognoscant. *num.* 179.

Testamentum nuncupativum explicitum conservandi primus Modus *est*, *ut desuper* solenne, *à publico* Notario, Instrumentum *conficiatur. num. 180.*

Secundus, *ut illud illicò vel* post ipsum testandi Actum, *vel* post obitum Testatoris, *per* juratum omnium septem Testium Examen, publicetur. *num. 183.*

Hæc publicatio, *etiam* vivente adhuc Testatore, *fieri potest. num. 184.*

Duo hi Modi Testamentum conservant, *etiamsi* omnes Testes, vivente adhuc Testatore, decedant. *num. 184.*

Testamenta summâ Principis autoritate, *vel* publicâ Actorum Judicii fide *ordinata similiter* perpetuam obtinent firmitatem. *num. 185.*

Si neuter ex istis Modis *intervenerit*, *tunc Testamentum* nuncupativum explicitum, *vel per* omnes septem Testes, *&* præcisè *illos ipsos*, qui ordinationi ejus interfuére, *cum* omnibus illius capitulis *& contentis* probari *oportet*, *vel* totum Testamentum, *si vel* Unicus *ex illis septem testibus decesserit*, totaliter corruit. *num. 186.*

Quandocunque de ipsa Testatoris Voluntate probandâ *quæritur*, septenarius Testium Numerus *præcisè requiritur. num. 187.*

Testamenti Substantia, *etiam juxta* Praxin Cameræ Imperialis *præcisè* per VII. testes *probanda. num. 188.*

Contendens, se esse Hæredem institutum, *super* ipsâ Substantiâ Voluntatis *se fundat*, *hincque probationem* per VII. testes *adferre debet. num. 189.*

Substantia Testamenti in ipsa Hæredis institutione consistit, *quæ per* Nuncupationem explicitam *facta non aliter probatur*, *quàm per* septenarium Testium Numerum. *num. 190.*

Ad probandam Voluntatis Solennitatem duo *Testes sufficiunt*; *sed ad probandam* Voluntatis Veritatem *præcisè* Septem *necessarii sunt. num. 191.*

Uno ex septem Testibus, *anteaquàm* juratò examinaretur, *mortem obeunte*, *hujus generis Testamento Regula resistit*: *Quòd* paria *sint*, non esse, *&* non apparere. *num. 194.*

Ipsa Lex septenarium *Testium numerum requirit*, ut per jurata ipsorum testimonia perfectissima Veritas reveletur. *num. 195.*

Quo sensu Imper. dicat, *quòd in testamento* nuncupativo non tot ac tantæ, *ac in* mystico *testamento*, Solennitates *necessariæ sint? num. 197.*

In testamentis nuncupativis rigorosior & exactior, *quàm in mysticis Testamentis*, Probatio *requiritur. num. 199. & sq.*

Si nullum, *super* nuncupativo *testamento*, Instrumentum à Notario *confectum fuerit*, nulla alia illius probatio *admittitur*, *quàm* per omnes VII. testes, coram quibus id conditum. *num. 200.*

Sicut in scriptis *confectum Testamentum* septem testium Signis & Subscriptionibus *corroboratur*, *licet* omnes moriantur; *ità* nuncupativi tota fides à juratô septem Testium, coram quibus id *conditum*, testimonio *dependet. num. 201.*

In mysticis *testamentis* VII. Testes Testimonium *de defuncti voluntate*, suâ Subscriptione, *&* Subsignatione, perhibere *dicuntur. num. 202.*

Istæ Subscriptiones *exindè vocantur* Testium Depositiones. *num. 202.*

Hæ ipsæ *verò* Depositiones præcisè septenarium *Testium numeram exigunt. num. 203.*

Si unus deficiat, totum deficit Testamentum. *num. 204.*

In nuncupativis *è contra testamentis ipsam totam hujusmodi Testatoris Voluntatem, seu præcisè VII. testium scientiæ, conscientiæ & fidei concreditam, mediante corporali Omnium jurejurando probari oportet. num. 205.*

Probatio illius, *præcisè per* VII. Testes *faciendæ*, succedit in locum *ejus*, *quæ in* mystico *testamento fit per* Scripturam, septem testium manu & sigillo roboratam. *num. 206.*

Simili defectus unius duntaxat Testis Subscriptionis *testamentum* in scriptis

scriptis *ipso jure annullat*; *ità in testamento* nuncupativo defectus juratæ unius solius testis Depositionis *illud pariter nullum reddit. num.* 207.

Testamenta nuncupativa, *juxta LL. expressas*, non aliter valent, *quàm* si septem Testes Testatoris Voluntatem *ipsi* audiverint, *& ab illo* auditam, in Judicio, *postea*, *sub* jurejurando testificentur. *num.* 208.

Unô *itaque* Teste deficiente *hujusmodi testamenti* Solennitas & Probatio *deficit*, *imò* ipsa Substantia, *atque Essentia. num.* 210.

Fides talis testamenti tota in septem Testium jurato testimonio posita est. *num.* 211.

Etiam privilegiatìa, à Rusticis, ruri, ordinata Testamenta *non aliter subsistunt*, *quàm si in illo adhibiti* Testes illiterati Testatoris Voluntatem *non saltem* recognoscant; *verùm etiam* jurati de illa deponant. *num.* 212.

Lex ult. Cod. de testam. *ubi ista leguntur*, *à DDb. commr.* testamentis nuncupativis accommodatur. *num.* 213.

Per duos *quidem* testes probari *potest*, quòd Testamentum, *aliquo casu deperditum*, plenô Testium Numero, omnique aliâ Solennitate constiterit: *Sed si quaratur*, quid Testator verè in illo disposuerit? iidem Testes, Qualitate & Numero, necessarii sunt, qui ad ipsam Substantiam. *num.* 214.

Affertur egregia decisio Mevii, *quâ sollicitè statuminat*, *quòd Testamenta* nuncupativa non alitervalcant, *quàm si vel* publicum, *idque* omnibus à Lege præstitutis Requisitis pleniſſimè munitum, Instrumentum *super illo confectum producatur*; *vel* omnes septem Testes *illius contenta* juratò *attestentur. num.* 215. *usque ad num.* 226. *ubi videsis omninò.*

Collaudatur parallela etiam Collegii Juridici Tubingensis *doctrina. num.* 227. *&* 237.

Et hìs pariter consona definitio Pruckmanni, *& consentientium* plurimorum aliorum *summa autoritatis Jurisprudentum*, *qui eandem sententiam testantur communem. num.* 231.

Responsio ad L. 2. Cod. de bon. possess. sec. tabb. *remissivè adducitur ex Anton. Fabro. num.* 233.

Movetur dubium, *quòd* Testamentum, *de quo hîc Q.* à publico Officiali in scripturam *redactum*, *& hæc non solùm* Testatori & testibus prælecta; *sed &* à Testatore subscripta *fuerit. num.* 240.

Duo hæc: Testamentum nuncupativum in scripturam redactum: *&* Publicum instrumentum desuper esse confectum; *quàm maximè differunt. n.* 244.

Quando publicum & solenne, *super tali testamento*, à publico Notario, Instrumentum *confectum*, *tunc* pleniſſima fides *ei*, *per hoc*, *conciliatur*, *licet omnes* septem Testes, vivente adhuc Testatore, decesserint. *num.* 245.

Vbi verò Testamentum tale tantùm in Scripturam, *etiamsi* à publico Notario, redactum, *& hæc ipsa* Scriptura Testatori & Testibus ab illo prælecta; *sed* nullum solenne & publicum Instrumentum, omnibus publici Instrumenti Requisitis *munitum*, *à jurato Notario*, *super illa confectum*, *tunc* illa Scriptura, defunctis Testibus, *vel* aliquibus, *vel* omnibus, nuncupata Voluntatem non aliter probat, *quàm si illa non saltem* à Testatore; *verùm etiam* ab omnibus septem Testibus subscripta *&* subsignata, *in Judicio compareat. num.* 247.

Ad hoc, *ut Testamento nuncupativo* plena fides *constet*, *non sufficit*, *ut illud* à Notario, & Testibus, *ad ejus confectionem* rogatis, subscribatur. *n.* 250.

Sed præcisè requiritur, *ut vel* omnes illi Testes, qui actui testandi interfuerunt, *illius contenta*, juratò, *in* judicio testificentur, *vel* solenne *super illo confectum* Instrumentum *coram Judice producatur. num.* 252.

Vbi Neutrum *adest*, *Testamentum* pro non ordinato *habetur*, *ceu* non legitimò modô probatum. *num.* 253.

Sicubi peculiare Statutum *extat*, *etiam* Poligraphi, *& similes* jurati ad publici Scribæ, die Statt- und Amptschreiber / solennia Instrumenta *conficere possunt. num.* 258.

Vbi nullum hujusmodi Statutum *extat*, *hæc ipsa potestas* nulli alii *competit*, *quàm cui illam vel* Cæsar, *vel* Comes Palatinus, *præstitô* Notariatûs juramento, concessit. *num.* 259.

Nec Juris Doctores, *quà tales*, publica Instrumenta conficere *possunt*. *num.* 260.

Actuarius Judicii *Testamenta quidem publicâ fide ordinata* Actis Judicii inserere potest; *sed exindè non sequitur, quòd ipse etiam* solennia Instrumenta conficere *valeat*. *num.* 261.

Nisi jussu Magistratûs, *de hoc* à Testatore specialiter rogati, *Instrumentum ab illo conficiatur*. *num.* 262.

Non quælibet informis, *etiam à publico &* jurato Notario, *confecta* Scriptura, in vim solennis & publici Instrumenti *subsistere potest*. *num.* 264.

Requisita *ad* solenne, *authenticum & publicum* Instrumentum necessaria *sollicitè præscripsit Imp. Maximilianus in* Const. Imp. Polit. de Anno 1512, *num.* 265.

Ad hoc, ut publicum & solenne Instrumentum *super ultimo elogio confectum dicatur, non sufficit, si etiam* publicus Notarius *Testatoris* Voluntatem in chartam *conjiciat*, Testatori, *in* præsentia Testium, prælegat, *eademque* à solo Testatore subscribatur. *num.* 268.

Recensentur Requisita ad solenne & publicum Instrumentum necessaria. *num.* 269.

Observatio istorum Requisitorum, *ceu merarum* in Facto consistentium *rerum*, *in dubio* non præsumitur. *num.* 270.

Scriptura, in quam Testatoris Voluntas redacta *fuit*, *non aliter vim publici Instrumenti obtinet*, *quàm si* omnia ad tale Instrumentum necessaria Requisita *ad unguem sint observata*. *num.* 272. *& seqq.*

Nisi tale Instrumentum publicô Notariatûs Sigillô *muniatur*, Testamentum *per illud* haudquaquàm probatur. *num.* 273.

Signum Notariatûs *pro* forma *Instrumenti solennis requiritur*, *ceu* Testimonium, *quod gerit*, officii. *num.* 274. *& seq.*

Notarii Signum & Nomen *requiritur*. *num.* 275.

Sine publico Notariatûs Sigillo *Testamentum à Notario in scripturam redactum*, *nec ut* Codicillus, *nec ut* Donatio mortis causa, *nec ut* Fideicommissum, *subsistere potest*. *num.* 276.

In Testamentis nulla fides est Notarii, nisi illud, quod scribit, in formam Instrumenti publici redigatur. *num.* 277.

Nuda Descriptio *seu Consignatio* voluntatis Testatoris, *non accedente* solenni Instrumento, nullam autoritatem vel fidem *meretur*. *num.* 278.

Scriptura Notarii, *sine* publica Forma, *pro* Privati *tantùm* Scriptura *habetur*. *num.* 279.

Quando Notarius solennem *Instrumenti* Formam, *quam* ex officio *adhibere debebat*, non observavit, Falsi suspicionem *exindè incurrit*. *num.* 280.

Vtrum, quando Notarius Testatoris voluntatem ex proprio ipsiusmet ore consignavit, Instrumentum solenne, ex postfacto demùm, *desuper liceat conficere? num.* 281.

Instrumentum *solenne super* Testamento *non aliter* probat, *quàm* Testatori & Testibus prælectum. *num.* 284.

Applicantur *hæc Iura* Casui proposito. *num.* 285. *& seq.*

Consignatio *ultimæ Testatoris Voluntatis*, *à* publico Notario, *& præsentibus* Testibus, *ex* ore ipsius Testatoris *conscripta*, eidemque in illorum præsentiâ prælecta, *& ad* Notarii interrogationem: *An hæc vera & seria ipsius Voluntas sit? denuò* affirmata, *nullius momenti est*, *licet* publicum Instrumentum *à Notario exaratum*, & Ipse, *unà cum* iisdem illis testibus, *in ædibus Testatoris*, *ad solennem illius* Prælectionem & Solennisationem, *denuò comparuerit*, *si Testator interea* in delirium *delabatur*, *&* fato fungatur: *Nisi*

omnium

omnium Testium, *qui eandem* ex ore Testatoris *audiverunt*, jurata Testimonia *hanc Notario* ad calamum dictatam Voluntatem *coram* Judice verificent. *num.* 287.

Etiamsi de Testamento, tempore Pestis grassantis, *hôc modô confecto, quæstio sit. num.* 288.

Omissô *vel* unicô, *ad* solenne *Instrumentum necessariô*, Requisito, *Testamentum* in illud redactum non valet. *num.* 289.

Applicantur *hæc omnia* Testamento quæstionis. *num.* 291.

Non sufficit, Testamentum, in informem & simplicem Scripturam redactum, Notario ad exequendum tradi. *num.* 292.

Dicta Iura imprimis tunc locum sortiuntur, si Scriptura, *in quam Testamentum redactum*, omninò amissa *sit. num.* 293.

Demonstratur, quàm variè & differenter *Testes*, *in Testamento quæstionis adhibiti, de* ipsa Hæredis institutione deponant. *num.* 295. *& seqq.*

Testes Articulum simpliciter affirmantes, *&* nullam *suæ depositionis* rationem reddentes, *parum fidei merentur. num.* 301.

Ad legitimam Testamenti nuncupativi probationem *quamplurimi Doctores constanter requirunt, ut* Testes in ipsa verborum formalitate conspirent. *num.* 302.

In tali testamento *necessarium dicunt, ut* Testes *sint* contestes in eadem verborum figura *& formula, & quòd* illi soli fidem *mereantur, qui* de verbis Institutionis *ità testantur, ut non tantùm* in substantia Voluntatis; *verùm etiam* in Verborum figurâ conveniant. *num.* 304.

Rationem *decisi hujus in eo assignant, quòd hîc non tantùm* de Voluntate; *verùm etiam de* Formalium in Nuncupatione adhibitorum probatione *agatur. num.* 305.

Laudantur alii dissentientes, quòd nempe sufficiat, *si* Testes de omnibus Testamenti particulis, *in* principali *&* substantia concordent; *cùm aliàs plurima testamenta corruerent. num.* 306. *& seq.*

Modica Testium discrepantia *circa factum* principale *etiam in aliis non præjudicat. num.* 308.

Quando ipsa Testatoris, *quibus ille usus dicitur*, verborum Formalitas, *ab ipso Actore*, in Articulis proponitur, *tunc* Testium discrepantia *omninò præjudicat. num.* 309.

In probatione *Testamenti* nuncupativi expliciti *illi etiam Testes, qui dicunt*, se hoc vel illud non audivisse, *vel* se non recordari, quòd illa audiverint, *pro testibus* contradicentibus *habentur. num.* 314.

Si præsertim de ipsa Hæredis institutione *quæratur, ceu ad* cujus legitimam probationem septenarius *Testium* uniformiter *&* concorditer deponentium, Numerus *à DDbus requiritur. num.* 315. *& seq.*

Applicantur *hæc Iura* Casui proposito. *num.* 316.

Testes testamentarii, *iique* Omnes, *de* toto hujusmodi testamenti tenore *deponere*, *&* de omnibus recordari *debent, ità, ut, si alii* Plus, *alii* Minus *deponant, pro* legitimis testibus *haud habeantur, eo quòd* totum nesciant. *num.* 327. *& seq.*

Testes tale testamentum *non aliter* probant, *quàm si non solùm* de toto Testamenti tenore; *sed &* de Circumstantiis contestes *sint. num.* 319.

Magna Verbositas *testem reddit* suspectum. *num.* 321.

Ad omnes Articulos *sibi propositos* nimis celeriter *& præpropere* deponens, *multoque magis ad* primum Articulum *ità deponens, quòd illa* omnia, quæ in sequentibus interrogatoriis continentur, *etiam* vera sint, *suspectissimus inde redditur. num.* 322.

Testis testamentarius, *de seipso sponte confitens, quòd* per Testatoris ægro-

grotantis Domesticos, *ad hoc*, ut illum ad testamentum condendum di-sponeret, *specialiter* vocatus, *& propterea, quòd illum, ultra opinionem suam*, periculosè decumbentem *deprehenderit*, *per* duas Horas *ejus lecto assederit*, variasque *eidem*, de condendo Testamento, Rationes suggesserit, *ac* tandem eundem, suis persuasionibus, ad erigendum Testamentum commoverit, *suum proprium testimonium suspectissimum reddit*, *imò planè annihilat. num.* 325.

Eruuntur hæc penitiùs *& paulo plenius* ex propriis Testis verbis. *num.* 326.

Testimonium de proprio deponentis Testis facto *plenissimam contra ipsummet fidem meretur. num.* 327.

Hoc præcipuè Clericis probrosum *censendum*, *si ipsi se* à Domesticis Ægroti, *verisimillimè* ab intestato decedere cupidi, *vocari & quasi conduci patiantur*, *ut* in necem Agnatorum, *imò* Fratrum *suorum*, *in casu intestati*, *ei successurorum*, *ipsum ad Testamentum*, uno solo *ex illis* Hærede ex asse *scripto*, *ordinandum* instigent, *& per suas* suasiones, *atque* persuasiones, diu continuatas, instanter sollicitent. *num.* 328.

Quicunque alienis negotiis se immiscet, impudenter *hôc ipsô facere censetur*, *&* seipsum suspectum *reddit. num.* 329.

Testamenti extorsio, *etiam per* tales instantissimas, nimias, *atque* immoderatas suggestiones *justi* Metûs *effectum*, *in* negotio libertatem omnimodam requirente, *habere dicitur. num.* 332.

Etiam Domesticorum, *qui* talem Testem, *ad condendum Testamentum* Moribundum non-testaturum *instantissimè urgentem*, advocarunt, *&* ad tales sollicitationes adhibendas subornârunt, Testimonium, *hôc ipsô*, suspectum *evasit. num.* 334.

In hujusmodi casu *hæc nonnullorum in se valdè periculosa sententia*, quòd ad Testamenti, *etiam* nuncupativi, Probationem *nonnisi* binarius Testium numerus requiratur, *in* summo gradu periculosa, *imò* nullâ ratione admissibilis est. *num.* 335.

Etiam tales instantissimæ, *per* integrum Bihorium *continuatæ*, variarum Rationum sollicitâ suggestione *incrustatæ*, *&* à tali *præsertim* Personâ *profectæ*, *cujus* Persuasionibus *etiam* sacri, *quod gerit*, Officii veneratio *majorem*, *apud Virum* lethaliter decumbentem, *efficaciam & autoritatem circumdat*, *&* tamdiu eidem, *donec ipse*, his cedens, *ad condendum Testamentum* se moveri patiatur, *incuicatæ &* iteratæ Sollicitationes *tantundem operantur*, *quantum* violentissima Testamenti Extorsio. *num.* 336.

Testamenti ordinatio veræ libertatis & liberalis animi est. *num.* 337.

Non potest à libero cujusquam animo profectum *videri*, *quod* semel & iterum recusatum, petendi *demùm* importunitate victus Testator annuit. *num.* 338.

Ex talibus immodicis solicitationibus, instigationibus, & persuasionibus *Testamentum evadit* meticulosum, ein abgezwungen/ **abgenöthigtes Testament.** *num.* 339.

Obtenta per Metum, *&* per talem immodicam Sollicitationem, *judicantur* ad paria. *num.* 340.

Ità sollicitati & instigati *perindè habentur*, *acsi* vi metuque in constantem virum cadente *ad condendum Testamentum* coacti *fuissent. num.* 341.

Si aliquis, gravissimo morbo *decumbens*, per Notarium, *vel alium* interrogatus, nihil responderit; *sed demùm* ad secundam interrogationem responsum dederit, *tunc etiam de illo ipsa LL. præsumunt*, *quòd* non testandi; *sed* ab interrogantium vexationibus sese liberandi animo ità responderit. *num.* 343.

In graviter infirmo, *vel* morti proximo, *& instantia* Novissima curæ habente *tales Persuasiones & Sollicitationes* facillimè criminosæ *fiunt, & per illa elicitum* Testamentum annullant. *num.* 343.

Applicantur *hæc omnia in* propositio adhibitis *& ultrò* confessatis Sollicitationibus. *num.* 344.

Suggeritur Consilium de penitiùs explorandâ Qualitate, Modo, Mediis, & Fine istius Sollicitationis. *num.* 345. *usque ad num.* 350.

Respondetur ad præmissas Rationes dubitandi *quoad hanc Quæstionem. num.* 351.

Hæc quorundam DDrum nimiùm generaliter *concepta doctrina, quòd quidem* ad testamentum nuncupativum explicitum condendum septem Testes *requirantur; sed* ad illud probandum saltem Duo sufficiant, *nullo prorsùs in Legibus fundamento subnititur. num.* 352.

Contraria sententia, *quòd, si tale Testamentum nec* apud Acta Judicii *conditum, neque per* Instrumenti publici confectionem, *neque* aliâ ratione, *vivente adhuc Testatore*, publicatum; *sed privatâ septem Testium fide sit conditum, non aliter* pr bari *queat, quàm si* omnes hi Testes illius contenta jurato attestentur, *per* Textus *apertos, inconcussas* Rationes, *& innumeras* Autoritates *probatur. num.* 354.

Adducitur egregia de his definitio Pauli de Castro. *num.* 357.

Et notabilis Distinctio inter tres Casus Jasonis Mayni. *num.* 358. *& seqq.*

Si super Testamento nuncupativo solenne *à publico* Notario Instrumentum confectum *fuerit, & hoc ipsum* Instrumentum postea Casu fortuito amissum probetur, *tunc* per duos saltem Testes, *omni exceptione superiores, qui actui testandi interfuerunt, tùm hoc*, quòd tale solenne Instrumentum revera confectum aliquando extiterit, *tùm* illius Contenta *probari valere, non adeò inverisimile est. num.* 363.

Et de tali instrumento omnibus numeris absoluto *omnes curatiùs docentes loquuntur. num.* 364.

In talibus terminus utrùm etiam Testes, qui actui testandi non interfuére; *veruntamen* Instrumentum *super nuncupativo Testamento confectum* viderunt, legerunt, *& tùm* Solennitates *in illo adhibitas, tùm & ipsam* Testatoris Voluntatem, *omniaque & singula illius capitula* perspectissima *se habere*, juratò *attestantur, pro* arbitrio Judicis *admitti debeant? num.* 366.

Hujus ultimæ Quæstionis affirmativam gravissimè impugnat Antonius Faber. *num.* 368.

Admissâ illâ facilè fraus Legi *fieret, dùm ità*, per indirectum, *ad* ipsam Testamenti Substantiam probandam, *loco* Septem *à LLbus requisitorum*, Duo testes sufficerent. *num.* 369.

Nec ex summis, *hic obviis*, difficultatibus extricari se posse fatetur Manzius. *num.* 370.

Alii duos *hic* Testes, *ex eo, admittunt, quòd hic* tantùm de Probatione Instrumenti amissi *quæstio sit. num.* 372.

Rectiùs alii plerique tunc demùm binarium Testium numerum *admittunt*, si jam anteà aliundè constet, *quòd* tale Testamentum, *super quo* à Notario confectum solenne & publicum Instrumentum *amissum est*, revera adhibitâ debitâ Solennitate, fuerit ordinatum. *num.* 373.

Demonstratur *hoc latè* ex pluribus celeberrimis Autoribus, *specificè laudatis. num.* 373. *usque ad num.* 378.

Si tantummodò nuda Voluntatis Testatoris Consignatio, *tametsi* ab Ipso, *etiam* publico Notario, ad calamum dictata, *& ab hoc* Testatori, *præsentibus* Testibus, *rursùs* prælecta; *sed neque* Testium, *neque etiam* Notarii Subscriptione, *neque* Notariatûs sigillo *munita, deperdita dicatur, tunc* alia omnia *dicenda veniunt. num.* 378.

Hic non agitur de sola Instrumenti NB. solenniter confecti probatione, *sed de* verificandâ *tùm* Solennitate, *tùm &* ipsâ *&* totâ Testamenti Substantiâ *seu* Voluntate Testatoris probanda, *quæ non nisi per* septem illorum Testium, quorum fidei & conscientiæ illa concredita, jurata testimonia *probari potest*, *num. 379.*

Instrumentum *super Testamento*, *præcipuè* nuncupativo, *confectum*, *hoc tùm demùm probat, si illud* omnibus numeris absolutum, *sive* omnibus à L. præstitutis Requisitis munitum sit. *num. 380.*

Decisio Mevii XIII. *in parte 4. declaratur* ex ejusdem Decis. 149. *in P. IX. num. 382.*

Illa prior decisio *de Casu loquitur*, *quò* Scriptura Testamenti adhuc fuit in salvo, *& tantùm* Testium Subscriptiones ab illo recisæ. *num. 383.*

Consignatio punctorum *supremæ Testatoris* Voluntatis, *etiam* à publico Notario, ex ore illius, præsentibus VII. testibus, *facta*, *rursusque* prælecta, *&*, *ipsius* Testatoris; *sed* non etiam Testium, *nec* publici Notarii Subscriptionibus *neque* publico Notariatûs Sigillo *munita*, *pro* planè privatâ, *& dehinc* Testamentum nullatenùs conservante Scripturâ *habetur. num. 384.*

Sive talis Scriptura *ab* ipsômet Testatore, *sive* aliquo Privato, *sive* publico Notario, *in* præsentiâ *licet* Testium, *sit* exarata, *& iterum* prælecta, *si tamen nulla illius* Publicatio *accesserit*, *tunc* præcisè VII. Testes *ad eandem probandam* necessarii sunt; *licet* illa adhuc in salvo sit. *num. 385.*

Multum refert, *an super testamento explicitè nuncupato* à Notario publico solenne Instrumentum *conficiatur*; *an verò id saltem* à Persona privata in scripturam redigatur. *num. 386.*

Hujus generis Testamenta ritè esse confecta *nec ex eo* probatur, *si* confecta in Scripturam privatam *redigantur*, *vel* à publico Notario Instrumentum *quidem* desuper conficiatur; *sed* omissis solennis Instrumenti Requisitis. *num. 387.*

Quoties illud probandum, quid Testator disposuerit, *&* quæ mentis ipsius Testatio *fuerit*, iidem *&* Numero, *&* Qualitate Testes ad hanc Probationem *necessarii sunt*, *qui* ad ipsam Substantiam, *seu ad ipsam Hæredis Institutionem coram illis faciendam. num. 388.*

Quando publicum & solenne, *super testamento nuncupativo*, Instrumentum confectum, *& hoc posteà* Casu amissum *dicitur*, *tunc non aliter* duo Testes *à DDbus admittuntur*, *quàm si ipsi* juratò in judicio testentur, *tùm quòd tale* Instrumentum solenniter de illo confectum extiterit, *tùm &* omnia & singula illius Contenta, *tùm quòd* illud revera per Casum fortuitum deperditum sit. *num. 389. & seq.*

Extra hos terminos, *&* non concurrentibus his Requisitis, contrariam sententiam nimis periculosam *appellat Tessaurus. num. 391.*

Senatus Pedemontanus *talem Probationem per duos saltem Testes non aliter admittit*, *quàm* si aliquo modo constet, Testamentum publicatum, *& deindè* per Casum deperditum *esse*, *&* Tenor illius *per duos* peritos Testes *probari queat. n. 392.*

In summâ: *Testamentum* nuncupativum *per* duos testes *non aliter probatur*, *quàm si* (1.) *super illo* Instrumentum omnibus numeris absolutum, (2do) à publico Notario confectum; *vel ipsum Testamentum* à Judice publicatum & authenticatum; (3tiò) *de talis* solennis Instrumenti Confectione, atque verâ, *per aliquod tempus*, Existentiâ; *vel ipsius* Testamenti Publicatione; (4tò) *de* casuali ejus Amissione *legaliter* constet; *& ut*, (5tò,) duo Testes, omni exceptione superiores, *tùm de* Voluntate *in illo contentâ*, *tùm de Actûs testandi* Solennitate, *mediante* Juramento, *atque ità deponant*, *ut nullâ ex causa reddantur* suspecti. *num. 394.*

Posthabitis *his summè necessariis* Restrictionibus, *sequeretur*, *quòd illa* communissima omnium DDrum traditio, *quòd*, vel unicô Teste deficiente, totum nun-

nuncupativum Testamentum deficiat, *non rebus*; *sed* verbis absurdè sit scripta. *num.395.*

Sequeretur, 2dò, quòd iidem Doctores, utramque hanc Regulam, *quòd*, præmoriente saltem unico Teste, *totum tale Testam. omnimodò corruat, & quòd illud* per duos saltem Testes probari *possit, suam facientes*, sibi ipsi contradicant. *num.396.*

Sequeretur, quòd, 3tiò, etiam Testamentum in scriptis *confectum*, amisso illius Originali, *per* duos Testes probari *valeret, atque ità* Consilium Imperat. in §. 13. Inst. de testam. ordin. *ferè prorsùs* otiosum *foret. num.397.*

Sequeretur, quòd, 4tò, constitutio Legis ult. Cod. de fideic. *ad* revelandam perfectissimam Veritatem, ampliorem, *quàm* duorum, *Testium numerum requirens, in fumum abiret. num.398.*

Sequeretur, quòd, 5tò, etiam dispositio Legis final. Cod. de testam. *quod* Testamentum à Rustico ruri factum præcisè per quinque juratos Testes probari debeat, *licet illud* in scriptis *confectum sit, &* ab uno vel altero Teste subscriptum, *pariter supervacanea & frustranea sit. num. 399.*

Si ad probationem privilegiarii, *ex. grat.* à Rustico ruri *ordinati, Testamenti præcisè requiritur, ut vel* omnes septem, *vel* quinque *Testes, vel ad minimum* illi quatuor, quinque, *vel* sex, qui literas ignorant, *Testatoris Voluntatem coram ipsis nuncupatam*, juratò attestentur, *quanto minùs Testamentum* non privilegiatum *per* duos tantummodò Testes *probabitur? num. 401.*

Et sic etiam ad talis privilegiariæ *Dispositionis*, in qua Hæredes ab intestato instituuntur, probationem quinque Testium jurata, coram Judice facienda, depositio *requiritur*; *quidni etiam Testamentum* nuncupativum non privilegiatum *præcisè* per septem juratos Testes probari *oporteat? num. 402.*

Unico ex septem testibus ante ipsum Testatorem nuncupativum moriente *non quidem jus deficit Hæredi in tali testamentô vocato; benè tamen* legitima & sufficiens Probatio. *num. 405.*

Si in casu, quô plures, quàm septem *Testes*, in actu testandi præsentes *fuere, &* Testatorem *non saltem* viderunt; *sed &* omnia suæ U. Voluntatis capitula enarrantem audiverunt; *sed* septem *duntaxat fuere* rogati, *his præmorientibus*, aliorum septem testium; *verùm* non rogatorum, jurata testimonia *haud admittuntur, quanto minùs* Duorum *saltem, qui* actui testandi interfuére, *vel* non *interfuere*, jurata depositio *ad hoc sufficiet? num. 406. & sqq.*

Si ad nuncupativi testamenti Probationem duo testes sufficerent, falsissimum foret, quod communis DDrum Schola pro indubitata Regula *tradit, quòd*, deficiente vel unico teste, *tamen* Hæres, *licet* ipse Sui nuncupationem coràm audiverit, *ad* Juramentum suppletorium *admitti incassum desideret. num. 414. & sqq.*

Septenarius testium Numerus *est de* substantiâ actûs testandi, *& de* forma illius Probationis, *hincque*, salvo Testamento, abesse *non potest. num. 418.*

Judex ubi certus est, nihil deberi, juramentum suppletorium deferre non potest. *Ergò nec hîc. num.* 419.

Ad Testamenti probationem Testes rogati *necessarii sunt. Igitur* Hæres, *seu* non rogatus, demortui Testis, *multoq; magis* plurium Testium vicem supplere *non potest. num.* 420.

Si in testamento nuncupativo implicito septem, *vel ad minimum* quinque testium juratæ depositiones ad identitatem Schedæ probandam necessariæ *sunt, quidni etiam* ad ipsam explicitè nuncupatam Voluntatem probandam *similiter* jurata septem testium testimonia *necessaria censeamus? num.* 423.

Si etiam in casu, quando Hæres Testamentum nuncupativum, illicò post illius ordinationem, *per* Testium juratum coram Judice testimonium

adhuc vivô Testatore, publicari *desiderat*, *duorum tantùm vel pluriùm Testimonium haudquaquàm sufficit*; *sed* omnes septem Testes *illius contenta, mediante juramento, adstruere tenentur*, *quid obstet*, *quo minùs*, ad legitimam Testamenti talis probationem, post obitum Testatoris, *iidem* non nisi septem testium depositiones *dicamus sufficere? num.* 424.

Quando Hæres nuncupatus, adhuc vivo Testatore, juratum septem testium Examen *desiderat*, *&* Hæredes legitimi, *ad videndum & audiendum*, Testes illos jurare, *secundum nonnullos DDres citandi*, Testamenti ordinati notitiam *consequuntur*, longè difficiliùs, *quàm post mortem illius*, Falsitates & Fraudes *committi possunt. num.* 426.

Si ad Testamenti nuncupativi probationem binarius tantùm testium numerus *sufficit*, *ad quid ergò prosunt tàm sollicitè à DDbus*, adversus interitum talium testamentorum, commendatæ Cautelæ? *num.* 428.

Prima *hæc*, *ut* confestim post actum testandi Testes ad Magistratum *ab Hærede deducantur*, *ad hoc*, *ut* recenter ex ore Testatoris perceptam Voluntatem, *mediante corporali juramento*, *verificent. num.* 429.

Secunda *hæc*, *quòd* publicus Notarius *ad* solenne Instrumentum *super tali Testamento faciendum adhiberi debeat. num.* 430.

Tertia *hæc*, *ut*, *si tale* Testamentum coram septem ad illud rogatis Testibus perfectè sit conditum, *confestim* Notarius, *cum* duobus testibus instrumentariis, *eô fine advocetur*, *ut tùm* ipse Testator, *tùm &* omnes septem Testes suam manum & sigillum, coram ipsis, recognoscant, *& super hâc ipsâ* Recognitione solenne Instrumentum *conficiatur. num.* 431.

Quarta hæc, *ut Testator per* nuncupationem implicitam *testaturus* Notarium *adhibeat*, Schedam ità inscripturum: Hanc esse ipsam illam Schedam, quam Testator, coram septem Testibus subscriptis pro suâ Voluntate haberi voluerit. *num.* 433.

Hæc sententia, *quòd* ad probationem Testamenti nuncupativi, *quotiescunque* de ipsa Testatoris Voluntate *probandâ agitur*, præcisè iidem hi septem Testes, *qui* actui testandi interfuerunt, *necessarii sint*, *&* unô illorum morte præreptô *Testamentum prorsùs corruat*, Usu Fori *observatur*, *& tùm* Cameræ Imperialis, *tùm etiam aliorum* summorum Tribunalium judicatis *comprobata est. num.* 435. *& seqq.*

Quando Hæres legitimus, *seu* ex asse, *seu* pro parte, *ipse sponte* fatetur, quòd Testamentum reverà sit conditum; *sed illud tantùm* non solenniter & legitimè ordinatum contendit, *tunc*, *quia* non quæritur de Testatoris Voluntate probandâ; *sed tantùm de illius* Solennitate, *ideò duos Testes sufficere videtur. num.* 441.

Hæc opinio Martini, *antiqui Glossatoris*, communiter reprobatur. *num.* 442.

Hæres ab intestato historicè saltem referens, *quòd* Testamentum confectum *sit*, *hoc* nullatenùs confiteri, *sibive hâc suâ confessione* nocere *intelligitur. num.* 444.

Hæres talis legitimus, *Testamentum*, *quod* factum; *sed simùl* nullum dicit, *non saltem* ex capite defectûs Solennium; *verùm etiam* veræ Testatoris Voluntatis, *id Nullitatis incusare intelligitur. num.* 446.

Baldus duplicem Solennitatem, *alteram* in Voluntate, *alteram* in Probatione *spectandam dicit. Ad* illam tot Testes necessarios *pronunciat*, quot ad ipsam Voluntatem constituendam *requiruntur*: *ad* hanc *verò* duos *sufficere scribit. num.* 448.

Ad hoc, ut Hæres ab intestato Testamentum non ipse confiteri *censeatur*, *satis est*, *si ab illo* Testamentum generaliter pro invalido declaretur. *num.* 451.

Etiam

Etiam Confessio verè ambigua *in* favorem confitentis *est interpretanda*. *num. 452.*

Confessio *etiam* ex Juris præsumptionibus adjuvanda, & supplenda secundum qualitatem personæ confitentis, *præsertim si illa* Legum *sit* imperita. *num. 454.*

Confessio *Hæredis ab intestato tùm demùm ei nocet, si ille in tali* pleniori figura *confiteatur*, hanc esse Defuncti Voluntatem & Dispositionem, *& neque* Intrinseca, *neq;* Extrinseca testamenti impugnet. *num. 455.*

Secus est, si ipse Testamentum *quidem* conditum confiteatur; *sed illud simùl* Solenniter factum neget. *num. 456.*

Distinctio *Bartoli inter* probationem Solennitatis & Voluntatis *reprobatur à Fabro. num. 457.*

Hoc, quòd Testamentum per solam Hæredis ab intestato Confessionem probari *valeat*, falsissimum *dicit Anton. Faber. num. 457.*

Talis confessio *nullibi refertur inter* Modos probandi & conservandi suprema elogia. *num. 458.*

Sententiam Fabri probat etiam Manzius. *num. 459.*

Confessio *coheredis ab intestato, in casu* proposito, hoc solo fine *facta videtur, ut cum Hærede in testamento nulliter nuncupato initæ* Transactioni *non obstaret* Lex 6. de transaction. *num. 460.*

Confessio certo fine facta *confitenti non obest* ad alios effectus. *num. 461.*

Actus agentium *non* ultra, *nec* contra ipsorum intentionem *operari debent. num. 462.*

Hæres ab intestato, Legata *in testamento relicta* exolvens, *illud* totum approbare *& agnoscere præsumitur. num. 463.*

An consimilis Approbatio *ex eo colligenda, si* Hæres legitimus Res hæreditarias à *Judice Loci* obsignari patiatur? *num. 463.*

Quæ quis semel approbavit, *posteà* nequit improbare. *num. 464.*

Qui defuncti Voluntatem, *quantumvis* informem, semel agnovit, *eandem* implendi necessitate *constringitur. num. 465.*

Testamentum in uno approbans *illud* in totum approbâsse *præsumitur. num. 466.*

Hæres unicum legatum, *sine deductione* Falcidiæ *solvens, etiam ad* reliqua integra præstanda *obstrictus dicitur. num. 467.*

Sententia Mevii *de Testamento* in uno duntaxat capitulo agnito. *num. 468.*

Obsignatio non probata *cum* planè non factâ *judicatur ad paria. num. 470.*

Actualis relictorum Legatorum præstatio, *post mortem Testatoris* confestim facta, *insigni argumento est*, arcas & cistas hæreditarias non fuisse obsignatas. *num. 471.*

Per Obsignationis rerum hæreditariarum permissionem *Defuncti* Voluntas *non præsumitur agnita*, vel approbata. *num. 475.*

Defuncti Rationes, Calendarium, Libros & Instrumenta sibi edi desiderans *nondùm videtur ipsius* Voluntatem pro valida agnoscere. *num. 476.*

Nec Confectio Repertorii rerum hæreditariarum *ipsum Animum demonstrat. num. 476.*

Obligatio rerum hæreditariarum, *Hodiè, multis in locis*, solennis Inventarii confectionem præcedere *solet. num. 477.*

Exolutio Legatorum ad pias causas *non convincit Hæredem* ab intestato, *quòd ipse* defuncti Voluntatem, *contra se, eo ipso*, in totum agnoscere voluerit. *num. 478.*

Legata ad pias causas *etiam illa accensentur, quæ Testator* benemeritis suis Domesticis, *pro* præstitis diuturnis servitiis, *assignat. num. 478.*

Hujus generis Legata, *coram* duobus *saltem* testibus *relicta*, impugnari non possunt. *num. 479.*

Utile per inutile non debet vitiari. *num.* 480.

Exolutio legatorum ad P. C. *tanquàm satis* probatorum *&* validorum, *etiam* Approbationem de cætero invalidæ Dispositionis *haudquaquàm operatur. num.* 481.

Nemo in plus se obstringere *præsumitur*, *quàm* de jure tenetur. *num.* 483.

Approbatio negotii ex Facto *collecta*, *ad* illius Facti limites *restringi debet. num.* 484.

Etiam ille, qui credit, se pro parte Hæredem legitimum esse, *& propterea* Legata ad pias causas *in Testamento vel penitùs* nullo, *vel* non legaliter probato *relicta*, *exolvi patitur*, totam reliquam Voluntatem, *Sui penitùs exclusivam*, haud approbâsse *intelligi debet. num.* 485. *& seq.*

Qui notabilem Bonorum defuncti partem ex Donatione mortis causa consequitur, *& propterea*, erroneè, ad omnia Legata *ab illo relicta* se obstrictum existimat, Testamentum ipsius in totum agnoscere *haud intelligitur. num.* 489.

Error Hæredis ab intestato *eò ipsò probatur*, *quòd sibi*, ceu magnæ Bonorum partis Donatario, Legatorum præstationem incumbere *credederit. num.* 490.

Hæc onera *non singularem*; *verùm* universalem Successorem *sequuntur. num.* 489.

Nemo rerum suarum jacturam, sine causa, facere velle videtur. *num.* 491.

Legata indebitè, *ex* errore *non* facti; *sed* juris *soluta*, *ceu indebitè soluta*, condici non possunt. *num.* 491.

Hæres, Testamentum invalidum in uno agnoscens, *an id etiam* in cæteris approbâsse *censendus sit? num.* 493.

Ità sentit David Mevius, *Mollerus*, *& alii. num.* 494.

Sed contrarium *à DDbus* communissimè *approbatur. d. num.* 494.

Legata inutiliter *Testamento relicta non nisi eatenùs*, quatenùs Hæres, præstando, *vel* promittendo illa agnovit, *ab ipso* debentur. *num.* 495.

Hæres quædam Legata ante diem *sponte solvens ad* reliqua pariter ante diem solvenda *compelli non potest. num.* 496.

Exolvens Reditus per aliquot annos *sese etiam* in futurum *obligásse non præsumitur. num.* 497.

A libero Hæredis arbitrio *pendet*, *an* Legata inutiliter *relicta* exolvere velit, *nec ne*? *Et dehinc ei pariter* liberum est, quæ legata exolvere velit, *nec ne? num.* 498.

Quæ voluntariè *ab aliquo geruntur*, non ultrà, quàm gerit, *ipsum obstringunt. num.* 499.

Lex 12. Cod. de excusat. tutor. *pro eadem sententia non malè adducitur. num.* 500.

Legati partem *duntaxat* exolvens *nec* ad Residuum *compelli potest. num.* 501.

Respondetur remissivè ad reliquas Rationes dubitandi. *num.* 513. *& sq.*

Clauditur Q. 2da *eleganti decisu* Johann-Petri Surdi. *num.* 516.

Duos Testes *ad hoc*, quòd Testamentum *præsentibus VII. testibus* fuerit ordinatum, *sufficere dicit Surdus*, *c. l.*

Verùm, quòd Testamentum hôc, vel aliô modô, confectum sit, duo Testes *neque* plenè, *neque* semiplenè *probant. num.* 517.

Et proindè nec sufficit Duorum testimonium *ad* Substitutionem *legaliter probandam. num.* 518.

De Contentis Testamenti *nihil probari potest*, *nisi* septem Testes de eo deponant. *num.* 519.

Septe-

Septenarius Testium numerus est *etiam* de forma probationis *talium Testamentorum. num. 520.*

Exhibetur resolutio tertiæ Quæstionis. *num. 521.*

An Testamentum, *de quo hic Qr. in vim* judicialis *defendi valeat? num. 522.*

Ad Testamentum apud Acta *condendum nihil ultrà requiritur, quàm* Præsentia Judicis, à testatore supremum ipsius elogium acceptantis. *num. 522.*

Præsentia solius Judicis, *vel ab illo* mandatam jurisdictionem habentis, *absque ullo* Scabino, *ad hujusmodi testamentum sufficiens est. num. 523. & sq. ubi tria hanc in rem adducuntur* Præjudicia.

Hujusmodi testamenta rectè quidem conduntur vor einem **Land-Richter**; *sed non etiam* in præsentia **des alleinigen Land-Schreibers**; *præcipuè* extra Judicii locum, *in ædibus privatis. num. 526. & sq.*

Secundum moderniam Jurisprudentiam *hujusmodi Testamenta*, extra locum Judicii, *coram* Judice solo, *propriissimè sic dicto, plerubique locorum, ordinari non possunt; sed & porrò* duorum, *vel* quatuor Scabinorum, *& nonnullibi etiam* aliquot Civium præsentia *requiritur. num. 528.*

In Provinciis, ubi Jus Saxonicum *viget, ut &* aliis multis, (*Quæ recensentur*) *præsentia* Judicis & duorum, *ad minimum*, Scabinorum *requiritur. num. 529.*

Hinc que talia Testamenta, in istis locis, non possunt condi coram Judice, & ejusdem Judicii Actuario. *num. 532.*

Neque coram Actuario & unico Scabino. *num. 533.*

Nec præsente solo Judice; *vel* solo Actuario. *num. 534. & seq.*

Neque etiam coram unico ex Judicii Assessoribus *seu Senatoribus; tametsi* à Judice specialiter deputato. *num. 536.*

Et omnium minimè coram tribus, vel pluribus Personis privatis, *quamvis* judiciali autoritate ad domum Testatoris ægroti ablegatis. *num. 537.*

Alibi trium Scabinorum præsentia *requiritur. num. 538.*

Alibi duorum *vel* trium Scabinorum; *& præterea* unius, *vel* pluriuin Civium. *num. 539.*

Alibi quatuor Scabinorum *præsentia requiritur, ut in* terris Würtembergicis. *num. 540.*

In testamentis judicialibus, quæ extra locum Judicii *conduntur*, major Fraudis & Falsitatis suspicio *militat, quàm* in Loco Judicii, *ut ideò* unica duntaxat Persona illis amoliendis *non credatur sufficere. num. 541.*

In testamenti, de quo hîc Qr. confectione solus publicus Scriba, **der Landschreiber**, *præsens fuit; verùm* nullus Scabinus. *num. 542.*

Etiam quoad Scabinos, *in multis locis, haudquaquam sufficit, ut illi* tantùm à Testatore privatim convocentur; *sed Testator ipsum* Judicem, *vel* totum Senatum rogare *tenetur, ut* aliqui, ipsius Voluntatem excepturi, ab illo deputentur. *num. 543.*

Consul regens, *vel* Judex *hoc Scabinis non solùm* in Judicii loco; *verùm etiam* privatim committere *potest, ut, nomine Senatûs*, actui testandi in ædibus privatis peragendo intersint. *num. 544.*

Non sufficit, Scabinos, à Testatore, *duntaxat* privatim, tanquàm Testes rogari *vel* aliâ de causâ ad ipsum venisse. *num. 545.*

Negotia coram Senatûs Deputatis *peracta tùm demùm* publica autoritate & fide potiuntur, *si* Deputati ex mandato Senatûs *illis intersint. num. 548.*

Deputati *non aliter, quàm* ex Senatûs commissione, hunc repræsentant. *num. 549.*

Nonnullibi *tamen hujusmodi* prævia Senatûs *vel* Superioris Rogatio, & Deputatio *non est necessitatis. num. 550.*

Applicantur *hæc Jura* Testamento quæstionis. *num. 551. & sq.*

Ad

Ad testamentum judiciale *præcisè requiritur*, *ut* Testator Senatum, Scabinos, *vel* Judicem expresse roget, *ut ipsius* Testamentum ab ipso acceptent, & publicis Judicii Actis insinuent. *num.* 554.

Applicantur *& hæc* Testamento quæstionis. *num.* 555. *& sq.*

Quæstio IV. *Vtrum hoc Testamentum* in vim militaris testamenti *subsistat? num.* 559.

Nec Militibus *aliter* jure privilegiario testari *permittitur, quàm* in bellicæ expeditionis discrimine *constitutis. num.* 558.

Particula, Solis, *est* exclusiva omnium aliorum. *num.* 559.

Particula, Quatenùs, *in forma specifica implendam* Conditionem *importat. num.* 560.

Tempus bellicæ Expeditionis quæ complectatur? *num.* 561.

Quoad singulas particulas *sive* occasiones bellicæ expeditionis *remissivè hæc notantur. num.* 562.

Testamentum quæstionis eo tempore confectum, quo profunda in toto Imperio Pax, *& imprimis cum* vicino Rege Galliarum nulla simultas *fuit. n.* 563. *& seq.*

Pericula bellica hunc præcipuum, *quoad Milites*, *ut* sine Solennibus testari *valeant*, favorem meruere. *num.* 565.

Cessante *hâc palmariâ insignis istius Privilegii* Causâ *ipsum etiam* Privilegium *totaliter deficit. num.* 566.

Præsentaneum periculum, *& non* futurum, *nedùm* solus futuri periculi Metus, *privilegio isti toti locum conciliat. num.* 567.

Hoc itaque Privilegium, certis finibus circumscriptum, *non* Ubique, *nec* Semper, *militibus competit. num.* 568.

Miles præsidiarius *in loco* Hostium quotidianis insultibus *obnoxio*, *ut & illi*, *qui in* periculosis hybernis *degunt*, in gefährlichen Postirungen/ oder Quartieren/ *pariter jure militari testari possunt. num.* 569.

Milites in insula *verbi grat.* Melitensi, *propter* Periculum, *quod* ipsis à Turcis, *&* Turcis ab ipsis perpetuò imminet, *utrum* in Civitate munita *constituti jure privilegiario testari valeant? num.* 570. *& seqq.*

Bertazzolius *ad hoc* negativè *respondet. num.* 572.

Nec Præfectus militaris, *nec* Milites *in* Loco Hostibus vicino ex. gr. zu Lauffenburg/ Rheinfelden/ *&c. commorantes*, tempore pacato, *&* cessantibus omnibus Excursionibus, omnique *à vicinis præsidiariis* periculo *cessante*, *privilegii istius participes sunt. num.* 573.

Absona quorundam sententia est, *quòd* omnes Milites, *quamprimùm* in matriculam *relati sunt*, *& sic etiam omnes* Præsidiarii jure privilegiario testari *valeant. num.* 574.

Adferuntur supremi Brabantiæ *Senatûs*, *& Parlamenti* Tholosani *de hoc puncto* decisa. *num.* 577. *& seq.*

Quoad Præsidiarios *complures*, sine distinctione, *consentiunt. num.* 578.

Verùm ista sententia communissimè rejicitur, *ceu istius* Privilegii regulas fundamentales *radicitùs subruens. num.* 579.

Limitanei *&* præsidiarii *milites tùm demùm ad hujus Privilegii communionem admittuntur*, *si* nullâ *vel* Pace, *vel* Induciis conductis, *in limitibus excubent*, *& quidem talibus*, *qui* perpetuis hostium atque quotidianis excursibus expositi, *sic*, *ut* semper ad pericula pro Republica *subeunda ipsos* paratos *esse oporteat. num.* 581.

Ipse Justinianus omnibus circa hæc dubiis occurrere *sategit præprimis in* L. 17. Cod. de testam. mil. *num.* 582.

Militis Voluntas, *quomodocunque declarata*, *tùm demùm* pro Jure *servanda venit*, *quando illa* in Expeditione *confecta. num.* 584.

Præfectus militaris, *in loco* contra omnes insultus munito, altissimâ pace, *extra omnem* laborem, *&* periculum ab Hostibus, *quietissimè positus*, *& tùm* Peritiorum, *si quos velit consulere*, *tùm*, *quotquot voluerit*, Testium *copiam*

ptam habens, sine manifestissima ipsi huic Privilegio illatâ Vi; ad hanc privilegiariam testandi rationem admitti non potest. num. 586.

Specialis ipsius Llatoris expressio, *ad* tollendam omnem dubitationem *adjecta, omninò* nullam *patitur* extensionem. *num.* 587.

Scripturas claras *nemini fas est* extendere. *num.* 588.

Tales exorbitantes sanctiones extendere officium Interpretum & Judicum excedit. *num.* 589.

Confrontatur prima Classis *in dicta Const. proposita, nimirùm* der Ritter/ welche zu Feld ligen/ *cum hoc Testamento. num.* 595.

In excubiis perditis *positi Milites*, so die verlohrne Schildwache halten/ *jure privilegiari, testari possunt. num* 596.

Uberiùs aspicitur, utrum hoc Privilegium *etiam* Testamenti, *de quo hîc quaritur*, conditori competierit? *num.* 597.

Phrasis, zu Felde ligen/ *quid complectatur? num.* 598.

Miles tùm demùm privilegio isto gaudet, quando in Castris est, *&* in Castris testatur. *num.* 599.

Privilegium, certi Loci intuitu concessum, extra limites illius extendi *nequit. num.* 610.

Confertur secunda classis *dictæ Constitutionis* von Rittern/ welche in übung des Streits seyn/ *cum hoc Testamento. num.* 601.

Declaratio hujus phraseos, in übung des Streits seyn/ *sollicitè adducitur. num.* 602.

Vigiliæ & Curæ *Castellorum &* Fortaliciorum Præfectis, den *Commendanten* auf den Gräntzvestungen/ *tempore* Pacis *incumbentes nullum huic Privilegio locum conciliant. num* 605. *& seq.*

Milites tertiæ classis *in dicta sanctione Maximilianea* secundum regulas Juris Communis *testari oportet. num.* 607.

Miles extra Castra *constitutus*, *sive* Domi *sit*, *sive* Alibi, *juxta* Jura Communia *testari tenetur num.* 609.

Alia Privilegia *militibus indulta, verbi grat.* in integrum Restitutionis, *etiam illis proficiunt*, *ut* in præsidiis, hybernis, vel alibi, extra Expeditionis pericula degunt. *num.* 610.

Sed ab illis privilegiis *ad hoc Privilegium* testamentarium *non licet concludere. num.* 612. *& seq.*

Quæstio V. *Utrum hoc Testamentum, juxta* Juris Canonici *dispositionem*, *ceu* coram Parocho & duobus vel tribus testibus confectum, *defendi valeat? num.* 614.

Jus Canonum *permittit, ut quilibet* coram Parocho & duobus saltem testibus *suæ mentis postremum judicium publicet. num.* 615.

Modò ille sit proprius Testatoris Parochus. *num.* 616.

Vel saltem tempore confecti Testamenti Testatoris actualis, *vel* ordinarius *sit confessionarius. num.* 617.

Et de fide ipsius atque integritate *nulla incidat* dubitatio. *num.* 618.

In Parochi persona Lex multum confidit. *num.* 619. *& seq.*

Hic Modus testandi *etiam* Legi Divinæ, *Deuteron. XIX. vers.* 15. congruentior *videtur. num.* 621.

Lex Divina duos Testes *non hoc sensu requirit*, quasi amplior numerus per Legem positivam introduci non possit; *sed tantùm hôc respectu, ut* unius solius Testis dicta rejiceret. *num.* 622.

Legi Divinæ Llator humanus non adversatur, *quando* ad Falsitates & innumeras Fraudes *à supremis elogiis eliminandas*, septenarium vel alium Testium Numerum *efflagitat. num* 623.

Tales LL. politicæ, *tanquàm* publicè *&* privatim *oppidò* salutares, *subditos etiam* in conscientia *obligant. num.* 624.

Pontifices ipsi *à Lege* Divina, binariô *tantùm* Testium numerô *contenta*, multis modis recedunt, *etiam in ipso* Capit. 10. x. de testam. *num.* 625.

Et tùm ad Presbyterum delicti convincendum *XLIV. & ad* Præsulem *convincendum LXXII. testes desiderant. num.* 626.

Apostolus Paulus in talibus casibus non nisi duos, vel tres testes requirit. n. 627.

Si etiam Pontifex *alicujus* delicti, per duos testes, convinci *posset, tunc etiam* ipsum, *æquè ac Diabolum*, eapropter damnandum pronunciat Glossa. *num.* 629.

Pontifices *ipsi ultrò* fatentur, *quòd* ipsis non liceat Jus Civile, *quoadusque* in bonos mores *non impingit*, corrigere, *vel abrogare. num.* 630.

Lex Romana, *in suprems morientium elogiis*, *ad* sinceritatem *illorum tuendam*, septenarium Testium numerum *expostulans nec* Legi Divinæ, *nec* Naturali *adversa censenda. num.* 631.

Laudatur candida Patris Engelii sententia *de hoc. num.* 632.

Iste novus testandi, per Jus Canonicum inductus, Modus in solis terris Ecclesiæ Romanæ, *quæ* Pontificis seculari potestati obnoxiæ, *receptus est. num.* 633.

Ex terris Imperii *nova hæc Constitutio, ex* Omnium *concordi testimonio*, exulat. *num.* 636.

Valdè anceps est Q. Utrum illa in terris, in quibus Ecclesia secularem potestatem aliis concessit, *nimirum in* Regno Neapolitano, Ducatibus Urbinensi & Ferrariensi, *locum obtineat? num.* 637.

Suprema Curia Parisiensis *Anno* 1592. Testamentum ità conditum *ideò* confirmavit, *quia* conditor illius civis Avenionensis fuit. *num.* 638.

Imò istam Pontificiam testandi Rationem Hodiè à tota exulare Italiâ, *ipsâque* Româ, *probatissimi Italiæ DDres testantur. num.* 639.

Ante tempora Bartoli *hujus generis Testamenta nunquàm admissa. num.* 639. *& seq*

In Germania *iste testandi Modus adeò non receptus, ut nec ipsi* Romano-Catholicæ Ecclesiæ addicti status *eunaem in suis ditionibus tolerent. num.* 641.

In sola Saxonia *singulariter receptum, ut* Rustici *coram* Parocho *&* duobus testibus *testari valeant. num.* 642.

In terris Imperii, *neglectâ Canonum dispositione*, præcisè servanda Constitutio Imp. Polit. de Anno 1512. *Coloniæ promulgata. num.* 644.

Camera Imperialis *Testamenta* secundum Jus Canonicum *condita* nunquàm approbavit. *num.* 646.

Utrum hoc Testamentum, *de quo hic Qr. ne quidem* in vim Codicilli *subsistat? num.* 648.

Clausula codicillaris in quibus Testamentis adjecta præsumatur? *num* 650.

Clausula codicillis *à Testatoribus non privilegiatis* expresè & specificè adjicenda. *num.* 651.

In dubio *nemo*, qui voluit testari, *saltem* codicillari voluisse *præsumitur. num.* 652.

Clausula *codicillaris* testamentô omissa *pro* omissâ habenda. *num.* 653.

Si quis habuerit animum testandi, illius Dispositio nec *jure codicillorum subsistit*, licet omnia Codicilli Requisita *concurrant. num.* 654.

An Testamentum, *de quo hic Qr.* ut ultima Voluntas intestati *subsistat? num.* 655.

Si quis prius testamentum, *in quo* Extraneos *hæredes instituit*, *per* aliud testamentum, *coram* quinque saltem testibus *confectum*, revocet, *in quo* illos instituit, *qui* ipsi etiam in casu intestati successuri essent, *tunc hoc ultimum testamentum*, ut Voluntas ab intestato *sustinetur. num.* 656.

Hæc non aliter procedunt, quàm si illi omnes, qui, tanquam in pari gradu con-

constituti, ab intestato successuri essent, *in posteriore testamento* vocentur. *num.* 657.

Lex 21. §. 3. Cod. de testam. *solitariè considerat* Causam intestati, *secundum quam* Omnes in pari gradu constituti *ad successionem* æqualiter *vocantur*. *num.* 659.

In dicta L. *occurrens* indefinita *oratio pro* universali *haberi debet*. *num.* 660.

Adduntur remissivè adhuc aliæ Rationes. *num.* 661.

Sexta Quæstio: *Utrum* in dubio præsumi *debeat*, *quòd* Testator *jam olim* dilectissimo suo Fratri, de omnibus Bonis paternis & maternis *solenniter factam* m.c. Donationem, per subsequens Testamentum, *si hoc validum supponatur*, revocare voluerit? *num.* 663.

Testamentum solenniter *& validè* conditum, *per* posterius *Testamentum etiam* perfectum, ipso jure revocatur. *num.* 664.

Mortis causa Donatio per posterius testamentum, *quo testator* hæredem *scribit* universalem, *similiter* revocata *videri potest*. *num.* 665.

Donatio mortis causa supremis Voluntatibus annumeratur. *num.* 666.

Etiam Statutum, *de* ultimis Voluntatibus *disponens*, ad Donationes m. c. porrigitur. *num.* 667.

Donator talis, *eo ipso*, *dum Testamentum &* omnem aliam ultimam Voluntatem revocat, *etiam* m. c. Donationem revocare *intelligitur*. *num.* 667.

Quando ille, *qui* primò mortis c. donavit, *deindè* in totâ suâ, *quæ ultra Legata adhuc supersit*, substantiâ Hæredem instituit universalem, *tunc* animus antegressam quamcunque m. c. Donationem revocandi *præsumitur*. *num.* 668. *& sqq.*

Si præsertim hæc verbis universalibus *facta institutio etiam sit* geminata. *num.* 672.

Donatio m. causa, *de qua hîc Qr.* potissimam partem bonorum Donatoris *complecti videtur*. *num.* 674.

Fideicommissum *etiam* Partis hæreditatis *jure* universalis *Fideicommissi censetur*. *num.* 675.

Donatio m. c. *qua quis* omnia Bona paterna & materna *alicui donat*, *& ipsa videtur* universalis. *num.* 676.

A juribus Fideicommissi ad m. c. Donationem *valida fit illatio*. *num.* 677.

Donatio m. c. universalis *per* universalem Hæredis institutionem *pro* tacitè revocatâ *habetur*. *num.* 678.

Juxta depositionem unius Testis *B. Dn. Chiliarcha Testator* suæ Agnationis conservationem, *per sui ex Fratre unici Nepotis Institutionem*, pro scopo *habuit*. *num.* 679.

Conservatio Stemmatis sine opibus *ac divitiis obtineri non potest*. *num.* 680.

Per divitias Familiæ crescunt; sine illis sordescunt, *ac denique* pereunt. *n.* 681.

Nobilitas sine facultatibus lubrica. *num.* 682.

Si Dn. B. Antonius Ignatius omnia Bona paterna & materna *suo* Dn. Patruo, *& modò illius* Cessionariæ præstare teneretur, ille Scopus *vix videtur* obtentu possibilis. *num.* 683.

Viri nobiles *& illustres pro illustris* sui Stemmatis conservatione *sollicitè vigilant*. *num.* 684.

Si Dn. B. Anton. Ignatius probare valeret, Bona Patruo donata nexu Fideicommissi agnatitii devincta, *tunc illorum* Donatio *omnimodò* nulla *esset*. *n.* 685.

Clerici, *tanquàm* ad statum connubialem, *& sic etiam ad* Stemmatis propagationem inhabiles, *an in* Fideicommisso Familiæ *succedere valeant*? *num.* 687.

Ad Revocationem mortis causa Donationis, *æquè ac Legatorum*, quinarius *duntaxat* Testium Numerus *requiritur*. *num.* 688.

Ad revocandam *talem Donationem* nuda Voluntas *seu Pœnitentia*, *modò* Testibus V. præsentibus *declarata*, *sufficiens est*. *num.* 692.

Etiamsi Decennium nondùm *fuerit* elapsum. *num.* 692.

Ademptio legatorum & m. c. donationum *æquè species est* supremæ Voluntatis, *quàm illorum Ordinatio. num.* 694.

Nihil tàm naturale est, quàm eô modô quodque dissolvi, *quo & fuit* colligatum. *num.* 695.

In omni ultima Voluntate, *exceptô* Testamento, Quinarius testium *requiritur* Numerus. *num.* 695.

In ademptione *tàm* m. c. Donationum, *quàm* legatorum, *æquè facilè* Fraudes *committi possunt, quàm* in illorum ordinatione. *num.* 696.

Si Testamentum, ante lapsum Decennii, nudis verbis, *coram VII. vel V.* duntaxat testibus revocetur, *tunc ipsa quidem* Hæredis institutio *per hanc revocationem, nec* ipso jure, *nec* ope exceptionis, convellitur: *Veruntamen* Legatariis *legata petentibus* exceptio doli *ea propter opponi potest. num.* 697.

Etiamsi voluntaria rei legatæ, *vel* m. c. donatæ Alienatio ipso jure sit nulla; *tamen etiam ex illa* validissima legati & m. c. Donationis ademptio *colligitur. num.* 700.

Decisio *hujus sextæ Quæstionis, quod*, tametsi Testamentum *à Dn. Chiliarcha* perfectissimè conditum, *&* legaliter probatum *esset*; *tamen priùs ab ipso* cum Fratre celebrata m. c. Donatio, *in dubio, per illud*, haudquaquàm revocata *præsumi deberet. num.* 701. *& seq.*

Ipsius Soror & Cessionaria, *L. Domina Baronissa de Hornstein*, omnia utriusque Germani Bona, paterna & materna, *à Fratre Commendatore cessa, justissimè exigit. num.* 703.

Non obstante, quòd Ipsa paternæ & maternæ Successioni renunciaverit. *num.* 705.

Ita Renunciatrix suis Fratribus *ex* testamento, *& ab* intestato succedere *potest, licet alia nulla, quàm* à Patre profecta Bona *reliquant. num.* 707.

Sed & ipsa à Fratribus hæres institui, *alioque quocunque, tùm* universali, *tùm* particulari titulo, ad Bona à se renunciata vocari *potest. num* 708.

Si Renunciatio in manus ipsorum Fratrum *sit facta, Soror benè* ab illis adrenunciata vocari *potest. num.* 709.

Si Filia in gratiam suorum Fratrum ità renunciaverit, ut, si illos contingat sine Filiis decedere, sibi ad sua jura redire *liceret, tunc* Unô illorum sine Masculis moriente *ipsa statim ad Bona à se renunciata*, pro rata istius Fratris, *admittitur. num.* 710. *& seq.*

Ista Cessio paterni & materni juris hæreditarii *absoluta &* simplex Donatio *videtur. num.* 712.

Et proindè, ceu Summam 500. solidorum multùm excedens, *propter* judicialis Insinuationis defectum, *nulla. num.* 713.

Etiam lucrosa Actionum Cessio, *si illarum* Objectum istam Summam excedat, Insinuatione *opus habet. num.* 714.

Donationes *non solùm* à modernis Imperii Principibus; *verùm etiam* à Baronibus & immediatis Nobilibus *factæ, sine judiciali insinuatione subsistunt. num.* 715.

Imperator vocatur der oberste Fürst. *num.* 716.

Jure Civili *solus* Imperator *hoc præcipuum habet, ut* Donationes ab ipso factæ nulla indigeant insinuatione. *num.* 717.

Sed Hodiè obtinet dicta Extensio, cùm & Nobiles & Barones immediati in suis territoriis tantundem juris habeant, ac Imperator in toto Imperio. num. 718. *& seq.*

Magnificum, liberalem & munificum *esse*, gloria Regum & Principum, & laus Nobilium haud ultima *est. num.* 720.

Etiam illustrium personarum Tutores & Curatores, *absque autoritate &* decreto Magistratûs, donare *possunt. num.* 721.

Tales

Tales Personæ *benè* simùl Donator, & Judex insinuationis esse *possunt. num.* 723.

Principes, Comites, Barones, & immediatos Imperii Nobiles *etiam* immensas donationes apud seipsos confirmare valere; *auctor est Tabor. num.* 724.

Adferuntur Rationes *ex eodem Tabore. num.* 725.

Renunciationes Filiarum illustrium *nulla judiciali egent* insinuatione. *num.* 726.

Licet etiam illæ, si sint translativæ Juris hæreditarii, *Filiabus jam* delati, *vel* adhuc deferendi, veræ *sint* Cessiones. *num.* 727.

Eo ipso, dùm Filia illustris renunciat, *etiam* adit *paternam*, *vel aliam cui renunciat*, hæreditatem, *&* aditam cedit. *num.* 728. *& seq.*

Dominus Antonius Ignatius de Grammont hanc exceptionem, *quòd ista Cessio sit excessiva*, *in Actis nec* allegavit, *nec* opponere potest. *num.* 730.

Si hæc Cessio, *in quantum est excessiva*, *ob* defectum Insinuationis, nulla foret, *hoc non Domino Baroni Antonio Ignatio*; *sed Dn.* Commendatoris testamentariis, vel legitimis Hæredibus solis proficeret. *num.* 732.

Nemo, *agendo*, *vel excipiendo*, alieno jure niti, *vel uti potest. num.* 734.

Hæc Cessio tanto citiùs, *omissâ quantumvis insinuatione*, *ex eo subsistit*, *quia* Cessionaria spem proximam habuit *partim* Bona sibi cessa jure proprio repetendi, *partim ex* testamento, *vel ab* intestato *suo* Fratri succedendi. *num.* 735. *& seq.*

Donatio proximis Cognatis *facta in modum* anticipatæ Successionis *facta videtur*, *&* juxta hanc regulanda *venit. num.* 737.

Lex ipsa *præsumit*, *quòd* Donator *mortis causa Testamentum*, *post Donationem*, *conficiens*, *potiùs* Hæredem *à se institutum* ad ea, quæ ipse Donatario promisit, adimplenda adstringere, *quàm* Donationem in illum collatam revocare voluisse *censeri debeat. num.* 738.

Adducuntur tùm Textus, *tùm* famigeratissimæ autoritates, *pro stabiliuanda hac ipsa* legali præsumptione. *num.* 739. *& seqq.*

Omnes Commentatores, *Decisionistæ*, *& Consultatores intrepidè definiunt*, *quòd* per institutionem Hæredis universalis, *sive* in universis Bonis, *antegressa* Donatio mortis causa pro revocata haberi non debeat. *num.* 741. *& seq.*

Generalis institutio in bonis universis *non trahenda est ad* Bona, non duratura in Testatoris hæreditate, *etiamsi* de illis disponere potuisset. *num.* 744.

Hujus generis *etiam* m. c. donata *communissimè reputantur. num.* 744.

In ambiguo *non credendum*, Testatorem id, quod aliis solenniter promisit, revocare voluisse, *licet id* revocandi facultatem *habuerit. num.* 745.

Prout in toto jure Generi per Speciem derogatur; *sic &* universalis Hæredis institutioni *per* mortis causa Donationem, *adhibitis Solennibus*, specialiter factam. *num.* 746.

Donatio mortis causa dilectissimo Fratri *facta*, *ob ipsam hanc* Sanguinis necessitudinem, tanto minùs revocata præsumi debet. *num.* 747.

Sanguinis conjunctio, *&* dilectio Legatarii *præsumere faciunt*, *ut ex* voluntaria rei legatæ Alienatione legatum, *contra Regulam*, non ademptum *censeatur*, *num.* 748.

Inter personas : recto cognationis *vinculo junctas*, *contra Regulam*, faciliùs *quàm in aliis quibusvis*, præsumitur Donatio. *num.* 749.

Quanto propinquior *inter talem præsumptum Donatarium & Donantem intercedit* Conjunctio, *tanto etiam* major & fortior præsumptio Donationis exindè intelligitur. *num.* 750.

Eidemque ratione etiam solennis, *ex* fraterna pietate *facta*, *ejusdemque* reciprocæ, *&* remuneratoriæ *Donationis*, non expressè *revocata*, Revocatio tanto difficiliùs præsumenda. *num.* 751.

Donatio Q. *non mera & simplex*; *sed simùl &* reciproca *&* remuneratoria *donatio est*; *ut specificè ostenditur. num.* 752.

Reciprocatio *&* Remuneratio *cum* cæteris Circumstantiis *hîc concurrentibus*, pro non revocatione *hujus Donationis tamdiu militant*, donec Animus revocandi manifestè probetur. *num.* 753. *& seq.*

Hic Animus tanto minùs *in defuncto Donatore ideò* præsumendus, *quia ille* adhuc penultimo die *ante suum decessum* omninò intestatus decedere voluit; *&* ab uno ex Testibus *testamentariis*, *ab ipsius Donatoris* Domesticis subornatô, jamjàm moribundus, *per* in modicas *& illicitas*, *per* totum Biduum *continuatas*, instigationes, tandem permotus *fuit*, *ut aliquam informem Voluntatem conficeret. num.* 753. *& seq.*

Qui tamdiu instantibus & continuatis instigationibus nolens-volens tandem cedit, *ut aliquid quomodocunque disponeret*, *de hoc* sub nullo colore *dici potest*, *quòd etiam* dilectissimo suo Germano, reciprocè, solenniter, & remuneratoriè, *potissimam partem* de Bonis, ab ipso illo Germano profectis, *factam Donationem* ingratissimè revocandi *animum habuerit. num.* 757.

Hæc Revocatio, sine summa *erga* Fratrem, *à quo mortis causa Donans* potissimam partem *bonorum eidem* mortis causa *donatorum*, ex absoluta *atque* irrevocabili donatione, paulo ante acceperat, ingratitudine *fieri non potuisset. num.* 758.

Remota ab omni verisimilitudine, *in dubio*, *nec* attendi, *nec* præsumi, *vel* credi *debent. num.* 759.

Vitió ingratitudinis nihil detestabilius; *quæ proindè* in dubio nullatenùs præsumenda. *num.* 760.

Quo majorem hæc mihi Donatio Summam *continuit*, tanto etiam majorem, in eadem revocanda, sollicitudinem *Donator habuisse intelligi debet. num.* 761.

Si Donator reverà hanc mortis causa Donationem revocandi animum *habuisset*, non opus fuisset, *ut ad hoc ab ipsius* Domesticis *subornatus &* specialissimè vocatus Pastor, *per* integrum Biduum, *ad conficiendum qualecunque Testamentum*, *multis* suggestionibus, suasionibus, instigationibus, *cum tanta cura ipsum* sollicitâsset; *sed* omnia facillima & planissima *fuissent. num.* 762.

Consanguineos in pari gradu *positos omnia* prudentum responsa, *&* Lex ipsa naturæ successores faciunt. *num.* 763.

Quanto majus *in quavis re* periculum *subest*, *tanta etiam* majori opus est cautione. *num.* 764.

Hanc

Hanc regulam ipsa Ratio naturalis omnes homines edocet. *num.* 763.

Et dehinc tanto minùs de Dn. Chiliarcha præsumi debet, quòd, si ipse re-verà hanc insignem suo Fratri factam donationem revocare voluisset, ipse specialissimam Rei tanti momenti & ponderis mentionem *non facturus fuisset, num. 765.*

Qui Testamentum, *vel* aliam supremam Voluntatem antehàc ordinârunt, *ad amputandas omnes dubitationes* illam specialissimè revocare solent. *num. 766.*

Ex hac ipsa Consuetudine *nova oritur* præsumptio, *quòd, si Dn. Chiliarcha hanc suo Germano factam remuneratòriam Donationem* verè revocandi animum *habuisset, ipse pariter* disertissimè hanc suam Voluntatem expressurus fuisset. *num. 767.*

Consueta fieri, in dubio, facta esse Lex ipsa præsumit. *num. 768.*

Ex fieri consuetis fortissima & optima pronascitur præsumptio. *num. 769.*

Mortis causa donator *si* in Testamento, *quod postèà conficit*, non expressè illam revocet, *communissimæ huic* Regulæ, *quòd antegressa mortis causa Donatio, per subsequentem universalis Hæredis institutionem, haudquaquàm revocata censeri debeat,* se conformare voluisse censendus. *num. 770.*

Si vivente adhuc & sciente Testatore aliquid contingat, *quod ipsum* meritò ad jam conditi Testamenti mutationem incitare potuisset; *ipse verò jam disposita* immutata relinquat, *tunc ipse* multo magis in eadem voluntate perstitisse præsumitur. *num. 771.*

Qui suum Testamentum mutare potuit, *&* non mutavit, *videtur illud* approbare. *num. 772.*

Animus non revocandi *factam Donationem, etiam ex eo, tanto clariùs elucescit, quòd Dn. Chiliarcha nec* in ipso Testamento, *nec* extra illud, *etiam* erga illum Testem, *qui*, per integrum Bihorium, *ad condendum Testamentum ipsum* sollicitavit *& instigavit, de illa cassanda vel revocanda* ullum verbulum protulerit. *num. 773.*

Mutatio, in dubio, non debet præsumi. *num. 775.*

Nec Abrogatio. *num. 776.*

Mutatio est Accidens, qualia non præsumuntur. *num. 777.*

Hæc Regula *tàm in* supremis Voluntatibus, *quàm in* omnibus negotiis inter vivos *attenditur. num. 778.*

Etiam quoad illa, quæ ex intervallo, *imò etiam* post longi temporis decursum *fiunt. num. 779.*

Quicunque dicit, legitimè conditam dispositionem ex postfacto mutatam, hanc mutationem probare *tenetur. num. 780.*

Si ei, qui maximam *vel* majorem bonorum partem mortis causa donavit, *postèà* Liberi nascantur, *eidem* Remedium Legis 8. Cod. de revoc. donat. *ex eo, non competit, quia* liberam facultatem habet factam donationem pro arbitrio revocandi. *num. 781.*

In libero *illius, qui* rem maximi momenti inter vivos donavit, arbitrio *residet, an, post* Liberorum supervenientiam, Remedio dictæ Legis 8. uti velit, *nec ne? num. 782.*

Multoque magis hoc à libertimo mortis causa Donatoris arbitrio dependet, *utrum talem donationem* in manibus Donatarii relinquere, *vel ab illo* répetere *malit? num. 783.*

Quodsi, tali in casu, *Donatio* inter vivos, *vel* mortis causa, non apertè revocetur, *tunc* contraria Voluntas Donatario eandem in perpetuum relinquendi, *jure indè colligitur. num. 784.*

Si ei,

Si ei, qui (*ut in casu proposito*) omnia sua paterna & materna Bona *alicui donavit, postea* Liberi nascantur, *&, post hanc illorum nativitatem, ab ipso quidem* Testamentum condatur, *in quo* universalem Hæredem *instituit; sed* nulla illius Donationis, *quòd eandem revocatam velit*, mentio *injiciatur, tunc* Donatio haudquaquàm *ex dicta Causa, Liberorum videlicet superveni-entiæ*, revocata *censetur. num.* 785.

Multo igitur minùs hujusmodi Donatio, *qualis nempe hæc est*, Remuneratoria, *erga* Fratrem charissimum *&* beneficentissimum, *ac potissimam partem* de Bonis, ab ipso illo Fratre, *paulo ante*, inter vivos, simpliciter donatis, Reciprocè *&* Solenniter *facta*, non concurrente tali Causâ impulsivâ, *qualis est* Liberorum Supervenientia, *ex solâ* Testamenti, *in quô* nulla omninò ejus mentio *fit*, ordinatione *pro* tacitè revocatâ *haberi debet. num.* 786.

Respondetur ad præmissas Rationes dubitandi. *num.* 787.

Per posterius Testamentum *ritè confectum* priùs conditum rumpitur. *Sed quòd etiam* antegressa mortis causa Donatio per subsequens Testamentum revocata *censenda sit, hoc est, de quo Qr. num.* 788.

Donatio mortis causa *&* Legatum *adhuc in* compluribus Juris articulis differunt. *num.* 789.

Ab hoc, quòd prius Testamentum, per posterius *perfectum*, ipso jure revocetur, *ad hoc, quod etiam* priùs facta solennis mortis causa Donatio, *per* subsequens Testamentum, *nullam prorsùs illius mentionem injiciens*, revocata *censenda sit, non V. C. num.* 790.

Nullus Paganus cum duobus testamentis *decedere potest. num.* 791.

Prius testamentum *per* posterius *rumpitur, licet* nulla illius in hoc mentio fiat. *num.* 792.

Etiam Paganus *cum* Testamento & pluribus mortis causa Donationibus, *aquè ac etiam* cum Testamento & pluribus Codicillis, præcedentibus, vel sequentibus, *decedere potest. num.* 793.

Codicilli, *etiam* plures, *nisi in* Testamento posteà condito expressis verbis revocati *probentur*, *pro* tacitè confirmatis *haberi debent. num.* 794.

Si quis primò tantùm Codicillos conficiat, *& multa in illis* Legata *relinquat*, *vel* particularia Fideicommissa; *deindè verò etiam* Testamentum *sequatur*; *in quo* nulla illorum *vel* Fideicommissorum mentio *injiciatur, tunc hæc per tale subsequens testamentum* pro revocatis nullatenùs habentur; *etiamsi* Pars bonorum, *vel* hæreditatis *codicillis in tali legato contineatur. num.* 795.

Utrum idem dicendum sit de Fideicommisso universali *in* primùm factis Codicillis *relicto*, *si etiam* illius in sequente testamento nulla mentio fiat? *num.* 796.

Negativè *hoc decidit* Antonius Faber. *num.* 800.

Affirmativam *fluctuanter propugnat* Bachovius; *sed* positivè *Domini* JCti Argentoratenses. *num.* 801. *&* 802.

Horum sententia *haud obscurè probatur per* §. 1. Inst. de Codicill. *num.* 797. *& seqq.*

En

Ex hoc solo, quòd demùm post Codicillorum ordinationem testamentum conficitur, *non præsumitur* testator à voluntate codicillis declaratâ voluisse recedere. *num. 799.*

Idem est, si Legata, *vel* Fideicommissa, *præsentibus quinque testibus*, inter Amicos, *vel* in Epistola *primùm relicta*, in sequente Testamento non expressè revocentur. *num. 804.*

Idem igitur etiam de antegressa m. c. Donatione, *ceu legatis exæquatâ*, *judicium ferendum. num. 805.*

Dictus paragraphus I. Inst. de codicill. ad totam sextam Quæstionem decidendam solitariè sufficit. *num. 806.*

Si etiam Legata & Fideicommissa, *quibus etiam* insignis Portio Bonorum, *vel* Hæreditatis *alicui relicta*, per subsequens Testamentum non censentur revocata, *quidni idem quoque de antecedente* m. c. Donatione magnæ partis bonorum *judicium feratur? num. 807.*

Legata in Codicillis, *vel* Epistolis antecedentibus *relicta semper in* Testamento subsequuto confirmata *censentur. num. 808.*

In ambiguo Voluntatis perseverantia *præsumitur. num. 809.*

Quicquid obtinet in Legatis, *etiam obtinet in* mortis causa Donationibus. *num. 812.*

Donationes mortis causa etiam *in* Codicillis *relinqui possunt. num. 813.*

Universalis hæredis Institutio, *sub* verbis geminatis *facta, utrum* ad revocandam m. c. Donationem *sufficiens sit? num. 815.*

In proposito deficit juridicè & propriè sic dicta Geminatio. *num. 818. & seq.*

Ad Geminationis effectus *fundandos necesse est, ut illa* fiat ex intervallo. *num. 820.*

Utrum universalis m. c. Donatio *per* universalem Hæredis institutionem *revocetur? num. 821.*

Negatur, in substrato, universalis mortis causa Donatio. *num. 825.*

Negativa hæc demonstratur. *num. 826.*

Universalis Donatio *illa demùm vocatur, qua quis* omnia sua Bona, præsentia & futura, *alicui donat. num. 828.*

Non entis nullæ sunt affectiones. *num. 830.*

Fideicommissum universale *etiam illud vocatur, quando aliquis* Partem hæreditatis restituere *rogatur. num. 832.*

Etiam talis saltem Pars Hæreditatis fideicommissaria Hæreditas *vocatur. num. 833.*

Si quis Tertii alicujus Hæreditatem, sibi delatam, *jure Fideicommissi*, alteri jubeat restituere, *hoc non universale; sed* particulare *est Fideicommissum. num. 834.*

Objectum Senatusconsulti Trebelliani *sola* universalia *Fideicommissa constituunt. num. 835.*

Tota Hæreditas alicujus Tertii *ab Hærede, cui relicta, alii* legari *potest. num. 836.*

Donatio mortis causa, *quâ* integræ portiones paternæ & maternæ hæreditatis *alicui donantur*, non est universalis *sive universorum bonorum Donatio. num. 837.*

Si quis legitimis sui Filii impuberis Hæredibus injungat, *ut, si Filius in impubere ætate decesserit*, ipsi suam (*Patris nempe*) Hæreditatem pauperibus restituant, *hoc non universale*; *sed* particulare *saltem Fideicommissum reputatur. num.* 838.

Donatio etiam omnium paternorum & maternorum bonorum non est universalis; *sed particularis*; *quod ex egregia &* his ipsis in terminis conceptâ Andreoli decisione *pleniùs statuminatur. num. 839. & seqq.*

Complures DDres intrepidè definiunt, quòd, tametsi Testator ità loquatur: Cassans & irritans omne Testamentum & quamlibet aliam ultimam Voluntatem; *tamen* mortis causa Donatio pro revocata haberi non debeat. *num.* 844.

De hoc, quòd Testator, per sui ex Fratre unici Nepotis Antonii Ignatii universalem Institutionem, sui Stemmatis Masculini Propagationem *præcisè intenderit, nullus Testium quidquam dixit, excepto uno. num. 845.*

Unicus testis, nullus testis, etiamsi in magna, clericali, *vel* seculari dignitate *sit positus. num. 846. & seq.*

Testis extra Articulos & Adversarii Interrogatoria *testimonium perhibens nullam fidem meretur. num. 848.*

Testes tantùm quoad Articulos & Interrogatoria jurati *censentur. num.* 849.

Ab hoc unico Teste, de quo hic Qr. perhibitum testimonium etiam ideò nullum *est, quia ipse* à Domesticis Domini Testatoris, ad hoc, ut illum ad condendum testamentum disponeret, *specialiter* vocatus *& subornatus*, per integrum Bihorium *continuatas* sollicitationes & instigationes tamdiu applicuit, *donec illum* vel tandem ad erigendum testamentum commoverit. *num. 850.*

Porrò huic testimonio etiam illud adversatur, quòd alius Testis *dicit*, se semper de hoc persuasum fuisse, *quòd etiam Domini* Antonii Ignatii Sorores una cum ipso ad successionem vocatæ *sint. num. 851.*

Si Dominus Chiliarcha suæ Agnationis propagationem per Anton. Ignatium tàm enixè, seriò, & verè intendisset, *planè non est credibile, quòd ipse* ad ultimum ferè spiritum cunctatus, *neque* aliter testamentum *facturus fuerit*, quàm à Domino Pastore, *ab Ipsius* Domesticis *ad hoc* subornato, multis persuasionibus vel tandem permotus. *num. 852.*

Et si ista Intentio veritate nitatur, quomodò fieri potuisset, ut Ipse jam tunc cùm ille Pastor ipsum inviseret, in vitæ extremo periculo *constitutus*, varias *ab illo* suggestas Rationes, *atque* Persuasiones, *per* integrum Bihorium *continuatas*, *tamen* insuper habuerit, *donec* Tandem, *pertæsus tàm immoderatarum sollicitationum*, ad erigendum Testamentum persuasus *fuerit. num.* 853.

Expenduntur *denuò* istius Testis *& Sollicitatoris* formalia verba. *num.* 854.

Qui hunc *sibi* scopum *& finem proposuit, ut* ex omnibus Agnatis unum solum sui Stemmatis Propagatorem & Hæredem ex asse, *hoc fine*, scriberet, *ut Familia per ipsum in majori splendore conservari valeret, ille* suæ Voluntatis ordinationem non ad novissima suæ vitæ momenta *differre voluisse censeri debet. num.* 855.

Qui

Qui unum solum *ex suis Agnatis*, *tanquàm* Propagatorem *suæ Agnationis*, in oculis *habet*, *suaq;* universa Bona, *etiam* Fratri jam anteà mortis causa donata, *soli assignare capit*, *ille planè* non expectat, *ut à suis* Domesticis, *demùm*, per alium, *ad* Testamenti *confectionem* excitetur, urgeatur, & sollicitetur. *num.* 856.

Qui etiam Fratri m. c. donata, *& potissimam partem* ab ipso *hoc* fratre sibiipsi donata *Bona*, *cum* ingratitudine, *ei rursùs* adimere, *&* alii illa relinquere *intendit*, *ille*, jam Morti proximus, *ut hanc* suam Voluntatem *coram legitimo Testium Numero* expressè declarare possit, *omnem* moram *abrumpit*. *num.* 857.

Neque patitur, *ut sibi dilectus* Presbyter varii generis Rationes, *&* Persuasoria operosè conquirat, *quibus ipsum* ad condendum testamentum movere, *per* integrum Bihorium, *omnibus viribus eniti necesse habeat*. *n.* 858.

Neque adeò moræ patientem *se præbet*, *ut jamjàm* Moribundus, *totum illud* Bihorium, *sine* ulla Voluntatis, quòd testamentum conficere velit, significatione, elabi patiatur. *num.* 859.

Sed summa cum cura instantissimè ipse urget, *ut* Notarius & Testes *ad actum testandi* quàm celerrimè convocentur. *num.* 860.

Inculcantur denuò formalia verba, *quibus Pastor in L.* Testamentum *quæstionis*, *post* totius Bihorii sollicitationes, *tandem conciliavit*. *num.* 861.

Et ex illis demonstratur, *quòd non aliud de illo judicium ferri possit*, *quàm quòd* per immodicas, *ceu* per integrum Bihorium *continuatas*, Sollicitationes, *contra jura* extortum, *hinc q;* penitùs nullum *sit*. *num.* 862. *& seqq.*

Hoc verò, *quòd Testator* etiam mortis causa Donationem, suo Benefactori & germano Fratri *factam*, *cujus* nullam omninò mentionem *injecit*, per hoc ipsum Testamentum, extortum & nullum, *nec* legaliter probatum, revocare *voluerit*, *ceu & ipsum* nullatenùs probatum, *refellitur*. *num.* 866.

Non ità Familiæ conservationi favere *debemus*, *ut* ad alios *exindè* injustitia *redundet*, *vel* ingratitudo. *num.* 868.

Neque terminos ab ipso Testatore præscriptos transilire *debemus*. *num.* 869.

Quæ Testator non dixit, *cùm* facilè potuisset, *nostrum non est* supplere. *num.* 870.

Non adeò magnus Familiæ splendor *est*, *si* unus solus ditissimus *sit*, *&* cæteri omnes humi repere *cogantur*. *num.* 871.

Donatio mortis causa (*nisi* universalis *sit*) *per* subsequens Testamentum, *in quo* nulla illius mentio *facta*, haud præsumitur revocata. *num.* 872.

Admissâ etiam hâc Præsumptione, *quòd Dominus Chiliarcha*, *per* Nepotem ex Fratre, suam Familiam propagare *voluerit*; *non tamen hinc sequitur*, *quòd* erga suum Fratrem ingratissimus esse, *eiq; factam* Donationem revocare *voluerit*; *sed quòd potiùs* illum scopum, quoad cætera sua Bona, *obtinere intenderit*. *num.* 874. *& seqq.*

Et si omninò etiam Bona suo Fratri mortis causa donata *in eundem Nepotem devolvere voluisset*, Fratrem Fideicommisso, *in casum*, *si etiam ipse moriturus esset*, quoad ipsa illa Bona, onerare *potuisset*. *num.* 873.

Demonstratur, *quòd*, *si etiam* hæc Donatio mortis causa pro indubiè revocatâ haberi deberet; tamen nihil hinc commodi ad Dominum Baron Antonium Ignatium *redundare valeret*. *num.* 878.

Dn. Chiliarcha verò intestatus decessit, *hinc q;* ejus Hæreditas, *etiam*

connumeratis Bonis Fratri ipsius mortis causa donatis, *inter* omnes Ipsius Hæredes legitimos, *in* stirpes *dividenda*, *demùmq;*, ex una Stirpali Portione, Dn. B. Antonio Ignatio sua portio virilis *assignanda veniret, si reverà hæc Donatio pro revocatâ habenda esset. num.* 879. *& seq.*

Quòd paterna & materna, *à Fratre Fratri* donata, Bona *nullo* Fideicommissi agnatitii nexu *devincta sint*, *per* judicialem Confessionem *probatur. num.* 881.

Talis Confessio omnes alias probationes, *etiam* Præsumptionem juris & de jure vincit; *ipsa verò per* nullam contrariam probationem infringitur. *num.* 882.

Etiam B. Dn. Commendator, *non obstante hôc suô* Sacri Ordinis charactere, *bonorum* feudali & fideicommissi familiaris nexu *devinctorum* capax *fuit. num.* 883.

Monachi, Religiosi, & Clerici regulares ad talia Bona non admittuntur. *num.* 884.

Benè tamen Seculares, *ut Canonici, & similes*: *Item;* Equites Hierosolymitani, Teutonici, *& alii. num.* 886.

Hîc non Qr. de eo: *Vtrum Dn. Chiliarcha suo Fratri factam* mortis causa Donationem, *coram* quinque saltem Testibus, *revocare* valuerit; *sed de hoc*: An voluerit? *num.* 888.

Id quod equidem Circumstantiæ *hîc concurrentes credere non patiuntur. num.* 889.

Demonstratur, non adesse quinque Testium habilium & non suspectorum *Depositiones. num.* 890.

Et quòd etiam hi reliqui quatuor Testes in suis testimoniis non ità concordent, *ut in* Dispositione nuncupativa probandâ *requiritur. num.* 891.

Porrò hæc Revocatio, *si etiam* plenissimè probata *esset*, eâdem Nullitate, *quâ etiam totum Testamentum*, *laboraret. num.* 892.

Repetitur denuò, *quòd*, si ista Donatio verè & expressissimè revocata esset; *tamen* nihil indè commodi ad Dominum Antonium Ignatium pervenire posset. *num.* 894. *& seq.*

Inquiritur: *Annon B. Dn.* Commendator istam Revocationem sibi à Fratre factæ Donationis, *tanquàm validam, agnoverit? num.* 897.

Evincitur Negativa. num. 898.

Particula, Quasi, *regulariter*, nota est improprietatis. *num.* 899.

Dn. Commendator expressè negavit, *quòd istâ* Revocatio *à Fratre* sit facta, *vel* validè *facta. num.* 900.

Confessio *nec* Jus, *nec* Naturam recipiens, nullius momenti *est. num.* 902. *& seq.*

Conclusio totius Responsi. *num.* 905.

FACTUM.

ES hat der weyland Hoch-würdig und Hoch wohlgebohrne Hr. Melchior Heinrich / Freyherr von Grammont, Teutschen Ordens Ritter / und in seinen Lebenszeiten gewesener Land-Commenthur der Balley Elsaß und Burgund / seinem Herrn Bruder / dem weyland auch Hochwohlgebohrnen Herrn / Philipp Joseph von Grammont, Herrn zu Randeggg / Der Röm. Kayserl. Majest. gewesenen Obristen / Unter-Oesterreich. Regiments-Rath / Ober-Vogten / und respect. Pfands innhabern der Herrschafft Lauffenburg und Rheinfelden / all sein Vätter- und Mütterliches Guth überlassen / und inter vivos geschenckht; bey welchem es so lang sein bewendens gehabt / biß erstwohlgedachter Herr Philipp Joseph seelig / durch eine anderwertige / und zwar in Rechten gantz förmliche und beständige Donationem mortis causa, sub dato den 11. April. 1693. auf billiches erachten und abgefassten

faſten danckhnehmigen ſchluß/ gleiches mit gleichem danckh- gebührlich zuentgelten/ und Brüderlich zubegaben/ nicht nur das jenige/ was Herrn Land- Commenthurs Hochwürden und Gnaden/ wohlſeelgen andenckhens/ Ihm vorhero verehrt; ſondern auch all das jenige/ was Er Herr Baron und Obriſter Philipp Joſeph von ſeinen lieben und ſeeligen Elttern Erbsweiſe bekomen/ auf ſeinen erfolgendē ledigen todfall wider verehrt u. geſchenckht/ mit gegebener befügnus/ ſolches alles/ auf ſeinen erfolgenden Todfall zu ſich zunemmen/ zubeſitzen/ behaltten/ nutzen und nieſſen/ auch mit demſelben nach ſeinem gefallen zuſchaltten und zuwaltten; auch hierwider Ihne Herrn Donatarium niemand/ wer der immer ſeyn möchte/ weder inner- noch auſſerhalb Rechtens/ anfechten noch bekümmern; ſondern darbey ruhig und unperturbirt laſſen ſolle; alles vigore ſolennis Inſtrumenti deſuper confecti, & tùm propria ipſius mortis cauſa Donantis, tùm quinque Teſtium ſubſcriptione muniti.

Zu vollziehung nun diſer Donation ſeyn nicht nur Seine des Herrn Land- Commenthurs Hochwürden und Gnaden/ als Donatarius; auf nachgefolgten ledigen Todfall des Hrn. Donatoris Philipps Joſephs von Grammont, in der poſſeſſion des mehreren Theils der Güther verbliben/ und ſolche ruhiglich genoſſen; ſondern Sie haben auch/ contemplatione hujus Donationis; ein merckhliches an ſeinen Schulden bezahlt: nach anſtand aber einiger Jahre/ aus ſonders wohlbedächtlichem gemüth und wohlneigung gegen ſeiner Frauen Schweſter/ der Hochwohlgebohrnen Fr. Anna Barbara Euſebia, Freyfrauen von Hornſtein/ gebohrner Freyin von Grammont, eine untadelbahre/ unter ſeiner aigenen hand und vorgetruckhtem Pettſchafft außgefertigte/ Ceſſion u. Ubergaab in ſcriptis errichtet/ vermög deren mehrhochwohlermeldt Seine Hochwürdige Gnaden nicht alleine den Ihnen/ de jure & proprio nomine zugeſtandenen/ Vätter- und Mütterlichen Erbs- antheil; ſondern auch und zugleich die von Dero wohlſeeligen Herrn Brudern Philips Joſeph von Grammont, per Donationem Ejus morte confirmatam; auf Sie devolvirter Schenckhungs- portion diſer ſeiner Frauen Schweſter/ Freyfrauen von Hornſtein/ pleno jure, wie ſolche an Sie erwachſen/ mit allen daran habenden Rechten und Gerechtigkeiten/ und beſonders mit einſetzung in den würckhlichen beſitz der Herrſchafft Randegg und derſelben Zugehörungen/ wie auch darauf gehabter Capitalien/ Jurium, Actionum & Nominum überlaſſen und cedirt.

Nachdem nun hierüber die Frau Ceſſionaria, Freyfrau von Hornſtein ſich/ neben der Herrſchafft Randegg/ vi dictæ Ceſſionis; & ſibi ex illa quæſita Juris, auch des andern habhafft machen wollen/ und deßwegen mehrmahlige güthliche erinnerungen an Herrn Antonium Ignatium Freyherrn von Grammont; Sr. Kayſerl. Majeſt. U. Oeſterreich. Regiments- Rath/ auch Obervogten der Herrſchafften Rheinfelden und Lauffenburg/ ratione der von ihme apprehendirten Güther/ abgehen laſſen/ hat/ auf deren unverfang- wohlgedachte Frau von Hornſtein denſelbigen judicialiter belangt/ und vor Einer Hochlöbl. U. Oeſterreichiſch. Regierung zu Freyburg und alldaſigem Hof- Cammer- Gericht/ eine unterthänige Supplication durch Dero verordneten Herrn Anwalden/ Herrn D. Antonium Joſephum Doringer/ den 10. Septembr. 1706. übergeben/ und aus einverleibt trifftigen urſachen pro Citatione ad videndum ſe immittì in Bona ceſſa, unà cum Mandato de non ampliùs oppignorando; vel alienando; ſed omnia in priſtinum liberum ſtatum reſtituendo, & ad interim idoneam Cautionem præſtando. C. C. gebetten: warüber auch am 16. ejusdem Citatio erkannt/ und/ vermög producirter execution des Nuncii Cameralis, den 27. dicti m. Septembr. inſinuirt/ und in termino den 12. Novembr. ejusdem Anni judicialiter producirt worden; in welcher audienz Herr Baron von Grammont; durch einen von ihme requirirten Advocaten/ Lic. Badler/ ſub cautione, comparirt/ den Freyfräulich Hornſtein'ſchen Gewaltt recognoſcirt/ und/ dieweilen Er ad reſpondendum nicht inſtructus erſchinen/ iſt ihme gleichwohl ein Terminus ordinis verwilliget worden; inmaſſen Er dann in deren gleich nachgefolgter audientia, den 9. darauf/ ſein procuratorium judicialiter eingelegt/ und/ auf erhalttene prorogationem Termini, am 14. Januar. 1707 Exceptiones producirt; warüber beyderſeits in proceſſu ordinario ſo weitt gehandlet worden/ biß endlich der ſeel. Hr. Doctor Roſenzweig/ als der damahligen Fräul. Philippinæ von Grammont wie auch Herrn Prothonotario Zur Täuben/ Obriſt Lieutenants dreyer Kinder verordneter Anwald/ extrajudicialiter eingekommen/ und remonſtrirt/ daß/ non obſtante hôc Proceſſu, vor allen dingen die Grammontiſche Maſſa hæreditalis zu integriren/ und dieweil erſtermeldter ſeiner Principalen intereſſe hauptſächlich hierunter verſire/ Commiſſionis extenſionem gebetten; welche auch erkannt worden/ und/ nach innhalt Protocolli vom 6. Aug. 1707. præſidibus Commiſſariis den U. Oeſterreichiſchen Regiments- Räthen/ Hn. Pauanen von Praunegg/ und Herrn de la Breſche;

sche, & Partibus præsentibus, ad redintegrandam massam hæreditatis, das erste mahl ersessen / und darneben so wohl ex parte hochwohlgedachter Commission, als auch von seitten der Freyfrau von Hornstein und Zur-Thannerischen Kinder / dises weickh zubeschleunigen die gäntzliche intention gefast gewesen; welches aber von seitten des Freyherrn von Grammont, durch seine Anwälde / attestante Protocollo, immerhin aufgehaltten und dermassen trainirt worden / daß nicht allein am 19. Aug. 1707. auf Einer wohllöbl. Deputation deßwegen erstattete Relation, dise propositon geschehen / ohne weitteren aufzug / in der Sache fürzugehen; sondern auch anbenebens vermeldet worden / daß in Causæ progressu sich von selbst äussern werde / wer die vom Freyherrn von Grammont geclagte unterschidliche Documenta zu verificiren gehaltten seyn werde. Es hat aber Er Herr Baron von Grammont in diser Redintegrations-Sach sich immerzu opponirt / mit beständigem vorwand / daß die vorhandene Bona hereditaria lautter Stamm-Güther seyen; biß Er endlich mit seiner eigenen Confession des widrigen convincirt / auch / disem zufolge / am 19. Augusti der auf Rheinfelden und Lauffenburg hafftende Pfandschilling für ein freyes Allodium erkannt / auch endlich in diser gleichsamb præjudicial Redintegrations-Sach / factâ priùs plenariâ Liquidatione, & Partium litigantium Submissione, ad Definitivam usque fürgefahren / und dise auch letzlich am 13. Sept. wider Ihne Herrn von Grammont publicirt worden ist; wider welche aber Selbiger vivâ voce appellirt / und plenos processus außgewürckht; da man dann beyderseits usque ad Duplicas schrifftlich gehandlet / und eine Endurthel zwar bißhero erwarttet; welche aber noch zur Zeit / unerachtet / daß Dominus Judex à quo, non obstante processu Testamentario, über weyland Hn. Philips Josephs prætendirtes Testamentum nuncupativum, die Erörterung solcher Liquidation und Redintegration der Grammontischen Erbs-Massæ, vor allem anderem für nöthig gehaltten / nicht erlangt werden mögen.

Gleichwie nun die bißhero in mehrerem vorgestellte Causa Redintegrationis Massæ hæreditariæ ex fundamento ersucht / und auf den fuß gestellet worden / daß die gantze Erbschaft in tres partes æquales, ab intestato, nemlich den hochwohlseeligen Herrn Land-Commenthur / Herrn Baron Philips Joseph / und Herrn Baron Johann Baptist / alle Freyherrn von Grammont und vollbürtige Herrn Gebrüdere devolvirt / mithin die von dem Herrn Johann Baptista herrührende Kinder / nemlich Fräulein Philippina, als dessen Filia, und die drey / von dem Herrn Prothasio Zur Tannen / mit Frauen Mariâ Anna von Grammont, als desselben zweytter Tochter / erzeugte Kinder / nahmens diser ihrer Mutter / jure repræsentationis, auf das Groß-Frau-Mütterliche Erb / und was Ihnen weitters zugehörig seyn möchte / principaliter hiebey interessirt waren / so ist / über ergangene Urthel / Herr D. Rosenzweig / als derselben Anwald / per Substitutum, interveniendo in Causa Testamenti nuncupativi, den 4. Novembr. 1707. judicialiter eingekommen / und / auf vorhero eröffneten Bescheid / den 27. Januar. 1708. per Partem actricem, & Intervenientem, die aufgetragene Legitimation erfolgt / die vorhergige Handlungen und Producta repetirt / und ad sententiam hujus testamentariæ Litis Definitivam submittirt; auch so fort von dem Freyherrlich-Grammontisch. Anwald solche Legitimatio recognoscirt; am 16. Martii gleichermassen auch sein Gewaltt überaeben / und der allbereit mündlich gethane Beschluß repetirt / und letztlich auf den / am 23. Mart. publicirten Bescheid / den 27. ejusdem, von dem ordinario Referendario dem Ll. Oesterreichisch. Regiments-Rath Herrn Preiß von Ehrenpreiß / die verhandlete Acta, in præsentia Partium, irrotulirt werden.

Nachdem nun / auf solchen / secundum stylum, & Judicio præscriptam Ordinationem, über ein vom Herrn Obristen Philipps Joseph von Grammont prætentivè aufgerichtetes Testamentum nuncupativum, in welchem Derselbe seinen einigen Neporem ex dicto Fratre Johanne Baptista zum Hærede ex asse nuncupirt haben solle / judicialiter geführten Process, allerseits miteinander litigirende Partheyen auf eine Endurthel lang zugewarttet / ist endlich / nach einem sibenmonathlichen anstand / eine unter dem 26. Octobris gestellte Endurthel Schrifftlich herauß gekommen / und darinnen erkannt worden / daß besagtes Testament in Rechten genugsamen bestand und kräfften erraicht / und dahero dasselbe pro legitimo Testamento nuncupativo, auch beclagter Herr Baron vor den eintzig instituirten Erben agnoscirt werde; auch der clagende Theil Ihm alle à tempore Litis Contestatæ erhobene Nutzungen zu restituiren; und hingegen auch Herr Beclagter deren / von des Herrn Land-Commenthurs Vätter- und Mütterlichem Erbs-Theil angegebener Donationis legaliter factam Acceptationem Rechtsgebührend zuerweisen schuldig seyn solle; von welcher aber die in prima instantia verordnete Anwäld so gleich à tempore Insinuationis und

erlang-

erlangter Notitiæ Rechtsgebührend provocirt / processus erlangt / insinuirt / und am 15. Maji 1709. reproducirt; auch / wegen darzwischen gekommenen Todfalls des in prima instantia gewesenen Advocati, nach der hand em Libellus gravatorialis, den 26. Julii, pendentibus feriis, exhi-
26 birt; hitce verò non attentis, & nondùm facta judiciali reproductione, ist diser Libellus dem Appellantischen Anwalden / ad excipiendum, cum termino ordinis, per decretum communicirt worden; welcher auch am 16. m. Augusti, loco Exceptionum, einen Schluß übergeben; mit dessen hernachgefolgter communication dem Appellantischen Theil den 17. ejusdem, ebenmäßig per Decretum ad pariter concludendum ad primam post Ferias injungirt wor-
27 den: Unerachtet man aber Appellantischer seits / den 6. Septembris, bey reproducirung des Libelli, über gegnerischen extra ordinem eingestellten Schluß / zu fernerer nothdurffts verhandlung / in ipso Libello vorbehaltener massen / terminum ordinis ad replicandum gebetten; so ist doch den 13.
28 ejusdem der Bescheid dahin außgefallen / daß / Appellantischen Anwalds Einwendens ungehindert / Er entweder an derselben / oder der nächsten audienz schliessen / und Mandatum produciren solle. Ja ob
29 auch gleich Appellantischer Anwald den 5. Octobris sein peritum, aus angeführt erheblichen Rationibus, zu verstattung des Termini ordinis angelegenlich widerhohlt; so ist Er jedoch am 25. dicti mensis Octobr.
30 mithin in ràm angusto tempore, daß Er auch seine Principales hierunter nicht weiters vernemmen können / durch Bescheid / dahin angehalten worden / in eadem audientia einen Schluß-Recess einzugeben: auf welchen so fort am 6. Decembr. 1709.
31 eine Definitiva dahin publicirt worden / daß man es / in appellatorio judicio, bey dem / was schon à Judice priori, puncto strittigen Testamenti nuncupativi, & adjudicatorum Fructuum à tempore L.C. perceptorum & Expensarum, gesprochen worden / bewenden lasse / cum ulteriori reservatione contra Quoscunque quoad Bona &
32 Fructus ad Hæreditatem pertinentes: wobey zu sich Hr. Appellat Baron von Grammont ab onere probandi circa Donationem inter vivos, per Sententiam à quâ injuncto liberirt / und Appellanten die in appellatorio aufgeloffene Unkosten Ihme zu restituiren fällig erkannt worden.

Cap. 2. X. de fide instrum. Cap. 11. de probat. De quo videsis Manzium, de *testam. valido & inval. tit. 5. Q. 6. num. 15. & 19.*

Ja/ wann auch gleich/ Viertens/ Herr 264
Landschreiber Bölz die macht und gewalt solennia & publica Instrumenta zumachen wahrhafftig gehabt/ und darneben auch dises seine vera & seria intentio gewesen/ daß dievon Ihme zusammen gemachte qualiscunq; Scriptura in vim publici Instrumenti pasiren und geltten solte; solches doch/ über erstbesagte haupt-ration, noch weitter auch deßwegen nichts zur sache thun würde/ weilen nicht eine jede/ à juratis Notariis, auffgerichtete Scriptura, oder schrifftliche Consignatio dessen/ was er coràm gehört und gesehen/ die kraft und würckhung eines publici Instrumenti, oder auch dessen nahmen von Rechtswegen meritirt; sondern
265 dises aldann erst statt und platz hat/ wann alle zu einem solenni & publico Instrumento, von Rechts wegen/ nothwendige Requisita bey denselben adhibirt
266 und in acht genommen worden. Gleichwie nun die zu dergleichen Instrumentis nothwendige Requisita allen publicis & juratis Notariis fürzuschreiben der glorwürdigste Kayser Maximilianus I. sich selbsten die mühe gegeben;

in. spæcif. Const. Imper. Polit. *de Ao. 1512. tit.* Von den Notarien. und mit mehrerem diselbige considerirt Nicolaus Honthemius, de *arte Notariat. lib. 2. cap. 4. & mult. seqq.* B. Dn. Lauterbach, in *Coll. Pand. theor. pract. tit. de fide instrum. th. 37. & sqq. usque ad th. 52.* Bened. Carpzovius, *lib. 6. Resp. 85. num. 5.*

allso ist es impræsentiarum offenbarlich 267
an deme/ daß aus der juratò abgehörten fünf Zeugen depositionibus weitters lediglich nichts/ als dises/ zu erlernen/ daß der seelige Herr Obrist/ so bald feder und dinte herbeygebracht worden/ und Herr Landschreiber Böltz ein brettlein auff des Herrn Obristen Bett gelegt/ darauff zuschreiben/ Ihme Bölzen alsgleich die Contenta seines lezten Willens nacheinander ad Calamum dictirt/ etliche wenige Legata verschafft/ und hierauff die verordnung gethan haben solle/ daß sein Vetter Herr Ignatius sein völliger und universal Erb sein solle. Und nachdem dises alles/ auffgezeigte gehörte weiß/ verzeichnet worden/ hat Herr 268

Landschreiber gleich disen seinen lezten Willen/in præsentia des seeligen Herrn Testatoris, und der sämptlichen Zeugen/ abgelesen/ der Herr Obrist selig unterschriben und Herrn Bölzen gebetten/daß Er solchen zu sich nemmen/und Executor darüber seyn solle;

juxta ipsum literalem & formalem tenorem jàm superiùs adductorum articulorum, octavi & seqq. usque ad 19.

269 Daß aber bey diser schrifftlichen Consignation des wohlseeligen Herrn Obristen suprem æ Voluntatis Capitulorum der Eingang mit anruffung des allerheyligsten Göttlichen Nahmens/ 2dò der Jahrzahl der damahligen Röml. Kayl. Mayl. Reichs; 3tiò der damahligen Indictionis Romanæ; 4tò des obersten Fürsten/ oder würckhlich regierenden Römischen Kaysers glorwürdigsten Nahmens; 5tò Jahrs/ Monaths/ Tags und Stunde; 6tò deß Ohrts/ wa dises alles geschehen/ specificâ consignatione gemacht; oder/ 7mò, dasselbe mit nahmentlicher beschreibung aller und jeder damahlen zugegengewesener Zeugen; 8vò mit auch seiner deß Herrn Landschreibers Bölzen aigenhändiger Unterschrifft; so dann/ nonò, mit auftruckhung eines Notariats/ oder sonsten Ihm/ als einem geschwohrnen Landschreiber/ratione Officii (Si hujusmodi Statutum, vel Consuetudo in Loco extaret.) anvertrautten Signets/ nach der claren und haittern/ in dicta Sanctione Maximilianæa, præcisè und pünctlich vorgeschribenen form wäre authentisirt und bekräfftiget
270 worden; darvon ist nicht nur in der Zeugen/ sag selbsten; sondern gar auch in denen eingeraichten Beweiß/ articuln altissi-
271 mum silentium, und können/ in dubio, alle dise Res facti, umb so weniger/ præsumiret werden/ weilen alles gar schleunig/ und zwar wegen grosser schwachheit des Herrn Testatoris, welcher kaum noch die hernachgefolgte nacht überlebt/ daher gegangen und zu ende gebracht worden.

272 Quòd verò Scriptura, in quam suprema Testatoris Voluntas redacta fuit, non aliter vim publici Instrumenti obtineat, & proindè nec aliter Testatoris Voluntas ex illâ probari queat, quàm si omnia solennis & publici Instrumenti Requisita in illo examussim & ad unguem observata probentur, in terminantissimis determinat terminis Beatus Mevius,

273 *dicta Decis. 149. num. ult.* in verbis: *In tali itaque casu, ubi non erat super Testamento* Instrumentum NB. ritè Confectum, *placuit illud quidem* ratum non habere; *reservare tamen* probationem NB. per Testes, *Si ità fieri posset:* addens *in notis sub num. 9.* quòd, aliquô necessariô Requisitô circa Instrumentum omissô, Testamentum in illud redactum non valeat; collaudato Carpzovio, in *Respp. Electoral. lib. 3. Resp. 85. per tot.* qui latissimè deducit, quòd, si Instrumentum non publicô Notariatûs Sigillo signatum fuerit, illud planè non valeat in vim publici Instrumenti; per dictam Imper. Constit. Polit. de Ao. 1512. ubi utique appositio publici Notariatus 274
Signeti pro forma & solennitate publici Instrumenti requiratur, cujus Formæ omissio in qualibet, quantumvis minimâ, particulâ totum vitiet Instrumentum; & ex eo, quòd Signetum Notariatûs in testimo- 275
nium hujus publici officii, sub jurejurando ipsi concrediti, hôc ipsô fine apponi debea, ut Instrumenta à Notario confecta isto pùblico Notariatûs signeto autorisentur, qui effectus procul dubio privato Sigillo attribui nequeat; per *L. 14. §. 2. Cod. de assessor. & domestic.* subjuncto notabili hanc in rem Præjudicio Scabinorum Lipsiensium. Quam eandem doctrinam & decisionem nominatim etiam talibus Instrumentis, cum proximè laudato Mevio, accommodant, quæ super Testamentis, & quidem præcipuè nuncupativis, conficiuntur, Fernandus Vasquius, in *tract. de succes. creat. lib. 2. §. 14. num. 37. & §. 15 num. 117.* nec non *§. 20. num. 191. vers. tricesimo quarto.* Joh. Dauth. de *testament. in apostilla marginali, ad n. 404. & num. 419.* Caspar Manzius, in *commentar. ratio regulari ad §. fin. num. 17.* verbis: *Si testamentum nuncupativum in scripturam sit redactum*, necesse est, Notarii signum apponi, & Nomen ejus subscribi. *de test. ord.* Corneus, *vol. 3. cons. 226. num. 5.* Fridericus Pruckmannus, *lib. 1. consil. 12. num. 91.* 276
ubi valdè signanter: Illud, inquit, principalius in Testamentis requisitum est, ut Notarius, quoties, ut Notarius, horum confectioni adhibetur, signum NB. Notariatûs sui in fine apponat. Alioqui enim testamentum planè concidit, nec ut Codicillus, nec ut Donatio causa mortis, nec ut Fideicommissum valebit. Addantur, quæ habet Laurentius Kirchoffius, *tomo 3. consil. 26. num. 18.* perillustris Dn. Baro de Lyncker, in *Decc. Saxo-Jenensib. centur. 6. Decis. 595.* & alius non minùs illustris locus apud proximè laudatum Davidem Mevium, 277
consil. 94. num. 7. & seq. ubi ità in puncto: In testamento nulla fides est Notarii, nisi, quod scribit, NB. in formam Instrumenti publici redigatur. Quando verò NB. 278
nudam fecit descriptionem, nec Instrumentum legitimè composuit, NB. nulla ejus Scripturæ, circa Testamenta, fides vel autoritas existit, uti in terminis declarat Richterus, *Decis. 32. num. 16. seq.* Nec enim aliter Notario creditur, nisi quatenùs in publico Instrumento continetur. Aliàs ubi Scriptura ejus reperitur sine Forma pu- 279
blica, tanquàm Privatus agit, nec pro ipso

ipso & ejus Scriptura præsumitur. Mascard. de *probat. concl. 1099. n. 42. seqq.* Imò quando, ut Notarius requisitus, omittit formam instrumenti solennem, quam adhibere ad
280 officium illius pertinet, contra ipsum præsumitur, & Falsitatis præsumptione oneratur.

Ità optimè Mevius, *c. l.*

Dises will zwar von einigen berühmten Rechts-Lehrern nicht vor nöthig gehalten werden/ daß in solcherley fällen/ wann ein
281 Notarius, oder/ wa dises herkommens/ auch ein andere dergleichen Persona publica zu auffrichtung eines solchen nuncupativi Testamenti erfordert wird/ alles so gleich in ein/ mit allen obbesagten Requisitis versehenes/ Instrumentum gebracht/ und dises vollkommenlich ausgefertiget werde; sondern es ist/ nach ihrer meinung/ genug/ wann nur der Notarius alle und jede capitula seu puncta suprema Testatoris Voluntatis aufzeichnet und zu papier bringt/ und ein solches solennes und mit allen Requisitis versehenes Instrument erst hernach ausge-
282 fertiget; jedoch allso/ daß/ so bald es gefertiget ist/ es den samptlichen Zeugen wider vorgelesen werde: Sonst würde es widerumb nicht die wenigste vim probandi
283 haben. Jenes/ daß ein solennes Instrument erst hernach außgefertiget werden könne/ erhärtet in terminis Josephus Altogradus,

controv. 50. num. 55. ubi ità in puncto Necesse tamen non est, quòd Notarius, per extensum, coram Testatore & Testibus testamentum describat; sed sufficit, ut brevem notulam compendiariam faciat, in qua Testamenti Substantia, nec non & Dies, & Nomina testium descripta sint, illamque coram testatore & testibus recitet, suumque rogitum apponat; quô peractô de consuetudine admittitur, quòd ipse seorsim possit illam notulam extendere, & in nitidum & benè formatum protocollum redigere. Quod & tradit Cyriacus, *controv. for. 408. num. 28.* & benè hùc faciunt, quæ tradit Menochius, de *arbitrar. judd. Qq. concl. 187. num. 25.*

284 Dises andere aber/ quòd & tale Instrumentum, à Notario in perfectam suam formam redactum, non solùm Testatori; verùm etiam Testibus testamentariis, prælegi oporteat, & sine solenni hac prælectione nullius momenti sit, in individuo definit, ex Dauthio, Mascardo, & Cravetta, Richterus,

Decis. 32. num. 4. & seqq. ubi adjicit Præjudicia, juncto *num. 11.* Johannes Heeserus, de *acquæstu conjug. parte 2. Loco 4. num. 262.* Collega noster, D. Harpprecht, *vol. 3. Resp. 59. num. 82. & seqq.*

Weilen nun in proposito weder von di- 285
sem/ daß Herr Landschreiber Bölz über dieaus des seeligen Herrn Obristen mund consignirte Testaments-Puncten ein solennes Instrument außgefertiget habe/ noch von disem/ solches daß dem Herrn Testatori und den siben Gezeugen so wohl/ als vorher erstbesagte Consignatio der Testaments-Puncten/ wider vorgelesen worden/ in den eydlichen kundschafften das geringste vestigium befindsamb ist/ so ergibt sich auch
hierauß/ daß ex dicta Scriptura, in quam 286
dictum Testamentum redactum fuit, dem in quæstione versirenden Testament zu seiner subsistentz keine beyhülff verschafft/ oder selbiges hierdurch propugnirt werden möge.
Dann wann ein solche bloße Verzeichnus 287
des Testirers letzten Willens samptlicher capitulorum, unerachtet solche Ihm/ in præsentia testium, von einem geschwohrnen/ zu solcher verzeichnus gebrauchten Notario verbotenus wider vorgelesen/ und/ auf dessen Befragen: Ob es allso nochmahlen sein letzter Will und Testament seyn solte? von demselben/ annoch bey guthem Verstand/ mit Ja geantwortet/ auch/ auf solches alles hin/ von Ihme Notario ein solennes Instrument zwar ins reine gebracht; aber/ ehe solches Ihm/ in præsentia deren/ nochmahlen zugegen gewesener/ Testaments-Zeugen/ vorgelesen und allso zur nöthigen solennisirung gebracht werden können/ der Testator verstorben/ ein dergleichen Testament nicht anderst vor gültig gehalten wird/ als wenn die Zeugen/ vermittelst Eydes/ aussagen konnen/ daß die Disposition vom Testatore, und zwar unverruckhter sinnen/ bey ihrer ersten zusammenforderung und gegenwart/ allso geschehen/ wie in solchem Instrumento specificè enthalten; gestalten de tali, etiam tempore Pestis 288
nuncupato, Testamento, Ao. 1638. à Jenensi Dicasterio signanter gesprochen worden/ apud Richterum, *Decis. 32. num. 17.* ubi vide omninò. Et denuò Anno 1699. apud Dn. Lynckerum, in *Decis. Dicasterior. Saxo-Jenensium, centur. 6. Decis. 595.* ubi ità inter alia: Omissô aliquô necessariô Instru- 289
menti Requisitô Testamentum in illud redactum non valet; addens de Testamento, de quo ibi quærit, daß der von einem Notario publico gemachte Auffsatz/ 290
welchen ihm die Testiererin in die feder dictirt/ als ein kräfftiger letzter Wille nicht könte bestehen/ wann er selbigen schon/ als ein Instrument/ mit seinen bey sich gehabten Instruments-Zeugen hätte wollen vollziehen &c. &c.

Wie viel weniger kan dann dise Bölzische Consignatio deß Herrn Obristen letzten 291
Willens/ da weder der Herr Testator,

noch Herr Landschreiber selbsten an ein publicum Instrumentum desuper conficiendum im geringsten gedacht / wann solche gleich noch vorhanden wäre / zu desselben Erhaltung ichtwas contribuiren?

392 Und daß auch dises / daß der seel. Herr Obrist dise Consignation dem Herrn Landschreiber Bölzen / umb solche zu exequiren / zu handen gestellt / lediglich nichts zur sach thue / tùm ipsa res loquitur, tùm ex illis patescit, quæ de Testamenti Traditione uni soli Senatori facta statuminat Mevius,

dicto consil. 94. num. 13.

393 Welche gantz ungezweifelte asserta Doctorum, in Casu præsenti, auch ex hac Ratione, desto kräfftiger anschlagen / dieweilen / vors fünfte / so gar auch die Bölzische schrifftliche Verzeichnus / mittler weile / totaliter verlohren gegangen / allse / daß man nicht weißt / wa dieselbige hingekommen?

394 Nam quòd tale Instrumentum, super nuncupativo testamento confectum, nec tunc aliquid operetur, si non sit perfectum, nec etiam tunc, si id planè amissum seu deperditum dicatur, definire non dubitant Goswinus ab Esbach, in *addition. ad Carpzov. part. 3. C. 3. D. 37. num. 2.* Richterus, *dicta Decis. 32. num. 17.* Heeserus, *dicto Loco 4. num. 268. & seq.* Mevius, *parte 4. Decis. 13.* & Alii inferiùs laudandi.

395 Sechstens ist hiebey ferner in fleissig und reiffes bedenckhen zunemmen / daß / wann man das jenige / was die aydlich abgehörte fünf Zeugen von dises vermeintlich-Grammontischen Testaments Grundvöste und hauptstückh / nemlich der prætendirten Erbeinsatzung / deponirt / was genauer erwigt / solche ihre aussagen nicht übereintreffen / sondern sehr differiren; und darbey so bewandt / daß intanti momenti & ponderis causa, da es umb eine Summ von fast einer Tonne Goldes zuthun ist / kein sicherer grund
396 auf dieselbe zusetzen. Dann da sagt Testis primus Herr Pfarrer zu Rheinfelden Georg Joseph Eggs: Er könne sich nicht erinnern / daß der seelige Herr Obrist die in Articulo 13. angeführte aigentliche Wortt: Daß nemlich Herr Ignatius sein universal Erb seyn soll / geredet habe;

ad hunc ipsum articul. 13.

397 Ebenmässig seat auch der Zwaitte Zeug Herr Caplan zu Rheinfelden / Franciscus Fehr / daß Er dises Articuls / wie derselbe gesetzt / sich nicht mehr zu erinnern wisse.

ad eund. artic. 13.

398 Ja diser Zeug sagt ferner auch dises / daß Er allezeit geglaubt / die übrige Geschwistere des Herrn Barons Ignatii von Grammont gehören darzu: könne aber sich ebenfalls nicht erinnern / ob vom Herrn Obristen allso sey disponirt worden?

ad artic. 20.

Der dritte Herr Zeug aber / Pfarrer Albrecht zu Luttingen deponirt auf mehr- 399
angeregten dreyzehenden Articulum mit diesem alleinigen Lateinischen Bejahungswortt: Verum; addendo, quòd Ipse quidem Dominum Testatorem (ut ipsius minùs compta Latinitas habet) persuadere voluerit, quatenùs aliquid duabus (Ignatii) Sororibus legare vellet; sed id absolutè Testator recusaverit.

Die zwey übrige Zeugen aber / nemlich 400
Herr Schaffner Vögelin / und Chirurgus Hallauer / deponiren simpliciter ad dictum Articulum 13: Seye wahr / oder / Auch wahr.

Daß aber zuförderist dergleichen Zeugen / 401
qui simpliciter deponunt, in Articulo contenta esse vera, keinen fidem meritiren / nisi etiam Rationem suæ nudæ & simplicis affirmationis addant, ex Bertachino, qui hoc ità Consuetudine servari testatur, Baldo, Bartolo, Socino, Æmilio, Marco, & aliis statuminat Prosper Farinacius,

in *tract. de testib. Q. 80. num. 100. & duobus seqq.*

Und daß ad hujusmodi nuncupativi Te- 402
stamenti, quod per nuncupationem explicitam conditum, necessariam & legitimam probationem von vielen Rechtslehrern præcisè erfordert werde / ut Testes, ejus ordinationi adhibiti, in ipsa verborum formalitate concordent, sic, ut licet ipsorum depositiones idem importent; tamen, quando diversa verba proponunt, quibus dicunt, Testatorem usum fuisse, tunc testes non dicantur conformia testimonia perhibuisse.

Bondenus, *collect. legali 39. num. 60. vers. Etsi fortasse.* Josephus Ludovicus, *Dec. Lucens. 53. num. 27. & 28.* Martinus Medices, *Decis. Senens. 95. num. 25.* Rota Romana, *parte 5. tomo 3. Decis. 533. num. 8. & seq.* & *Dec. 588. num. 10. parte 5. recentior.* Philippus Castaldus, *consultat. Jur. 21.* ubi scribit, quòd Testes hujusmodi testamento adhibiti debeant esse contestes in ipsa verborum formalitate, &c. Johann-Petrus Fontanella, in *Decc. Cathalon. Dec. 578. n. 12.* & ab illo laudatus Antonius Faber, in *Cod. Sabaud. lib. 6. tit. 7. Def. 2.* & *ejusd. libri tit. seq. 20. Def. 15.* ubi scribunt, in materia testamenti nuncupativi, imò in omni alia, in qua de quacunque ultima Voluntate per Testes probanda agitur, necessarium esse, ut Testes sint contestes in eadem formula verborum, ac illi soli fidem faciant, qui de verbis institutionis sic testantur, ut non tantùm in substantia 403 404

Vo-

Voluntatis; ſed etiam in verborum figura & cortice conſentiant. Joh. Franciſc. Comes Andreolus, *controv. 296. num. 15.* ubi eadem conſtabilit, collaudato Hondedæo, *vol. 2. conſil. 56. num. 26.* Benedictus Capra, *conſil. 75. num. 25.* poſt Martinum Medices, Marcus Antonius Sabelli, in *Summa diverſor. tract. §. Teſtamentum. num. 6.* ibi: *Qualiter deponere debeant per verba formalia.*

305 Ratione aſſerti hujus ex eo deſumunt, quòd hîc non ſaltem de ipſa Teſtatoris voluntate; verùm etiam de ipſorum verborum, quibus nuncupativus Teſtator uſus fuit, probatione agatur:

ex Hondedæo, Ludovico, & Capra, laudatus Fontanella, *dicta Deciſ. 578. n. 12. in fin.* Addantur ejusdem ſententiæ patroni Antonius de Butrio, ad *Capit. Nihil obſtat. num. 2. verſ. Quod intellige. X. de verb. ſignific.* Abbas, *ibid. num. 2.* cum aliis Canoniſtis, Baldus, ad *Capit. Bona. X. de elect.* Alexander Tartagnus, *lib. 3. conſ. 8. num. 8. & lib. 7. conſ. 176. num. 1. verſ. Et ideò refert.* Johann-Franciſcus de Ponte, *lib. 1. conſil. 63. num. 1. & 3.* Anton. Gomez. ad *L. Tauri. 3. num. 49. & ſeqq.* Angelus Cardin. Celſus, *Deciſ. 3.*

306 Et tametſi huic aſſerto haud pauci alii DDres contradicant, arbitrati videlicet, quòd ſufficiat, ſi Teſtes in facto principali & ſubſtantia concorditer de omnibus teſtamenti particulis deponant, & ad ejusdem rei effectum ſuper ipſa Hæredis inſtitutione, à qua Teſtamentum ſuàm perfectionem habet, unanimiter tendant: eo quòd

307 aliàs quamplurima teſtamenta corruere oporteret, dùm ferè impoſſibile eſt, ut ob temporis lapſum omnes teſtes de ſingulis, à teſtatore prolatis, formalibus memoriam retineant:

Simon de Prætis, *conſil. 164. num. 2. & ſeqq.* Joſephus Altogradus, *lib. 1. conſ. 50. num. 166. & ſeqq.* Joh. Petrus Surdus, *conſ. 12. num. 43. 45. & 47.* Jacobus Cancerius, *variar. reſoll. parte 1. cap. 4. num. 89.* Franciſcus Niger Cyriacus, *controv. 470. num. 143. & 160.* Cœlius Bichius, *Deciſ. 49. n. 3.* Clemens Merlinus, *Dec. 340. num. 7.* Bartholomæus Bertazzolius, *conſil. 86. num. 23. & ſeq.* Hieronym. Rocca, *ſelect. Jur. Diſpp. cap. 40. num. 18. & ſeq.*

308 Nam etiam aliis modica teſtium diſcrepantia circa factum principale non præjudicare, nec teſtis fidem infringere dicitur:

Alexand. Raudenſis, *lib. 2. conſil. 32. n. 37.* Altogradus, *d. conſil. 50. num. 168.* Cancerius, *parte 1. cap. 4. de teſtam. n. 90.* Æmil. Verallius, *parte 3. Dec. 170. num. 2.* Rocca, *d. cap. 40. num. 19.*

309 Tamen vix ac ne vix quidem hæc altera ſententia impræſentiarum locum ſortiri poteſt, eò quòd ab ipſômet Domino Barone Antonio Ignatio hæc verborum formalitas, daß Er der ſeel. Herr Obriſter NB. diſe außtruckhliche wortt von ſich vernemmen laſſen: Im übrigen ſolle ſein Vetter ſein völliger und univerſal-Erb ſeyn / præciſè, ut practici DDres loqui amant, fuerit articulata: In cujusmodi ca- 310
ſibus quòd dicta doctrina locum obtineat, pro certo tradit Abbas Panormitanus,

ad *Capit. Nihil. num. 2. X. de verb. ſignif.* Rolandus à Valle, *lib. 2. conſil. 33. num. 20.* Johann-Franciſcus de Ponte, *lib. 1. conſil. 63. num. 1. & ſeqq.* Jacobus Cancerius, *variar. reſoll. parte 1. cap. 1. de teſtam. 4. num. 87. & ſeqq.* Farinacius, de *teſtib. quæſt. 64. n. 68. & ſeqq.* Hieron. Magonius, *Deciſ. Lucenſi 32. num. 48.* Hieronymus Gabrielius, *lib. 1. conſil. 42. num. 3.* cum Baldo, Ruino, Alexandro, Corneo, Socino Jun. Simone de Prætis, & Rota Romana, laudatus Epiſcopus Hieronymus Rocca, *d. cap. 40. n. 20. & 22.* ubi contrarietatem in cortice & for- 311
malitate verborum tunc officere ſcribit, quando ipſamet verborum formalitas fuiſſet articulata. poſt Socin. ſenior. Anton. de Butrio, & Gabrielium, Johannes Vincentius Hondedæus, *conſult. vol. 2. parte 4. conſ. 56. num. 26.* ubi dicit, quòd, quando de formali verborum prolatione, de qua 312
Teſtes in ſpecie interrogati, quæſtio eſt, tunc illi omninò conformes eſſe debeant; aliàs nihil probent. Bartholomæus Bertazzolius, *conſultat. civil. lib. 1. conſ. 86. n. 24.* verbis: *Idem eſt, quando eſt* articulatum *de formalitate verborum: Tunc enim teſtes debent deponere* de eis, & in illis concordare: *aliàs non, &c.* Franciſcus Ripa, ad *Capit. In Eccleſia S. Mariæ. num. 69. X. de cauſa poſſeſſ. & propriet.*

Und wann man gleich ferner auch diſes 313
hierwider einwenden wollte / daß die beyde Herrn Zeugen Eggs und Fehr diſes / daß der Herr Obriſt außtrückhlich geſagt: Im übrigen ſolle ſein Vetter ſein völliger und univerſal-Erb ſeyn / directò und expreſsè nicht contradiciren; ſondern nur ſo viel ſagen / daß Sie diſer wortt ſich nicht mehr erinnern: So dient doch auch hierauff zur be- 314
ſtändigen abfertigung / daß in iſta materia, da de probatione eines nuncupativi expliciti teſtamenti die frage iſt / auch ſolcherley Zeugen / pro contradicentibus, der urſachen / gehaltten werden / quoniam, ut in præmiſſis prolixè firmavimus, per Teſtes in tali teſtamento adhibitos ipſam totam ſupremæ Voluntatis ſubſtantiam probare oportet: Si verò unus vel alter teſtis dicat, 315
ſe non audiviſſe, præcipuè ipſam baſin, ſeu animam Teſtamenti, Hæredis videlicet inſtitutionem concernentia verba, vel, quod idem eſt, ſe non recordari, quòd

illa

illa audiverit, tunc septenarius Testium, qui omnes concorditer & uniformiter deponere debent, numerus deficiat:

post Cynum, Baldum, Pacianum, Pasethum, Rotam Romanam, Gratianum, Ludovisium, Beltraminum, Farinacium, Gaitum, Manent. & Mazollum, Johann-Petrus Actolinius, *Resol. Jur. 26. num. 99.*

316 Ja umb willen/ auf dise weiß mehr nicht/ als drey Zeugen de toto Testamenti tenore deponiren / die andere zween aber solchen nicht arrestiren können; und die übrige gar abgehen / so ergibt sichs so mehr/ daß auf solcher drey Zeugen juratas quantumvis depositiones, in definienda hac ardua Causa, keine reflexion gemacht werden könne.

317 Ità namque DDres in hac ipsa materia ulteriùs definiunt, quòd omnes testes testamentarii de toto hujusmodi testamenti tenore deponere, & de omnibus recordari debeant, ita, ut, si aliqui plus, alii minus deponant, non sint testes legitimi, eo quòd Totum nesciant:

post Baldum, Jasonem, Romanum, & DDres communiter Michael Grassus, in *rec. sent. §. Testamentum. Quæst. 59 num. 2.*

318 ubi dicit, quòd, si septem Testes de una parte testamenti deponerent, dicentes, se illud scire, non plus; & alia pars per alios septem testes probaretur, tales testes nihil probent, quia testes testamentarii nihil probent, nisi ex integro probent totius testamenti tenorem: addens, hanc esse veram & communem DDrum opinionem; ex Altogrado, Sabelli, in *Summa diversor. tract. §. Testamentum. num. 7.* verbis: *Cùm* tota Substantia & Probatio *Testamenti* dependeat à Testium depositione, *debent Testes, citatis citandis, examinari, & deponere de auditione Nominis Hæredis, ore proprio à testatore instituti, &* de toto Testamenti tenore; *ac illorum Examen sic in scripturam redactum, & per interlocutoriam Judicis approbatum, dicitur Testamentum,* &c. Alexander Tartagnus, *lib. 1. consil. 117. num. 8.* Marta, *voto 89. num. 17.* Surdus, *consil. 114. num. 88. cons. 129. num. 25. & consil. 378. num. 23.* Andreolus, *controv. 296. num. 16.* Castaldus, *controv. for. 22. n. 11.* ubi dicit, quòd Testes de totô tenore dispositionis deponere, & in nihilo prorsùs discordare oporteat. Josephus Ludovicus, *Decis. Lucensi 53. num. 26.* ubi scribit, ne-

319 cesse esse, ut testes deponant de toto tenore testamenti, atque etiam super circumstantiis conteste sint; aliter verò non probent.

320 Wir wollen/ vors Sibende/ von disem nichts melden/ daß Herr Pfarrer zu Luttingen in seiner auffag nicht nur gar animos allenthalben sich auffgeführt; indem Er mit vieler verbositæt (Id quod & ipsum testem reddit suspectum; 321

juxta ea, quæ ex DDbus annotat Prosper Farinacius, *tract. de testib. Q. 60. n. 37. & seq.*)

auf aller und jeder Articulorum kaum gethanen vorhalt dieselbige allesampt nimis citò & celeriter schlechter ding wahr gesagt: 322

de quo Bossius, Monticellus, & Farinacius, *d. Q. num. 38.*

ja gar auf den vorhalt nur des ersten Articuli gleichbalden herauß geschlagen / quòd omnia sint facta, quæ NB. sequentia interrogatoria innuunt: 323

De cujusmodi præproperâ, & nimis celeri, eâdemque ad omnes à Producente propositos articulos affirmativè factâ depositione quòd illa testem inidoneum reddat, in individuo ex DDbus tradit Farinacius, *c. l. num. 35. & seq.* Addatur de testibus adeò animosè deponentibus Cravetta, *consil. 249. num. 4.* Grammaticus, *consil. crim. 12. num. 13. & 14.* post plures, Cyriacus, *controv. for. 407. num. 202.* 324

sondern auch von sich selbsten / ex eodem hoc fonte nimiæ animositatis, notantissimè deponirt / quòd, postquàm NB. per Domesticos Domini Baronis de Grammont, periculosè ægrotantis, vocatus fuerit ad videndum Dominum ægrotantem. NB. NB. Eumque disponendum ad condendum Testamentum, ipse illum visitaverit, &, quia illum periculosiùs, quàm crediderat, ægrotare deprehenderit, ideò NB. per duas horas, assidens lecto, & de condendo Testamento NB. varias Rationes suggerens, NB. tandem (ut loquitur) eum persuaserit ad Testamentum erigendum, &c. Bey welchen 325

Hauptumbständen wohl in obacht zunemmen / daß / Erstlich / Herr Pfarrer sagt / Er sey durch des kranckh darnider-gelegenen Herrn Barons von Grammont Domestiquen geruffen worden; und zwar / 2do, zu disem End / daß er Ihn disponiren möchte / ein Testament aufzurichten; daß / 3tiò, umb willen Er denselben kränckher angetroffen / als er vorher geglaubt / habe Er NB. zwey völlige stunden mit diser Sach zugebracht; dem Herrn Obristen / 4tò, allerhand Bewegursachen suggerirt / oder vorgestellt / biß Er / 5tò, denselben NB. endlich dahin persuadirt / daß Er ein Testament auffzurichten sich entschlossen. 326

Allermassen nun zuförderist / an diser höchstwichtiger Umbständ Beweisung / der ursachen/ weitters nichts zu desideriren/ weil Herr Pfarrer dises alles de suiipsius proprio facto testirt: Cujusmodi testimonium quòd plenissimam fidem in judicio faciat, non est quod ambigamus; 327

per

per jura, quæ exhibet Nicolaus Boërius, *Decis. 121. num. 17.* Petrus de Benintendis, *Decis. Bonon. 63. ad fin.* Johannes Cephalus, *consil. 438. n. 84.* ubi ità communiter omnes sentire scribit. Farinaciùs, de *testib. quæst. 63. num. 221.* Mascardus, de *probation. conclus. 1223. num. 10.*

328 Alſo macht diſe auſſag nicht allein diſen Zeugen/ Herrn Pfarrer Albrecht/ ex hoc capite, ſehr ſuſpect, daß/ da Ihn des Herrn Obriſten künfftige Succeſſio hæreditaria im geringſten nichts angegangen/ Er ſich doch/ durch deſſelben Domeſtiquen/ ſpecialiter hierzu beruffen und brauchen laſſen/ Ihne zuperſuadiren/ daß Er ein Teſtament/ waran Er zuvor/ allen von Ihme Pfarrern ſpecificè erzählten Umbſtänden nach/ nicht gedacht haben mag/

329 auffrichten möchte: Daß/ 2do, Er/ non ſine opprobrio & labe einer fürnemlich dergleichen Leuthen gar übel anſtändigen πολυπραγμοσύνης, non memor videlicet, quòd, quicunque alienis negotiis ſe immiſcet, impudenter hoc ipſo facere cenſeatur, & dùm præcipuè tàm inſtanter & ſollicitè alterum urget, ut hoc, quod ipſe ei ſuadet, faciat, ſuſpectum ſe reddat;

L. ult. Cod. de apparit. Proconſul. & legati. (12. 56.) l. 25. de procurator. Videatur in ſimili B. Dn. Lauterbach, in *commentat. de conſiliis, eorumque Jure, parte 2. cap. 1. theſ. 5.* ibi: *Et hic ſuaſor, eò ipſò, dùm inſtanter alterum urget,* &c.

dem Herrn Obriſten allerhand vorſtellungen gemacht/ und/ nach ſeinen formalien/ varias Rationes Ihm ſuggerirt/ wardurch Er ſo wohl ſeinen aigenen wunſch/ als beſagter Domeſtiquen geführtes intent, Ihn ad Teſtandum zu perſuadiren/ zuerraichen ſich

330 bemühet: Daß/ 3tiò, Er es bey ſeinem nur einmahl und ſchlechthin gethanen vortrag nicht laſſen bewenden; ſondern/ da der Herr Obriſte/ allem anſehen nach/ Ihm lang contradicirt/ und vielmehr inteſtatus abzuſterben verlangt/ Er deñoch nicht abgelaſſen; ſondern 2. ganzer Stunden lang inſtantiſſimè angehaltten/ ſo lang u. viel/

331 biß Er endlich gleichwohl Ihn hierzu perſuadirt/ daß Er/ 4to, nach wunſch deren jenigen Domeſtiquen/ welche Ihn hierzu ruffen laſſen/ ein Teſtament nach ihrem intent zumachen ſich reſolvirt. Diſes alles/ ſagen wir/ macht nicht nur des Herrn Pfarrers angne Perſohn/ zu ablegung einer Rechtsgültigen kundſchafft/ in gravissima hac causa testamentaria, toraliter untüchtig;

per ea, quæ paſſim DDres de talis Te-

332 ſtamenti extorſione, etiam per tales inſtantiſſimas, nimias, atque immoderatas ſuggeſtiones atque inſtigationes paſſim definiunt: Jungat. poſt plures, quos laudat, B. Collega noſter, Dn. D. Kurtzer, in *Diſp. de teſtament. coacto. th. 15.* Petrus Peckius, de *teſtam. conjug. lib. 1. cap. 9. n. 9.* Joh. Del Caſtillo, *rer. quotidianar. lib. 3. cap. 1. n. 114. & ſeq.* Dn. de Lyncker, *centur. 14. Deciſ. 1336. pag. 334.* ibi: *Flagitationes immodicæ,* 333 *& importunæ ſollicitationes libertatem teſtatoris excludunt, ità, ut juſti metûs effectum, cumprimis in negotio, quod libertatem omnimodam poſtulat, habere dicantur:*

Sondern es würde auch/ wann der da- 334
mahls geweſene Herr Secretarius Ihne Pfarrherrn hierzu ſubornirt und beruffen hätte/ auch ſeine kundſchafft/ wegen diſes Teſtaments/ extremè verdächtig/ daß nemlich Sie Beyde/ aus einigen uns nicht bekañten/ obgleich/ ihrer meinung nach/ wohlgemeintẽ abſicht?/ ſolches wider gebühr gethan;

335 Ja/ das gantze Teſtament würde/ auf ſolche weiß/ wa je nicht (wie wir doch anderſt nicht urtheilen köñen/) ipſo jure null und nichtig; doch zum wenigſten alles in einen ſehr groſſen verdacht geſetzt/ alſo/ daß/ olchem allem nach/ diſe auch an ſich ſelbſten höchſtgefährliche Sentenz, quòd ad nuncupativi teſtamenti probationem etiam duo ſolummodò teſtes ſufficiant, bey ſo bewandten ſachen/ diß orths unmöglich ingreſs finden kan.

Sanè enim quòd & tales inſtantiſſimæ, 336
quas dictitant, per integrum Bihorium continuatæ, variarum Rationum ſuggeſtione incruſtatæ, & à tali præſertim Perſona profectæ, cujus perſuaſionibus etiam ſacri, quod gerit, Paſtoratûs Officii veneratio majorem, apud Virum præſertim lethaliter decumbentem, efficaciam & autoritatem pariebat, & tamdiu Eidem, donec ipſe, mutatô priori propoſitô ab inteſtato decedendi, in confectionem Teſtamenti conſentiret, inculcatæ, & iteratæ Sollicitationes, atque Inſtigationes immoderatæ tantundem operentur, quantum violentiſſima Teſtamenti extorſio, ſicque illud in totum & omnimodò nullum reddant, eluceſcit ex iis, quæ tradit Peckius,

de *teſtam. conjug. lib. 1. cap. 9. num. 19.* Carpzovius, *Jur. For. parte 3. C. 5. Def. 9. num. 2.* Manzius, de *teſtam. valido & invalido, tit. 3. Q. 4. n. 1. & ſeqq.* ubi dicunt, quòd talis immodica Suaſio, Sollicitatio, 337
& Inſtigatio Extorſioni æquipararetur, & proindè vel maximè legitimæ teſtamenti factioni repugnet, ut quæ veræ libertatis & liberalis animi eſt, & nullam hujusmodi extorſionem admittit: Non verò videri poſſe à libero cujusquâ animo profectũ, quod 338
ſemel & iterum recuſatum petendi importunitate victus teſtator annuit, & qui hujusmodi importunitate oppreſſus cõcedit, invitum concedere intelligi debere. Ex quo porrò definiunt, quòd ejusmodi immodicæ 339
ſollicitationes, inſtigationes, & ſuaſiones teſtamentum tale reddant meticuloſum, in noſtra vernacula ein abgezwungen/ abgenöthigtes Teſtament;

Johann Del Castillo, *controvers. parte 3. cap. 1. num. 114.* B. Dominus Kurrer, in *Diss. de testamento coacto, §. 15.*

340 Et quòd obtenta per talem importunam sollicitationem, & obtenta per metum, judicentur ad paria;

Petrus Peckius, *cit. loc.*

341 quòdque illi, qui tali inverecundâ petentium inhiatione constringuntur, ut & non concedenda tribuant,

verbo Imperatoris, in *L. 1. Cod. de petition. bonor. sublat.* & Pontificis, in *Capit. fin. de rescript. in 6.*

perindè habendi sint, acsi vi metuque in virum constantem cadente ad condendum testamentum coacti fuissent.

Dn. D. Kurrer, *dicta §. 15.*

342 Et profectò si etiam in talibus terminis, quando aliquis gravissimo morbo decumbens, per Notarium, vel alium interrogatus, nihil respondet; sed demùm per secundam interrogationem importunatus ad quæsita respondet, ille non animò testandi; sed ut potiùs se, per hoc, à molestiis & immoderatis sollicitationibus, atque interrogantium vexationibus liberaret, respondisse intelligitur,

ut disertè Cravetta, *consil. 117. num. 3. vers. Rursùs propositus in facto, & per tot.* Johannes Dauth. de *testam. num. 134. in med. pag. nob. 199. vers. Ut secundò testator.* Thadæus Piso, *variar. resoll. lib. 1. cap. 5. num. 25. vers. Et ideò si ad propositam. & seq. n. 26.* Carolus Ruinus, *lib. 3. consil. 8. num. 15.* Paulus de Castro, ad *L. Hac consultissima. §. At cùm humana fragilitas. Col qui testam. fac. poss. num. 2.* ibi: *Et adverte.* Matthias Berlichius, *parte 3. conclus. 9. num. 35.*

343 Et si præprimis in graviter infirmo, vel morti proximo, & instantia Novissima curæ habente, facillimè hujusmodi Persuasiones & Sollicitationes criminosæ evadunt, & per illas extortum testamentum annullant:

autore Manzio, de *testam. val. & inval. tit. 3. Q. 4. num. 11.* & nostro Collega, D. Harpprechto, *consil. 29. n. 41. & seqq.*

344 Quanto magis in substrato, ubi Parochus, à Domini Testatoris Domesticis, hoc ipso fine, ut illum ad condendum Testamentum commoveret, requisitus & vocatus, per totum Bihorium, omnem lapidem movit, omniaque, quæ poruit, suasoria & persuasoria produxit, donec eum, ut omnes Circumstantiæ persuadent, diu contradicentem, in suam vel tandem sententiam pertraheret, consimile judicium pro Testamenti, de quo quæritur, nullitate feratur justissimè?

345 Und damit diser heilsame und justissimus scopus desto eher und leichter obtinirt werden möge / so würde / wann je der hohe Herr Revisions-Richter / posthabitis omnibus hucusq; firmatis, & mox porrò firmandis, noch einigen anstand / ob dises Testament / ob defectum legitimæ Probationis, & alias causas, nicht simpliciter zuverwerffen? bey sich finden und haben solte / sehr wohl gethan seyn / wann Demselbigen allenfalls / zu behuff der Justitz / noch gefällig seyn möchte / zubefehlen / daß mehrwohlgedachter Herr Pfarrer Albrecht / mittelst Ihme abnemmenden / und enixissimè einschärffenden Eydes / anzeigen solle: Erstlich / 346
Welche Domestiquen des wohlsel. Herrn Obristen Ihn zu disem End beruffen lassen / daß Er Ihn den Herrn Obristen zu auffrichtung eines Testaments / tanta cum cura atq; assidua flagitatione, vermögen möchte?

2dò: Was das für allerhand Rationes 347
und vorstellungen gewesen / welche Er dem Herrn Obristen suggerirt hat?

3tiò: Was der Herr Obrist / auf seine erst- 348
mahlige proposition / und sein weiteres anhalten eingewendet habe / daß Er zwey gantze stunden hiemit zubringen müssen / biß er Ihn überredt / und gleichwohl zu auffrichtung eines Testaments vel Tandem gebracht?

4tò: Ob Ihme etwas / und von weme 349
versprochen worden / den Herrn Obristen allso zupersuadiren? Oder ob Er nicht we- 350
nigstens ein ansehnliche recompens vom Herrn Antonio Ignatio von Grammont zu erlangen verhoffet / daß Er zu desselben Institution gelegenheit gegeben?

da sich dann wohlvermuthlich schon ein mehrers ergeben wird / was von disem Testament / auch ex hoc capite, videlicet nimiæ atque immoderatæ Instigationis, für ein judicium von Rechts wegen zufällen?

Wir setzen aber dises dermahlen beyseit / 351
und besehen nunmehro auch die oben præmittirte Rationes dubitandi, deren Erste sich brevissimis in disem concentrirt / daß / obschon zu eines Testamenti nuncupativi expliciti ordinir- und auffrichtung Siben Zeugen erfordert werden; jedennoch zu dessen rechtsgültiger Beweisung auch nur zween überlebende sufficient seyen. Auff dises Haupt- 352
dubium, welches / allem ermessen nach / zu denen bißhero / in hac Causa ergangenen / beyden Definitivis die fürnehmste Ration gegeben haben mag / geben wir zur bestendigen und unzweiflichen antwort / daß dise Assertio so / wie sie hier ligt / quòd nimirum Testamentum nuncupativum, etiam explicitum, satis probetur, modò duo saltim Testes adhuc supersint, qui de illâ voluntate ei etenùs nuncupatâ, mediante corporali testium jurejurando, testimonium perhibeant, in den Rechten durchauß kein fundament habe:

Und daß in dem gegentheil diſe à communissimâ DDrum Schola approbirte doctri- 353
na;

nã: Quòd ejusmodi Testamentum merè nuncupativum, quod neque per Instrumenti publici confectionem, neque aliâ ratione, vivente adhuc Testatore, publicatum, neque etiam apud Acta Judicii conditum; sed privatâ septem Testium fide ordinatum, & ipsorum conscientiæ, per simplicem nuncupationem, concreditum, nullo alio modo, quàm per omnium septem Testium jurata testimonia, probari
354 valeat; & dehinc, si vel unus ex hoc numero deficiat, ipsum etiam testamentum simùl totum deficiat, tùm per plures inconcussas & immotas Rationes, tùm per textus apertos, & tantùm non radicitùs paucorum, quæ movent in contrarium, dubia avertruncantes, tùm & per infinitas ferè omnium Interpretum autoritates probatissima sey;
355 massen wir bißanhero / in denen sollicitè und aufs beste bevöstigten Rationibus decidendi in mehrerem dargethan: welches alles
356 wir nochmahls zur gründlichen hinaußweissung des widrigen asserti, mit allem bestand hiehero erhohlen / und / coronidis loco, nur noch beyfügen / was die zween tapffere und in orbe literato canonisirte Jurisconsulti, Paulus de Castro, und Jason Maynus von diser Frag urtheilen / da der erste kürtzlich also schreibt:

357 Constat, inquit, quòd ad Solennitatem & Validitatem testamenti requirantur septem Testes adesse tempore conditi testamenti. Item si tale testamentum negetur fortè factum, similiter requiruntur septem Testes ad probandum, quòd fuerit factum, & etiam ad probandum tenorem ejus, quia est quæstio NB. de Voluntate: Ità Paulus de Castro, ad *L. 2. num. 3. Cod. de bonor. possess. contra tab.* Quibus gemina tradit Aymo Cravetta, *consil. 65. num. 5. & seqq.*

358 Et quòd ista doctrina sit indubitata, his relatu dignissimis testatur formalibus gravissimus Jason: Tu, inquiens, præmitte aliquos Casus indubitatos. Nam aliquando
359 de Testamento est confecta Scriptura publica, per manum publici & avthentici Notarii, continens numerum septem Testium, & tunc tale testamentum de per se plenè probat, dato, quòd Testes omnes sint mortui. Et iste Casus est indubitabilis:
360 Aliquando de Testamento nulla facta est Scriptura; sed Nuncupatio in præsentia septem Testium; ut, si fuit facta privata Scriptura ipsius Testatoris, vel alterius, qui non erat Notarius, & tunc, si Judex avthenticaverit talem Scripturam, vel dicta Testium redacta sunt ad scripturam, & publicata authoritate Judicis, & tunc non est dubium, quin talis scriptura publicata autoritate Judicis faciat semper plenam fidem absque quòd alii Testes examinentur:

Et hic Casus est etiam indubitatus. Aliquando de Testamento non est facta Scriptura avthentica, nec sequuta aliqua Publicatio Judicis; & agitur de probando, quòd Testator fecit tale Testamentum, in quo Titium hæredem instituit, & tunc Adversarii, qui succederent ab intestato, si non esset tale Testamentum, negant omninò, testatorem fecisse testamentum: Et iste Casus est etiam indubitatus, quia tunc ad pro- 362
bandum Testamentum requirerentur NB. septem Testes, qui interfuissent testamento, & deponerent de Tenore testamenti.

ad *L. 2. num. 4. & 5. Cod. de bon. possess. secund. tabul.*

Dises wollen wir nicht sonders contradi- 363
ciren / daß / wann über ein solenniter, in præsentia septem Testium, aufgerichtetes Testament ein solennes Instrumentum, von einem geschwohrnen Notario publico, oder / wa man je keinen Notarium haben kan / und solches herkommens / jedoch wenigstens von einem jurato Actuario, mit allen nothwendigen Requisitis / errichtet; (De cu- 364
jusmodi Instrumento omnibus numeris absoluto quòd omnes DDres intelligi velint, eluceſcit ex traditis Carpzovii, *part. 3. C. 3. D. 41.* Mevii, *part. 9. Dec. 149.* Lauterbachii, in *Coll. ad tit. π. Qui T. fac. poss. θ. 75.* Bardili, de *testam. nuncupat. θ. 36.* & passim aliorum.) hernach aber dasselbe durch unfall verlohren worden / so wohl dises / daß ein solches Instrumentum solenne vorhanden gewesen / als auch dessen Contenta auch nur durch zween / bey desselben auffrichtung zugegen / gewesene Testaments- Zeugen / erwisen werden können:

De cujusmodi casu sermo est Brunnemanno, *centur. 1. Decis. 25.* nec non ad *L. 21. num. 3. Cod. de testam.* Quod & approbat 365
Jason, ad *L. 2. num. 12.* verbis: *Secundus casus est, quando de testamento fuisset condita* publica Scriptura, manu Notarii, *quæ postea fuisset* perdita casu fortuito, *certè talis* Amissio *testamenti*, & Tenor *ejusdem testamenti* per duos testes tantùm probaretur; *& sufficeret, dato quod etiam esset quæstio de Voluntate. Cod. de bon. possess. secund. tab.*

Ja wir wollen auch dises nicht impugni- 366
ren / daß / wann ein dergleichen publicum Instrumentum super tali testamento aufgerichtet worden; hernach aber solches verlohren gegangen / auch alle die siben Zeugen / die bey dessen auffrichtung zugegen gewesen / noch vor dem Testierer dises Zeitliche gesegnet / auch zween andere / bey dessselben ordinatione nicht zugegen gewesene / unverdächtige Zeugen / welche solches Testament / und darüber errichtetes Instrumentum Notarii selbst gesehen / gelesen / und

ſo wohl des Teſtierers ſupremam Voluntatem, als auch die adhibirte Solennitates, ex ſeptem Teſtium ſubſcriptionibus, atque ſubſignationibus, vollkommenlich eingenommen / zu deſſelben Beweiſung / pro religioſo & circumſpecto Judicantium arbitrio, ſufficient ſeyen / wann ſie anderſt diſes alles / mittelſt cörperlichen eydes / erhärten können:

cum Carpzovio, *part. 3. C. 3. D. 41.* & noſtris Bb. Dnnis Anteceſſoribus, D. Lauterbachio, in *Coll. th. theor. pract. tit. Qui T. fac. poſſ. th. 75.* & Dn. Bardili, de *teſtam. nuncupat. th. 36.* Quam ſententiam jam olim ex Baldo, Cyno & Bartolo propoſuit Alexander ab Imola, ad *L. 2. num. 8. in fin. Cod. de bon. poſſeſſ. ſec. tab.*

367 Unerachtet / daß auch diſe / als aus keinem textu Juris erweißliche / ſententia noch ſehr wichtigen dubiis apertiſſimè unterworffen; alſo / daß auch dahero der hochberühmte JCtus Antonius Faber dieſelbe abſolutè und ſimpliciter verwirfft;

in *tract. de errorib. pragmatic. decade 67.*
368 *errore 6.* ubi ità in fine: Quid ſi poneres, conſtare per duos teſtes, viſam eſſe teſtamenti Scripturam ſolennem, ſuisque ſigillis & ſubſcriptionibus munitam, quæ tamen caſu aliquo deperdita; an diceremus, poſſe illam probationem ſufficere, ſi modò etiam de ſigillorum & ſubſcriptionum recognitione legitima per eosdem teſtes con-
369 ſtaret? Et non puto: Nam ità facile eſſet fraudem facere Legi, &, quod directò non licet, indirectò probare Subſtantiam Teſtamenti per duos teſtes. Et ſi
370 fingas, Teſtes vivere, qui ad teſtamentum, ſive in ſcriptis, ſive nuncupativum adhibiti dicuntur, erunt Omnes interrogandi, ut per eos probetur non ſolùm Solennitas; ſed etiam Subſtantia teſtamenti, præſertim nuncupativi:

Und der in materia ultimarum Voluntatem beſtgeübteſte Teutſche Jurisconſultus Caſparus Manzius aus denen hierwider potentiſſimè militirenden difficultäten ſich ſelbſten nicht helffen kan / auch dahero diſe meinung zuapprobiren groſſes bedenckhen trägt / quandoità ſignanter: Quid ſi autem Teſtamentum ſcriptum non fuiſſet claũſum, &, poſtquàm illud amitteretur, duo teſtes prodirent, & dicerent, ſe ſuis oculis vidiſſe non tantùm extrinſeca, hoc eſt, Sigilla & Manus teſtium, eaque benè recognoviſſe, ſed præterea etiam inſpexiſſe intrinſeca, hoc eſt tenorem teſtamenti, anne duo illi teſtes ſufficient ad probandam Vo-
371 luntatem? Difficulter hoc affirmari poteſt, per ea, quæ ſuprà (nempè *num. 3.*) in declaratione prima fuerunt dicta, quòd videlicet Voluntas probari debeat per ſeptem teſtes, qui interfuerunt actui teſtandi. Nam ſi hôc caſu ſufficiunt Duo, non apparet ratio, quare non Duo ex ſeptem teſtibus in teſtamento nuncupativo adhibitis voluntatem defuncti probare poſſint, cùm ipſi teſtatorem ipſi viderint & audiverint, & ſuos conteſtes omnes noverint.

tract. de teſtam. val. & inval. tit. 5. Q. 5. num. 37. & 99.

Wann wir aber gleichwohl auch diſes 372
nachgeben / quòd in talibus terminis, ſi, ut diximus, teſtamentum tale nuncupativum in ſcripturam redactum, & deſuper ſolenne, à jurato Notario, Inſtrumentum confectum; hoc verò poſteà amiſſum fuerit, tunc Teſtamenti amiſſi contenta per duos ſaltem teſtes probari queant, eo quòd ità non de Teſtamenti Solennitate; ſed de ſola Inſtrumenti amiſſi probatione quæratur;

ut loquitur Carpzovius, *dicta parte 3. Conſt. 3. Def. 41. num. 6.*

ſo möchte doch diſe gefährliche ſententz 373
ſchwehrlich anderſt ſtatt habẽ / quàm ſi aliundè, & antè jam conſtet, quòd tale Teſtamentum, ſuper quo à Notario confectum Inſtrumentum amiſſum eſt, reverà adhibitâ debitâ Solennitate fuerit ordinatum;

prout valdè notanter hæc declarat Mevius, ad *Jus Lubec. parte 2. tit. 1. artic. 2. num. 157.* ibi: *Quodſi deperditum fuerit*, NB. ſi ritè & ſolenniter factum conſtet, *cùm* 374
amiſſionem, *tùm* tenorem *ejus* duobus teſtibus *probari poſſe exiſtimatur.* Quorsùm etiam collineat in *ſuperiùs relata Deciſ. 13. partis 4. num. 4.* in verbis: Maximè cùm NB. non conſtet, Teſtamentum aliquando fuiſſe factum aut publicatum. In eandem ſententiam loquitur etiam Cothmannus, *vol. 3. Reſp. 13. n. 38.* ibi: *Teſtamenti etiam* NB. ritè & ſolenniter facti; *ſed poſteà* deperditi, *Tenorem duobus teſtibus legitimè probari.* Goswinus ab Esbach, in *addition. ad Carpzov. part. 3. C. 3. D. 29. n. 6.* in verbis: *Quamvis ad Solennitatem ſeptem Teſtes, aliæque Solennitates requirantur*; NB. factum *tamen* & perfectum, *forſitanque* deperditum *duobus teſtibus probari poteſt.* Dn. Collega noſter D. Majer, ad §. *fin. Inſt. de teſtam ordin.* ibi: *Quodſi* Inſtrumentum *quoque ſit deperditum, & Teſtes, qui tempore teſtamenti adfuerunt, deceſſerint, per duos te-* 375
ſtes probari poteſt, Inſtrumentum NB. eſſe confectum. Jaſon, ad *L. 2. num. 12.* ibi: *Quando de teſtamento eſſet* condita publica Scriptura, *manu Notarii, quæ poſteà fuiſſet perdita caſu fortuito &c. Cod. de bon. poſſ. ſec. tab.* Guilielmus Benedictus, ad *Capit. Raynutius. adverb. Teſtamentum. Sect. 1. n. 91. & de teſtament.* ubi ità Mevianæ doctrinæ conformiter: *Plus*, ait, *dico, quòd*, NB. Si 376
Teſtamentum factum perfectè, & ſolenniter, fuerit perditum *Caſu fortuito, totus tenor talis teſtamenti probari poterit per duos*

duos teſtes teſtamentarios, per tx. ſingular. in L. Teſtium. 18. Cod. de teſtib. Proviſo tamen, quòd illi duo Teſtes non ſolùm de Tenore teſtamenti *deponant; ſed etiam de* perfectâ Solennitate, *quæ intervenit.* Alexander ab Imola, ad *L. 12. n. 2. Cod. de teſtam.* ubi ſcri-
377 bit, regulariter teſtamentum probari debere per VII. teſtes, ſicut etiam VII. teſtes ad ejus confectionem neceſſarii ſint: Sed tamen, ſi Scriptura Teſtamenti NB. facta fuerit coram VII. teſtibus, & deinceps deperdita, tunc ſufficere, ut per duos teſtes Caſus amiſſionis, & Continentia Scripturæ probetur. Hippolyt. de Marſiliis, in *ſingularib. jur. ſingul. 156.* ibi: Si Teſtamentum NB. ſit factum coram VII. teſtibus, *& Scriptura ſit* perdita, *ſufficit, hoc caſu* probari Amiſſionem illius Scripturæ, *& Continentiam iſtius per duos teſtes.* Matthæus de Afflictis, *Dec. Neapol. 166. num. 11.* ibi: *Quando de teſtamento* condita eſſet publica ſcriptura manu Notarii, *quæ poſteà fuiſſet* perdita *&c. ibique in addition.* Cæſar Urſillus, *num. 6.* Samſon Herzog, im Unterricht von Teſtamenten. *tit. 19. Q. 6.* ibi: So das verlohren Teſtament NB. ſonſt zierlich u. formlich gemacht worden, kan der gantze Innhalt durch zween zeugen/ ſo zur zeit der aufrichtung darbey und Zeugen geweſen/ bewiſen werden. Georg Mundius à Rodach, *vol. 2. conſ. 21. num. 54.* ibi: *Teſtamenti* NB. ritè facti & poſteà deperditi *Tenor duobus teſtibus legitimè probatur.*

378 Wann aber hingegen über ſolcherley Teſtamenta nuncupativa explicita kein ſolennes Inſtrumentum à publico Notario aufgerichtet worden; ſondern nur ein dergleichen bloſſe Conſignatio deren jenigen Puncten/ die von einem Teſtatore, als ſeines letzten willens Capitula, und innhalt/ ihm ad calamum dictirt worden/ absque ullâ ullius Teſtis tùm ſubſcriptione, tùm ſubſignatione, tùm ipſiusmet Notarii Subſcriptione, & publici Notariatûs Sigilli impreſſione, & ſic deinceps, zu papier gebracht worden/ und verlohren gegangen/ tunc quòd alia omnia dicenda veniant, vel ſola hæc Ratio, ſi alia nulla in medio foret, liquidiſſimum reddit, quia talibus in ter-
379 minis dici non poteſt, quòd de ſolâ Inſtrumenti ſolenniter confecti (Quale nunquàm in rerum natura fuit) probatione agatur, & non de Teſtamenti tùm Solennitate, tùm & ejus Subſtantiâ, ipſâ ſcilicet totâ Teſtatoris, à ſolâ ſeptem Teſtium fide, conſcientiâ & ſcientiâ
Pater in suo Testamento disponens, daß sein einiger Sohn sein eingesetzter universal-**Erb aller seiner Haab und Güther** / und also auch sein **alleiniger** Successor **in allen seinen Ritter- und Mann-lehenbahren Güthern** sey und seyn solle / *annexâ Clausulâ:* Daß er weder **seinen Geschwistern** / noch **sonsten Jemanden Rechenschafft zugeben**; sondern alles **handhaben** / **damit schaltten und walten** könne und solle / plenum *&* liberum *omnium suorum* Bonorum Dominium, *cum* plenissima facultate, inter vivos, *&* mortis causa, de illis disponendi, *in suum Filium transtulisse videtur. num.* 71. *& seqq.*

Renuncians sub Clausula: Daß ihr **Bruder hinfüro mit Allem** und jedem **verfahren** / **handlen** / **thun** / **und lassen solle nach seinem Gefallen** / **als mit andern**

andern seinen aignen Güthern / von Mönniglich daran ungehindert / in allweeg / *utrum*, Fratre sine masculâ prole defunctô, *ad renunciata regressum habeat? num. 74.*

Pater Filios suos in Legitima *instituens*, & congruas Filiabus suis Dotes *assignans*, *per* Pacta, Statuta, *vel* Consuetudinem inclyti Ordinis Equestris, *de cæteris suis Bonis* securè testatur. *num. 75. & seq.*

Ad conservationem illustrium & nobilium *Familiarum* Dotes *talium Filiarum non debent* Legitimæ correspondere. *num. 77.*

Applicantur hæc jura casui proposito. *num. 78.*

Liberi supremam Parentis Voluntatem religiosè observare tenentur. *num. 79. & seqq.*

Suprema Voluntas instar Legis servanda. *num. 80.*

Parentibus reverentia, *tùm* vivis, *tùm* mortuis, *à Liberis exhibenda. n. 81.*

B. Parens Renunciationem, sub præmemorata Clausula, Filiabus seriò, und bey entziehung seines vätterlichen Seegens / *testamentô præcepit. num. 84.*

De Patris Maledictione, si Liberi ipsius Voluntatem non impleant. *n. 86.*

Ex eo, quòd Filiæ testamentum paternum, per spontaneam Legatorum & Dotium acceptationem, agnoverunt, *etiam ultimò defuncti ipsarum* Fratris Testamentum *extra dubium collocari videtur. num. 87.*

In proposito casu Filiæ insignibus *à Dn. Parente* Legatis, & ultra Consuetum ascendentibus Dotibus, *hac ipsa de causa, honoratæ videntur, ut* nullum ad Bona renunciata, in omnem Casum, regressum *habeant. num. 88.*

Tales Filiæ, etiam prorsùs expirantibus Masculis, *nullum ad ejus Successionem regressum habent. num. 89.*

Quoties de hoc non apertè constat, *quòd Renunciatio* saltim ad certum Tempus *durare debeat, tunc illa* generalis & perpetua *habetur. num. 96.*

In terminis extinctivæ seu abdicativæ Renunciationis *dici non potest, quòd* Bona, *à Filiâ illustri vel nobili* renunciata, nexu taciti & improprii Fideicommissi, *in ordine* ad ipsas Renunciatrices, *devincta sint. num. 91.*

De hujus generis Fideicommissis *nihil in nostris libris definitum occurrit. num. 92.*

Fideicommissum *ab aliquo prætensum ex evidentissimis &* de necessitate id inferentibus verbis *probari oportet. num. 93.*

Licet Filia Regressum *ad Successionem renunciatam* specifico Pacto, sibi, & suis Hæredibus reservaverit; *tamen Pactum hujusmodi reservatorium*, per contrarium Patris, vel Fratris Testamentum, infringi *potest. num. 94.*

Facultas testandi, *jure Gz. competens*, per hujusmodi Pacta Fœminarum reversiva, haud excluſa *censetur. num. 96.*

Quamprimùm Filius paternam hæreditatem adivit, *vel eidem se immiscuit*, paterna Bona in fraterna degenerant. *num. 97.*

Sequuntur Rationes decidendi, *quòd in substrato* duæ Filiæ renunciatrices, ad Bona à se renunciata omnibus modis admitti, *& per* Patris Testamentum haudquaquàm excluſæ *censeri debeant. num. 98.*

Formatur genuinus & verus totius Controversiæ status. *num. 99.*

Præceptum paternum de renunciando, *de quo hîc qr. utrum* abdicativam, *an* solùm translativam, *Renunciationem* pro scopo *habuerit? num. 100.*

Hæc Q. utrum Renunciatio pro abdicativa *& totaliter extinctiva; an verò* tantùm pro translativa *seu qualificativa* haberi debeat? *regulariter* non ex solo verborum cortice, *quibus renunciatio à Patre injuncta, vel à Filiâ fuit præstita; sed potiùs* ex verisimili Voluntate *tùm ipsiusmet* Patris *illam* præcipientis, *vel* recipientis, *tùm etiam* Filiæ renunciatricis, *ex paterno* Testamento, *vel* Renunciationis *interpositæ* Instrumento, *inibiq; contentis* Argumentis, Circumstantiis, & Indiciis colligendâ, *dijudicari debet. num. 101. & seq.*

Cortex verborum *non debet* veram disponentium & paciscentium sententiam supprimere. *num. 103.*

Volun-

Voluntas *ipsius* Renunciatarij, *seu illius; qui renunciationem præcipit, aut recipit,* & Renunciatricis attendi *debet. num. 104.*

A Voluntate tota *omnium Renunciationum* Lex & Norma *dependet. num. 105.*

Voluntas *omnium Renunciationum* Regina *est* & Domina; Verba *verò* & Clausulæ *in illis obvia* tantummodò Famulæ. *num. 106.*

In nudo verborum rigore *immorari ad* grammaticos *pertinet* & *pædagogos; non verò ad* Jurisprudentiæ Professores. *num. 107.*

Leges scire *non est* Verba *earum; sed* mentem tenere & *potestatem. num. 108.*

Cardinalis de Luca hoc magnam primæ classis ineptiam *redolere dicit, quòd* ad Renunciationum naturam regulandam Verborum Figura attendi *debeat. num. 109.*

Omnes *circa hunc articulum* : Qualis cujusvis Renuntiationis natura *censenda sit? obvia* Quæstiones *potiùs* Voluntatis *sunt, quàm* Juris; & intra breves cancellos redigibiles. *num. 111.*

Omnes Judices genuinam *tùm ejus, qui* præcipit, *vel* recipit juratam renunciationem; *tùm eandem* præstantis sententiam & *mentem omni cura adhibita* rimari *debent. num. 112.*

An potiùs illius, qui Renunciationem injungit, *vel* recipit, *vel* Renunciatricis intentio & mens spectari debeat? *num. 113.*

Cardinalis de Luca potiùs Patris, *vel alterius* Renunciatarii *Voluntatem spectandam dicit. num. 114.*

Hondedæus magis Filiæ, *quàm Patris, Sententiam respiciendam esse contendit. num. 115.*

Rectiùs dicitur, quòd in talibus Qq. prudenter dirimendis ad Facti Circumstantias, *ex quibus* Substantia Voluntatis Utriusque, *tùm* Renunciatarii, *tùm* Renunciatricis *desumi debet, respicere oporteat. num. 116.*

In hac tota materia de eo sollicitè dispiciendum: Utrum Renunciatio *pro* Abdicativâ, *vel* Translativâ, *& an tùm illa, tùm etiam hæc altera pro* Reali, Personali, *vel* Mixtâ *censenda sit? num. 118.*

Hæ duæ Divisiones utramque *totius Renunciationum materiæ* paginam absolvunt. *num. 119.*

Istæ Divisiones *admodùm* diversimodè *à DDbus* explicantur. *num. 120.*

Summa Rei *principaliter in eo est posita, utrum Renunciatio* contemplatione *seu* in favorem certarum Personarum in individuo determinatarum, *vel sub* nomine Agnatorum, *vel sub* expressione principalis *hujusmodi Renunciationum* Causæ finalis, *in Agnationis sive* Stemmatis Masculini conservatione *præcipuè consistentis, generaliter & indefinitè spectatarum, ità præstita, vel à Patre Filiabus injuncta sit, ut illæ paterna vel alia Bona, quibus renuntiandum, vel renunciatum,* in Fratres, *vel* alios Agnatos transferant? *num. 121.*

An verò hujusmodi Renunciatio absque ulla Personarum, *in quas renunciatæ Hæreditates transferri debeant*, contemplatione *ità præstita fuerit, vel præstari præcepta*, ut Filia renuncians è medio tollatur, *quasi* ipsa jamdùm naturaliter esset mortua, *sic, ut planè* non curetur, an Bona paterna ad Agnatos, vel Extraneos, vel planè ad Fiscum sint perventura? *num. 122.*

Hôc modô renuncians, *per* quamcunque Personam, *à Successione in Bonis ab ipsa renunciatis* excluditur. *num. 123.*

Cum abdicativâ, *seu hôc sensu extinctivâ Renunciatione* certarum Personarum Consideratio, *sive* certæ Personæ Contemplatio & Favor *non censetur* compatibilis. *num. 123.*

Si tamen etiam abdicativa *Renunciatio* certarum personarum contemplatione *facta probetur, & debinc* extinctiva personalis *dicenda sit, tunc* idem *de illa,* cum Translativâ, judicium *ferendum. num. 124.*

Contemplatio certarum *Personarum* omnem Realitatem cessare *facit, & propterea Verba renunciationem* Extinctivam *indicantia* de solo Casu, quô Personæ in illâ spectatæ extabunt, *intelligi debent. num. 125.*

Neque talis extinctiva *seu abdicativa Renunciatio, quæ* ad certas Personas *restricta est, seu intuitu Filiorum aut Fratrum facta, neque etiam* translativa *pariter* solos Agnatos *in oculis habens*, ullam ultra Personas, à Parente, vel Filia consideratas, Extensionem admittit. *num. 126.*

Stabilitur hæc doctrina de Renunciatione personali translativa. *num. 127.*

Et de personali extinctiva. *num. 128.*

Quoties Persona, *vel* una, *vel* plures, *sub nomine* Fratrum, *&* ex ipsis Descendentium, *vel* Agnatorum, *in* Translativa, *vel* Extinctiva *Renunciatione fuit considerata, vel* consideratæ, *tunc illa omninò* Personalis *censetur, & dehinc* resolubilis per mortem Personæ consideratæ, *vel* omnium in oculis habitarum Personarum. *num. 130.*

Prima Ratio *pro Dominis Filiabus* decidendi, *quòd in dubio omnes Renunciationes* pro Personalibus, *sive talibus, quæ* intuitu & in commodum *vel* Unius *tantùm, vel* plurium Personarum, in individuo, *vel sub* certa Qualitate, masculinæ *videlicet* Agnationis, *consideratarum, à Patre præceptæ, vel jam præstitæ sunt, haberi debeant. num. 131.*

Etiam Monialium renunciationes eodem jure *censeri debent. num. 132.*

Licet multi easdem pronuncient Reales, *imo planè* realissimas. *num. 133.*

Quoties nobilis, illustris, vel alia Monialis, *intuitu* Fratrum, *sub* quantæcunque efficaciæ Clausulis, *renunciavit*, omnibus Fratribus demortuis *etiam ipsa &* tota talis Renunciatio simùl extinguitur, *ità, ut* Monasterium, *ex persona Monialis*, in omnibus Bonis renunciatis succedat *plenissimè. num. 134.*

Hæc ipsa Præsumptio *pro renunciationis* Personalitate *etiam tunc militat, quando* tempore præstitæ, *vel à Patre* præceptæ Renunciationis *saltem* unicus Filius in medio fuit. *num. 135.*

Etiam Successionum Renunciationes, *absque omni causa factæ*, omnimodò nullæ *sunt; licet Verbis &* Clausulis prægnantissimis turgeant. *num. 136.*

Quandocunque non evidentissimè constat, aliam Renunciantis Voluntatem *fuisse, omnes Successionum Renunciationes* intuitu Masculorum factæ *existimantur. num. 137.*

Soli Masculi æternæ Ascendentium Recordationis atque Agnationis Conservatores sunt. *num. 138.*

Et dehinc quoque Soli suarum Sororum, vel Agnatarum renunciationi omnem causam dedisse *intelliguntur. num. 138.*

Omnis Renunciatio ad conservandam Agnationem *facta existimatur. num. 140.*

Clausula Regressus, *in casum cessantis istius Causæ*, ad renunciata reservatoria *Renunciationi* ipso jure inest. *num. 141.*

Consuetudo Nobilium *hæc ità determinat. num. 142.*

Etiamsi omninò in dubio *versemur, utrum Renunciatio* in Fratris, & extantis Masculæ Sobolis *favorem sit facta, nequè etiam* ulla mentio Favoris erga Agnationem *sit facta; tamen* Pactum Regressûs reservatorium, *idemque* cum resolutivo conjunctum, *pro* tacitè adjecto *haberi debet. num. 144.*

Adducitur judicatum Summi Imperialis Aulici Tribunalis *pro eadem sententia. num. 145.*

Eademque doctrina & tunc procedit, si de Filiis *tempore actualiter præstitæ, vel præstari injunctæ Renunciationis* adhuc nascituris & nondùm conceptis *quæstio sit. num. 146.*

Modò Spes procreandæ adhuc Masculæ Sobolis *non omninò decollaverit. num. 147.*

Idem est, si de Pactis *etiam* Monialium renunciativis *quæstio sit. num. 148.*

Itemque si de Renunciatione abdicativâ *seu extinctivâ; sed* intuitu Fratrum *interpositâ, quæratur. num. 149.*

Renun-

Renunciatio, Abdicatio & Acquisitio *ejus*, *cui fit renunciatio*, *adeò sunt* connexæ, ut una sine altera esse possit vel minimè. *num.* 154.

Etiam tacita Personarum Contemplatio ad Realitatem renunciationis excludendam *sufficit*. *num.* 155.

Renunciatio intelligitur personalis, *licet* Verba *illius* Extinctivam *præ se ferant*. *num.* 156.

Renunciationum Causam finalem Usus Germaniæ, & Fori Observantia, *imò etiam ipsa* Æquitas, *& inter Liberos servanda* Æqualitas, *in ambiguo*, *nullam aliam*, *quàm* Agnationis Conservationem, à Renunciatricibus & Renunciatariis intentam *existimant*. *num.* 159.

Ista Juris præsumptio *præprimis tunc quoque locum sortitur*, *quando* Pater suæ Filiæ renunciandi necessitatem ipse imponit, *vel* renunciationem ab illa recipit. *num.* 160.

Pater nunquàm de suis Filiabus, *etiam in casum* totaliter extincti Stemmatis Masculini, *à successione sua* totaliter excludendis, *sollicitus fuisse videri debet*. *num.* 166.

Jurata Filiæ renunciatio, *sub* qualibuscunque verbis *concepta*, ultra expressam, vel tacitam Patris mentem, nec minimam patitur extensionem. *num.* 167.

Pater renunciationem *suæ Filiæ* injungens, *vel ab illa* recipiens, *eandem non aliter* exclusisse *censendus*, *quàm* quousque Masculina Agnatio duraverit. *num.* 168.

Neque Pater *suam Filiam*, *neque* Filia *seipsam*, *etiam in casum* totaliter extincti Stemmatis Masculini, *à Successione nihilominùs excludere*, *neque* Judex, *ad Filiæ renunciationem ità convalidandam*, Decretum suum *interponere voluisse intelligi debet*. *num.* 169.

In renunciatione Hæreditatis jamjàm delatæ Decretum *requiritur*. *n.* 171.

Tales successionum Renunciationes, *in ordine* ad Filias *renunciatrices*, *earumque* Parentes, *ipsis etiam* LLbus exosæ *sunt*. *num.* 172. *& sq.*

Secunda Ratio decidendi, *quòd &* omnia Statuta, Fœminarum, *in casu extantium Masculorum*, exclusiva; *tùm & omnes ejusdem generis* Consuetudines, Privilegia, & Pacta *ità exaudienda sint*, *quòd*, nisi expressa reclamet litera, *vel* Consuetudinis *indubia* certitudo, Fœminæ, Masculis sublatis, indubitatò admitti debeant. *num.* 174.

Præceptum paternum testamentarium *de suis Filiabus*, *per renunciationem*, ein vor alle mahl excludendis, non potentiùs operari *debet*, *quàm hujusmodi* Statutum, Pactum, *vel* Privilegium, *etiam* efficacioribus Clausulis *munitum*. *num.* 176.

Licet talia Statuta, Privilegia, Pacta, Consuetudines, Testamenta de Fœminis in perpetuum excludendis *loquantur*; *tamen* semper hic Casus, nisi Stemma Masculinum expirare *contingat*, *pro* tacitè excepto *haberi debet*. *num.* 178.

Probatur *hoc de* Statutis, *tùm* certæ alicujus Familiæ propriis, Erb-Einigungen *tùm in* tota Provincia vel Regno obtinentibus. *num.* 179.

Item de Privilegiis Fœminarum exclusivis. *num.* 180.

Et de tali Consuetudine, *imprimis* in regno Neapolitano. *num.* 181.

Consuetudo *hujusmodi* Masculos vocat, & Fœminas excludit; *sed* non præfert Fœminæ *tantisper* exclusæ, *vel potiùs suspensæ*, alias Fœminas. *num.* 182.

Cessante Masculorum favore *etiam* Fœminarum exclusio *cessat*. *num.* 183.

Dispositio *talis* testamentaria, *quòd Filiæ* ein vor allemahl renunciare *debeant*, non majoris est potentiæ, *quàm DDres de tali* consuetudinaria, privilegiaria, statutaria, pactitia, *etiam* prægnantioribus Clausulis *munita*, *Renunciatione communiter tradunt*. *num.* 186.

Pater *à sua Filia renunciationem recipiens, vel exigens*, pro solis suis masculis *Filiis*; *&* valdè rarò pro aliis Filiabus; *pro* Extraneis *verò* nunquàm *illam desiderasse, vel acceptâsse intelligi debet. num.* 187.

Etiamsi ampliſſima & generaliſſima *in tali Præcepto de renunciando, vel in ipsa jurata renunciatione, Verba contineantur. num.* 188.

In casu totaliter extincti Stemmatis *Filiæ non aliter* excluſæ *censendæ, quàm si Pater* exertiſſimam & ſpecialiſſimam hujus inſolitiſſimæ excluſionis mentionem injecerit. *num.* 189.

Adducitur egregia Donati Antonii de Marinis *deciſio. num.* 190. *cum ſeqq.*

Tametſi verba renunciationis *ad* Jura de futuro *trahantur*; *tamen illa restringenda forent ad ea futura Jura*, quæ ex Cauſa de præſenti competere poſſent. *num.* 196.

Nec diverſum ſentiendum, licet Juri de futuro per Pactum de non ulteriùs petendo *fuerit renunciatum. num.* 197.

Huic Clauſulæ æquipollet *hæc noſtra*: **Daß die Töchtern ein vor allemahl der vätterlichen Erbſchafft** renunciiren ſollen. *num.* 198.

Tertia Ratio decidendi, *quòd ipſe L. Dn. Parens ſui animi indubitatam ſententiam, per hæc*, in Proœmio *ſuæ Diſpoſitionis obvia formalia, haud obſcurè declaraverit*: Daß Er ſeine gantze Diſpoſition allen zanckh und weitläufftigkeit unter ſeinen Adelichen Kindern zuverhüthen / und zu NB. **beförderlicher** Conſervation des **mannlichen Stammens** / als auch **ſeines jezigen und künfftigen zeitlichen Guths und Nahrung** / **und was deme allem anzugedeyhen** / aufrichten wollen. *num.* 199.

Quandocunque verba *vel* Præcepti paterni *de renunciando*, *vel* Renunciatricis *hoc ſatis declarant, quòd Renunciatio* Cognationis Conſervationem, *ſive* in univerſum, *ſive ejus tantùm, ex qua talis Filia oriunda eſt*, Lineæ, *pro* Scopo, Voto & Fine *habuerit, vel debeat habere, tunc, penitùs* expirante Agnatione, *etiam* Renunciatio ſimùl tota evaneſcit. *num.* 201.

Hæc verba: **Zu Erhaltung des Adelichen Stammens und Nahmens / dem Adelichen Manns-Stammen zum beſten** / *& ſimilia, ſeu in* Præfatione, *ſeu in ipſis* verbis diſpoſitivis *expreſsè poſita, non tàm* Cauſam *impulſivam, quàm* finalem *ſignificant. num.* 202.

Præfatio, in qualibet Diſpoſitione, Cauſam *illius* finalem *demonſtrat. num.* 203.

Ex Proœmio potentiſſimum argumentum *redundat, ex quo ipſa* genuina Agentium intentio *principaliter colligitur. num.* 204.

In Proœmio *poſita in* ſubſequenti principali negotio repetita *cenſentur. num.* 205.

Ex Proœmio *ſimiliter etiam* Renunciatio regulanda eſt tota. *num.* 206.

Si in terminis Voluntatis ſaltem conjecturabilis, *quòd Pater à Filia renunciationem recipiens, vel ei præcipiens*, Agnationis conſervationem *pro fine habuerit, tota Renunciatio* ad ſolos Maſculos reſtringi *debet, quanto magis in ſubſtrato, ubi* Pater hanc finalem Præcepti ſui Cauſam ſpeciatim expreſſit, *idem pariter obtinebit? num.* 208.

Licet Verba Præcepti *de renunciando, vel ipſiusmet* Pacti *renunciativi ſint* generaliſſima, *& omnimodam* omnis Juris, *tùm* præſenter competentis, *tùm* in futurum, quacunq; ex cauſa, competituri, *adeoque* perpetuam Filiæ Excluſionem, *& omninò* extinctivam renunciationem *præ ſe ferre videantur*; *tamen* Cauſa finalis, *videlicet* Conſervatio Agnationis, *ſi præſertim* expreſſa *ejus mentio ſit facta, ubivis præferenda. num.* 209.

Ex eo, quòd in propoſito Caſu B. Dn. Parens ſuas Filias tùm ſolito majori Dote, *tùm* notabili Legato *liberaliter honoravit, & ſimùl quoque* alias cauſas expreſſit, *easdemque, ut videtur*, præponderantes, *inferendum videtur, quòd Stemmatis Conſervatio* non Cauſa finalis; *ſed tantùm* impulſiva *ſit iſtius Præcepti de renunciando. num.* 210. *& ſeq.*

Aſſi-

Assignatio Dotis, *sive* congruæ & solitæ, *sive* solito majoris Pactum Regressûs *ad Successionem renunciatam* reservatorium *in suis effectibus haudquaquàm impedit. num.* 212.

Etiamsi Instrumentum Renunciationis *eandem*, ob solam dotem, *interpositam pronunciet. num.* 213.

In hujusmodi casu duæ *sunt* Causæ, *quæ* Renunciationem conciliasse *creduntur*, *nempe* Dos & Agnatio. *num.* 214.

Dos eum in finem *numerari consuevit*, *ut* Æquitas Pacti successionis renuntiativi tanto magis eluceseat, *& evidentior reddatur. num.* 214.

Renunciatio *sapit* Donationem *cum Renunciatricis* læsione *conjunctam*, *quæ proindè* per Dotis constitutionem aliquatenùs corrigenda. *num.* 215.

Non verò credendum, *quòd vel* Filia renuncians, *vel* Pater renunciationem ei præcipiens, *vel ab illa recipiens*, ob solam Dotem, Personis extraneis, *in renunciatione nullatenùs spectatis*, *in casum* extinctæ Agnationis, paternam successionem concedere *voluerit. num.* 217.

Pater Filiæ ad præstandam congruam Dotem de Jure tenetur. *num.* 218.

Ratio Agnationis *in splendore servandæ* vincit Dotis rationem. *num.* 219.

Etiamsi Agnatorum nulla *facta sit* mentio; *cùm* illorum Existentia, *hanc ipsam* Causam, conservandæ *videlicet* Agnationis, *sufficientissimè testetur & comprobet. num.* 220.

Assignatio Dotis *sola Renunciationis* Causam principalem Rarò *constituit. num.* 221.

Principalis ejus Ratio & Causa finalis ut plurimùm *hæc est*, *ut* cæteris Liberis eo pinguiùs consulatur. *num.* 222.

Hæc assertio DDbus communiter *probatur. num.* 223.

Causa Dotis solutæ in perpetuum *quidem* durat; *sed quia*, sublatis masculis *Liberis*, principalior Ratio, *nempe Agnationis in flore servandæ*, totaliter cessat, *etiam Renunciatio*, *pro* ampliſſimâ *licet* Dote *facta*, *simùl* tota evanescit. *num.* 225.

Concurrentibus duabus Causis *totum Negotium* juxta potentiorem *& principaliorem* dijudicandum. *num.* 226.

Acceptatio Dotis *non aliter* Regressum *ad renunciata Bona* præcludit, *quàm si* evidenter constet, *quòd* nulla alia Renunciationis causa *adfuerit*, *quàm* Dotis acceptæ. *num.* 227.

In ambiguo semper præsumi *debet*, *quòd Renunciatio* respectu cæterorum Liberorum *sit* facta, *vel* à Patre imperata. *num.* 228.

Declinatio Litium *& sumptuosorum in judicio* Processuum *in paterno*, *de quo hîc Qr. Testamento*, *hoc tantummodò fine*, *ceu* Concausa impulsiva, *fuit commemorata*, ut Causa finalis & principalis, *nempe* Stemmatis Masculini florentior Status, tanto citiùs & faciliùs effectum suum sortiri valeret. *num.* 229. *& seqq.*

Adfertur egregius, *ad hæc magis firmanda*, ex Johanne Georgio Besoldo locus. *num.* 232.

Si Conservatio Familiarum non spectaretur, omnis *propemodùm* Renunciationum materia cessaret. *num.* 234.

Causa finalis *illa sola vocatur*, sine qua quis aliàs actionem *vel planè* non, *vel* non eo modo *susceperturus fuisset. num.* 235.

Causa finalis *insinuat* principalem *contrahentium* intentionem, *à qua etiam* Causatum & alia omnia regulantur. *num.* 236.

Causæ impulsivæ, *tanquàm* leviusculæ, *non impediunt*, *quo minùs* Sorores, *sublatis Masculis*, *sicq;* Causâ finali *totaliter cessante*, de jure suo recuperando *validè experiantur. num.* 237.

Causa prima, principalis, ac finalis *intuenda*, *& pro rei cujusvis* Fundamento *ponenda. num.* 238.

Causa propinqua *semper magis*, *quàm* remota, *debet considerari. num.* 239.

Licet Successionis Renunciationi, intuitu Dotis *factæ*, prægnantissimæ Clausulæ *fuerint adjectæ*; *tamen*, Masculis emortuis, *etiam* Renunciatio *pro* totaliter emortuâ *haberi debet. num.* 241.

Tametsi Verba Renunciationis *sint* generalia; *si tamen* intuitu certæ Causæ finalis in specie *prolatæ fuerint*, *tunc etiam* ipsa renunciatio ad specificata præcisè restringitur. *num.* 243.

Quarta Ratio decidendi, *quòd* Renunciatio, *duabus Filiabus in* paterno Testamento, pro conservanda Masculina Descendentia *in perpetuo splendore*, Bonorumq; affluentiâ, *specialiter* injuncta, *& dehinc* Translativa, *& tantùm* Personalis, *per* Clausulas *adjectas, utut ponderosissimas &* exuberantissimas, *in* Abdicativam, *& in casum* extincti Stemmatis Masculini *nihilominùs duraturam* transmutari *non potuerit. num.* 244.

Ubicunque paterna Intentio certa *est*, *quòd Pater Filiabus suis* necessitatem *renuntiandi*, eô fine, imposuerit, ut Masculina ipsius Descendentia in perpetuo splendore, & Bonorum affluentiâ conservaretur, *ibi omnium DDrum hac unanimis vox est, quòd certa &* aperta paterna Voluntas præcisè servanda, *&, quamprimùm ista* Causa finalis *cessat*, *etiam* Renunciatio *omnem suam efficaciam simùl prorsùs amittat. num.* 246.

Hujusmodi dispositio *ità interpretanda, ut* prosit illis, quibus ejus conditores providere *voluerunt*; *non illis, quibus ipsi* prospicere noluerunt. *num.* 248.

Quinta Ratio decidendi, *quòd*, sicuti omnes Renunciationes, *vel specificè in gratiam* certarum Personarum, *vel* quorundam, *aut* omnium Masculorum Agnatorum, *vel in genere pro conservatione* Stemmatis Masculini *in perpetuo splendore factæ*, Personalibus *aggregantur; ità*, illis Personis, *quas Filia renuncians, vel in specie, vel in genere consideravit*, è medio sublatis, *tota* Renunciatio simùl expiret, *absque ullo obstaculo* quarumcunque Clausularum, *in paterno* Testamento, *vel ipso* Pacto renunciatorio, quemcunque in Casum, *&* sub quacunque Verborum structura, *tametsi* exuberantissimè *conceptarum. num.* 250. *& seqq.*

Excipitur unicus *ab hac Regula* Casus, *quòd* Filiæ & tunc *à renunciata Successione* excluſæ esse *debeant, etiamsi* totum Stemma Masculinum expiret. *n.* 255.

Quando Filia nobilis, in gratiam *vel* Fratrum, *vel* omnium Agnatorum, *vel* Quorundam in specie nominatorum *renunciavit, tunc tali* Filiæ, *vel illius* Hæredibus, *in casum*, si illæ Personæ expirent, Regressus *competit, non obstantibus quibuscunque, &, ut vulgò loquuntur*, Cubitalibus Clausulis. *num.* 258.

Etiam summæ efficaciæ & ponderis Clausulæ nihil nocere *possunt*, *si*, existente Conditione *Pacti hæreditatis renunciatæ reservativi*, nemo amplius ex illis in vivis existat, quorum commodo facta est Renunciatio. *num.* 259.

Etiam Renunciatio de quacunque *& omni* Hæreditate, quandocunque obventurâ, *licet* propriè Realis, *& perindè æstimanda, atsi* ex capite unde Liberi, Agnati, & Cognati *esset facta; tamen illis* Personis, in quarum gratiam *illa præstita fuit, fato abreptis, totaliter corruit. num.* 260. *& sqq.*

Si Causa *renunciationi adjecta* non operaretur Restrictionem ad illum Casum, quoadusque ex Personis à renunciante Filia spectatis aliquis superstit, *tunc illa* incassum adjecta *dicenda foret. num.* 263.

Renunciatio, in qua certæ Personæ *nominatim sunt expressæ*, illas nunquàm egreditur, *hinc*q; illis sublatis, *Renunciatricem nemo porrò excludit. num.* 264.

Renunciatio in commodum Fratrum, *licet* Clausulis abundantissimis *referta*, *semper involvit* hanc Conditionem, *ut*, si nemo ex illis amplius superstit, *tota Renunciatio pro non facta habeatur. num.* 265.

Quamvis Renunciatis cum omnibus Clausulis, quæ excogitari possunt, *interposita fuerit*; *tamen etiam istæ clausulæ* aliis Personis, *in Renunciatione* non nominatis, *vel* consideratis, prodesse non possunt. *num.* 266.

Clausulæ Realitatem importantes *non prosunt*, *nisi illis*, quorum contemplatione renunciatum præsumi *potest. num.* 267.

Con

Confirmantur hæc pluribus Rebus judicatis. *num. 268.*

Contemplatio certarum Personarum excludit omnem Renunciationis Realitatem. *num. 269.*

Hucusque præmissa *etiam omnia obtinent, tametsi à Filia renunciata* non certæ Personæ, *in* genere, *vel* specie *fuerint spectatæ; sed Renunciatio à Patre recepta, vel Filiæ præcepta,* generaliter pro Stemmatis, *vel* Agnationis conservatione *interposita fuerit. num. 271.*

Nec quidquam, sublatis planè Masculis, *officit, quo minùs Filia* auff ewige Zeiten *renunciata, vel illius Hæredes, ad renunciatam Successionem admitti debeant, licet* omnes in mundo extantes Clausulæ *isti alteri Clausulæ*, auff ewige zeiten *adjectæ fuerint. num. 272.*

Renunciationum omnimoda Extinctio *individua* sequela *est antecedaneæ* totius Stemmatis Extinctionis. *num. 274.*

Hanc Renunciationum extinctionem *nec* Verborum Generalitas, *nec effusa* Clausularum, *Renunciationem circumstantium*, quantacunque Amplitudo, *nec* Perpetuitas hujusmodi Filiarum Exclusionis *excludere valet. num. 274.*

Nec illa Clausula: Pro hæredibus quibuscunque, *cum* Aquiliana stipulatione, *&* Pacto de non petendo *conjuncta, diversum jus parit. num. 276.*

Neque etiam hæc Clausula, quòd Renunciatio (pro conservatione Stemmatis *facta*) *sit* realissima, *&* omni tempore valitura, *aliud importat. num. 277.*

Rationes hucusque præmissorum concludorum: Prima *hæc, quòd omnes tales Clausulæ sint* Relativum ad solas Personas, *in paterno* Præcepto *de renunciando, vel ipso* Pacto *renunciatorio* nominatim, *vel* aliter indigitatas. *num. 278.*

Limitatâ *hujusmodi* Renunciatione evanescente *etiam* omnes tales Clausulas una & simùl evanescere *oportet. num. 279.*

Hinc quantæcunque *concurrant* Clausulæ, *Renunciationis* Realitatem *præferentes; si tamen eidem vel* certæ Personæ, *vel* certæ Causæ *Renunciationis, non perpetuò; sed* ad certum solummodò Tempus duraturæ, *legantur insertæ, tunc &* illa Realitas non est perpetua; *sed tantùm eousque*, quamdiu Personæ, vel Causæ illæ duraverint, durabilis. *num. 280.*

Hæc Episcopus Roccain Jure appellat absolutissima. *num. 281.*

Etiam Monialium & Monachorum Renunciationes, *quas vulgò* Reales *dicunt*, ob certarum Personarum contemplationem, *Personales evadunt. n. 282.*

Personis *illis, quarum favore renunciatum*, deficientibus, *simùl* deficit Realitas *Renunciationis, & sola* Personalitatis Qualitas *remanet. num. 283.*

In Monachis *&* Monialibus perpetua Exclusio, *etiam in casu totaliter* sublati Stemmatis *Masculini*, facilius *obtinet, quàm in* secularibus Renunciatricibus. *num. 284.*

Talis Renunciatio, quæ certas Personas *in oculis habet*, pro tempore *duntaxat* perpetua *est. num. 285.*

Secunda Ratio, *quare* Clausulæ quantæcunque, *pro indole* limitatæ *Renunciationis, etiam ipsæ* in suis effectibus limitentur. *num. 286.*

Clausularum Generalitas *ad* subjectam materiam *semper* restringi *debet. num. 286.*

Renunciatio, quantumcunque generalis, *semper* ad suam Causam, solorum *videlicet* Masculorum favorem, restringi *debet. num. 287.*

Quando Causa finalis *Renunciationis specialis & certa est, tunc illius* Specialitas *hujus* Generalitatem *indubiè* restringit. *num. 288*

Finis intentus à Renunciatario semper spectari debet. *num. 289.*

Tertia Ratio *de talibus Clausulis, quòd in illis* dictiones Perpetuitatis significativæ *sortiantur* naturam illius Negotii, *cui adjiciuntur. num. 290.*

Quarta Ratio, *quòd* omnes Clausulæ, *tametsi amplissimæ*, Renunciatarii *&* Renunciatricis *cujuscunque* Voluntati, *ceu* Reginæ *&* Dominæ, *tanquàm meræ* illius pedisequæ, famulentur. *num. 291.*

Pro-

Propter Clausulas *adjectas* Renunciatio, *ex Pacisentium, vel Disponentium Voluntate* Personalis, *in* Realem *haud degenerat. num.* 292.

Nec per illas efficitur, ut Renunciatio ultra Genus Personarum *in oculis habitarum* minimùm operetur, *vel renunciationis negotium tractantibus* è diametro adversum producat effectum, *ut nempe* Personæ *in renunciatione nec* comprehensæ, *nec* consideratæ, *tanquàm* prorsùs Extraneæ, *ad successiones in manu* solorum Agnatorum *resignatas, contra omnem* Rationem, Pacisentium mentem, *omniumque* Statutorum, Pactorum Familiæ, & Consuetudinum naturam admittantur. *num.* 294.

Renunciationes, *ceu, cessante Masculorum favore*, odiosæ, *etiam* strictissimè *sunt* interpretandæ, *& semper* ad Causam præcedentem specificatam, *solosque* Familiæ Propagatores *restringendæ. num.* 295.

Sequitur Sexta Ratio decidendi, *quòd juxta* nativum istius Præcepti, daß beyde Töchtere an die Truchseßische *Famili* ein vor alle mahl nichts mehr zu*prætendiren* haben und *renunciiren* sollen/ significatum, *istæ Filiæ quidem*, quoties aliquis ex unici Fratris Descendentibus Masculis mortem oppetiturus esset, *in omnibus his Casibus*, in all solchen Erb-Fällen/ Ein mahl/ wie das ander/ und also ein für alle mahl/ *à* successione arceri *debeant, etiamsi Masculina illius Descendentia ad ipsam* Seculi consummationem *duraverit: num.* 296.

Sed quandocunque Masculinam Familiam expirare *contigerit, sic, ut illa Filiarum Renunciationibus non amplius indigeat, tunc, cùm solus &* unicus *paterni Præcepti de renunciando* Finis prorsus deficiat, *non credendum est*, Patrem *tàm ab omni* Ratione & amore Liberorum alienum *fuisse, ut nihilosecius* suas filias excludere, & ad Partes illarum hæreditarias, *in gratiam* Fratris, *ipsiusque Descendentium renunciatas*, extraneas Personas vocare *voluerit. num.* 299. *& seq.*

Cum ista Formula: Daß die Töchtern ein vor alle mahl nichts prætendiren sollen/ *hæc altera*: Daß Sie auf Ewig und zu ewigen tagen renunciiren sollen; *ut & hæc*: Daß der von den Töchtern noch *præstir*ende verzücht zu ewigen zeiten krafft/macht und bestand/ für alles widertreiben/ vor allen Richtern haben/ und von allen Gerichten darauff geurtheilt werden solle/ *procul dubio coincidunt. num.* 301. *& seq.*

Idem etiam de illa Renunciatione judicium ferendum, daß weder Sie/ noch ihre Nachkommen/ über ihre empfangene Außsteuer/ weder von ihrem Vatter/ noch an seiner Erbschafft/ in Ewigkeit nichts mehr fordern sollen noch wollen. *num.* 303.

Et tamen, ob neutram istarum Formularum, *Renunciatrices & illarum Hæredes, extinctis Masculis*, à Successione exclusæ *censentur. dd. numeris.*

Filia promittens, daß Sie in Ewigkeit/ und zu ewigen tagen/ an die väterliche Erbschafft weiter nichts prætendiren wolle/ *efficaciùs se obstringit, quàm Filia promittens*, daß sie an die Famili ein vor alle maht nichts prætendiren wolle. *num.* 303.

Renuncians auf Ewig und zu ewigen tagen/ sublatis Masculis, Regressum *ad Bona renunciata prætendit justissimè. num.* 305.

Renuncians sub formula: Daß Sie/ ihre Erben/ und gesampte Nachkommen ihrem eydlichen verzücht nicht *contraveniren*/ oder ichtwas darwider jemahlen prætendiren wolle/ unter waserley Schein des Rechtens solches immer geschehen/ und wie solches nahmen haben/ oder noch in das künfftig erdacht werden möchte/ tota Agnatione *sive Stemmate Masculino totaliter* expirante, *justissimè* ad successionem adspirat. *num.* 306.

Filiam, omni suo Juri, quod jamdùm habet, vel imposterum sperat, perpetim & plenissimè; *sed* expressâ *vel* tacitâ contemplatione Agnatorum *renunciantem*, his omnimodò sublatis, *nec ista Formula à renunciatis Bonis excludit. num.* 307.

Renunciatio, *ex* Agnationis *contemplatione* Personalis, *propter* Clausulas *adjectas*, *hanc* Personalitatis qualitatem non exuit. *num.* 309.

Etiam

Etiam hac ferè omnium durissima Formula: Quòd Renunciatio debeat esse realissima, & omni Tempore, in vim meræ & veræ Donationis valitura, sublatis Agnatis, quorum contemplatione *Filia renuntiavit*, à recuperatione Bonorum *ab illa renunciatorum ipsam neutiquàm excludit. num. 309. & seqq.*

Realitas *istius renunciationis* non diutiùs durat, *quàm ipsa* Agnatio in oculis habita. *num. 310.*

Neque Donationem *implicantia verba*, *tametsi de* vera Donatione *agatur*, *aliter accipi debent*, *quàm* consecutivè ad Renunciationem *&* specificatam *ejus* Causam finalem, *nempe Stemmatis Masculini conservationem. num. 311.*

Realitas talis Renunciationis cum Agnatione vivit, *& moritur. num. 312.*

Idemque judicium etiam de hac, *licet efficacissimâ*, *Clausula ferendum*: Quòd Filia paternæ successioni renuncians perindè habenda sit, acsi nunquàm fuisset in rerum natura. *num. 313.*

Etiam hæc Verba ad solas Personas, *in genere*, *vel in* specie consideratas *sunt* consecutivâ, *& semper* retentâ *hâc Paciscentium*, *nempe Renunciantis & Renunciatarii*, præsumptâ mente, *ut*, *Personis expressè*, *vel tacitè contemplatis*, *prorsùs deficientibus*, *perindè*, acsi Renunciatio nunquàm facta fuisset, *intelligi debent. num. 314.*

In hac tota materia semper illa capienda est interpretatio, *quæ* Renunciatricibus minùs præjudicet. *num. 315.*

Neque etiam hæc potentissima Clausula: Quòd Renunciatio sit & esse debeat Realis, *quòdque* omnem in Casum effectum Realis, *atque* omni meliori modo interpositæ *renunciationis habere*, *& Filia renuncians* Regressum *ad Bona renunciata* nunquàm, ulla ex Causa, *etiam* non cogitatâ, & noviter superveniente, *etiam* Rebus Cujusvis morte mutatis, *&* aliter, quàm nunc, se habentibus, *prætendere debeat*, majores effectus, *quàm* simpliciter facta *Renunciatio*, *producere potest. num. 316.*

Universæ tales Clausulæ, sublatis Masculis, perindè habentur, ac si omninò adjectæ non essent. *num. 317.*

Tales Clausulæ, *quantumvis* exuberantissimæ, respectu Personarum *in Renunciatione* consideratarum, *satis operari*, multosque Effectus producere *possunt. num. 318.*

Sed si nemo ex illis Personis supersit, in quarum beneficium *Renunciationem à Fœminis recipere* Paciscentium interfuit, *tunc* qualescunque & quotcunque *eidem adjecta* Clausulæ nihil ampliùs operantur. *num. 319.*

Porrò nec hæc exuberantissima Renunciatio, *quam Pater à Filia*, *etiam propediem* monasterium *ingressurâ*, *pro se & suis Filiis recepit*, *nec non* pro omnibus & quibusvis illorum, *& quidem* singulorum Hæredibus, *tàm* ab intestato, *quàm* ex Testamento, *&* aliàs quomodocunque succedentibus, *adjectâ & hâc effusissimâ Clausulâ*: *Quòd Pater & Filius*, *eorumque &* cujuslibet ipsorum Hæredes & successores *de omnibus Bonis* liberè disponere *possint*, *&* ab intestato perindè dispositum censendum sit, acsi Filia renuncians nunquàm fuisset in rerum natura, *sublatis Masculis*, *ità renunciantem à paternis & fraternis Bonis ampliùs excludit. num. 320.*

Pater *pro se &* Hæredibus *suis stipulans* non de extraneis *Hæredibus*; *sed de illis solis*, qui ab ipso descensuri *essent*, *sensisse censeri debet. num. 321.*

Sicut quævis Dispositio; *ità etiam Fœminarum* Renunciationes, *licet* generalissimæ, juxta mentem & sententiam hoc negotium tractantium *exaudiendæ sunt. num. 325.*

Ad contrariari visa respondetur remissivè. num. 326.

Etiam ampliss imam Renunciationem, cum Stipulatione Aquiliana *&* Acceptilatione *conjunctam*, *ad* Personas *in ipsa Renunciatione vel expressè* nominatas, *vel sub titulo conservandæ* Agnationis tantùm contemplatas, *ceu ad illas* relativam, *restringere oportet. num. 327.*

Pactum liberatorium de nil ampliùs petendo in locum solennis Acceptilationis Hodiè surrogata. *num. 328.*

Etiam hujusmodi Acceptilatio, (*& Hodiè* Pactum liberatorium) *licet omne*

& totum Jus Successionis, *quod Filiæ renunciantí competiit*, ipso jure *per illam extinctum fuerit*, non ulteriùs durat, *quàm etiam* Genus Personarum in ipsa renunciatione consideratarum durat. *num. 329.*

Stipulatio ad favorem Personarum contemplatarum restringi *debet, neque aliter* absolutè realis *dici potest, quàm* quoadusque Personæ contemplatæ adhuc supersunt. *num. 330.*

Non majorem, quàm quælibet vulgarissimæ formulæ Renunciatio, effectum & ista Clausula progenerat, quòd Renunciatrices, quantumvis Moniales, nullo unquàm Tempore, *etiam* quavis ex Causa, & Occasione, *ipsis Renunciantibus, & ipsarum Monasteriis*, in, de, & super suorum Fratrum, & aliorum quorumcunque Hæreditatibus Jus aliquod acquisitum esse, neque Quidquam de istis Hæreditatibus, etiam Minimum, habere vel consequi valeant & debeant. *num. 331.*

Licet Filia, etiam Monasterium ingressura, *& hâc* Causâ Ingressûs *specialiter* expressâ, *de* omni & quacunq; Successione, *paterna, materna, imò etiam avita, & cujuscunq; alterius generis, quæ Renunciatrici*, ex quocunq; Testamento, *seu Testamentis, Codicillis, Legatis, Donationibus inter vivos, & mortis causa*, aliisq; Dispositionibus, *etiam ab intestato obvenire valuerint*, quovis jure, titulo, & causa, *etiam in Pacto renunciatorio* non specificè expressis, *&* in Corpore Jurium clausis, etiamsi NB. esset necessaria quævis expressa & specifica mentio, in omnibus & per omnia, NB. Nil penitùs exceptô, NB. ad habendum *&c. renunciaverit; si tamen, in tali Renunciatione, pro* Causa finali, Conservatio Stemmatis *sive* Agnationis *esset indigitata, tunc* Filia, *hôc modo renunciata*, extincto Stemmate, *nihilominùs de novo* successibilis fieret. *num. 332.*

Filia ità renuncians, daß Ihr in andern und Neben-Fällen / da ihre Brüder alle / der Eine vor / der Andere nach / ohne Leibs-Erben / Nr. oder ohne Testament / todes verstorben / ihre Erbgerechtigkeit vorbehalten seyn solle / *si postea ultimò decedens Frater sine Liberis quidem; sed cum Testamento, in quo illam Sororem renunciatricem totaliter excluserit, fato fungatur, nihilominùs ad paterna Bona renunciata justissimè adspirat, ità, ut illa, in tanta quantumvis amplitudine & emphasi concepta Clausula:* Ohne Leibs-Erben oder ohne Testament ꝛc. *ad* solas Fraternas Hæreditates, die Brüderliche Bey- und Neben-Erbschafften *restringi debeat. num. 333.*

Ista verba: Ohne Leibs-Erben oder ohne Testament / *simpliciter prolata*, juxta communem JCtorum Regulam, Materiam subjectam, & naturam ac qualitatem Rei, de qua agitur, *intelligi debent, licet* impropriandi *forent. n. 333.*

Et si illa in §. de sola Collateralium successione *agente inserta legantur, tunc illa ad* Successionem Descendentium, *seu primi ordinis*, certo modo restrictam, *& ultrà* Bona ad collateralem successionem spectantia, *&* specificata, *extendi non possunt. num. 334.*

Renunciationes successionum quo respectu odiosæ sint? *num. 335.*

Denique etiam in hac amplissima Formula renunciandi, quòd Filia nubens, vel Cœnobium ingrediens, universa sua Bona, *paterna, materna, fraterna, sororia, tàm* ex testamento, *quàm* ab intestato, *suis Fratribus*, inter vivos, & irrevocabiliter cedat & donet, *simùl commemorata Conservatio Masculorum, & conservandæ Agnationis, tanquàm Causa finalis Renunciationis*, omnem Realitatem, *sive Durationem in Casu extincti Stemmatis Masculini, ab illa excludit. n. 336.*

Nihil impedit, quo minùs etiam plures hujusmodi Hæreditates, toto tempore intermedio, quamdiu *nimirum* Conditio Pacti hæreditatis renunciatæ reservativi adhucdùm pendet, *jure* veræ & meræ Donationis, *apud Masculos permaneant, omniaque illarum* Emolumenta *interea percepta, imò etiam* ipsæmet Hæreditates, *quoadusque de Masculis ad illas vocatis quæstio est, irrevocabiliter ad illos* pertineant. *num.* 337.

Imò si etiam omnes Clausulæ in mundo, *& quæ porrò* adhuc, pro majori firmamento *Renunciationum*, excogitari possunt, *in hujusmodi Pacto renunciatorio* copulativè *concurrant; nihilominùs* Regressus *ad renunciatam, paternam vel aliam, Successionem in casum finitæ Agnationis, cujus contemplatione Filia renuncia-*

nunciavit, ex universali Europæ Consuetudine, Patrisque & Filiæ renunciantis præsumpta mente, haudquaquàm excludit. num. 338.

Clausula, *de qua* in proposito *agitur*, daß beyde Töchtere/ an die Truchseßische *Familiam* gar vor alle mahl keine prætension mehr zuhaben / *renunciiren* solen / *ab illis, quæ in hoc Responso expenduntur*, multis passibus *distat*; *imò* nulli ferè dubio obnoxia est. *num.* 340.

Et proindè, post obitum unici Fratris, *in cujus solius*, *& ex illo* speratæ Masculinæ Descendentiæ, commodum *duæ Dominæ Sorores renunciârunt*, nihil Ipsas à paternis partibus hæreditariis, *sub ullo colore*, excludere potest. *num.* 341.

Inter Clausulas *in hoc Responso ventilatas haudpaucæ* tanti ponderis *& momenti videntur, ut* vel solæ abstentivam, *sive*, etiam in Casum totaliter extincti Stemmatis Masculini, *prorsùs* abdicativam *Renunciationem videantur involvere. num.* 342.

Præcipuè secularium *Renunciationes* ità exaudiendæ *sunt*, *ut* Fratribus, *vel aliis, à Renunciatrice magis dilectis*, totaliter sublatis, *ex verisimillima Utriusque Voluntate, sub Renunciatione*, *quantumvis* ampla, *& in* formâ Extinctiva, *seu* Reali *conceptâ*, semper Casus dicendus sit non comprehensus, *ex traditis*, *post Baldum*, *Cardinalis de Luca. num.* 345.

Octava Ratio Decidendi, *quòd duabus Sororibus renunciatricibus*, *etiam* summa, *& ex omniparte* evidentissima Verisimilitudo, *ob totaliter* cessantem *Renunciationis interpositæ* Causam, ad Bona ab ipsis renunciata *regressum redaperiat. num.* 346.

Præsumptio ex majori charitate *seu dilectione desumpta*, *apud omnes DDres audit* præpotens & præponderans. *num.* 347.

Affectio Testatoris, *tanquàm optima interpres Ejus dubiæ mentis, in interpretanda ipsius Voluntate* primo omnium loco spectari *debet. num.* 348.

Testatoris Affectio *ad quosvis potiùs* Cognatos, *& præprimis* ei proximos, *quàm ad* quamlibet extraneam personam *dirigitur. num.* 350.

Lex talem *in Testatore* Voluntatem præsumit, *qualis* bonum virum *decet*, *& propterea semper arguit*, *ipsum*, rectæ Rationi, *&* communi prudentum hominum Consuetudini *congruenter disponere*, *sicque* sibi Conjunctos, *præ* quibusvis Extraneis, *vocare voluisse. num.* 351.

Nec præsumit Llator, quòd quisquam alienas propriis successionibus voluerit præponere. *num.* 352.

Prudentum omnia Responsa & Lex ipsa Naturæ Consanguineos *alicujus* successores *ejus* faciunt. *num.* 352.

Ex hac præsumptione urgentissima, *ad prudenter interpretandas dubias Dispositiones*, Conjectura *pronascitur. num.* 353.

Leges talem *in quolibet* Voluntatem præsumunt, *quæ cum* communi hominum inclinatione & officio *congruit. num.* 354.

Testator illos, quos magis dilexit, semper aliis præferre voluisse censendus. *num.* 355.

Omnes particulares Voluntatis Quæstiones *ex isto præcipuo fonte deductis Præsumptionibus conformari oportet, & propterea in tractatibus ultimarum Voluntatum* Affectio Testatoris & Favor dilecti *utramque paginam facere dicuntur. num.* 356.

Licet Pater Filiabus amplissimam renunciationis Formulam *præscripserit*, *tamen semper* pro illis Inclusionis Verisimilitudo, *quæ vel sola* ad excludendum Extraneum *sufficit*, *potentissimè militat. num.* 357.

Verisimilitudinem *pro se habens* Casum Legis in terminis *pro se habere existimatur. num.* 358.

Renunciatio *successionis* contemplatione Agnationis *interposita*, *semper hanc* tacitam Conditionem *involvit*, si aliquis ex Patris Descendentibus Masculis in vivis supersit. *num.* 360.

Nullatenùs credendum, *quòd* Pater voluerit, *ut* ad Bona ipsius, Filiabus *exclusis*, *admittantur* Extranei. *num.* 361.

Hæc decisio tot fundamentis *innixa dicitur*, *ut* de ejus veritate nemo vel dubitare *queat*. *num.* 362.

Parentum communi voto *summè* odiosum *hoc reputatur*, *ut* propriæ Proli alienam præponant Posteritatem. *num.* 363.

Alexander ab Imola pro magno Absurdo *hoc reputat, ut in Parentis Stipulatione* pro se & masculis suis Hæredibus *factâ*, *His deficientibus*, *Ipsiusmet* Filia non comprehendatur, *& è contra* Extraneus comprehensus *censendus sit*. *num.* 365.

Si renunciationem accipiens Pater suas proprias Filias includere *noluit, multo minùs*, exclusis suis propriis Filiabus, Extraneum Masculum includere *voluisse intelligi debet*. *num.* 366.

Si Pater, juratam à suis Filiabus, renunciationem, in gratiam Masculini Stemmatis recipiens, hôc in totum sublatô, nequidem suas alias, nondùm renunciatas, Filias ad successionem vocare voluisse *intelligi debet, quanto minùs* Extraneos, *in talem Casum*, admittere voluisse *existimandus erit*? *num.* 367.

Contingente tali Casu *Pater* omnes suas Filias, *tàm* renunciatas, *quàm* non renunciatas *ad partes æquales vocasse præsumi debet*. *num.* 368.

Si Pater ab omnibus suis Filiabus, in gratiam Agnatorum, *juratas receperit Renunciationes*, *&*, Agnatis sublatis, *una sola Filiarum* Nepotes Masculos *in vis haberet*, hi Nepotes *nec suam* propriam Matrem, *nec ejusdem* Sorores *à successione excludere possent*. *num.* 369.

Multo minùs de Patre hoc debet præsumi, *quòd ipse* Filiabus suis renunciatis *ex præmortuo* Filio superstites Neptes præferre *voluerit*. *num.* 371.

Imò ne quidem Filia monasterium ingressa, *si* omnes ejus Fratres *in Renunciatione consideratos*, sine masculâ Prole *defungi contingat*; *à Successione* exclusa præsumi; *sed* Monasterium, *ex ipsius persona*, *ad successionem* admitti *debet*. *num.* 372.

Masculis deficientibus *nullatenùs de Patre præsumi debet*, *quòd etiam* monasticam vitam agentem *suam propriam* Filiam à successione *voluerit* submotam. *num.* 373.

Quanto igitur minùs Filia secularis, *pro* Stemmatis Masculini *conservatione expressè renuncians*, hôc prorsùs extinctô, *à successione isà renunciatâ arceri debebit*? *num.* 374.

A minori ad majus, *in hac ipsa materia* Renunciationum, *validissimè arguitur*. *num.* 375.

Etiam abundantissimæ & exuberantissimæ, *Renunciationi adjectæ*, Clausulæ juxta Patris *eandem recipientis*, *vel præcipientis*, *&* ipsarum Filiarum *renunciatricum* verisimilem mentem *& intentionem sunt* restringendæ. *num.* 376.

Filiæ nunquam *à Patre præsumuntur* exclusæ, *nisi aliqua adhuc* Persona superstit, quæ ipsas, ex Patris voluntate, excludat. *num.* 377.

Licet Renunciatio planè abdicativè videatur concepta: *Modò* contemplatione Masculorum *sit facta*. *num.* 378.

Stemmate Masculinô *in totum* sublatô Extranei Filiabus, *illesâ Justitiâ*, præferri *non possunt*. *num.* 379.

Præsumptio majoris Dilectionis Filiarum, *sublatis Masculis*, *efficacissimè pro illis militat*. *num.* 380.

Sublatis Masculis simultaneam Filiæ renunciatæ, & non-renunciatæ Admissionem *& ipsa* Natura, *&* æqualis *erga Filias* Patris Dilectio, *&* Æquitas *adjuvat*. *num.* 381.

Ex his ipsis principiis sine dubio omnem pro tali Filia stare Verisimilitudinem *pronunciat Donatus Antonius de Marinis*. *num.* 383.

Nona Ratio decidendi, *quòd, si Pater suas Filias, etiam in Casum* totaliter sublati Stemmatis Masculini, *nihilominùs à sua successione voluisset* excludere, *ipse* duplicis *eapropter* Ingratitudinis *reatum incurreret*. *num.* 384.

Pri-

Primam *in eo, quòd* primæ suæ Conjugis incomparabilem *& fælicissimam* in re familiari augendâ Scientiam, *quam ipsemet summis, in suis Testamentis, honoravit elogiis*, erga unicam ejus Filiam *malè* pensâsset. *num.* 385.

Secundam *in eo, quòd, si* Patris Præceptum *de renunciando, etiam in casu* totaliter sublatæ Masculinæ Descendentiæ, *istas* duas ejus Filias nihilominùs excludere, *&* extraneo Hæredi locum facere *voluisset., istæ Filiæ ne quidem* suam Legitimam salvam *habituræ essent. num.* 386.

In dubio Nemo, *& dehinc principaliter* nec Parentes & Liberi in se invicem ingrati *præsumi debent. num.* 388.

Applicatur hæc doctrina Casui proposito. *num.* 389. *& seq.*

Per supremum *Testamentum* præcedentia omnia ipso jure tolluntur; *sed tamen, ad* dubia super ultimo hoc Testamento suborta *radicitùs tollenda*, antegressa Testamenta *quamplurimum conferunt. num.* 392. *& seq.*

Dn. Parens in duobus prioribus Testamentis *expressissimè disponit, quòd* Filiæ *Ipsius non ulteriùs, quàm* Ipsius Masculinam Descendentiam superare contigerit, *suæ Successioni renunciare debeant. num.* 393.

Hoc Præceptum geminatum, *per* posterius elogium, daß Sie an die Truchseßische Famili, ein vor alle mahl keine Prætension zuhaben / renunciiren sollen / haud quaquàm mutatum *præsumi debet. num.* 394.

Mutatio tàm seriæ *& enixæ* Voluntatis *in dubio* non creditur. *num.* 395.

63 und dieweilen zumahlen / ratione des clagenden Herrn Viveneſts Perſohn / kein anſtand obhanden / wegen welcher demſelben das Juramentum in ſupplementum nicht ſolte ſecurè deferirt werden können; angeſehen derſelbe eine perſona, per plures jam annos, und als viel wir aus diſen / und mehr andern / ſchon vor der zeit / an unſer Collegium verſchickhten Actis ermeſſen können / mit allſeitigem contento, in publicis

64 muneribus poſita iſt / auch von allen diſen Sachen / als durchgehends ſeinen ſelbſteigenen Factis, die beſte und gründlichſte information hat / diſem allem nach ſehen wir keine verhinderung / daß Ihme nicht auch das Juramentum in ſupplementum, zu vollkommener richtigſtellung diſer ſeiner Anforderung deferirt werden könte:

65 Abſoluti enim Juris eſt, quòd hoc ipſum Juramentum cuivis Actori, qui intentionem ſuam vel ſemiplenè, vel in ardua Cauſa plusquam ſemiplenè probavit, deferri valeat:

Carpzov. de *proceſſu*, *tit. 12. artic. 2. num. 36.* & in *Jur. For. parte 1. C. 33. D. 6.* Bachovius, ad *Treutler. vol. 1. Diſp. 21. th. 19. lit. C. in fin.* Joachimus à Beuſt, ad *L. 31. num. 168. n. 11. de jurejur.* Setſer. de *juram. lib. 4. cap. 14. n. 4.* Brunnemann. de *proc. civ. cap. 23. num. 28.* D. Lauterbach, in *tract. ſynopt. de juramento neceſſario*, §. *VI. n. 94. & 95.* Marc. Anton. Maceratens. *varr. reſoll. lib. 2. cap. 32. circa fin.* Alexander Sperellus, in *Decc. fori eccleſiaſt. Deciſ. 28. num. 70.*

66 Dummodò ſit perſona fide digna, & quæ veritatem probabiliter ſciat:

Berlich. *parte 1. conclus. 53. num. 17.* Setſer. de *juram. lib. 4. cap. 12. num. 18. & ſeqq.* Borcholten, de *jurejur. cap. 8. num. 72.* Lauterbach, *d. num. 94.* poſt plures, quos laudat, Marcus Anton. Sabelli, in *Summa diverſor. tract.* §. *Juramentum. num. 5.*

67 Et Probationes ordinariæ deficiant.

L. 3. Cod. de reb. credit. B. Dn. Lauterbach, *d. §. VI. num. 91.* Conferatur omninò his ipſis in terminis Juramento ſuppletorio locum aſſignans egregius Hiſpaniæ JCtus Johannes Yannez Parladorius, *rer. quotidianar. lib. 2. cap. 17. num. 4.* ubi vide omninò.

Da man aber hieran je einigen / von uns nicht abſehenden / anſtand oder zweiffel tragen möchte; ſo würde jedoch nichts verhinderlich ſeyn / oder vom Herrn Beclagten eingewendt werden können / daß dem clagenden Herrn Viveneſt das / von denen Rechtslehrern / κατ' ἐξοχὴν alſo genannte Juramentum dicendæ Veritatis, zu ſo mehrerer / und in caſum, ſi fuerit præſtitum, ungezweiffelter richtigſtellung ſeiner Prætenſion / nicht mit allem beſtand deferirt / und von ihm abgenommen werden möchte: 68

Quemadmodum enim in talibus caſibus, 69
quando Creditor, per juratam Teſtium depoſitionem, Hypothecam à Debitore ſibi conſtitutam ſatis probavit; verùm Sortis, ſeu Summæ à ſe mutuò datæ, Quantitatem per illos probare non potuit, à Pontifice notabiliter & diſertè reſcribitur, quòd talis Creditor ad juramentum de dicenda veritate, quoad ipſammet Sortem, omninò admitti, & hôc præſtitô, Debitor ad Solutionem compelli debeat;

in *Capit. 32.* ubi ità expreſſiſſimè: Acce- 70
pimus, quòd non potuit, per Teſtes G. per te productos, de Sortis Quantitate liquere, licet de Obligatione Pignoris conſtitiſſet; undè expedire videtur, quòd exigatur NB. de dicenda Veritate à Partibus Juramentum: Ne igitur, ex hu- 71
jusmodi Juramenti defectu, Juſtitia (occultâ Veritate) ſuccumbat, mandamus, quatenùs Partes ad præſtandum hujusmodi juramentum compellatis. *X. de jurejur.*

Ità nullum DDbus dubium ſuppetit, 72
quin hæc ipſa, Æquitati & Juris regulis convenientiſſima, Canonica ſanctio etiam in aliis huic ſimilibus Caſibus applicetur juſtiſſimè;

juxta monitum generale noſtri Juris magiſtrorum in *L. 10. & ſeqq. de LLb.*

Tametſi enim Panormitanus, & alii non- 73
nulli, iſtam Conſtitutionem ad ſolos illos Caſus, ubi quæſtio eſt vel de cauſa uſurarum, vel ubi animæ periculum verſatur, reſtringendam exiſtiment; tamen illam generaliter exaudiri debere, tùm ex ipſo 74
hoc textu, tùm præcipuè in illo aſſignatâ Ratione, haud obſcurè pateſcit: Quòd 75
enim hæc Ratio, ne Juſtitia, occultatâ Veritate, ſuccumbat, longè latiùs pateat, quàm ut ad illas ſolas Cauſas reſtringi poſſit, res loquitur ipſa, & pleniùs exequitur Parladorius, *d. l. num. 1.*

Et cùm nominatiſſimi hinc indè DDres, 76
hoc Jure Communi generaliter definitum, dicant, quòd, quotiescunque de Debitô

constat; quanta verò illius Quantitas fuerit? in dubitationem venit, tota Quæstio Actoris jurejurando determinanda sit;

ut jam olim definiit Raynerius de Forlivio, ad *L. 1. de in lit. jur.* Bartolus, ad *L. 1. §. Si cista. ff. depos.* Cœpolla, *cautela 210.* Matthæus de Afflictis, *Decis. Neapol. 337. num. 1.* Hippolyt. de Marsiliis, in *singularib. Juris, singul. 322.* Nicol. Boerius, *Decis. 339. subfin.* & *Consil. 25. num. 22.* Emanuel Suarez, in *thesauro recept. sententiar. vocab. Creditor.* ubi scribit, hanc sententiam esse communem:

77 Eademque sententia ex *L. Si quando. 9. Cod. unde vi.* ubi ità rescribitur: Quòd, si Vis in judicio fuerit patefacta, tunc Actor, Sacramentô, rerum, quas perdidit, Æstimationem manifestare queat: Tùm & ex

78 *L. ult. §. 3. Cod. de jure domin. impetr.* ubi pariter Damnum juramentô permittitur

79 manifestari: Nec non ex *L. 1. §. 40.* ubi etiam circa Ponderis depositæ cistæ, si illud incertum sit, Quantitatem Juranti succurri dicitur. *ff. depos.* multum stabilimenti & præsidii accipiat;

advertente Besoldo, in *delibat. ex lib. v. 12. tit. 1. Q. 1.* Parladorio, *d. l. num. 1.*

80 & dehinc meritò dictam Juris Canonici definitionem, per Regulas Juris, generaliter probatam dicat idem Parladorius, *eod. l.* quare etiam eandem omnes classicos DDres generaliter amplecti, & de hujus decisi generalitate dubitandum non esse, rectissimè jam olim notavit Bartolus,

ad *L. Admonendi. 31. num. 50. de jurejur.* Antonius de Butrio, ad *Cap. fin. X. eod.* Alexander Tartagnus, *vol. 2. consil. 69. n. 7.* Philippus Decius, *vol. 3. consil. 536. num. 12.* Nicol. Boerius, *d. consil. 25. num. 22.* Parladorius, *d. num. 1.*

81 Si ergò in casu, quo Creditor per duos testes probavit, se alicui mutuam pecuniam dedisse; hi verò Quantitatem pecuniæ creditæ non ampliùs recordentur, Judex actori, concurrentibus adhuc aliis veritatis adminiculis, juramentum, ratione Quantitatis, rectè defert;

quod in puncto decidit Franciscus Vivius, *Decis. Neapol. 108.* Joh. Aloys. Riccius, *parte 7. collectan. decis. 2558.* Dn. Lauterbach, in *tract. synopt. de mutuo*, §. *1. num. 22.*

82 Si in casu, quo Creditor, per testes, probavit, se Frumentum, vel Vinum alicui credidisse; illi verò Quantitatis, vel Qualitatis, non ampliùs sint memores, ad hanc quoque comprobandam Creditor ad juramentum similiter admittitur;

autore laudato Raynerio de Forliv. Decio, Bartolo, & Marsilio, in locis, quos refert idem sentiens Boerius, *Decis. Burdegal. 243. num. ult.*

Si etiam in casu, quô testes adserunt, se 83 ipsos præsentes suis propriis oculis & auribus vidisse & audivisse, Contrahentes de re & pretio convenisse; sed se non ampliùs de certa Pretii quantitate recordari, hæc quoque res Partium jurejurando dijudicanda venit;

prout, contra Alexandrum & Arium Pinellum, ex omnibus his Juribus contendit Parladorius, *cit. loc. num. 2. pag. nobis. 301.* Christophorus Besoldus, *d. Q. 1.*

Si item in casu, quo de Prædii alicujus 84 Melioramentis aliquatenùs constat; non verò de certâ illorum Quantitate, ad hanc determinandam eidem Juramento locus conceditur;

à Garsia Mastrillo, de *expens. & meliorat. cap. 20. num. 23. vers. Præterea is, qui librum.* ubi Speculator. Bartol. Molinæum & alios collaudat. post Cyriacum, Dn. Barone de Lyncker, *centur. II. Decis. 1027. fere in med.*

Quid obstet, quo minùs idem hoc Jura- 85 mentum de dicenda Veritate (Quod ad dif- 86 ferentiam juramenti in litem, & de calumnia DDres sic nuncupant.

Jungat. Parladorius, *d. cap. 18. num. 3.* Besoldus, *d. Q. 1.*)

etiam in proposito, ubi Dominus Actor Veritatem & Justitiam suæ prætensionis, per sui Adversarii confessionem, & geminatas promissiones, ut & alia concurrentia veritatis adminicula, tantùm non plenè, & certè plus quàm semiplenè probavit, jure optimo maximo sit admittendum?

Wañ nun diſes Jurament abgeſ wohren 87 ſeyn wird/(Allermaſſen Herr A. alberat in den Actis, über etliche Haupt-Umbſtände/ 88 den allwiſſenden GOtt zum Zeugen angeruffen; nempè *pag. 142. & pag. 185. a.*) ſo zweiffle wir gar nicht / daß Herr Reus nicht ſolte zur bezahlung des gantzen/ auf 517. Reichsthaler ſpecificè angeſetzten/ Salarii juſtiſſimè condemnirt werden können.

Daß wir aber denſelben auch zu der be- 89 zahlung der ſamptlichen Zinſe / à tempore Moræ, puta extrajudicialis, nemlich von der zeit an / da Herr A. dem Herrn Reo eine völlige Verzeichnus von ſeinem verdienſt zu hauſe geſchickht / welches/allem erachten nach / noch ante Annum 1707. geſchehen/ und Ihn alſo / durch diſe interpellation und anforderung ſeines gantzen ruckhſtändigen Salarii, in eine unzweiffliche moram geſetzt/ darzu hat uns bewogen/daß/obgleich 90 einige Rechtslehrere darvorhalten/

quòd pro debito Salario usuras exigere liceat:

quos inter est Decius, in *apolog. adversus Alciatum, cap. ult. num 158.* & Christophorus Philippus Richterus, *parte 2. Decis.*

Decis. 74. num. 103. verbis: *De Salario non præstantur usuræ.*

91 umb willen jedoch der Herr Cläger nicht nur des Herrn Beclagten / wie auch seiner Frau Mutter / und samptlicher Geschwistere Patronus Causæ, seu Advocatus; sondern auch deroselben Procurator gewesen; attestantibus passim Actis; præcipuè *pag. 19. 34. a. 40. b. 44. a. 46. b. 48. a.* und dahero

92 demselben die Actio Mandati procul dubio competirt; diſe Actio aber notoriè bonæ fidei ist;

§. 28. ubi vulgò DDres. *Inst. de action.*

93 Disem indubitato principio nach Er in alleweg / à tempore Moræ, auch dises ihm schuldigen Salarii Usuras mit bestand exigiren könne.

94 Quàm certum enim est, quòd in contractibus & judiciis bonæ fidei Usura, ex Mora, seu à tempore moræ, præstare oporteat:

tx. tritiſſ. in *L. 32. §. 2. ff. de usur.* quem

95 tx. in specie etiam cuivis Mandatario, ratione eorum, quæ ipse actione mandati contrariâ exigere potest, accommodat B. Dn. Lauterbach, in *tract. synopt. tit. mandat. §. III. num. 3. in princip. & fin.*

96 Tam certum & hoc est, quòd etiam illi, quibus merces debetur, eôdemque cum illâ hactenùs jure censendum Honorarium vel Salarium, à tempore Moræ, usuras pro illo justissimè exigant;

per *d. L. 32. §. 2. ff. d. tit.* Petrus Gregor. Tholosanus, in *syntagm. Jur. univ. lib. 27. cap. 3. n. 8.* Köler, in *Disp. inaugur. de mercede, aphor. 10. num. 50.* Andreas Weegen, in *tract. de locat. conduct. cap. 7. num. 260.* Christoph. Philipp. Richter, de *privill. creditor. cap. 2. membro 3. num. 6.* ubi ità ab

97 inclyta Facultate Juridica Ienensi, Anno 1624. ad requisitionem illustris Regiminis Hannoverani, pronunciatum dicit.

98 Et quòd etiam hoc modo nostrum Collegium in aliis casibus pronunciaverit, elucescit ex illis, quæ tradit Collega noster, D. Harpprecht,

in *Resp. criminal. & civilib. vol. 4. Resp. 66. num. 247. & ſqq.*

99 Und wann wir auch diſer meinung beypflichten wolten / quòd & inter Advocatum strictè sic dictum, (qui non sit simùl Clientis sui Procurator) & hunc ejus Clientem Contractus Mandati etiam celebretur, sicque etiam inter ipsos Actio mandati locum obtineat;

prout hancce sententiam propugnare non dubitant Bened. Carpzovius, in *tract. de processu, tit. 5. artic. 7. num. 2.* B. Dn. Lauterbach, in *Colleg. theor. pract. tit. depositi. §. 20. in fin.* ibi: *Ipsi contra Advocatum actio mandati,* & *§. 29.* ubi dicit, quòd,

100 si Advocato salarium, per pactum incontinenti adjectum, promittatur, tunc Actio mandati, hôc nomine, competat. B. Dn. Stryke, de *privileg. advocator. cap. 3. num. 6. vers. Ampliatur, tiò.* ibi: Sine dubio *enim contractus mandati cum Advocato initus censetur.* Addatur Finckelthaus, *observ. 98. num. 44. in fin.* ibi: *Alia est quæstio, si* Advocatus, *vel Procurator, Acta, ob justam causam, retineat, puta quòd Salarium non exsolvatur? Hæc est exceptio à regula, quæ oritur ex Æquitate. Et tùm* Actio mandati *tamdiu suspenditur per Jus retentionis, donec Salarium fuerit persolutum:*

So würde hierun / auch isto respectu, 101
umb so weniger ursach zuzweiflen fürwalten.

Conferantur, quæ tradit Johann-Christophorus Hartung / in *Disp. de actionib. Advocato & Clienti inter se competentib. §. 30.* Müller, ad *Struv. exerc. ad tit. 7. §. 11. lit. y.* ibi: *Quamvis accuratè loquendo.*

So dann daß wir / fürs Dritte / den 102
Herrn Beclagten auch in alle Gerichts-Kosten / salva moderatione Dicasteriali, fällig erkannt / darzu hat uns veranlasset / daß / obschon die Rechtslehrere über diſer Quæstion: Utrum, si Lis, per Juramentum in supplementum, 103
aliudve huic simile, imò planè simillimum, (Quale illud, quod diximus dicendæ Veritatis, verissimè esse, eruditè demonstrat laudatus Parladorius,

d. cap. 17. num. 5.)

decisa fuerit, Victus tamen victori in expensas condemnandus, vel hæ potiùs compensandæ sint? gar unterschidliche / und in der zahl fast sechserley meinung foviren / unter welchen wir selbsten / bey unserem 104
Collegio, Regulariter, diſe / quòd Expensæ compensandæ sint, vor die billichste halten;

ex compluribus, iisdemque solidissimis Rationibus, quas sollicitè congessit Collega noster, D. Harpprecht, in *peculiari Dissert. de Expens. victor. præstito jurejurando adjudicandis vel compensand. Problem. 3. §. 14. & seqq. usque ad §. 23.* Quibus addi possunt tradita Henrici Temmen, de *litium expens. cap. 9. sect. 4. num. 3. cum seqq.*

wir jedoch diſer meinung in casu propo- 105
sito nicht beypflichten können; In reiffem betracht / daß / gleichwie der Herr Reus das 106
alles wohl waist / was Herr A. Ihm selbsten / seiner Mutter / und Geschwistern / so viele Jahr über / für grosse und nutzliche dienste gethan; auch / 2dò, Herr Cläger Ihme / nach und nach / viele Consigna- 107
tiones von seinem verdienst zu hause geschickt / warinnen Er jedesmahls / re adhuc recenti, zu voller gnüge / sich können ersehen / allso / daß er dahero mit keiner entschuldigung / wegen länge der zeit / und

dahero

dahero bey ihm verursachter vergessenheit sich außhalfftern kan; anbenebens / und fürs Dritte / Er Herr Beclagter / juxta su-
108 prà deducta, dise gantze und völlige Prætension / durch seine Selbst-aigene Scripturen und Briefe / nur nicht gar plenissimè agnoscirt und bekannt; Ja / für das Vier-
109 te / allem ansehen nach / Er dise 517. Reichsthaler / aus denen Gefällen des Lehen-Guths Jagow / schon vielfältig empfangen; so dann / Fünfftens / alle seine
110 Exceptiones, bey so / als bißhero operosè gezaigt worden / beschaffener Sache / nicht den wenigsten zweiffel zuerweckhen vermögen; disem allem nach / wie gemeldt / die von uns / Regulariter, amplectirende Sententia de Expensis compensandis dem Herrn Reo
111 durchauß nicht zustatten kome; sondern vielmehr wider ihn / wa nicht das jenige / so de calumnioso; jedoch alles das jenige / was de valdè temerario litigatore in proximè allegata *Disp.* §. *20.* & §§. *seqq.* in mehrerem gesagt wird / militire und anschlage; inter alia ibi:

112 Cùm variæ Circumstantiæ incidere possint, per quas ille, qui per sui Adversarii juramentum suppletorium vincitur, vel prorsùs improbè & calumniosè, vel ad minimum temerè intentati litigii suspectus reddatur, imò planè convincatur, eapropter non possumus illorum asserto succenturiari, qui, ob præstitum jusjurandum in supplementum, Expensas absolutè compensandas esse dictitant. Admissô enim hôc absolutô assertô quàm facilè fraudibus via aperiretur, & calumniatoribus non saltem temerè; sed & improbè litigandi præberetur occasio? Grivel-
114 lus, *Decis. Dolana 10. n. 13.* Ubi enim Adversarius, rem se aliter habere, quàm ipse in judicio proponit, non ignarus, Veritatem juramento alterius exprimi, atque ità nomen Domini in vanum assumi impiè efficit, vel
115 cùm ille, prævidens, quòd contra alterius modò non plenas, quas ob oculos ei ponit, Probationes ipse nihil præstare possit, nihilominùs illum sumptuosos processûs anfractus & ambages subire cogit, ibi, nullo colore, ab eo, qui malâ fide, vel etiam tàm temerè litigando in lite succubuit, Compensatio expensarum prætendi poterit. Mevius, *part. 6. Decis. 39. num. 8.* Grivellus, *d. n. 13.* Addantur omninò, quæ tradit Lindenspühr & Christophorus Besoldus, ad *Ordinat. Provincial. Würtemberg. pag. 342.* novissimè Jacobus Crusius, ad *Jus Statutar. Mindense,*
116 *lib. 4. tit. 2. Decis. 3.* ubi scribit, eo casu victum ab expensis immunem esse, quô Causa est dubia; & è contra condemnandum, ubi
117 Jus vincentis apparet, utut Probatio deficiat, ac ideò ad juramentum suppletorium devenire opus fuit; per Rationem, quòd vi-
118 ctus, iniquitatis suæ conscius, ob defectum aliarum probationum, alterum vexare non debuerit, nec causam dare non necessario juramento. Quod etiam approbat Henricus Temmen, de *litium expens. cap. 9. sect. 4. num. 7.*

Daß also auch diß ohrts dem Herrn Beclagten gar nicht zuviel geschicht / wann Er auch in die sämptliche / dem Herrn Kläger temerè verursachte / Expensas von dem Königl. Hof-Gericht condemnirt / und darzu / ohne weitters gestattenden höchstbeschwehrlichen umbtrieb / executivè / und durch schleunige hülffsmittel angesträngt wird. 118

Ita namque DDres passim definiunt, quòd 119
Processus, in exigendis debitis salarii, tanquàm favorabilibus & privilegiatis, summarius sit atque executivus;

Walther. de *privil. DDrum, cap. 19. circa fin.* D. Lauterbach, in *Disp. de salariis, cap. 8. th. 41.* Johann-Bapt. Asinius, in *praxi judiciar. part. 1. §. 3. cap. 131. n. 35.* Sigismund. Scaccia, *tract. de judic. lib. 2. cap. 5. num. 173.* Robertus Marantha, in *speculo aur. parte 4. distinct. 9. n. 197.*

seu, ut loquitur David Mevius, quòd ipsa Causa 120
salarii & mercedis sit summariæ cognitionis, & celeris executionis;

in *parte 7. Decis. 7. num. 3.* Surdus, de *alim. lib. 6. cap 17.*

adeò, ut Sententiam, quâ quis ad salarii solutio- 121
nem condemnatur, spreta Appellatione, executioni mandari valere, pertendat Rebuffus,

in *commentar. ad Constitution. reg. Galliar. tom. 1. tract. de sentent. provis. artic. 3. glossa 7. num. 1. & 2.* Johann-Aloysius Riccius, *collectan. Decis. 1540.* Philippus Decius, *consil. 70. in fin.* Scaccia, de *appellation. Q. 17. limitat. 7. n. 10. & limitat. 8. n. 8. cum sqq.*

Et tametsi ab hac sententia æquissima divertium 122
faciat Stephanus Gratianus,

Discept. forens. cap. 257. num. 44.

Tamen rectiùs alii, quoad istum articulum de 123
Appellatione deneganda, vel indulgenda, circumspecto & æquo Judicis arbitrio multum dicunt tribuendum esse, qui videlicet ipsam Quantitatem petitam, Personarum Qualitatem, claram item & non claram petentis Justitiam in oculis habere, & quod sibi æquius ac justius videatur, decidere debeat. Speidelius, in *speculo jurid. polit. voceb.* Besoldus, Florez Diez de Mena, *pract. Q. 41. lib. 1. Q. 8. §. 2.* B. Dn. Lauterbach, *d. l.*

Prout etiam notantissimè David Mevius tradit, 124
quòd Causa salarii sit inappellabilis; ex Julio Cæsare Ruginello, de *appellat. §. 2. cap. 3. num. 280.* Modò 125
non ex Gravamine illatô appareat, injustam esse Judicis sententiam, quâ solutio salarii Reo injuncta, & dehinc gravem Causam appellandi competere;

prout pluribus hæc exequitur in *parte 8. Dec. 408.* Addatur Idem, in *discussione levaminum inopis Debitor. cap. 6. num. 87.*

Daß in fine Sententiæ angehängte Reservatum, 126
de Regressu adversus Dominos Fratres intentando bleibt auf des Herrn Rei aigene wissenschafft / ob seine Herrn Brüder Ihme einigen beytrag oder Widererstattung zuthun verbunden? simpliciter außgestellt. Alles iterum salvo rectiore judicio. Act. in Coll. nostro, 14. Januar. Ao. 1712.

FINIS PARTIS SECUNDÆ.

FERDINANDI CHRISTOPHORI HARPPRECHTI, JVRISCONSVLTI,

ET ANTECESSORIS

IN ALMA TVBINGA,

CONSVLTATIONVM CRIMINALIVM ET CIVILIVM,

VOLVMINIS NOVI

PARS TERTIA.

TVBINGÆ,

Impensis WOLFGANGI MICHAHELLES,
Bibliopolæ Norimbergensis.

Literis HIOBI FRANCKII.

Anno MDCCXIII.

CONSILIUM SEXAGESIMUM SECUNDUM.

DE Dotis, ex bonis feudalibus *præstandæ, præprimis secundum Jus feudale* Pomeranicum, *legitimâ* determinatione, *ejusdemque in* immodicâ Quantitate promissæ, *vel* solutæ, ad legitimum modum Reductione. *Et in specie, num* Condictio indebiti, *vel* in integrum Restitutio adversus talem Determinationem *locum habere possit?*

Præmittitur Sententia. *num.* 1.

Eadem in quatuor, *quibus constat*, Membra *speciatim & distinctè* resolvitur. *num.* 2. *& seqq.*

Adducuntur Primi membri *Rationes. num.* 6. *usque ad num.* 34.

Dos à Patre *ipsius Filiæ* promissa, *regulariter*, juxta Pacta conventa, *etiam* ab Hæredibus paternis *exolvi, &* in plena quantitate (*nisi aliud quid obstet*) præstari *debet. num.* 7.

Filiæ, *hoc nomine*, in bonis à Patre relictis, jus tacitæ Hypothecæ *haud dubiè competit. ibid.*

Mododicta, *Dotem præcisè juxta Pacta conventa & in plena quantitate exolvendi*, necessitas *etiam* Successori feudali, *secundum* Jus Feudale Pomeranicum, *regulariter* incumbit. *num.* 8.

Si Pater *adhuc* vivus uni Filiæ *certam* Dotem determinaverit, *regulariter tiam* reliquæ *ejus* Filiæ ejusdem quantitatis Dotes exigere *valent. num.* 9.

Tametsi, post Dotem uni Filiæ constitutam, magna, *per bellicas, vel alias calamitates,* in paternis facultatibus, *contigerit* mutatio. *num.* 10.

Regulæ *in legitima* Filiarum dotatione, *juxta LLum præscriptum*, communiùs *observari* consuetæ, *illis* Dotibus, *quæ* ex Feudis *præstari debent, indistinctè & simpliciter* applicari haud possunt. *num.* 11.

Hinc in constituenda hujus generis Dote *nec* Mariti, *qualiscunque illa sit*, Conditio, *nec quidquam simile*; *sed* tantùm Feudi Quantitas, Conditio, & Pretium *respiciuntur, sic, ut ex isto major Dos non debeatur, quàm* vires illius *patiuntur. num.* 12.

Hinc nec ità, ut, per illam, præcipua pars Feudi absorbeatur, *vel aliàs illud* gravium oneretur, *constitui potest. num.* 12.

Ex inveterata Pomeraniæ observantia quarta *solummodò, vel, si major Filiarum dotandarum existat numerus*, tertia Feudi pars oneri dotandi *obnoxia* habetur. *num.* 13.

Novissima Ducatûs Pomeranici Constitutio feudalis *de Anno* 1691. *indistinctè haud majorem Successoribus feudalibus* Dotem, *filiabus præstandam, injunxit, quàm* cujuslibet eorundem Portionis, *quam* in Feudô, *detractis omnibus oneribus feudalibus*, legitimè æstimatô, *unusquisque consequitur*, quarta Pars *efficit. num.* 14.

Sumptus tamen nuptiales, *itemque* Parapherna *Successor feudalis* ex reliquis tribus, *quas in Feudo retinet*, Quotis, *hoc Jure, porrò præstare obstringitur. num.* 14. *in fine.*

Mododictæ *Regiæ* Constitutioni Pater, *neque per* Pactum, *neque per* Ultimam Voluntatem, *majorem in Feudo Dotem assignando, ullatenùs derogare potest. num.* 15.

Si de Facto Pater *tale quid* ordinaverit, *vel præceperit, modolaudata* Con-

stitutio Filios *à necessitate illud adimplendi, contra ordinariam Juris Feudalis regulam, disertis verbis* immunes *pronunciat. num.* 15. *& seq.*

Filius Patri in Feudo succeſſurus, *regulariter, omnia* ejus facta *&* pacta præstare *tenetur. num.* 16.

Applicantur *hæc Jura* Casui subſtrato, *& simùl indeclinabilis* paterna Feuda, *ex quibus in proposito Dotes præstari debent, adhuc* ante earundem exolutionem, æstimandi necessitas *ostenditur. num.* 17. *& ſqq.*

Causa Dotis *aggregatur* Summariis. *num.* 21.

Summaria Dotium qualitas *hanc præambulæ* Æstimationis necessitatem *non excludit. num.* 21.

In Causis Summariis, sine strepitu *& figura judicii*, procedi *solet & debet, num.* 22.

Pacta dotalia, *præsertim tàm* liquida, *ut contineant, quid, quale, quantum, ex causa Dotis, promissum fuerit?* paratam *habent* executionem. *num.* 23.

Æquè ac *quævis* alia *non saltem, qua dicimus*, guarentigiata; *sed & juxta modernam Jurisprudentiam*, omnia liquida Instrumenta. *num.* 24.

Etiam in summariis *&* executivis Processibus Exceptiones illiquidæ *admittuntur. num.* 25.

Modò, intra terminum Instantiæ *ipsius Causæ* executivæ *sint* liquidabiles. *num.* 26.

Idem dicendum, si pro Instrumentis à Reô productis *vel aliqua* Juris, *vel* urgens Hominis præsumptio *militet. num.* 26.

Quamdiu de legitimô Feudi pretiô *nondùm constat, tamdiu nec* certa *&* determinata Dos *peti potest. num.* 27.

Executio decerni *haud potest*, *ubi* Debiti quantitas *nondùm est* certa. *num.* 28.

Removetur speciosa à reali, *eademque aliquoties* repetitâ, *contrariæ* Voluntatis paternæ Agnitione *petita* Objectio. *num.* 29. *& seqq.*

Per multas vices reiterata Usurarum, Pensionum, *vel* Partium *debitæ quantitatis* præstatio non numeratæ pecuniæ Querelam *prorsùs* excludit. *num.* 30.

Promissio majoris Dotis, *quàm* Feudi, *ex quô illa præstari debet*, conditio patitur, *jure feudali Pomeranico, adeò* nulla *& invalida habetur, ut nec antepræambulam ultimam Feudi æstimationem interposita* Cautio fidejussoria *ulteriùs teneat, quàm* quousque deinceps Dos congrua *fuerit* declarata. *num.* 31. *junctonum.* 64.

Hinc, eôdem Jure, etiam particularis sive per *aliquot* vices facta immodicæ *ejusmodi* Dotis, *tametsi à Patre constituta*, solutio Successori feudali, *præprimis* minorenni, nihil *penitùs* præjudicii *parere potest. num.* 32.

Quotiescunque in actu geminato idem vitium *subsit, quod erat* in simplici, *tunc* Geminationis, *etiam* à majorenni *facta*, nulla ratio *habetur. num* 33.

Ratificatio *negotii in minorennitate gesti*, post majorennitatem *completam, superveniens, beneficium quidem* in integrum Restitutionis excludit; *sed* non *etiam* intra minorem ætatem, *aliquoties licet facta*, Consensûs geminatio. *num.* 34.

Secundum *præmissæ* Sententiæ Membrum *stabilitur. num.* 35. *usque ad num.* 64.

Feudi *tùm* Pomeranici, *tùm cujusvis alterius, ex quo* Dos præstari *debet*, Æstimatio quomodò fieri *debeat? num.* 36. *& seqq.*

Ad justam & legalem Bonorum Æstimationem *Jure Communi requiritur*, (1.) *ut illa per* rerum *illarum, de quibus agitur*, Peritos, (2.) mediante corporali Juramento, *& denique* (3.) prævia *eorum* omnium, *quæ hinc indè* à Partibus proponuntur, *sollicitâ &* sufficiente ponderatione, *fiat. num.* 37. *& ſqq.*

Æstimatores imperiti *nequidem* à Partibus electi *sufficiunt. num.* 37.

Testi, citra Juramentum, nihil creditur. *num.* 39.

Æsti-

Consilium Sexagesimum Secundum.

Æstimatores bonorum, *in rei veritate, nihil aliud* sunt, *quàm* testes. *num.* 39.

Æstimatio, sine juramento, *habetur pro* nulla. *num.* 40.

In determinatione Dotis ex feudo *præstandæ* omnium, *etiam* innuptarum, Filiarum, quoad calculum, ratio haberi *debet. num.* 42.

Dotes ex Feudis *præstandæ non* debentur *purè*; *sed* sub conditione, si nuptiæ sequantur; *& proindè, si* Filiæ, *ex Feudis dotandæ*, innuptæ decedant, feudalia bona *ab onere dotandi redduntur* immunia. *num.* 42.

Actio ex stipulatu, ad dotem solvendam *competens, non est bonæ fidei*; *sed* stricti juris *actio. num.* 45.

Hinc ex Dote *promissâ*, ob *solam* moram, non *debentur* Usuræ. *num.* 44.

In stricti juris Actionibus Usuræ *tùm demùm peti possunt, si solennis* Stipulatio, *vel, secundum hodiernos Mores*, specialis, *de illis post moram præstandis*, Conventio *interceserit. num.* 45.

In Ducatu Pomeraniæ, *etiam* quoad Dotem, Usuras ex sola mora *deberi testatur Mevius. num.* 46.

Multi DDres *pro certô definiunt, quòd* Usuræ dotales, *etiam Jure Communi inspectô, vel statim* ex tempore Dotis promissæ, *vel ad minimum* susceptorum matrimonii Onerum, currere *incipiant. num.* 47.

Tametsi nonnullæ Filiæ, certâ Dote *constitutâ*, nuptui datæ *fuerint*; exindè *tamen* non *statim* inferre licet, *quòd &* cæteris Filiabus tantundem, *pro* Dote, exolvi *oporteat. num.* 48.

Si cæteris Filiabus *non* tanta, ex Feudis *legitimè æstimatis*, Dos possit præstari, quantam uni *vel alteri ex illis* Pater *adhuc* vivus assignavit, *vel ipse* exsolvit, *utrum*, juxta *prædictam* feudalem Pomeraniæ Constitutionem, illis, contra has, *aliquis*, quoad Excessum, regressus *competat? num.* 49. *usque ad* 54.

Non *debet, quod* ritè *& secundum LL.* ab initio actum *est*, ex alio eventu resuscitari. *num.* 53.

Ad hunc effectum, ut Donatio, *vel Dos, tanquam* inofficiosa, *revocari queat, illa non demùm ex post talis fieri*; *sed* ab initio statim talis esse debet. *num.* 53.

An in æstimando Dotium, *de quibus in substrato quæritur*, Excessu, *& quoad illum* determinando Regressu *ad* quantitatem Legitimæ, *unicuique Filiarum debitæ*; *an verò* ad Modum *in sæpius allegatæ* Constitutionis Pomeranicæ §. 1. *præscriptum etiam hactenùs veniat* respiciendum? *num.* 54. *& sqq.*

In Querela *tùm* inofficiosæ Donationis, *tùm* Dotis, *fundanda, Jure Communi, regulariter, sola, unicuique Liberorum debitæ*, Legitimæ quantitas *in oculis habetur. num.* 55.

Quousque hæc regula, quòd Filiabus ex Feudo non debeatur Legitima, *pro vera habenda sit? remissivè notatur. num.* 56. *& seq.*

In Dote ex Feudo *sumendâ* potior Agnatorum, *ut illud nimirum in Familiâ servetur*, quàm Filiæ *dotandæ, in sæpedicta Constitutione ratio habetur. num.* 58. *& seq.*

Per immodicas *&* plures *Filiarum* Dotes *Feuda facillimè exhauriri, &* extra Familias, *quarum conservationi tamen potissimùm destinata sunt*, transferri *possent. num.* 58. *& seq.*

Si Agnatus à Patre factam Dotis promissionem, *Modum licet in dicta Constitutione præscriptum* excedentem, approbaverit, *vel in Pacta, Dotis Modum aut Quantitatem definientia, sciens prudens consenserit, tunc ipse* eandem promissionem, *regulariter, modis omnibus* adimplere *tenetur. num.* 68.

Aliud tamen in Filiô, *vel etiam* Agnatô, *adhuc* minorenni, *eô casu, dicendum*, si de Feudi qualitatibus, *& annuis proventibus vel* planè non, *vel* non satis *fuerint* informati, *& exhinc notabiliter* se læsos demonstrent. *num.* 69.

Ad corrigendam *hanc ipsam* Læsionem, quoadusque talis Dos necdùm soluta, utrique *sine dubio* competit *beneficium* Restitutionis in integrum. *num.* 70.

Quidsi *excessivæ Dotis constitutioni* Juramentum accesserit? *num.* 71. *in fine.*

In Tertio Sententiæ Membro *disquiritur: An, & quatenùs etiam* adversus actualem excessivarum Dotium Solutionem, *in proposito factam*, Condictio indebiti, *vel* in integrum Restitutio *locum sortiri queat? num.* 71. *& seqq.*

Ex causâ Pietatis indebitè, *tametsi per Errorem*, solutum; *tamen, per indebiti Condictionem*, repeti haud potest. *num.* 75.

Etiam Dotis causa inter pias *refertur. num.* 76.

Hinc, si Mater, *vel* Avia, *vel (suppositis terminis habilibus,) etiam* Extraneus, indebitæ Dotis *titulo aliquid* solverit, *hoc ipsum, sub obtentu Indebiti*, condici nequit. *num.* 77.

Idem dicendum, si Pater, falsò existimans, se Filiæ suæ debitorem esse, Dotem *ei solummodò* promiserit. *num.* 78.

Si quis etiam Filiæ Suppositiciæ, quam putavit suam *esse, etiam* amplissimam Dotem exsolverit, repetitio *pariter* cessat. *num.* 79.

Hinc item in specie in tali quoque casu, si Frater Sorori ex bonis feudalibus, *vel* gentilitiis, Stamm-Güthern / Dotem justo liberaliorem *constituerit, licet* postea *grande* æs alienum *inopinatum* emergat; *tamen ne tunc quidem Fratri indebiti Condictio; bene tamen econtrà* Sorori, *etiam* adversus Creditores, *non competentis Actionis* Exceptio *conceditur. num.* 80.

Notantur remissivè *adhuc* alia *nonnulla* ex eôdem Pietatis principiô *pendentia Doctorum* Concluſa. *num.* 81.

An hæc ipsa doctrina, *quòd scil. adversus Dotis Solutionem non competat Indebiti condictio, etiam in* Filiabus locupletibus *& ditioribus* locum *obtineat? num.* 82. *& seqq.*

Ostenditur, quòd, suppositâ *quoque* contrariæ Sententiæ veritate, *tamen* ista doctrina in substrato *procederet. num.* 84.

Beneficium in integrum restitutionis adversus *immodicæ*, ex Feudo *præstitam, Dotis* solutionem, *benè quidem* Agnato minorenni in commodum *& gratiam* reliquarum, *quibus talis solutio, per consequens, damnosa est*, Filiarum; non verò *etiam* in proprium *ejus* lucrum *& compendium* indulgeri *potest & debet. num.* 85. *& seqq.*

Quando Minor, ex verè pia causa, *indebitum solvit, ad quod solvendum se de Jure teneri, atque ità* ex causa de præterito, *vel* præsenti, *se*, per errorem, obligatum *putavit, tunc, non attenta Minori ætate, etiam* Restitutionis beneficium cessat. *num.* 87. *& seq.*

Quando Causa solutionis *pendet* de præterito, *vel* de præsenti, Major *solutum* repetere nequit; *licet* Causa *solvendi* non *fuerit* efficax *ad cogendum illum ad solutionem. num.* 88.

Solvere ex causa Dotis *est solvere ex* Causa pia. *num.* 89.

Filius minorennis *non restituitur* contra Fidejussionem pro Patre *factam*; *licet crediderit*, se de Jure *ad hoc* obstrictum esse. *num.* 90.

Subnectuntur Quarti Membri *Rationes. num.* 91.

Litis Expensæ, ob Cognationis nexum, *qui inter Actorem & Reum intercedit, regulariter*, compensantur. *num.* 92.

Idem *etiam*, propter speciosam Litis causam, fieri solet. *num.* 93.

CONSILIUM SEXAGESIMUM TERTIUM.

DE Crimine Latrocinii, *contra* Hoſpitem activum, nocturnô tempore, attentatô, *& ob illud decernendâ* Torturâ.

Recenſetur Factum. *num.* 4. *usque ad num.* 24.

Suppeditatur Conſilium *de nonnullis ad* Corpus Delicti probandum, *eique ſuperſtruendam* Torturam, *neceſſariis* Requiſitis, *adhucdùm* ſupplendis. *num.* 25. *& ſeqq.*

Vulgare *DDrum* aſſertum: *Quòd in Crimine* Latrocinii, *&* Parricidii, non *adeò* liquida Corporis delicti *inveſtigatio &* repræſentatio neceſſaria *ſit, abſolutè &* ſimpliciter admitti haud poteſt. *num.* 29.

Si Dominus rei, *per* Furtum *ablatæ*, ſtatim *deſuper* conqueratur, *ſuamque Querelam* Juramentô *corroboret, tunc* Corpus Delicti, *ſi ipſum* Honeſtas vitæ *commendet*, pro ſatis probatô *habendum venit. num.* 32.

Idem *etiam, quoad alia hujus generis* Delicta, *quæ* nullum poſt ſe veſtigium relinquunt, *communiter aſſerunt. num.* 33.

An hoc *etiam* ad *præſens* attentati Latrocinii crimen porrigi *valeat*? *num.* 30. *& ſeqq.*

In Criminibus atrociſſimis, *ex multorum ſententiâ, etiam* Teſtes in proceſſu *ſaltem* informativô, *&* non citatâ parte adversâ examinati *ſufficiunt. num.* 36.

Quando Teſtes, *ad probandum Criminis* Latrocinii Conatum *producti, de hoc, quòdreverà, ſub hôc ipsô Conatu*, aliquod Vulnus illatum fuerit, nihil certi *deponunt, tunc hic ipſe* detectus, *per ocularem* jurati Medici & Chirurgi *inſpectionem, & de* repertâ Cicatrice *perhibendum* teſtimonium, *etiam* ad effectum Torturæ, *cæteris paribus, benè* ſuppleri *poteſt. num.* 38.

Ad hoc, ut Tortura *decerni poſſit, inter alia & hoc neceſſarium eſt*, ut tale Delictum *commiſſum ſit*, propter quod Pœna vel ultimi ſupplicii, *vel ad minimum* corporis afflictiva decerni *valeat. num.* 40.

Multi, *etiam magni nominis, DDres* in Criminibus atrociſſimis, Torturæ, *etiam* nullis exiſtentibus Indiciis, *locum aſſignant. num.* 41.

Si Reus, hoc primùm confeſſus: Daß ſeine Cameraden den Bauren NB. erwürgen / und ihme das Geld nemmen wollen / *hanc* Confeſſionem *poſteà* revocet, *& hoc ſaltem fateatur*: Er habe geſagt: Sie wollen den Bauren NB würgen / und ihme ſein Geld nemmen / *haud exiguum, hoc ipsô, adverſus ſeipſum*, ad Torturam decernendam Indicium *ſuppeditat. num.* 43.

Adducuntur plures concludentiſſimæ Rationes, *ob quas*, in propoſitô, *ſuppoſitis tamen nonnullis Circumſtantiis adhuc facilè probandis, vel* ex capite Conatûs Latrocinii *ad actum proximum perducti, vel* Rapinæ *pleniſſimè* conſummatæ, extraordinaria Gladii pœna *jure decerni poſſit. num.* 44. *usque ad num.* 108.

In crimine Latrocinii *etiam* Gladii pœna *nomen &* rationem Pœnæ *ſolummodò* extraordinariæ recipere *poteſt. num.* 50.

Huic Gladii Pœnæ haud aliter Carpzovius, *&* Scabini Lipſienſes *locum concedunt, quàm ſi Latro aliquem intentione occidendi & ſpoliandi adortus, illum* lethaliter vulneraverit; *tametſi ei* nihil abſtulerit. *num.* 52.

Alii Vulnerationem *ad minimum* enormem, *ad illam ſtatuminandam, requirunt. num.* 54.

Alii *à contra ſolam* Invaſionem *&* qualemcunque Vulnerationem, cum actuali *Vulnerati ſpoliatione vel* Rapina conjunctam, *ad hunc effectum* ſufficere *contendunt. num.* 55.

De animô occidendi *imprimis etiam* ex Modô & Specie Invaſionis *conſtare poteſt. num.* 56.

Conatus, *ad* actum proximum *perductus; ſed* ab externo accidente, *contra intentionem agentis*, impeditus, *juxta* Nemeſin Carolinam, *art.* 178. *ſem-*

per quidem Criminali; *sed tamen*, *regulariter*, *saltem* extraordinariâ pœnâ *coercetur*. *num.* 57.

Pœna extraordinaria nonnisi *in* Criminibus, *quæ vocant*, atrocissimis, *ob* Circumstantias *ejusmodi* Conatum multùm aggravantes, ad ultimi supplicii pœnam extenditur. *num.* 58.

Etiam Latrocinium *in censum* atrocissimorum Criminum *refertur*. *num.* 59.

Quasnam Circumstantias, *ad decernendam Pœnam ultimi supplicii*, tali casu, prudens Judex *potissimùm* præ oculis habere *debeat*? *num.* 60. *& seqq.*

In æstimatione perpetrati Delicti, *ejusque* Pœnæ commensuratione *ipsi quoque LLatores hoc imprimis considerant*, *utrum aliquis* ex proposito, *anverò* ex impetu, *vel* casu delinquat. *num.* 70.

Proposito *utplurimùm* delinquunt Latrones. *num.* 71.

Delicta meditata *&* præparata *procul dubio* graviora *sunt* illis, quæ *aliquâ* repentino motu *patrantur*. *num.* 72.

Hincque etiam majores, *jure meritoque*, illis Pœnæ imponuntur. *n.* 73.

Philo id dimidiatum *saltem appellat* facinus, *cui* non longa *accessit* Deliberatio. *num.* 73.

Milites vagabundi, **Gart- und Herrenlose Knechte**/ quô jure censendi? *num.* 76.

Grandiores, *& simùl* graviores, ferreoque aculeô muniti Baculi, **Stefftè- Stecken**/ Instrumentis mortiferis, *citra dubium*, aggregandi. *num.* 79.

Asportationem talium Armorum, *eorumque*, *si opus sit*, Usum *DDres communiter* Circumstantiis, Rapinam, *itemque* nocturnam *in publicis Civitatis plateis deambulantium* Expilationem, Furtum, *& alia* consimilia Delicta, *ad effectum dictandæ pœnæ capitalis*, *præcipuè* aggravantibus, *rectè annumerant*. *num.* 80.

Etiam Temporis nocturni Circumstantia Delictum, *in ordine ad pœnam*, *haud parùm* aggravat. *num.* 81. *& seqq.*

Furta, Latrocinia, *& similia Delicta plerumque* noctu committi *solent*. *num.* 82.

Horror nocturnus *omne ferè* Consilium *&* Auxilium, *aliundè petendum*, excludit. *num.* 83.

Ubi majus *urget* Periculum, *ibi quoque* efficacius *adhibendum* Remedium. *num.* 84.

Cur Imp. Augustus officium Præfecti Vigilum Urbis Romæ *sibi ipsi* reservaverit? *num.* 85.

Conatus Latrocinandi *in* Ædibus *alterius* privatis *exercitus*, *etiam ex hâc circumstantia* Loci, *non parùm* aggravatur. *num* 86. *& seqq.*

Latrocinii Crimen *haud dubiè etiam* in Ædibus privatis *committi potest*. *num.* 87. *& seqq.*

Conatus Latrocinandi *in* Ædibus privatis, *ob simùl violatam* domesticam Pacem *& Securitatem*, gravior *est illô*, *qui in* publicâ Viâ *committitur*. *num.* 90. *& seqq.*

Sua *cuique* Domus tutissimum refugium *& receptaculum præstare debet*. *num.* 91.

Imò nihil, cujuslibet Civium Domô, *omni* religione munitius *esse debet*, nihilque sanctius. *num.* 92.

Ob Securitatem Ædium violatam quodvis Crimen atrocius *&* gravius *redditur*. *num.* 93.

Homicidium, *tàm* simplex, *quàm* qualificatum, *sicque etiam* Latrocinium, *ejusdemve* Attentatum, ex valdè *dolosis & proditoriis* insidiis commissum, *ad fundandam graviorem pœnam*, multùm aggravatur. *num.* 95.

Conatus Latrocinandi in Hospitem activum, passivos *amicè* recipientem, *scelectissimè exercitus*, *in* atrocius, *eapropter*, Delictum *degenerat*, *hincque etiam* graviorem pœnam *efflagitat*. *num.* 96.

Idemque *multo magis* de Crimine Latrocinii *ad ultimum* effectum perducto *tenendum*. *num.* 96.

Qui

Qui, amicitiam *erga alterum* Simulando, nullâ rixâ *vel odiô* intervenien-te, *eum*. Somnô sepultum, *animô spoliandi, vel planè occidendi*, Armis insultant, *sine dubio* graviorem, *ob hanc geminam circumstantiam*, reatum incurrunt. *num.* 98.

Cur hujusmodi *familiari* Inimicô nulla pestis *ad nocendum* efficacior *habeatur? num.* 99.

Conatus Latrocinandi, in Solitudine, *vel aliô* remotô locô *exercitus, ex hac quoque Circumstantia, insigniter* aggravatur. *num.* 100.

Quanto amplior & facilior *est* delinquendi facultas, tanto *etiam* severior *opponi debet* Animadversio. *num.* 101.

Etiam ob solam Abigeorum audaciam & numerum *valdè* invalescentem pœna gladii *decerni potest. num.* 103.

Idem *etiam in* Crimine Latrocinii *fieri posse nullum est dubium. num.* 102. *& seqq.*

Crescentibus Delictis *etiam* crescere *debent illorum* Pœnæ. *num.* 104.

Consummati Criminis Rapinæ *quænam sint* requisita? *num.* 106.

An rei, *per Rapinam ablatæ*, Modicitas pœnam capitalem impediat? *num.* 107.

Quando attentatum Latrocinium cum actuali Spolio conjunctum *est*, Latro, *communis securitatis gratia*, pœnâ Rapinæ ordinariâ, *i. e. gladii*, affici *non saltem* potest; *sed etiam* debet. *num.* 108.

Annectuntur Interrogatoria *Reis*, sub Torturâ, proponenda. *num.* 118.

Trina Elevatio, *cum* unicâ *vel* duabus Quæstionibus *conjuncta, ferè* summum *in* Ducatu Würtemb. gradum Torturæ *constituit. num.* 120.

In Torturæ, *præprimis* adversus personam *aliquâ* Infirmitate affectam, *decernenda*, Gradu *ac* Modô *determinandô religiosi* Judicis arbitrio multum relinquitur. *num.* 121.

Subjungitur Sententia *quoad Torturam* interlocutoria. *num.* 123.

CONSILIUM SEXAGESIMUM QUARTUM.

IN Causâ *proximè antecedente, super hac Quæstione: Utrum post* Fugam, ab alterô Correorum, ante Torturam, cui ipse, *ex sententiâ p oximè præ-dentis Consilii*, primô locô, subjici *debuisset*, *ex Carcere arreptam*, & in quô Gradu, *nihilominùs* Tortura, adversus alterum, decerni debeat? *impertitum.*

CONSILIUM SEXAGESIMUM QUINTUM.

IN eâdem Causâ *exaratum*, *in quô*, post Torturam *ab alterô Correorum legitimè toleratam*, *tandem* de Pœnâ *eidem*, *ex merito*, infligendâ *disquiritur.*

QUando Reus Torturam *legitimè* sustinuit, *tunc* omnia, *contra ipsum militantia*, Indicia pro *omninò* purgatis, *ipsiusque* Innocentia *pro satis* probata *haberi*, *& ipse* à reatu *illius* Criminis definitivè absolvi *debet. num.* 27.

Crimen Rapinæ, *etiam plenissimè* consummatum, *in* Ducatu Würtembergicô, primâ vice, *regulariter*, *&* extra casum *id* aggravantium Circumstantiarum, ultimi supplicii pœna coerceri haud solet. *num.* 29.

Reus ad Operas publicas semestrales *&* in Expensas *condemnatur. n.* 31. *& seqq.*

CON-

CONSILIVM SEXAGESIMVM SEXTVM.

DE Partu maturo in utero materno ità Calce percuſſo, *ut* lethaliter infirmus *exindè prodierit*, *&* intra horulæ ſesquiquadrantem fato conceſſerit.

Præmittitur Factum. *num.* 1.

Annectitur Judicium Chirurgico-Medicum *de eodem. num.* 2.

Quando de corpore delicti ex inſpectionis Relatione non indubitanter conſtat, tutiùs integri Collegii Medici judicium *requiritur. num.* 4.

Præprimis eô caſu, quô nulla, quoad *Criminis* homicidii Formale, dubitandi ratio *ſuppetit. num.* 4.

Ut Homicidium doloſum *dicatur commiſſum, non præcisè in hominis internecionem directa* Voluntas *neceſſaria eſt; verùm etiam* indirecta *ſufficiens reputatur. num.* 5. *& ſeq.*

Voluntas *hæc* indirecta *præprimis* ex Inſtrumentis, *quibus aliquis utitur, ad mortem videlicet inferendam idoneis*, jure colligitur. *num.* 7.

Utrum Mandans *aliquem* verberari, ſi expreſsè prohibeat, ne occidatur, *vel membro aliquo* mutiletur, *de tali* ſiniſtro & tragico eventu *nihilominùs teneatur? num.* 8.

Applicantur *hæc Jura Caſui propoſito, & ſimùl*, ex hujusmodi Percuſſione actuali puerperio proximæ mulieris adeò violento ictu Calcis, in Umbilico, facta, animum *ejusmodi partum interimendi* indirectum *juſtiſſimè* colligi, *pluribus adſtruitur. num.* 9. *& ſeqq.*

Partus, *antequam edatur, mulieris* viſcerum portio *eſt. num.* 11.

Ad fundandum Homicidium doloſum, *ejusque* pœnam, ſatis *eſt*, aliquem lædere velle, *etiamſi hunc ipſum gradum læſionis non intendat, qui cum alterius internecione ſit conjunctus. num.* 12.

Talis *violentus* Percuſſor in ſua manu non habet, quousque *impacti pedis* violentia pertingere *debeat. num.* 13.

Non magis, ac Pugno, circa Tempora capitis, *aliquem* percutiens; *qui & ipſe eapropter* pœnæ ultimi ſupplicii obnoxius *fit. num.* 14.

Quicunque verſatur in re illicita, de omni *eo, quod* exindè conſequitur, licet præter ipſius intentionem, *modis omnibus* tenetur. *num.* 15.

Modò *id, quod ipſe facit, ſit* Cauſa ordinata ad delictum ſubſecutum. *num.* 16.

Quando Factum *per LL.* prohibitum *tale eſt, quod* non poteſt regulari ex ipſius Delinquentis voluntate, *vel ità comparatum, ut* veriſimiliter extendi poſſit ultra ejus ſententiam, *tunc* delinquens etiam de majori, *exindè* ſecuto, delicto tenetur. *num.* 17.

Nihil intereſt, occidat *quis*, *an* cauſam mortis præbeat. *num.* 18.

Nihil intereſt, *an quis* hominem gladio, fuſte, vel *alio* conſimili inſtrumento, *vel num eundem* Calce *petendo* occidat. *num.* 19.

Textus Legis 7. § 1. ff. ad L. Aquil. *hanc in rem* ſpecialis, *utrum rectè* ad Fœminas liberæ conditionis, prægnantes, *hoc modo percuſſas* porrigatur? *num.* 20. *& ſeq.*

Mulierem prægnantem, ſciens prudens, ictu Calcis, *fuſte, vel alio* ad occidendum habili inſtrumento, *vel* modo, *præprimis in periculoſa Uteri parte, v. g. umbilico, &c.* ità percutiens, ut *vel ipſemet* Partus, *vel* Mater *illius, vel* Ambo ſimùl mortem ſubire neceſſe habeant, *eô Caſu*, quô Partus *veriſimiliter animatus, nedùm planè* perfectus; *maturus, & egreſſui in auras vitales proximus* fuit, pœnâ ultimi ſupplicii *jure optimo maximo* affici poteſt. *num.* 22. *& ſeqq.*

Modò *etiam* de hoc, *quòd* ex tali ictu *vel percuſſione* mors verè & immediatè ſecuta *fuerit*, ceu Corpore delicti, *legaliter* conſtet. *num.* 23.

Idem dicendum *de casu, quò* Partus *animatus, per vim* medicamentorum, ejectus & interemptus *est. num.* 24.

Quando Partus non *fuit* animatus, *tunc* pœna *solummodò* extraordinaria *obtinet. num.* 25.

Juris Divini *de ejusmodi Casu* Sanctio. *num.* 26.

Textum Exodi XXI. vers. 22. & 23. Jus Canonicum, sub eadem, *inter partum scilicet animatum seu formatum, & inanimatum seu informatum*, distinctione *accipit. num.* 26.

Erronea *& inconsulta* Jacobi Menochii de hoc *Juris Divini* textu sententia *notatur. num.* 27.

Adducitur B. Lucæ Osiandri *hujusdem textûs* transpositio, *&* explicatio. *num.* 28.

Septuaginta Interpretes *eundem, in ordine ad dictandam pœnam capitalem, aquè* de Partu, *(sub dicta tamen distinctione)* ac de Matre *accipiunt. num.* 29.

Idem *etiam* ab omnibus modernis, *tùm* Evangelicæ, *tùm* Romano-Catholicæ Religioni *addictis*, Theologis *fieri ostenditur. num.* 31. *& seqq.*

Distinctio inter Partum animatum & non-animatum *rectiùs per verba*, inter vitalem & non-vitalem, *effertur. num.* 30.

Adfertur notabilis, ex Zeppero, *paria cum mododictis Theologis statuente*, locus. *num.* 34. *& seqq.*

Non habetur pro Homicida, *qui* abortum *procurat*, antequàm anima corpori sit infusa. *num.* 35.

Quando Anima fœtui infusa *censeatur? num.* 36.

Facilè fieri *potest*, ut, Matre superstite *manente*, Fœtus emoriatur. *num.* 37.

Gravius *videtur*, Fœtum animatum, *quamvis* in utero *adhuc* inclusum occidere, quàm *in lucem* editum. *num.* 38.

Sua *cuique* Domus tutissimum *debet esse* receptaculum; *&* Domi suæ, quàm in agro, hominem occidere, crudelius *habetur. num.* 39.

Philonis *ad tx. Exodi XXI. vers* 22. *&* 23. commentatio. *num.* 40.

Prædicta Juris Divini *de pœna capitali ejusmodi Percussori infligenda* Sanctio in eô, qui casu fortuitô, *v. g. in Rixa inter ipsum & alium exortâ*, fœminam *pregnantem*, *vel* fœtum, *vel* utrumque, *sua percussione vel ictu in alium directô*, vitâ privavit, nullum obtinet locum. *num.* 42.

Idem *quoque* Jure Romano *obtinere, textu hanc in rem specifico comprobatur. num.* 43.

Hanc *ipsam tamen* Limitationem, in casu, *proposito, ob manifestum Percussoris dolum*, nullum pedem figere *posse demonstratur. num.* 44.

Adducuntur *plurima* dolosæ *hujus* Percussionis, *animique, fœtum quæstionis in utero materno interimendi, indirecti* Indicia. *num.* 44.

Ab hac suspicione Reum neque justam, *neque* vehementissimam animi Excandescentiam, *ullatenùs* liberare, *remissivè demonstratur. num.* 45.

Exceptio Iræ, *licet vehementissimæ*, Autorem rixæ, *regulariter*, non relevat. *num.* 46.

Gladio, Cultro, Hasta, Sclopo, similive Instrumento ad occidendum apto, *in loco corporis* periculoso, alterum feriens *vel* percutiens, ab animo occidendi, *minimùm* indirecto, liberari vix potest. *num.* 48.

Licet tale quid ab ipso irato *sit factum. num.* 49.

Allegantur *nonnulli* DDres, ob Embryonis necem, pœnam capitalem *vel planè non, vel nonnisi in casu directi fœtum animatum interimendi propositi, locum habere* asserentes. *num.* 49. *seq.*

Utrisque *ad sufficientiam* respondetur. *num.* 51. *& seqq.*

Textus Legis 38. §. 5. ff. de pœn. *pro contraria Sententia allegatus, alteri sententiæ rectiùs accommodatur. num.* 51. *& seqq.*

Vocabulam, Homo, in dicto textu *obvium*, quomodo exaudiendum? *num.* 52. *& seqq*

Partus nondùm formatus *magis* hominis spes, *quàm jamjàm homo*, est? *num.* 53.

Quando de percutientis animo, *abortum videlicet procurandi* constat, etiam dissentientes, *abortu secuto*, pœnæ capitali locum faciunt. *num.* 55.

Sin secus; qualitatem *& circumstantias* factæ Percussionis respicere jubent, *sicque neutro casu pœnam capitalem prorsùs excludunt. num.* 55.

Major *in percutienda muliere prægnante* violentia, *præsertim quæ* ab aliquo in editiore loco *constituto*, *eoque* admodùm irato, *medio mulieris ventri*, *vel planè* umbilico, omni adhibita vi, *calce vel* pede infertur, excogitari, *animusque occidendi indirectus exindè in dubium vocari* vix potest. *num.* 56.

De eo, qui alterum, circa tempora Capitis, pugno vel lapide percutit, animum occidendi *& divina*, *& humanæ LL. præsumunt. num.* 57.

Præsumtio *hæc* non aliter pedem figere potest, quàm si etiam Percussio periculosæ, *seu cum vitæ periculo facilè conjunctæ*, corporis parti fuerit illata. *num.* 60.

Percussiones Capitis, circa cerebrum *factæ*, semper arguunt intentionem mortis *inferendæ. num.* 61.

Cerebrum *cur*, *apud Philosophum*, membrum *audiat* divinum? *num.* 62.

Animus occidendi *potissimùm* ex loco percussio *colligi debet. num.* 63.

Nec non ex quantitate Percussionis, *&* ex Modo percutiendi. *num.* 64.

Ad L. 5. Cod. ad L. Cornel. de Sicar. *hactenùs deductis obstare visam*, *remissivè respondetur. num.* 65.

Ampl. Facultatis Medicæ Tubingensis de Percussione quæstionis, *tùm in thesi tùm in hypothesi*, sententia *refertur. num.* 66.

Etiam ob *talia lethifera* Vulnera, ex quibus Mors utplurimum sequitur, pœna gladii *decerni solet. num.* 68.

Cur, in proposito, Pœna capitalis non *fuerit* dictata? *num.* 66. *& seqq.*

Decernitur Pœna Fustigationis cum perpetua Relegatione. *num.* 71. *& seq.*

Etiam hæc, ex causa provectæ Ætatis, in *Condemnationem ad* Operas publicas *à Principe* transmutari *potest. num.* 72.

Subnectitur Sententia condemnatoria. *num.* 73.

CONSILIUM SEXAGESIMUM SEPTIMUM.

DE Revisione Processûs criminalis adversus Sagam *nonnihil præcipitanter instituti.*

Præmittitur Sententia definitiva. *num.* 1.

Eadem in Quatuor membra *dispescitur. num.* 2.

Adducuntur Primi Membri Rationes. *num.* 3. *usque ad num.* 5.

In illis, quæ publicam Salutem concernunt, Judex *suum* officium, *etiam* propriò motu, interponere *debet. num.* 5.

Ad publicam Salutem *imprimis etiam* publica inter Concives pax *& tranquillitas pertinet. num.* 5.

Stabilitur Secundum *præmissa* Sententiæ membrum *pluribus*, *tùm per* ἄρσιν, *tùm* θεσιν, *adductis*, rationibus. *num.* 6. *usque ad num.* 131.

Ad fundandam Terrritionem realem *etiam* illorum depositiones *sufficiunt*, quibus à persona Magiæ suspecta, *vel* in corpore, *vel* in bonis, damnum illatum *esse constat. num.* 8. *& seqq.*

In Criminibus exceptis *etiam* inhabiles Testes *admitti oportet. num.* 11.

In Delictis, *quæ* valdè difficilis *sunt* Probationis, *talis* admittenda *est* probatio, qualis potest haberi. *num.* 12.

Inter

Inter Delicta difficillimæ probationis, & excepta, *cumprimis etiam ab strussimum* Crimen Magiæ *refertur. num.* 10. & 13.

Exceptio Inimicitiæ, *Testi objecta, etiam* à Fiscali probanda. *num.* 14.

Hanc Exceptionem, *per totum Processum*, non objiciens tacitè *eidem* renunciâsse *censetur. num.* 15.

Quando singulæ probationes, *per singulos Testes facta*, tendunt ad unum eundemque finem, *tunc* Exceptio Singularitatis, *regulariter, præprimis in Crimine Magiæ*, iisdem nihil derogat. *num.* 17.

Testibus ad solos Articulos, & non etiam ad *simùl exhibita* Interrogatoria examinatis, totum Testium Examen, *si hoc repeti nequeat*, vitio nullitatis *afficitur. num.* 19.

Ne quidem in Processu Inquisitoriô Specialia Rei Interrogatoria, *absque nullitate*, intermitti *possunt. num.* 20.

Quando Pars ipsa beneficio interrogandi *non utitur*, *tunc* neque Judex *aliquam ejusdem* rationem habere *tenetur. num.* 21.

Invito non confertur Beneficium. *num.* 22.

A liberô Partis arbitriô *dependet*, utrum Specialia Interrogatoria *ad Articulos contra se productos* dare velit, nec ne? *num.* 22.

Examen, & Confrontatio Inquisiti cum testibus *quomodo fieri debeat? num.* 25. & *seqq.*

Assertio Judicis, *cujuscunque dignitatis*, in causis coram ipsô *vel* adhuc vertentibus, *vel* jam decisis, *non aliter* credendum, *quàm* si, & quousque *illud* probetur ex Actis. *num.* 32.

Denunciatio Transmissionis Actorum *ad impartiales* hodiè, *per generalem ferè Consuetudinem*, in Processu Inquisitorio, non *amplius* est necessitatis. *num.* 33.

Hæc Consuetudo *licet magis* Corruptelæ, *quàm vera Consuetudinis* rationem habeat; Judici *tamen*, *mododitam* Denunciationem intermittenti, *plenariam* à pœna immunitatem *præstat. num.* 34.

Quæ necessariò antecedere *debuerunt*, ex subsecutis præcessisse præsumuntur; *licet* non omnia *specificè* Scripturæ *legantur* inserta. *num.* 40.

Quando Stipulatio præsumatur? *num.* 40.

Si Judex Inquisito, post præambulam Territionem verbalem, *tùm* Forcipes pollicum, die Daumenstöckhe/ *tùm* Pedicas, die Beinstöckhe/ *successivè* applicare jussus, *saltem* posteriores applicando, Confessionem extorserit, *tunc, per hoc, neque* Processus irritus, *neque* Judex *ulli* pœnæ obnoxius *redditur. num.* 41.

Constrictio pollicum minùs *est* dolorifica, *quàm* Compressio crurum; *quamvis* nec magnum, *etiam hoc respectu, inter ipsas, intercedat* discrimen. *num.* 43. & *seqq.*

Forcipes pollicum *ad* realem Territionem *pertinent. num.* 45.

Hujus Quæstionis: Quantum temporis spatium inter Torturam & Confessionis Ratificationem (die Besibnung) intercedere *debeat? determinatio prudentis* Judicis arbitrio, *pro Personarum qualitate, & Tormentorum quantitate*, relinqui *debet. num.* 50.

In hoc tamen plerique DDres conveniunt, quòd sufficiat, *si* Judex Reum, per unum diem, & unam noctem, requiescere *sinat. num.* 51.

Etiam in Ducatu Wurtembergicô *hanc ipsam* Ratificationem post elapsum spatium viginti quatuor horarum, *coram Septem masculini Sexûs, & honesta vitæ Testibus*, fieri *sufficit. num.* 52.

Territionem realem *Carpzovius non malè* leviuscula Torturæ præludia *appellat. num.* 53.

Executio Pœnæ capitalis post ratificationem *Confessionis* tertio die *legaliter suscipitur. num.* 55.

Intimatio Sententiæ capitalis, *contra aliquem ferendæ, ad instantiam Accusatoris, vel in Processu inquisitorio, etiam ex Officio, minimùm* tribus ante Executionem diebus, *fieri debet. num.* 57.

Quando legitimè Tortus suam Confessionem, *debitô tempore, locô & modô ratificatam*, in ipsô Executionis die revocat, *tunc* Judex *universa* Inquisitionis Acta *denuò* ad impartiales Jctos transmittere *tenetur. num.* 74. *& seq.*

In causis criminalibus *hodiè* Judices *nihil ipsi statuere valent*; sed præcisè Jurisperitorum consilium *requirere, illudque* necessariò sequi *tenentur. num.* 76. *& seq.*

Hæc *Jurisprudentum consilium requirendi* necessitas Judicibus, *in Nemesi Carolina*, quinquagies septies injungitur. *num.* 76.

Hodiè Judex, *regulariter*, non necessariò secundum Responsa Jurisprudentum Sententias suas publicare *tenetur. num.* 78.

Aliud *tamen* dicendum, *ubi vel* Lege, *vel* Consuetudinè, *vel etiam* Conventione *hoc in specie ità cautum reperitur. num.* 79. *&* 80.

Sententia, *quâ* severissima Vivicomburii pœna *contra aliquem decernitur*, *in Jure Romano* feralis *audit. num.* 79.

Quando Judex aggratiandi Jure gaudet, *tunc* mododicta *consilium Juriti. peritorum sequendi* necessitas, *per Legem vel Consuetudinem generalem inducta*, ipsum non stringit. *num.* 80.

Sententia B. Carpzovii de revocatione Confessionis, *post legitimam ejusdem ratificationem, in die Executionis*, sine justâ causâ, *facta. num.* 81.

Quâ ratione Inquisiti Confessio, *ejusdemque* Ratificatio tàm firma *& efficax* reddi *queat, ut* Sententia condemnatoria, *etiam* in casu revocationis, eidem *nihilominùs* superstrui valeat? *num.* 82.

Sive Reus ex justâ *&* verisimili, *sive* ex minùs justâ *&* inverisimili causâ *suam* Confessionem *legitimè* ratificatam, *in die executionis*, revocet; *semper tamen* Executio *eapropter* differri, *&* Acta *inquisitionis* denuò ad impartiales Jctos transmitti *debent. num.* 83. *& seqq.*

Scopus iteratæ *hujus* Actorum transmissionis quisnam sit? *num.* 84.

Quid ante hanc *postremam Actorum* transmissionem Judici *priùs* faciendum? *num.* 86.

Etiam illo casu, quando Judex criminalis *non obscurè* animadvertit, *quòd ab Inquisito nihil aliud intendatur, quàm* ut dolosè differat diem, *atque* Executionis processum impediat, Nemesis Carolina *sæpedictam* transmissionem *nihilominùs* injungit. *num.* 87.

Textus expressus superat *omnium* DDrum autoritatem. *num.* 88.

Si necessitas *denuò* consulendi *Peritiores, in* casu revocatæ Confessionis, *etiam* illi Judici *incumbit, qui jam ante*, in ferendâ sententiâ, consilium Jurisprudentum secutus *fuit, tunc illa* multo magis, *in simili casu, tali* Judici incumbet, *qui* Reum, sine prævia Actorum transmissione, *ad* ultimi supplicii, *& primis horrendissimam Vivicomburii*, pœnam *damnavit. num.* 89. *& seq.*

Crimen Magiæ *tàm* abstrusum *est, ut in illo etiam* Viri prudentissimi *&* sagacissimi facillimè errare *valeant. num.* 90.

Quo periculosiùs *in* occultis *ejusmodi* Criminibus *versamur, quoque* majori cum præjudiciô *illa sunt* conjuncta, *eo etiam* cautiùs *Judex* in iisdem versari *debet. num.* 91.

Si Casus decisus à decidendo, *vel* in minimo, differat, Præjudicia *cum fructu* allegari nequeunt. *num.* 96.

In abstrusissimô Sortilegii *sive Magiæ* Crimine Judex non *ità* simpliciter, ut ipsi videtur, procedere *valet. num.* 97.

Ignorantia criminalium Judicum *sæpissimè* innocentibus interitum *parit. num.* 98.

Si cuilibet Judici in causis criminalibus, *præcipuè Sortilegii*, pro suô arbitrio procedendi facultas *libera competeret, tunc* uberrima, *per hoc*, delinquendi occasio *suppeditaretur. num.* 98.

Judi-

Judicem criminalem, *præprimis si Peritiores consulere omiserit*, Ignorantia Juris à pœnâ haud excusat. *num.* 99.

Judex criminalis *suo* officio minùs legitimè functus *etiam* ad Mulctam condemnari *potest*. *num.* 100.

Judices, ex justa causa, sese Partibus *aliquando etiam* terribiles ostendere *valent*. *num.* 102.

Sicuti Judex precibus calamitosorum non illachrymari, *ità etiam* contra *eos*, *quos* malos *putat*, excandescere non debet. *num.* 104.

Peccant, *qui* Iram in judiciis *præ se* ferunt. *num.* 105.

Judex Partem, *aliquid proponentem*, injustè vituperans *etiam* Injuriarum actioni subjacet. *num.* 106.

Legitimæ Sagarum Denunciationis requisita *quænam sint*? *num.* 107.

Confrontatio cum Sagis & Magis honestæ personæ existimationem haud patitur illæsam. *num.* 108. *&* 112.

Imò etiam sola Infamiam inurere *à multis creditur*. *ibid.*

Æquè ac *ipsa Criminalis Ordinatio* de speciali Inquisitione *nuncupatim hoc pronuntiat*. *num.* 109.

Confrontatio specialis Inquisitionis pars est. *num.* 109.

Inquisitio specialis *&* Confrontatio præsupponit, *Magistratum* personas inculpatas veneficii *vel* magiæ suspectas *habere*. *num.* 110.

Illegitima, *præprimis* ab una *saltem* Lamia *facta*, Denunciatio *ne quidem* ad specialem Inquisitionem *&* Confrontationem sufficiens *est*. *num.* 111.

Inquisitus, *sine præcedanea corporis delicti investigatione*, *vel absque alio Sortilegii indicio*, te nere confrontatus, *adversus Judicem*, ex capite Injuriarum agere *procul dubio potest*. *num.* 112.

Ad Confrontationem sine indiciis *sufficientibus* neutiquàm *est* deveniendum. *num.* 112.

Judex, contrarium faciens, *non saltem* ad Pœnam; *verùm etiam ad* Expensas *tenetur*. *num.* 113.

Victus victori, *regulariter*, in Expensas damnari *debet*. *num.* 114.

Firmatur Tertium Sententiæ membrum. *num.* 115. *usque ad num.* 131.

Fama *res admodùm* fallax, *&* fragilis, *valdeque* pernitiosa *est*. *num.* 116.

Hinc Judex, *præcipuè* criminalis, *ante omnia*, sollicitè in ejusdem originem inquirere *debet*, *num illa* personas fide dignas, graves, *&* honestas, *vel non saltem* vanùm Vulgi rumorem *vel* levioris sortis homines *habeat* authores? *num.* 117. *& seqq.*

Famæ requisita *quænam sint*? *num.* 119.

Notabile effatum de *nimia* horundem Requisitorum multitudine. *n.* 120.

Fiscalis, sine justa causa, Processum inquisitorium, *contra aliquem*, *instituens*, prætextu communis Famæ, *si non priùs in ejusdem originem & qualitates sufficienter inquisiverit*, non excusatur. *num.* 121. *& seq.*

Idem dicendum, *si ipse* Judicem criminalem ex capite Syndicatûs conveniat; *sed tamen postea nonnisi* leviores quosdam *&* vix censura dignos excessus *vel* defectus probare *queat*. *num.* 123.

Procurator fisci *non saltem* in causa pecuniaria; *verùm etiam* criminali, *modò* non capitali, *rectè prætendit*, *ut* Pars adversa ad ipsum suæ Actionis fundamentum *originaliter instruendum*, *omnia sua* Documenta *&* Acta *plenariè* edat. *num.* 124. *& seq.*

Communis Opinio, *quoad causas criminales hîc* contraria, *non saltem* Opinionem æquè communem; *sed &* txx. Juris expressos sibi adversos habet. *num.* 126. *& seqq.*

Textus expressus omnium DDrum authoritate potior. *num.* 128.

Processus ab initio nullus, *ex post facto*, *regulariter*, haud convalidatur; *licet* Probationes superveniant, *ex quibus* Fiscalis evincere *valeat*, se non omninò sine justâ Ratione processum movisse. *num.* 129.

Suprema Tribunalia, *insuper habitis nudis Processûs Nullitatibus*, solam Facti veritatem, ipsiusque Causæ Merita *principaliter* respiciunt. *num.* 130. *& seq.*

Subnectuntur Quarti membri rationes. *num.* 132. *usque ad finem.*

Quando constat, Processum Syndicatûs non sine ratione à Procuratore fisci *institutum, tunc, regulariter*, Actio injuriarum *locum non habet. num.* 132.

Fisci Procurator nihil calumniandi, *vel* injuriandi animô *agere præsumitur. num.* 133.

Verba injuriosa, animo se, *&* suam causam defendendi, *contra alterum*, proferens injuriarum Actioni *eapropter* obnoxius haud est. *num.* 135.

CONSILIVM SEXAGESIMVM OCTAVVM.

DE Hypotheca privilegiaria in securitatem Dotis *concessa*, an illa *etiam* futura, *seu post Dotem constitutam demùm acquisita*, Mariti, *vel* Hæredum *ejus* bona afficiat?

Itemque de Concursu *prioris ac secundi Matrimonii* Dotium, earumque prælatione.

Recensetur Facti Species. *num.* 1. *usque ad num.* 7.

Proponitur Quæstio *hîc* examinanda. *num.* 8.

Eadem dispescitur in Tria Membra. *num.* 9. *& seqq.*

In Primo *de hoc Qr.* An, *in substrato*, ratione Dotis avitæ, *quam Nepos ex primo matrimonio repetit, etiam* in bonis tempore Viduitatis ab Avo acquisitis, tacita hypotheca, & simùl, *in ordine ad Liberos secundi matrimonii*, Jus prælationis competat? *num.* 13. *usque ad num.* 43.

Nullibi in Jure *hoc* disertè dispositum *legitur, quòd vel* omnis legalis, *vel* in specie favore Dotis concessa Hypotheca *tàm præsentia, quàm* futura Debitoris bona afficere *debeat. num.* 14.

Hinc nonnulli *easdem non saltem* in genere ad bona præsentia *restringunt*; *sed etiam* speciale *& singulariſſimum* Privilegium Fisco, *in hôc articulo*, competere *asserunt. num.* 15. *& seq.*

Hypotheca *ratione* Dotis *concessa* omnibus, *etiam* anteriorem, *sive* expressam, *sive* tacitam, Hypothecam *habentibus* præfertur. *num.* 17.

In casu, quando duæ Dotes ex duobus matrimoniis *repetuntur*, Uxor secunda, *ejusve* Liberi, anterioris matrimonii filiis, *regulariter*, postponi *debent. num.* 18.

An idem dicendum, si cum Filio posterioris matrimonii concurrat *saltem* Nepos ex priore matrimonio *superstes? num.* 19.

Etiam in aliis, *plus extensionis admittentibus*, articulis aliter Filii, aliter Nepotes *appellitantur. num.* 20.

Sententia, quòd Hypotheca pro Dote *concessa* bona ex post quæsita *non afficiat, in* L. 29. Cod. de jure dot. *expressè* videtur fundata. *num.* 21.

Hypotheca, *sub* verbis indefinitis, in toto patrimonio *alicui constituta, non minùs* etiam futura bona *afficit, quàm si ejus constitutio* verbis universalibus *facta fuisset. num.* 23.

Etiam tunc, quando Bona simpliciter, *sine adjectione alicujus dictionis universalis*, obligantur, *nihilominùs* Hypotheca universalis, in gradu excellentiori *sic dicta*, inducitur. *num.* 24.

Indefinita Oratio universali æquipollet. *num.* 25.

Hæc regula *rectè etiam* indefinitæ Pignoris constitutioni *applicatur. num.* 26.

Dispositio Legis finalis, Cod. quæ res pign. obl. poss. *quòd Hypotheca generalis etiam res futuras sub se comprehendat*, ad solas Hypothecas conventionales restringi *nequit. num.* 27.

Imò

Imò eandem ad Hypothecas legales magis, *quàm ad conventionales* pertinere, *haud paucis* videtur. *num.* 28.

Adducuntur exempla Hypothecæ legalis universalis, *etiam* futura bona *afficientis. num.* 27.

Franzkii *sententia*, omnem Hypothecam legalem universalem *statuentis*, per adducta contraria exempla, in LLbus obvia, *destruitur. num.* 29. *& seq.*

Hæc sententia, quòd Hypotheca legalis, *regulariter*, ad bona futura *non minùs* se porrigat, *quàm conventionalis*, receptior *est. num.* 32.

Idem *etiam in specie* de Hypotheca Doti concessâ *dicendum. num.* 33.

Hinc etiam ratione bonorum ex post acquisitorum Actione hypothecaria, *nondùm præscriptâ, contra quemcunque possessorem*, agi potest. *num.* 34.

Mala fides superveniens hodiè omnem vitiat Præscriptionem. *num* 34.

Non minorem vim Lex *habet* in *constituendo* Pignore tacito, *quàm* Voluntas privati *in pignore privato. num.* 35.

Eo magis, quòd illa in ejusdem constitutione nullo verbo restrictivo, *sed* pronomine possessivo, *ut Debitores facere solent, utplurimùm* utatur. *num.* 36.

Hinc etiam, in dubio, nullatenùs credendum, Legem hypothecam à se concessam non tàm latè patentem, *ac Contrahentes conventionalem*, constituere voluisse. *num.* 37.

Tametsi nullus in Jure *specificus occurrat* textus, *quò* in genere legalis Hypotheca *etiam* ad bona futura *extendatur*; ejus *tamen* vices *tùm* evidentissima Juris analogia, *tùm* concors *plerorumque* DDrum applausus, *tùm etiam* Speciales de quibusdam Hypothecis *legalibus* id affirmantes Sanctiones *indubiè* supplere *possunt. num.* 38.

Inter Hypothecam tacitam *&* expressam, *quoad effectum*, nulla *est* differentia. *num.* 40.

Hinc ab una ad alteram validum *ducitur* argumentum. *num.* 41.

Jus prælationis, ratione Dotis *concessum*, *non saltem* Uxori; *sed etiam* omnibus ejus Liberis, *cujuscunque* sexûs, *vel* gradûs, *etiam* in ordine ad secundam Conjugem, *ejusque* Liberos, competit. *num.* 41. *& seq.*

Modò *illi* ejusdem, *non alterius*, matrimonii *sint* Liberi. *num.* 41.

Verba Legis 29. Cod. de jure dot. finalia quomodò exaudienda? *num.* 43.

Examinatur Secundum *principalis* Quæstionis membrum: Utrum hæc ipsa privilegiaria Hypotheca *in substrato* etiam illa bona afficiat, quæ ab Avo demùm in secundo conjugio sunt acquisita? *num.* 44. *usque ad* 51.

Illa definitio, quòd Hypotheca universalis, *seu expressa, seu tacita*, etiam futura debitoris bona *devinciat*, nullo tempore circumscribitur, *ac proindè* nec ad solum tempus Matrimonii constantis restricta *censeri debet. num.* 46.

Hinc etiam in actione hypothecaria directa sufficit, *si Creditor probet*, Bona aliquò tempore à debitore *fuisse* possessa. *num.* 47.

Generalis bonorum obligatio *semper* sub hac conditione, si Bona postea sibi fuerint acquisita, contracta *censetur. num.* 48.

Debitor, *ex postfacto nova bona acquirendo*, nè sua *quidem* Protestatione efficere *valet*, ut illa sub universali, *sive tacitâ, sive expressâ*, hypothecâ non comprehendantur. *num.* 50.

Deciditur Tertium Quæstionis *propositæ* membrum: An sæpedicta Hypotheca etiam secundæ Conjugis propria bona *sive ejusdem Allata* afficiat? *num.* 52. *usque ad finem.*

Per hæreditatis aditionem *omnia* jura defuncti, *tàm* passiva, *quàm* activa, *& sic quoque Obligationes & Actiones*, in Hæredem transeunt. *num.* 54.

Hinc eodem modò, quò defunctus obligatus *fuit suis Creditoribus, ejus* etiam Successor *pariformiter* obligatur. *num.* 55.

Eædemque, *quæ adversùs defunctum competebant*, Actiones, *etiam* contra Hæredem *competere dicuntur. num.* 56.

An hoc etiam quoad Actionem hypothecariam eatenùs verum *sit*, ut etiam

etiam bona Hæredis propria, *aquè ac defuncti, eidem* obnoxia *censeri queant? num.* 57. *& seqq.*

Per hæreditatis aditionem Bona hæreditaria cum bonis Hæredis *confunduntur*, unumque *& idem* Patrimonium *fiunt. num.* 58.

Testator *futuri* Hæredis bona *non minùs efficaciter, quàm sua propria*, Hypothecæ nexu constringere *valet. num.* 59.

Quousque *&* quomodo *hoc fieri possit? num.* 60. *& seqq.*

Ne *quidem* rei Hæredis *propriæ*, legati *titulo alicui relictæ*, Dominium *relicta via* in Legatarium transit. *num.* 61.

Etiam tacitam *defuncti* Debitoris dispositionem *ad* obligationem bonorum Hæredis sufficere *multi adstruunt. num.* 63.

An idem de Hypotheca legali *statuendum? num.* 63. *& seq.*

Dos, constante matrimonio, *est* in dominio *ipsius* Mariti. *num.* 67.

Ad hoc, ut Actio hypothecaria *efficaciter contra aliquem* institui *possit*, in Hypotheca universali sufficit, *quòd* bona vel tempore contractæ obligationis, *vel* post eam à Debitore possessa *fuerint. num.* 68.

Etiam Bonorum *uxoris* paraphernalium dominium nonnunquàm in Maritum transfertur. *num.* 70.

In dubio bona Hæredis propria, *& non à defuncto in ipsum translata, si non specialis eorum mentio facta fuerit*, sub universali omnium defuncti bonorum Obligatione *non veniunt. num.* 72.

Regula Legis fin. Cod. Quæ res pign. obl. poss. *quòd Hypotheca universalis omnia, etiam ex post quæsita, bona afficiat*, in Bonis Hæredis propriis *non obtinet. num.* 73.

Hæres repræsentat personam defuncti, factumque defuncti ipsius Hæredis proprium *dicitur. num.* 74.

Hæc *tamen* Repræsentatio *saltem* quoad Actiones personales, *quibus ipse defunctus potuit conveniri*; non *etiam* quoad Actionem hypothecariam, *in ordine ad bona hæredis propria, locum sortitur. num.* 75. *& seqq.*

Actiones personales, *ex defuncti personâ*, adversus ipsius Hæredem competentes Cardinalis de Luca malè *in universum* ex quasi Contractu *descendere existimat. num.* 79.

Si Testatori de bonis hæredis disponere *licet*, multo magis ea *poterit* oppignorare. *num.* 79.

Hæres sine beneficio Legis & Inventarii *hæreditatem* adiens, *etiam ultra vires hæreditatis*, in solidum, *defuncti debita* solvere *tenetur. num.* 79. *juncto num.* 76.

Quid ad hunc effectum, ut Hypotheca universalis à defuncto constituta *etiam* Hæredis bona afficiat, *sit* necessarium? *num.* 80. *juncto num.* 95. *& seq.*

Quando ejusmodi Hypotheca restricta *est* ad bona Testatoris propria, *tunc per solam hæreditatis aditionem illa ad bona Hæredis non extenditur. num.* 81.

Quasi Contractus *hæreditatis aditionis* non plus operatur, *quàm ipse* Contractus *à defuncto initus. num.* 81.

Cur à transitione Actionis personalis, *contra defunctum competentis*, ad Hypothecariam concludi *nequeat? num.* 82.

Bona Hæredis non *possunt dici* Bona defuncti. *num.* 83.

Aditio Hæreditatis sine beneficio Inventarii Hæredem *quidem* actionibus personalibus, *in solidum*; non *tamen etiam* Actioni hypothecariæ, *per se, & sine* speciali Testatoris dispositione, *subjicit. num.* 84.

Ne illô quidem casu, quando defunctus tua Bona, & se, & Hæredes obligavit, bona Hæredis nexu pignoris *universalis afficiuntur. num.* 85. *& seq.*

Idem *etiam tunc dicendum*, quando Debitor seipsum, suosque Hæredes & Successores, *&* omnia Bona oppignoravit. *num.* 87.

Quilibet generalem hypothecam *constituens* universa *quidem* sua Bona, *etiam* futura; non *verò etiam* illa, *quæ* sua nec sunt, nec unquàm futura, obligare voluisse *intelligi debet. num.* 88.

In du-

In dubio, nec legalis Hypotheca Bona ipsius Hæredis propria *ullatenùs efficit. num.* 89. *& seq.*

Hypotheca *legalis*, *pro* legatis *&* particularibus Fideicommissis *concessa*, *in* omnibus *quidem* defuncti; non verò *etiam* Hæredis bonis *competit. n.* 90.

Ne quidem ex singulari Dotis favore *indulta*, *licet pariter* universalis, Hypotheca ad bona Hæredis propria *sese extendit. num.* 91.

Cur à repræsentatione personæ defuncti, *vel quasi contractu hæreditatis aditionis* ad *fundandum* jus Pignoris in bonis Hæredis propriis non procedat illatio? *num.* 92. *& seqq.*

Hæc Regula, quòd Expressi & Taciti eadem *sit* efficacia, *in casibus*, *ubi* expressa voluntas necessaria *est*, *non admittitur. num.* 95.

Ad hoc, *ut* bona Hæredis, *etiam* ex præsumptâ defuncti voluntate *sub generali, ab ipso constitutâ, Hypothecâ* comprehensa *dici queant*, *nonnisi* graves, concludentes *ac* ferè incontrovertibiles Conjecturæ *admitti possunt. num.* 97.

Uxor bona dotalia *vel* planè non, *vel saltem* taxationis gratia æstimata, *in hæreditate Mariti adhucdùm* existentia, *non obstante civili ejusdem dominiô*, jure separationis ordinariô aufert. *num.* 98.

Dominus rei, *in bonis Debitoris* adhuc existentis, omnibus *aliis* Creditoribus antefertur. *num.* 99.

Rebus fungibilibus, *vel etiam* Speciebus, venditionis gratia *æstimatis*, *Marito* in dotem datis, *ipse* Debitor *tantùm* Quantitatis *efficitur. num.* 100.

Hinc in casu Dotis ità constitutâ semper Dos prioris matrimonii, *in concursu*, posteriori præfertur. *num.* 100.

CONSILIUM SEXAGESIMUM NONUM.

DE Concursu Creditorum *quædam selectiores Quæstiones proponuntur & enucleantur.*

Describitur status bonorum in *casu* proposito. *num.* 1. *usque ad num.* 10.

Productio Tutorii *vel* Curatorii *coram* Judice, qui *ipsemet* Tutorem *vel* Curatorem constituit, necessaria haud est. *num.* 14.

Sicut unius Conjugis morte *ipsum* Conjugium, *ità etiam conjugalis* bonorum Societas *similiter* solvitur. *num.* 19.

Hinc, post ejus dissolutionem, à *quondàm* Conjugum alterutro *acquisita non amplùs* pro communibus haberi *possunt. num.* 20.

Restitutio in integrum Minori, *etiam* adversus erroneæ paternarum facultatum computationis Agnitionem, *cum* Tutoris *licet* authoritate factam, *æquissimè conceditur. num.* 25.

Quando Judex, ex Actis, in integrum *Restitutionis auxilium alterutri Partium*, ex justâ causâ, competere *prospicit*, *tunc ipsemet* ex officio *eandem* decernere *&* potest, *&* debet. *num.* 26. *& seq.*

Idque tàm in Causis judicialibus, *quàm* extrajudicialibus. *num.* 28.

In Processu edictali Judici *imprimis* incumbit, *ut*, *priusquàm de prioritate quid decernat*, in Jura Creditorum summariè inquirat, totumque negotium sollicitè pensitet. *num.* 29.

Sub spe rati *aliquid* promittens, *hoc ipsum* sub Conditione, *si Ratificatio alterius sequatur*, facere censetur. *num.* 31.

Liberi, *cum suis Curatoribus*, paternæ Substantiæ Divisionem, *in Processu edictali factam*, *hisce formalibus* approbantes, daß Sie verhoffen / daß von dem Herrn Richter die Æquität beobachtet seyn werde / in casum contrarium, *omne* suum jus, *eô ipsô*, *sibi validissimè* reservasse, *censeri debent. num.* 31.

Ubi *ipsa* Societas Bb. connubialis *jam* totaliter dissoluta *est*, *ibi* nullum Æs alienum sociale *contractum*, nec quidquam *amplùs in hac Societate vel*

acquisitum; *vel in illâ* consumptum, *vel ex illâ* amissum, *vel* alienatum intelligi *potest. num.* 33.

Quomodò Divisio Hæreditatis *defuncti* Conjugis inter Conjugem superstitem & Liberos *de* Jure Würtembergicô *fiat? num.* 34. *& seqq.*

Etiam Pater, finitô *ejus legitimô* Quasi Usufructu, *si* res fungibiles non *fuerint* æstimatæ, *præcisè* res ejusdem generis, qualitatis *&* quantitatis restituere *debet*; neque *illarum* Æstimatio invitis Liberis *ab ipso obtrudi, vel* solvi *potest. num.* 36. *& seq.*

Sin verò res æstimatas *acceperit,* præcisè *earum* Æstimationem *(nisi aliter conventum)* restituere *tenetur. num.* 38. *& seq.*

Quando res mobiles, *quæ* ipsô usu non consumuntur; *sed solùm* minuuntur, *Ipsiusmet* Patris, *vel ejusdem* Familiæ latâ, *aut* levi culpâ, *vel etiam* ex ordinariô & legitimô sui usu, *per successivam attritionem,* deteriores redditæ, *tunc* Pater *quidem* illas, prout extabunt, restituere *potest*; *sed tamen simùl, præsertim de* Jure Provinc. Würtembergico, *pro qualitate deteriorationis,* ad Interesse *tenetur. num.* 40. *& seqq.*

Hæc Jura etiam tunc obtinent, quando bona materna inter Patrem *& ejus* Liberos, tantùm eventualiter, *per solam Portionum hæreditariarum quantitativam determinationem,* durch eine eventual **Abtheilung** / *dividuntur. num.* 45. *& seqq.*

Factâ in hunc modum *maternæ hæreditatis* Divisione Pater *in* omnibus ejus *particulis plenum* Condominium *pro suâ parte, & quoad suorum Liberorum portiones,* Usumfructum, pro indivisô, consequitur. *num.* 47. *& seqq.*

Hæc *sola* Exceptio, *quòd* bona Liberorum materna, *maximam partem in* ipsorum *alimoniam* consumta *fuerint,* Patrem Usufructuarium *à restitutionis necessitate, regulariter,* non liberat. *num.* 53.

Res maternæ fungibiles, *vel* societatis jure, *vel* hæreditario, *in* Patrem *translatæ,* ipsi soli pereunt, *sive sit* solus, *sive* alios *in illis* condominos habeat. *num.* 54. *& seq.*

Idem *etiam dicendum* de rebus Liberorum fungibilibus jure legitimi Quasi Ususfructus *& Administrationis* penes Patrem, *licet* pro indiviso, existentibus. *num.* 56. *& mult. seq.*

Hæ res nullibi ab onere Ususfructûs legitimi *leguntur* exceptæ. *num.* 56.

Quasi Ususfructus natura *in quo consistat? num.* 57. *& seq.*

Rem *nemo* consumere *potest, nisi* dominus. *num.* 58.

Quando res Liberorum fungibiles æstimatæ Inventario *inseruntur, tunc ipsa* hæc Æstimatio venditionis causa facta *intelligitur, earumque* dominium in Patrem transfert. *num.* 59. *junct. num.* 57.

Qualis *sit* hæc Venditio? *num.* 60.

Ut illa *legitimè* perficiatur, quid *Jura desiderent? num.* 61.

Jure Provinciali Würtembergico res fungibiles Patri *nonnisi priùs* æstimatæ in usumfructum concedi *possunt. num.* 62.

Omne *hujus generis rerum tùm* Commodum, *tùm* Damnum, *quomodocunque contingens, etiam inspecto* Jure Würtemb. ad Patrem *fructuarium solitariè* pertinet. *num.* 61. *& seq.*

Statuta ex Jure Communi passivam *recipiunt* interpretationem. *num* 63.

Quando bona materna inter Patrem & Liberos *ità* dividuntur, *ut* cuilibet sua Pars *in tota materna substantia* indivisim *assignetur, tunc, regulariter,* eadem Jura *obtinent, quæ in casu, quô* quilibet suam partem divisam *consequitur. num.* 64.

Hinc, Patre bonis cedente, *in uno casu, æquè ac in altero,* Jus Liberis, quoad res fungibiles, *competens,* in salvo *remanet. num.* 64.

Etiamsi à Patre, *isto nomine,* nulla Cautio *fuerit* præstita. *num.* 65.

Liberi, *in securitatem* bonorum maternorum, tacitam hypothecam in bonis *sui* Patris *habent. num.* 66.

Quando

Quando Patri Res non-fungibiles, *sive tales, quæ longô demùm usu attenuntur, vel inutiles redduntur*, in Usumfructum; *verùm* sine certarum rerum speciali determinatione, *traditæ sunt, tunc ille æquè, ac in casu contrario*, ubi Liberis certæ Species seorsim assignatæ *sunt, easdem adhuc* extantes, in illo statu, in quo nunc sunt, cum præstatione *ejus*, quod interest, *vel, si* prorsùs *apud ipsum* inutiles *redditæ, aut planè* consumptæ *sint, earundem* Æstimationem *pro rata* restituere *tenetur. num.* 67. *& seqq.*

Idem jus Liberis *etiam* in casu excitati Creditorum concursûs *competit. d. l.*

Liberi res *suas* maternas *in paterna substantiæ massa adhuc* extantes, *extra Credd. concursum*, vindicant; quoad consumptas *verò* Processui edictali se immiscere *necesse habent. num.* 70. *juncto num.* 84. *& seq.*

Etiam res communis vendi, *&* per *illius* traditionem dominium Partis transferri *potest. num.* 72.

Alienatio rerum, *præcipuè immobilium*, ad Liberos spectantium, à Patre, *tametsi legitimo earum usufructuario & administratore* facta, ex multis causis, *etiam de jure WWürtemb. ipso jure est* nulla. *num.* 73. *& seqq.*

Pater *olim* plenum *omnium* adventitiorum *habuit* dominium. *num.* 78.

Qualis Cautio à Patre *legitimo bonorum maternorum, ut & omnium aliorum adpeculium adventitium regulare spectantium* Usufructuario, Jure Communi *&* Würtemb. *veniat* præstanda? *num.* 81.

Tacita Hypotheca Liberis, ratione Bb. maternorum, *in bonis sui Patris, ceu legitimi eorundem Usufructuarii & Administratoris, concessa statim* ex tempore *susceptæ* Administrationis initium capit. *num.* 85. *& sq.*

An omnis Hypotheca legalis *sit* publica *&* privilegiaria? *num.* 87. *& seqq.*

Hypotheca publica præfertur *etiam* antiquiori privatæ; nisi *hæc* trium *masculorum & fide dignorum* Testium subscriptione *sit* corroborata. *num.* 87. *& seq.*

An inter Hypothecam legalem *&* expressam *aliqua, quoad* jus Prælationis, *sit* differentia? *num.* 89. *& seqq.*

Quô respectu Hypotheca, ad *fundandum* jus Prælationis, *dicatur* publica? *num.* 95. *& seqq.*

Hypothecæ publicæ *tantùm* respectu Causæ efficientis *tales, seu ex hoc, quòd* à Lege *sint introductæ*, nullam, *nisi ex ordine* Temporis, *pariunt* prælationem. Quænam *sint* tales? *num.* 95. *& seq.*

Quot modis Hypotheca publica, ratione Modi *&* Effectûs *sic dicta, possit* constitui? *num.* 98. *& seq.*

Quatenùs Ususfructûs, in computatione bonorum Debitoris obærati, *ratio habeatur? num.* 100. *& seq.*

Judex, *regulariter*, suum officium non facit, nisi *desuper* imploratus. *num.* 102.

Concursus Credd. *vel* Cessio bonorum nullibi inter Modos *paternum, vel alium* Usumfructum extinguendi *refertur. num.* 105.

Pater bona Liberorum materna, *etiam* immobilia, *tàm ex causa* Utilitatis, *quàm* Necessitatis, *validè* alienat. *num.* 106. *& sq.*

Liberi bona *sua* materna, citra necessitatem *vel* utilitatem alienata, absque ullius *saltem* oboli refusione, *à quocunque possessore*, vindicare *queunt. num.* 106. *& seq.*

Creditor *ejusmodi* Alienationis necessitatem, *vel* utilitatem, *vel* Versionem pretii in rem *Liberorum prætendens, eandem legitimè* probare *tenetur. num.* 108.

Etiam eleëmosynarum Curator, à Magistratu, coram quo Lis *versatur*, constitutus, *se*, per productionem sui Curatorii, *non magis* legitimare *tenetur*, *quàm* alius *Minorennium* Curator, *vel* Tutor. *num.* 110.

Ecclesia, *& alia* pia Corpora, *de Jure Civili*, ne simplicem quidem Hypothecam in bonis *suorum* Administratorum, *nedùm in* aliorum Debitorum *facultatibus habent. num.* 114. *& sq.*

Quid nostris Moribus, *tùm* in universum, *tùm in* una *vel* altera Germaniæ provincia, *ac præprimis in* Ducatu Würtembergico, *speciatim, quoad hoc*, juris obtineat? *num.* 114. *& seqq.*

Uxor res suas in bonis obærati Mariti adhuc extantes, *tàm* dotales, *quàm* paraphernales, *&* receptitias, *extra Concursum*, jure Separationis ordinario, aufert. *num.* 123.

Nulla justior petitio *est*, quàm Domini rem suam, *etiam ex massa obærati debitoris bonorum*, vindicantis. *num.* 124. *& seqq.*

Æs alienum ex propriis Debitoris bonis exolvi *debet. num.* 125.

Ne quidem Uxor pro debito *sui* Mariti *tenetur. num.* 125.

Jus dominii omnia aliorum *Creditorum* personalia, *&* realia jura, *imò* etiam fiscalia privilegia superat. *num.* 126.

Uxor *in* Ducatu Würtemberg. ratione Dotis, *non amplius extantis*, Creditoribus antiquiorem Hypothecam expressam habentibus *postponitur*; *Quoad Bona verò* paraphernalia collocatur *ex ordine temporis* inter hypothecarios simplices. *num.* 127. *& sq.*

Liberi ne quidem *sub titulo* Alimentorum, *vel* Legitimæ, ex massa Bb. debitoris *obærati quidquam* petere *possunt. num.* 129.

Legitima *aliter* non debetur, *vel* intelligitur, *nisi prius* deducto *omni* Ære alieno. *num.* 130. *& seq.*

Etiam in casu, quando Pater, pecuniâ *ab alio* mutuò acceptâ, Filio jus civicum comparavit, *Creditori, adversus* Filium, utilis de in rem verso Actio *competit. num.* 134.

Creditor tali casu *etiam jure desiderat, ut* in locum Filii, *cui ex Patris sui obærati massa bona materna debentur*, pro rata surrogetur. *ibid.*

Ipsius Debitoris *de unius vel alterius crediti veritate* Confessio, *regulariter*, cæteris Creditoribus haud præjudicat. *num.* 137.

Aliud *dicendum* de Confessione ejusdem Uxoris, *aliquid* in sui quoque ipsius præjudicium *asserentis, præsertim si* de Summâ valdè modicâ *quaratur. num.* 138.

Ad probandam Mercedem *etiam* simplex Debitoris Confessio *sufficit. num.* 139.

Sententia *non contra*; *sed* pro Fœminâ lata *nihilominùs* subsistit, *licet* sine Curatore *in judicio steterit. num.* 140.

Mercedes Famulorum & Ancillarum, *etiam in foro VVürtemb.* statim post sumtus in ipsum Processum edictalem impensos, *collocantur. num.* 141.

Hoc Mercedis privilegio, *regulariter, ii saltem ministri* gaudent, *qui* in ædibus & convictu Debitoris *existunt, vel extiterunt. num.* 145.

Illud *tamen* rectè *etiam* extenditur ad Agrorum *&* Vinearum Cultores, **Weingärtner und Ackersleuthe**. *num.* 144. *& seqq.*

Itemque ad Trituratores, Messores, Fœnisecas, *&* consimiles Mercenarios, **Mehder/ Schnitter/ Träscher/** &c. *num.* 148.

Adducuntur specialia *hanc in rem* Statuta. *num.* 150.

Etiam ille, qui ad solvendas ejusmodi Mercedes *pecuniam* mutuò dat, *simili* prælationis privilegio *gaudet. num.* 153.

Utrum idem in eo sit admittendum, *qui* debitori Frumentum sementarium, **Saat-Frucht/** ad conserendos agros vendidit, *vel* mutuò dedit? *num.* 154. *& seq.*

Utrum is, qui domum ruinosam, *vel jam* collapsam suis propriis impensis restituit, *æquè* privilegiariæ Hypothecæ jure *gaudeat, ac ille*, qui in ejusmodi Ædificiorum restitutionem pecuniam *saltem* credidit? *num.* 156.

Quid

Quid de hoc sentiendum, si quis Pecudibus Debitoris *necessarium* pabulum præbuerit, *vel* sua prata, *pro earundem conservatione*, locaverit? *n.* 157.

Hypotheca *mutuam pecuniam* in restitutionem ædificiorum *danti concessa, etiam ad illum, qui* bellicas Contributiones pro alio solvit, *justissimè porrigitur. num.* 158.

Etiam illi, qui ad fructus ultimi anni, in agris *vel* vineis natos, percipiendos, *vel* colligendos, pecuniam crediderunt, *vel* erogarunt, *aliis* Creditoribus privilegiatis *præferuntur. num.* 159. *& seqq.*

Idem quoque de eo affirmandum, qui ad agros conserendos *non quidem* Frumentum sementarium *ipsum*; *sed tamen*, ad id comparandum, Pecuniam credidit. *num.* 163.

Omnes *illi* Sumptus, *qui* pro conservatione Bonorum Debitoris impensi *sunt*, absoluto prælationis privilegio *gaudent. num.* 162.

Fiscus *ratione* Tributorum, *tàm* ordinariorum, *quàm* extraordinariorum, *regulariter*, omnibus *aliis* Creditoribus præfertur. *num.* 168.

Hoc Fisci Jure hodiè *non saltem publicum* Imperatoris, *vel* Imperii Ærarium; *verùm etiam* aliorum Imperii Statuum Rationes publicæ, & privatæ, *gaudent. num.* 168.

Alimenta Uxori vel Liberis, *durante Processu Edictali*, à tertiò præstita, *regulariter, non ex massa bonorum debitoris*; *sed extra Concursum* ab ipsa Uxore & Liberis restitui *debent. num.* 170. *& sqq.*

Hoc cumprimis tunc obtinet, *quando* ejusmodi Liberis bona materna, *vel avita* supperunt, ex quibus *illis* Alimenta præstari *possunt. num.* 172.

Idem dicendum, *si* Debitoris Uxor *adhuc* Patrem, *vel ejusdem* Liberi Avum *adhuc* superstitem *habeant. num.* 173.

Sin *iisdem* nihil horum *suppetat*, *tunc* ejusmodi Alimenta *ad summum* inter Credita simplicia *referri debent*; *tametsi* à Corpore aliquo pio, *vel* ad speciale Magistratus jussum *fuerint præstita. num.* 174.

Multi Doctores, *etiam* ratione Debitorum ex mutuò provenientium, Piis Corporibus *absolutum* Prælationis privilegium *attribuunt. num.* 175.

Adducuntur aliquot Statuta *&* Jura Provincialia, *quibus*, *in securitatem ejusmodi & similium creditorum*, *vel* simplex, *vel* privilegiaria Hypotheca *conceditur. num.* 176.

In Ducatu Würtemb. Piis Corporibus *saltem* ratione Residui, Rechnungs-Restß, *absolutum* Prælationis privilegium *in omnibus suorum* Administratorum bonis *conceditur. num.* 177.

Tacita Hypotheca de Jure Würtemb. Monasteriis, Ærariis pauperum, & Hospitalibus, *itemque* Civitatibus, Pagis, *&* Villis *singulariter indulta*, sola Debita, *boni publici gratia*, gemeinen Bestens wegen/ *contracta*, pro objecto *habet. num.* 177.

Quænam pro talibus *haberi debeant? num.* 178.

Hæc Hypotheca *ad debita* ex Mutuo, *vel* simili Contractu *descendentia* extendi nequit. *num.* 179. *&* 181. *seq.*

Ecclesia *& alia* pia Corpora, *in dubio*, utuntur Jure Communi. *num.* 180.

Ex Contractu emphytentico, *vel alio consimili*, Quæsturis secularibus, *vel* ecclesiasticis *in* Würtemb. Ducatu debita, *ex authentica Serenissimi interpretatione*, absoluto prælationis privilegio *gaudent. num.* 183.

Hoc tamen ad alia Debita conventionalia *promiscuè* porrigere *haudquaquàm licet. num.* 183.

Solus Superiorum jussus *de* pecuniâ Hospitalis, *vel alterius Pii corporis* mutuò dandâ, ad *statuminandum* Jus Hypothecæ *vel* Prælationis non sufficit. *num.* 185.

Ærario Pauperum, *vel simili pio Corpori* Præfectus, in loco, ubi *ei* hoc officium demandatum, nulla ulteriore Legitimatione opus *habet. num.* 187.

Etiam Census *nummarii, vel frumentarii*, Geld- oder Frucht-Gülten/ Ærariis Pauperum ex prædiis debiti *de Jure VVürtemb.* in prima Creditorum classe *locantur. num.* 187.

Minores in bonis *suorum* Tutorum *&* Curatorum *tacitam quidem habent Hypothecam: num.* 189.

Sed in bonis *è contra* aliorum Debitorum ne simplici quidem exigendi *personali* Privilegio *gaudent. num.* 190.

Opifices ratione *suæ* mercedis, *regulariter, nullum jus prælationis, etiam* in Ducatu Würtembergico, *habent*; *sed* in ultimâ classe collocantur. *num.* 191.

An idem *etiam* de illis *dicendum*, qui, ex sua materia, *pro certo pretio*, aliquid efficiunt, *præprimis* si opus *vel* res *ab illis confecta* adhuc *in bonis ipsius Debitoris* existat? *num.* 192.

Venditor in re Vendita, *tàm mobili, quàm immobili*, de Jure Saxonico, Würtembergico, Hassiaco, *&* Badensi jus taciti Pignoris *habet. num.* 192. *& seqq.*

Sumptus in ultimum *defuncti* Debitoris, *ejusdemque* Uxoris *&* Liberorum morbum impensi, *aquè ac* funebres, *in* prima Creditorum classe *collocantur. num.* 195.

Quâ Juris ratione hæc prærogativa *iisdem* primitùs concessa *fuerit? n.* 196.

An illa *etiam* ad alios Morbos, *ex quibus Debitor, &c. reconvaluit*, extendi *queat? num.* 197. *& seq.*

Tacita Hypotheca, Venditori in re vendita *concessa*, per rei in aliam speciem reductionem, *vel Specificationem*, non extinguitur. *num.* 200.

Jure Communi Mercatori *suas* merces, *licet* ad necessaria Vestimenta vendenti, nullum *prorsùs in illis* jus pignoris *competit. num.* 202.

Jure Würtemb. hoc *Venditori concessum* pignus *non diutiùs, quàm* quousque res talis apud Debitorem *manet, locum sortitur. num.* 203.

Hypotheca publica antefertur privatæ. *num.* 206.

Debitum Sociale, Gemeiner Haußhalttung zu guthem/ ab utroque Conjugum *contractum, regulariter*, ex communi Acquæstu, *vel, in ejus defectu*, ex propriis amborum Conjugum bonis exsolvi *debet. num.* 208. *&* 209.

Quilibet tamen, *regulariter*, suam *saltem* dimidiam, *non etiam alterius*, exolvere *tenetur. num.* 210.

Quando plures Socii, *communi consensu*, cum extraneo contrahunt, singuli *tantùm* pro rata obligantur. *num.* 211.

Hæc regula *etiam* in connubialibus Bonorum Sociis, *præprimis etiam* in Ducatu Würtembergico, *locum invenit. num.* 212. *& seq.*

In Contractibus *communis* Societatis gratia *ab* utroque Conjugum *celebratis*, de Jure Würtembergico, *ex parte Uxoris, tùm demùm* alterius *extranei* Curatoris consensus, *& si summa C. florenos excedat*, Judicis cognitio *requiritur, si* suspicio *adsit*, Uxorem vi metuve, *aut* dolosa Mariti persuasione, ad *talem* Contractum *fuisse* inductam. *num.* 214.

Ex sola Uxoris Renunciatione Jus communibus *seu amborum Contrahentium Conjugum* Creditoribus quæsitum non aufertur. *num.* 216.

Renunciatio Acquæstus Conjugalis eas *solùm* Uxores *ab executione* eximit, *quæ* in Obligationibus non *sunt* nominatæ. *num.* 217.

Si Maritus pecuniam *suæ fidei* administratoriæ commissam *Baccho, Veneri, vel simili* prodigali modo *consumpserit*, Uxor, *regulariter, exindè* non tenetur. *num.* 218. *& seq.*

Quando Uxor, unà cum Marito, cum tertio *bona fide* contrahit, *tunc*, licet Maritus pecuniam *exindè receptam postea* prodigaliter consumpserit, illa *tamen* pro parte dimidia *efficaciter* obstricta *manet. num.* 220.

Fœmina in bonis *sui* Curatoris, ne tunc *quidem* tacitam hypothecam *habet*

habet, quando ei pecuniam. *vel alias res*, dolosa ejusdem persuasione *ad hoc* inducta, mutuò dedit. *num.* 222. *& seqq. præprimis num.* 228. *&* 229.

In bonis privati Procuratoris, *vel* Negotiorum Gestoris, *itemque in bonis* necessarii *alienorum bonorum* Administratoris, *in specie* Mutorum, Prodigorum, Surdorum, *&* similium personarum Curatoris, *nec non* Curatoris bonorum absentis, ab hostibus capti, Partûs in utero materno *adhuc constituti*, Hæreditatis jacentis, *&c.* ne *quidem* Privilegium exigendi personale simplex *competit. num.* 224.

Ab hypotheca in bonis Administratorum Ecclesiæ, *Hospitalium, Civitatum, &c. singulariter concessa* ad alios Administratores, *nec* ex rationis paritate, arguere *licet. num.* 225.

Etiamsi *de* talibus *necessariis* Administratoribus, qui *in rebus suæ fidei concreditis* dolosè versati *sunt*, *quæstio sit. num.* 226.

Ne quidem in bonis Furum, *vel* Raptorum *jus taciti Pignoris cuiquam competit, num.* 227.

Subnectitur Sententia definitiva. *num.* 230.

CONSILIVM SEPTVAGESIMVM.

De Concursu Creditorum *exactissima Disquisitio*; *in quâ variæ ad materiam* de Obligationibus Uxorum pro Maritis *spectantes, potissimùm verò hæ*, in Praxi frequentissimè obviæ, Quæstiones: Quænam legitimæ; Uxoris pro Marito, Intercessionis, *tùm* in genere, *tùm* in specie, *si illa* pro Marito incarcerato, *vel* incarcerando *fiat, secundum Jus tàm Commune, quàm Würtembergicum, sint* Requisita? *Itemque*: A quibus Debitis Uxor, *per* Renunciationem Acquæstûs Connubialis, liberetur, *vel non*? *Nec non etiam hæc, cùm prioribus intimè connexa*, 2. Quænam Debita *verè* socialia, *vel* in communem totius Familiæ, *aut* Societatis *Bb. conjugalis* utilitatem, Gemeiner Haußhalttung zu guthem *contracta* dici *debeant? plenissimè & examussim pertractantur.*

Usuræ, *secundum* Jus, *tùm* Commune, *tùm* Würtembergicum, eôdem, cum Sorte, privilegiô *gaudent. num.* 5.

Fiscus, *ratione* canonis emphyteutici, *vel* publici censûs, *aut* publici Solarii (Boden-Zinses) *non minùs, quàm ratione* aliarum publicarum Pensionum, *Jure Communi*, omnibus hypothecariis, *licet* anteriorem hypothecam habentibus, Creditoribus præfertur. *num.* 7. *& seqq.*

Aliud *tamen* in Dominis directis privatis *obtinet. num.* 12.

Ad contraria *remissivè* respondetur. *num.* 10. *&* 11.

Monasteriis, Civitatibus, *&* Pagis ex Contractu emphyteuticô, *vel* simili *debitæ* præstationes, *in* Ducatu Würtemb. *ex authentica* Sereniſſimi *interpretatione*, absolutô Prælationis privilegiô *gaudent. num.* 13.

Hypotheca *tempore* prior, *regulariter, quoque* Jure potior *habetur. num.* 16.

Hypotheca publica, *ratione* Modi *illam constituendi talis*, præfertur privatæ, *licet antiquiori. num.* 16.

Etiam Jus prælationis, ex *solâ* Temporis prioritate *competens*, Privilegii nomen *in LL.* gerit. *num.* 18.

Uxor, uni *saltem* ex *obærati sui* Mariti Creditoribus, *unà cum Maritô*, in solidum obligata, reliquis haud obligatur. *num.* 18.

Proponitur, *omnem ferè hujus Consilii paginam occupans*, Quæstio: An, *in subſtratô*, Debitoris obærati Uxor, insuper habitâ Renunciatione Acquæstûs *conjugalis ab ipsa factâ*, ad Residuum debiti, pro quô Ipsa, unà cum suo Marito, se in solidum obligavit, eatenùs, quatenùs ad plenam ejusdem restitutionem propria Mariti bona non sufficiunt, exolvendum teneatur? *num.* 17. *& seq.*

Addu-

Adducuntur Rationes pro *sententiâ* negativâ. *à num.* 19. *ad num.* 60.

Primò, *quòd* maritus omnes *tres, ex quibus hoc Debitum enatum*, Contractus solus inierit. *num.* 19.

Maritus, ex suis contractibus, Uxorem *suam, quôvis modô, & pro lubitu* obligare *non potest. num.* 20.

Secundò, *quòd* Uxor, *ex hisce Contractibus*, nullam *neque* per se, *neque* quà Socia, utilitatem *perceperit, imò* ne rerum quidem *per eosdem* acquisitarum videndi copiam *habuerit. num.* 21.

An ejusmodi Debitum *verè* sociale, *vel* in communem conjugalis Societatis utilitatem *contractum, nihilominùs* dici *queat*? *num.* 12.

Tertiò, *quòd omnis, in proposito*, ab Uxore, *pro Maritô, ratione hujus Debiti*, suscepta Obligatio in speciem, *tùm* ex capite coactionis, *tùm & aliis* ex causis *invalidæ, & ipso jure* nullius pro Maritô Intercessionis, *in effectu, incidere videatur. num.* 23. *& sqq.*

Quanam Requisita ad *inducendam* validam Uxoris pro suo Maritô, *vel* simultaneam *ejusdem* cum Marito obligationem, *de* Jure Würtembergico *sint necessaria? num.* 23.

An, aliquô *saltem illorum* Requisitorum deficiente, obligatio *eapropter*, semper, *&* omni casu, *in totum sit* nulla? *num.* 23.

Violenta consensûs Uxoris *in contractum, à Marito ineundum, vel initum*, Extorsio *omnem ab illa factam* promissionem, *vel prorsùs* nullam, *vel ad minimum* periculo rescissionis obnoxiam reddit. *num.* 25.

An *ad istum effectum, ut etiam* Uxor ex contractu, quem *ipsa* unà cum Marito iniit, *efficaciter* conveniri *queat*, Versionis *in communem familiæ utilitatem* probatio necessaria *sit*? *num.* 26. *& sqq.*

An conjugalis bonorum Societas excludat beneficium Sc̃ti Vellejani? *num.* 27.

In investigandâ cujusvis Contractûs *tùm naturâ, tùm efficaciâ, ejusdem* initium *primariò* respici *debet. num.* 31.

Quarta Ratio, *pro Uxore hîc allegata*: *Quòd* prætensa Beneficii novæ Constitutionis *in Auth. Siqua mulier &c.* ad baculum judiciarium, durch Angloben an aydes statt / loco jurisjurandi *ab Uxore facta* Renunciatio *hactenùs* nondùm satis *videatur* probata. *num.* 32. *usque ad num.* 42.

Renunciatio *modo dicti Beneficii de* Jure Communi, *per* corporalis Jurisjurandi præstationem, *fieri debet. num.* 33. *&* 41.

Hinc, eô jure, non sufficit, *Uxorem* sub fide Christianâ, an Eydes statt / promittere, *quòd ipsa* Creditori de propriis facultatibus satisfacere *velit. num.* 34.

In Ducatu Würtembergico *sola* ad Baculum Judicii, locô jurisjurandi, *facta* promissio, *ad dictum effectum*, sufficiens *est. num.* 35. *&* 42.

Etiam multoties reiterata *Uxoris pro Maritô* Intercessio, ob defectum *corporalis* Jurisjurandi, Jure novô, *pro* nullâ *& invalidâ* habetur. *num.* 37.

Multi Uxorem, *se* cum suo Marito, *in unô eodemque instrumentô*, correaliter obligantem, ne *tunc* quidem, *quando*, pecuniam in ipsius præsentiâ Marito verè numeratam *esse*, probari *potest*, obligatam *existimant*; nisi simùl *ejusdem pecuniæ* in rem uxoris, *vel illius* Liberorum utilitatem *facta* versio demonstrari *possit. num.* 38. *& seqq.*

Etiamsi Uxor publica Mercatrix *esset. num.* 39.

Quinta Ratio: *Quòd* Uxor suum, *contra* damnosos *& inconsultos* Mariti Contractus, dissensum, multoties, *apertissimè* contestata *fuerit. num.* 43. *usque ad num.* 47.

Nemo *ex Condominis, vel Sociis*, in re communi, invitô alterô, aliquid facere *potest. num.* 44.

Contradictio unius Socii majorem vim *habet, quàm* plurium Concessio. *num.* 45.

Semper conditio Prohibentis, *præ cæteris*, melior *existimatur. num.* 46.

An *hæc doctrina* etiam inter Conjuges, quoad bonorum societatem, *locum obtineat? num.* 47.

Aliud *est* tacere, *&* aliud expressè contradicere. *ibid.*

Sexta Ratio: *Quòd etiam*, Uxorem, pro debitis, per solius Mariti *summè improvidam, omniumque judicio damnosissimam negotiationem, atque ità vel maximè per* latam *illius* Culpam contractis, obstringi *debere, ipsi* Æquitati *admodùm* inconveniens *videatur. num.* 48.

Septima Ratio: *Quòd* Maritus omnem *ex mododicta negotiatione, subinde, redactam* pecuniam *semper* penes se solum retinuerit, eamque, *per plures quandoque menses domo suâ* absens, ludendo, heluandoque, solus *iterùm* consumserit. *num.* 49. *ad num.* 54.

Æs alienum, per periculosam, *omniumque prudentum judiciô* damnosam Mariti negotiationem, contra Vxoris *&* *Amicorum* dehortationem, prætensivè *tamen* in *communem* Societatis utilitatem *contractum, an* pro Debito sociali haberi possit? *num.* 50. *&* *sqq.*

Maritus *princeps, &* principalis *totius* familiæ administrator, *itemque conjugalis* bonorum Societatis administrationi *quasi* præpositus *habetur. num.* 51.

An *idem*, modô proximè notatô contrahendo, *vel negotiando*, præpositionis suæ limites *debitè* observasse *dici queat? num.* 51. *&* 53.

Maritus pecuniam ex Contractibus, in *communem* Societatis utilitatem *initis, redactam*, ludendo, *heluando, vel* simili modo *consumens, utrum* Creditori, *vel potiùs* Sociæ Vxori noceat? *num.* 52.

Octava Ratio: *Quòd, suppositâ quoque Obligationis, de qua hîc quæritur, validitate*, Vxor *tamen non in solidum; sed* duntaxat pro rata sociali obstricta *videatur. num.* 54. *usque ad num.* 60.

Si plures Socii *cum extraneô* simul contrahant, *tunc* singuli *duntaxat* pro ratâ tenentur. *num.* 55.

Idem *etiam*, inspectâ *tùm* Juris Communis, *tùm* Würtembergici *veritate*, quoad Conjuges bonorum socios, *obtinet. num.* 56. *&* *sq.*

Licet aliter *sentiat* Christophorus Besoldus. *num.* 57.

Quid si Vxor, *cum Marito*, sese in solidum obligaverit? *num.* 59.

Intercessio Vxoris pro Maritô, *regulariter*, ipsô jure *omnimodò* nulla est. *num.* 60.

Afferuntur *& præferuntur* Argumenta pro affirmativâ *superiùs adducta Quæstionis* decisione, *quòd nimirum obærati, de quô quæritur. Debitoris Uxor, insuper habitâ Acquæstûs conjugalis Renunciatione ab ipsâ factâ, ad exolvendum Debiti quæstionis plenum Residuum, de jure, tentatur, efficacissimè militantia. num.* 61. *usque ad num.* 251.

Horum *Primum, & sequentium quasi præparatorium est, quòd* hoc Debitum *à Marito statim sub initium Ipsius conjugii, sicque* eo tempore, quo tùm de ipsius in negotiando imperitia, *tùm* prodigalitate, *tùm erga nonnullos Juniorum Creditorum ex post demùm commissa* Fraudulentiâ, nemini adhucdùm constiterat, *isque* nullô *adhuc* ære alienô laboraverat, *atque adeò, minimùm* ex parte Creditoris, optimâ fide contractum *fuerit. num.* 61. *usque ad num.* 68.

Quando Creditor, tempore Contractûs, nondùm scivit, *vel scire potuit*, quòd Maritus *pecuniam, vel* rem *à se emptam*, malè collocaturus, *vel planè* dilapidaturus *sit, tunc nihilosecius* Vxorem, ex Mariti Contractibus, convenire *potest. num.* 66. *&* *seq.*

Dolus, *vel* Culpa Mariti, *ceu conjugalis bonorum Societatis Præpositi, justiùs* Vxori, *quàm* Creditori, bona fide, *in communem Societatis utilitatem, cum illô* contrahenti, imputatur. *num.* 67.

Quando Debitoris *in negotiandô* Imprudentia, Prodigalitas, *&* Fraudulentia,

dulentia, *etiam frequenter &* quotidiè cum ipsô conversantibus, ferò *demùm* innotuere, *tunc earundem* Ignorantia *ipsius* primo & extraneo Creditori nulli *prorsùs* præjudicio *esse potest. num.* 68.

Secundum *in eô consistit, quòd hoc* Debitum, *à Marito*, in utilitatem suæ lanionio-caupônariæ professionis, *sicque indubitatò* gemeiner Haußhaltung zum besten und vorstand/ *contractum, adeoque Debitum verè* sociale *sit. num.* 69. *usque ad num.* 107.

Vxor ex omnibus, à Marito, *Societatis bonorum conjugalis nomine*, gemeiner Haußhalttung zu nutzen/ *initis* Contractibus, *& quidem* ex primo *ipsorum* momento, *efficacissimè* obstringitur. *num.* 71.

Æs alienum Sociale, *ab utroque Conjugum solvendum, etiam jure Würtembergico, illud omne dicitur, quod* ex tali causâ *venit*, cujus commodum principale ipsi Societati cedit, & ad connubialem Acquæstum pertinet. *num.* 72. *& seqq.*

Ad hunc effectum, ut Debitum *dicatur* sociale, *non requiritur, ut* rebus, ex causâ talis Debiti *comparatis*, Vterque Conjugum, *constante conjugio*, æqualiter utatur, *vel* de illis *disponendi &* communiter negotiandi facultatem *consequatur. num.* 73. *& seq.*

Multò minùs *ad eundem* necessarium *est, ut* Contractus *vel negotium, in communem Societatis utilitatem directum, præcisè* in præsentiâ Vxoris ineatur. *num.* 75. *& seqq.*

Maritus suæ familiæ Princeps, *hujusque gratiâ contracta* conjugalis Bb. societatis Administrator *& quasi* Præfectus *est. num.* 76.

Hinc omne *illud, quod ipse* suâ operâ *&* industriâ acquirit, *etiam ejus* Vxori, *tàm* quoad dominium, *quàm* possessionem, pro parte indivisa, *confestim* acquiritur. *num.* 77.

Etiamsi Maritus (*Intellige* secundum Jus Würtembergicum.) *hujusmodi Contractus*, propriô nomine, *celebraverit, & aliquid, quod aliàs ad hanc Societatem pertinet, ex illis quæsiverit. num.* 78. *& seq.*

Hinc vicissim quoque Vxor ex ejusmodi Contractu, Ipsâ *licet illius planè* nesciâ *inito, nihilominùs alterius* Debitrix *efficitur*, & ad omne, *exindè proveniens*, Æs alienum, pro ratâ, *solvendum* obligatur *haud dubiè. num.* 80. *& seq.*

Ad constituendum Debitum Sociale *hoc solum sufficit, quòd* res ex illô acquisita utrique Conjugum, *confestim, tùm quà dominium, tùm quà possessionem*, communis *reddatur. num.* 82. *& seq.*

Tametsi Debitum *aliquod* invitâ & contradicente Vxore *contractum sit; tamen, dummodò illud* in communem Societatis utilitatem *sit factum, nihilominùs* pro Sociali habendum. *num.* 84.

Neque Creditor, *hoc casu*, Versionem *in rem & utilitatem communis Societatis* specificè demonstrare *tenetur. num.* 85. *& seqq.*

Æquè ac in *tali etiam* casu, *quando* Maritus *in communem quidem Societatis utilitatem contraxit; sed deindè* pecuniam, *&c. exindè receptam* heluando, *vel* aliter dilapidavit, Creditori *petenti, ut debitum illud ex communi acquæstu, vel ex aliis amborum Conjugum propriis bonis solvatur*, specifica Versionis probatio *pariter* nullatenùs incumbit. *num.* 86.

Dolus à *cujuscunque* Societatis quæstuariæ præfectô, in rebus *ipsius* administrationi *concreditis*, quomodocunque commissus, *potiùs* sociis præponentibus, *quàm illis, qui cum ipsô bona fide contraxerunt, & non saltem ipsius; sed etiam reliquorum Sociorum personas & bona communia in oculis habuerunt*, officere debet. *num.* 87.

Hæc doctrina *etiam* Conjugibus, *ceu* quæstuariis *bonorum* Sociis, applicatur *rectissimè. num.* 87.

Inutili & superfluâ Probatione nemo *est* onerandus. *num* 88.

Ad legitimandum Debitum Sociale *sufficit, si* Creditor probet, *Maritum* Societa-

Societatis causâ, *sive* in verisimilem ejus utilitatem, *pecuniam vel aliam* rem accepisse. *num.* 89.

Hinc etiam, si Maritus, Societatis causa, *as alienum contraxerit, licet* Eventus non responderit, *&* pro speratô Lucrô Damnum *indè* secutum *fuerit; tamen* Debitum *manet* sociale. *num.* 90.

Idque sive Casu fortuitô, *sive* Mariti imprudentiâ & culpâ *damnum illud acciderit. num.* 91.

Licet Ædes, quarum *comparandarum, vel noviter exstruendarum* gratia, Maritus *mutuam pecuniam accepit, mox iterum* in cineres redactæ *fuerint; tamen* pretium *pro illis debitum, vel* Mutuum *earum causâ contractum*, ab utroque Conjugum, solvi *ac restitui debet. num.* 92.

Idem dicendum, si Marito pecunia, *ex venditione rerum socialium redacta*, per furtum *vel* rapinam, *domi, vel foris, rursùs fuerit* ablata. *num.* 93.

In rem alterius Versum, *in jure, id omne dicitur, quod* in necessitatem, *vel* utilitatem *ipsius* expensum, comparatum, *vel* acceptum *est. num.* 94.

Tametsi res, *eo fine comparata*, posteà Casu perierit, *nec effectivè eò impensa vel consumpta probari possit. num.* 95.

Quibus casibus Procurator mandati *habet* actionem, *&* Negotiorum Gestor *actionem* negotiorum gestorum, *in illis etiam aliquid* in rem alterius Versum *esse rectissimè dicitur. num.* 96.

Tùm Procurator, *tùm* Negot. Gestor mododicta Remedia, *cum pleno effectu, sine dubio tunc* intendere *valent, quando* negotium, *ab ipsis*, ex necessitate *vel* utili ratione, *inchoatum & susceptum ostendi potest. num.* 97.

Si Oves, *vel aliæ pecudes*, communis quæstûs gratia, in Galliam, *ut ibi cariùs vendantur*, missæ, per Luem, *inter ejusmodi pecudes*, ibi grassantem, *intereant, totum illud* Damnum *utrique Conjugum* commune, *&* sociale *est. num.* 98.

Quandocunque Maritus, *conjugalis bonorum* Societatis causa, *seu in speratum* rei familiaris augmentum & commodum *debita contraxit*, pro iisdem *solvendis etiam* Uxor *ipsius est* obligata; *sive quaratur* de Societatis *hujus* necessitate, *sive* utilitate. *num.* 100.

Socius, circa negotia Societatis, *semper* mandatum, *ab alterô*, habere *jure intelligitur. num.* 101.

Sufficit, negotium, *ex quo tale Debitum sociale processit*, ex primâ Socii conjugalis intentione, utiliter gestum *esse, etiamsi* effectus *ei planè* non responderit. *num.* 102.

Etiam Statuta, *quibus* æris alieni, *durante* matrimonio, contracti, solutio utrique Conjugi imponitur, *ità passim DDres interpretantur, quòd, si quidem* Maritus in sui solius utilitatem *contraxerit*, Uxor *pro illo* haudquaquam *teneatur*; Sin *autem* Contractus *ab illo celebrati*, ex bona ipsius intentione, in communem Societatis utilitatem *fuerint* directi, *tunc* ambo *Conjuges* ex tali, *ceu* verè sociali, Debito obligentur *indubiè. num.* 103. *& seqq.*

Ad fundandum Debitum sociale *non sufficit*, Contractum *constante societate Bb. conjugali fuisse initum; sed & porrò requiritur, ut ille quoque* ratione communis utilitatis *fuerit initus. num.* 104.

Omne Damnum, *quod* ex causâ Societatis, *&* Juris maritalis *accidit*, commune *est. num.* 105.

Etiam Jure Würtembergico Uxor, *ex* contractibus Mariti socialibus, *statim*, pro parte dimidia, *efficaciter* obligatur. *num.* 106.

Tertium, *proximè præcedentis consecutivum*, Argumentum *est, quòd, quia* Uxor Debitoris *in fallitato, unà cum suo speciali Curatore, debitum sociale quæstionis solvere ex annuo intervallo, promiserit*, illa, ad dimidiam ejusdem solutionem, *etiam* ex titulô Constituti, *& quidem hactenùs* Debiti proprii, *validissimè Creditori sit* obligata. *num.* 107. *usque ad num.* 115.

Uxor, *cum Marito*, sua propria Debita *solvere promittens*, pro suô Maritô interceſſiſſe *dici haud poteſt. num.* 108.

Debita ſocialia, *pro parte dimidia*, Uxoris ſunt propria. *num.* 108.

Etiam Mulieres de Conſtituto *tenentur*, ſi non interceſſerint. *num.* 109.

Quando Fœmina *ſuum* proprium Debitum conſtituit, *tunc neque* Senatusconſulti Vellejani, *neque* novæ Conſtitutionis *diſpoſitio locum obtinet. num.* 110.

Idem dicendum, *ſi illa* prima *quidem* facie alienam, *in* rei *tamen* Veritate ſuam *propriam* Obligationem *ſuſcipiat. num.* 111.

Si Maritus *&* Uxor, ob talem rem, mutuam *recipiant* pecuniam ex quâ *ſi Creditor pecuniam non dediſſet*, majus damnum ipſa Mulier paſſura fuerat, Scto Vellejano nullus *eſt* locus. *num.* 112.

Sin *autem* in aliquam *v. g.* emtionem *mutua pecunia accipiatur*, *tunc ſolùm* pro dimidia Uxoris parte *ejus ſanctio* ceſſat. *num.* 112.

Quando Mulier mandati actione *obligata eſt*, *tunc* in rem ſuam obligari *videtur*, *& propterea* excluditur. *num.* 113.

Quoad Debita *verè* ſocialia, à ſolo *quantumvis* Marito, contracta, Uxor neque Sti Vellejani, *neque* Novæ Conſtitutionis beneficio *juvatur. num.* 114.

Quartum, *in ſubſtratô*, *pro Creditore*, *militans* Argumentum *eſt*, *quòd ad fundandum* Debiti Socialis Conſtitutum, *ex parte Uxoris*, nec alterius *ſpecialis* Curatoris adhibitio, neque jurata, *vera*, *vel quaſi* Sti Vellejani, *aut* Beneficii Novæ Conſtitutionis Renunciatio neceſſaria; *ſed ſolius Mariti & Uxoris conſenſus ad iſtum effectum ſufficiens ſit. num.* 115. *usque ad num* 134.

Quando Maritus & Uxor ſimùl *cum aliquo tertiô* contrahunt, tunc *illa*, *regulariter*, *etiam ſecundum* Jus Würtembergicum, nullo *aliô* Curatore opus *habet. num.* 116. *& ſeqq.*

Si ſumma C. florenos excedat, *&* *ſimùl* ſuſpicio *adſit*, Uxorem, vi metuve, *aut* dolosâ Mariti perſuaſione, *ad Contractum* inductam *eſſe*, *tunc* iſto jure, *non ſaltem* alterius Curatoris Conſenſus; *ſed etiam* Judicis cognitio *requiritur. num.* 116. *& ſeqq.*

Quibus caſibus, Maritus, *ad dictos Effectus*, *habeatur* ſuſpectus? *n.* 117.

Argumentum à Contrario, *in Legum & Statutorum interpretatione*, *eſt* efficaciſſimum. *num.* 118.

Exceptio ſupponit *&* firmat Regulam *in contrarium. num.* 118.

Maritus in Foro *tùm* Saxonico, *tùm* Würtembergico, legitimus Uxoris *non ſaltem* Curator; *ſed & univerſorum* illius bonorum (*exceptis receptitiis*) Adminiſtrator *eſt. num.* 119.

Vxor *ad ſolvendum* æs alienum ſociale, *à ſe & Marito contractum*, *tenetur*; tametſi ipſa nullum alium *adhibuerit* Curatorem. *num.* 120.

De Statuto, Curatoris conſenſum *in* Contractibus Mulierum requirente, *communis* Practicorum traditio *hæc eſt*, *quòd* Maritata, *quando non cum Marito*, *neque in ejus commodum contrahit*; *ſed* cum extraneo, aliô Curatore non opus *habeat*; *ſed* ſolius Mariti conſenſus *ſufficiat. num.* 122.

Ubi nulla *eſt* Mulieris Interceſſio, *ibi* nulla *quoque* Sti Vellejani, *vel* Beneficii novæ Conſtitutionis Renunciatio pedem figere, *nedùm* exigi *poteſt. num.* 123. *in fine. junctô. num.* 130.

Non-entis nulla *ſunt* Accidentia, *nullæ* Affectiones. *num.* 124.

Ut Uxor jurato, *vel*, *in terris VVürtemberg.* locô Jurisjurandi, *ad baculum Judicii*, factâ promiſſione, Beneficio Novæ Conſtitutionis *in Authentica*, *Si qua mulier. Cod. ad Sct. Vell.* renunciare *neceſſe habeat*, oportet, ut ipſa, pro ſuô Maritô, verè interceſſerit, *ſicque* pro ipius ſolius propriô Debitô, ſe, *vel ſua* bona obligaverit. *num.* 125.

Quando Uxor *ad* ſui proprii, *ſeu talis* Debiti, *ad quod* Ipſa, *vel* Sola, *vel*

vel, tanquàm Socia, pro rata, *v. g. dimidia, tenetur*, solutionem *sese obstringit, tunc, ut* omnis Interceſſio *totaliter* exulat; *ità etiam* Beneficium novæ Constitutionis, *ceu notoriè solas pro Maritô, solitariè obligatô, factas Interceſſiones pro objectô habens, similiter* exulat, *& dehinc quoque ejus* Renunciatio *planè Domitiana &* ridicula *est. num.* 126.

Id, quod non est, nullam *quoque recipit* affectionem. *num.* 127.

Quando ambo Conjuges, in *connubialis* Societatis utilitatem, simùl cum tertio contrahunt, *tunc etiam* uterque *ad illud solvendum* æqualiter obligatur. *num.* 129.

Neque Beneficium Scti Vellejani, *aut* Novæ Constitutionis *hîc aliquid* operari *potest. num.* 130.

Ad cessationem *tùm* Scti Vellejani, *tùm sæpius allegatæ* Novæ Constitutionis Beneficii *nihil refert, sive* Uxor, ab initio *statim*, cum *suo* Marito, unà & simùl, *cum Tertio* contrahat, *& exindè* obligetur; *sive* ex Contractu, à solo *quidem* Marito; *sed* in communem *Societatis* utilitatem, *cum Tertio*, inito, *juxta Societatis bonorum conjugalis naturam, quam etiam de Jure VVürtemberg. habet*, illicò obligata, *unà cum Marito*, per speciale Constitutum, *ex aliquo intervallo*, sese *porrò* obstringat. *num.* 131. *& seqq.*

Prætor, dùm, *Edicto suo*, Constituta *consensu facta* custodit, naturali Æquitati favere *verissimè dicitur. num.* 133.

Fidem *alteri datam* fallere grave *reputat Prætor. num.* 133.

Quintum *affirmativæ Decisionis* Argumentum *hoc constituit, quòd*, per *superiùs relatum solennissimum Debiti quæstionis* Constitutum, uterque Conjugum *adeò* pecuniæ constitutæ Reum sese fecerit, *ut non solùm* Maritus; *sed etiam* Uxor, *non obstante Acquæstuum ab ipsa facta Renunciatione, vel* actione empti venditi, *vel* de constitutâ pecuniâ, *efficaciter* conveniri queat. *num.* 134. *usque ad num.* 157.

Hac Juris doctrina, quòd Uxor, Acquæstui connubiali, suique Mariti Hæreditati, *& exindè sibi debitæ* Portioni Statutariæ renuntiando, *se* ab ære sociali eximere *valeat*, in *omnibus his* casibus, *ubi* Uxor *vel* sola, *puta sine Marito; veruntamen cum alterius legitimè constituti* Curatoris *consensu, vel* unà cum Marito, *vel* simpliciter, *vel* in solidum, (*modò non* pro Marito) *sese alteri* obligavit, officium *suum* perdit. *num.* 138. *& seqq.*

Creditoribus Uxoris jus *semel legitimè*, contra illam, quæsitum, ex sola *illius* Renunciatione, invitis *haudquaquàm* auferri *potest. num.* 141.

Sicut ab initio *omnes* Contractus liberæ *sunt* voluntatis; *ità illi*, ex postfacto *ejus* necessitatis *sunt, ut obligationi ex illis contractæ*, invito Creditore, renuntiare *possit nemo. num.* 142.

Novum non est, ut, quæ semel utiliter constituta *sunt*, licet casus subsequatur, à quo *ista* initium capere haud potuissent, nihilominùs durent. *num.* 143.

Quando Uxor, se, *unà cum suo Maritô*, in Instrumentô debendi nominari, *passa est, tunc* Renunciatio *conjugalium lucrorum* ab Obligatione *& executione ipsam* non liberat. *num.* 144.

Mulier non *gaudet* Scto Vellejano, *quando se* obligat in rem propriam. *num.* 145.

Nec *etiam, quando* se obligat in rem communem, *quam* sua interest totam conservari. *num.* 145.

Quod ità Commune *est*, quodammodò meum *dici potest. ibid.*

Modò adducta *Juris* definitio *etiam* in Forô Würtembergicô, *absque dubitatione, locum sortitur. num.* 146.

Textus Juris Provinc. Würtemb. *in* Part. I. Tit. 76. §. Nicht weniger. *de qualibus casibus veniat exaudiendus? num.* 147.

Hujus generis statutariæ dispositiones, *quòd nimirum* Renuntiatio Acquæstûs Conjugalis Uxorem ab iis *saltem socialibus* Debitis immunem *præstet*, in

in quæ ipsa, *vel* sola, *vel* cum Marito, specialiter non consensit, *etiam in* Palatinatu, Comitatu Solmensi, *&* Civitate Francofurtana *similiter obtinent. num.* 146.

Si Uxor *se non statim cum Maritô obligaverit; sed demùm* post aliquot menses, *vel* annos, ad instantiam Creditoris, Mariti facultates suspectas habentis, *pro* Debito maritali *clanculariè contracto, sese obstringat, tuncipsam* Creditoris talis fraude inductam *hoc feciſſe* præsumendum, *ac propterea* ad beneficium Scti Vellejani, & Novæ Constitutionis, *vel, si huic renuntiaverit, ad* Restitutionem in integrum *admittendam esse, rectè statuit Gryvellus. num.* 149.

Inter hunc *tamen*, *&* subſtratum Casum *non unum, neque exigui momenti* discrimen *intercedere, eaque de causa* ab unô ad alterum concludi non posse, *operosè ostenditur. num.* 150. *usque ad num.* 156.

Quæ in omnium oculis *&* palàm, *imò* cum publici Officialis, *&* totius Judicii *syncerâ & candidâ* approbatione, *peracta sunt, regulariter, nullam* fraudis *vel* doli suspicionem *admittunt. num.* 152.

Creditor *ab* initio solius Mariti fidem *secutus, si dein* hujus facultates suspectas habens, post aliquot *demùm* annos, Uxorem *sibi adhuc* obligari *velit, id* versus Maritum, *eo animo, ut* Uxorem beneficio Consuetudinis *& futuræ* Renunciationis excluderet, procurâsse *censetur. num.* 153.

A diversis mala *fit* illatio. *num.* 155.

Sextum *affirmativæ decisionis* Argumentum *hoc est, quòd* sæpememorata Uxoris pro Debito *Q.* Obligatio *etiam in vim* veræ *&* legitimæ Intercessionis pro Marito *validissimè propugnari possit. num.* 157. *usque ad num.* 207.

Idque tùm ex hâc *omnium* palmariâ ratione, *quòd ipsa* hanc, *juxta sapiùs dicta, pro parte socialem*, Obligationem *non nisi* de *sibi competentibus*, Vellejani *nimirum* Sti, *&* Novæ Constitutionis, beneficiis *sufficientissimè* certiorata, *&* sub prævià, per Promissionem, locô Juri-jurandi, ad baculum judiciarium, mit Angloben an Eydes statt! *factâ horum* solenni Renunciatione, *liberô* animô *& consensu*, in solidum *subierit. num.* 165. *& seqq.*

Tùm ex hisce ulteriùs in Facto concurrentibus, *istam* primam *Rationem multùm* roborantibus, *summi ponderis Circumstantiis, quòd videlicet hoc ipsum* (1) cum alterius *legitimè constituti* Curatoris specifico consensu; (2.) sub *Ipsius* Serenissimi Principis, *ejusdemque* jurati Præfecti, *& porrò alterius inferioris Officialis, seu* Sub-Præfecti, Raisigen Schultheissen / totiusque Judicii, plenissimè *& exactè* de omnibus informatorum, *respectivè clementissima* concessione, authoritate & approbatione *peractum*; *& in majorem horum omnium fidem* (3) à publico Judicii Actuario, ad simultaneam Utriusque Conjugis, in scriptis *factam*, rogationem, *solenne &* publicum Instrumentum *desuper* confectum; *hocque ipsum* (4.) præter Loci Præfectum, *&* Sub-Præfectum, duosque Consules, *non solùm* à Marito; *sed & ipsâ* Uxore, *ejusdemque* Curatore dativo, *specialiter* subscriptum *fuerit. num.* 158. *& seqq.*

Quando Conjuges mutuam pecuniam *eô fine* accipiunt, ut æs alienum Mariti proprium *exindè* solvatur, *simùlque in* unô eodemque instrumentô, *vel* simpliciter, *vel* singuli in solidum *ad restitutionem ejus* sese obligant, *tunc* solus Maritus *exindè obligatur*; Uxoris *verò* obligatio *ipsô jure* nulla *est. num.* 168.

Uxor, *in talibus terminis*, contra *expressam tùm* Juris communis, *tùm* Würtembergici dispositionem, verè intercedit, *& per consequens* tale Debitum ex solius Mariti facultatibus *solvendum. num.* 169. *& seqq.*

Quando Uxor, *vel* unà cum suo Maritô, *in eodem instrumento*, pro Debito solum Maritum concernente, mediante corporali Jurejurando, *vel, juxta consuetudinem loci*, Promissione ad baculum judiciarium, *se* in solidum obligat, *vel* sola, *in* singulari *aliquo* instrumento, simili modô, *seu* fidejubendo, *seu* constituendo, *seu* expromittendo, se *vel sua* bona *sub* dicto vinculo,

vinculo, *ejus gratia* devincit, *tunc neque* exceptio Sc̃ti Vellejani, *vel similis, neque* Nullitatis *Uxori competit. num.* 172.

Non quidem inspectô Jure Justinianeô; *Attamen* Canonicô & Usu forensi. *num.* 173. *& sq.*

Idem dicendum, quando Uxor *non quidem in specie Beneficio Vellejani Sc̃ti, & Authenticæ, Si qua mulier. Sed tamen* in genere omni Legum auxilio, allen Weiblichen Behelffen / *vel etiam de illis* non satis admonita, *seu* cerciorata, *mediante* Juramento, *vel* loco illius factâ *Promissione*, renunciavit. *num.* 175. *& seq.*

Si ad excludendum, *tùm* Sc̃ti Vellejani, *tùm* Novæ Constitutionis, *Beneficium, sola Uxoris, pro Marito*, mediante Juramento, *vel alia ejusdem* vices explente Promissione, *in genere facta* Intercessio *sufficit, tunc multo magis tàm specialis &* tot prægnantissimis, *quales in Casu substrato, juxta præcedd. num.* 158. *& seqq. occurrunt*, circumstantiis vallata Intercessio *ad dictum effectum* sufficiens *erit. num.* 177.

Renuntiatio *Sc̃ti Vellejani & Beneficii novæ Constitutionis* ab Uxore, *vel* per *suum* Curatorem præsentem, *vel* Judicii Actuarium *satis* certioratâ, sub præstatione & promissione fidei, loco Jurisjurandi, mit Angloben an eines leiblichen oder geschwohrnen Aydes statt an den Gerichts-Stab / *facta eundem* in foro Würtembergico *producit effectum, quem* de Jure Communi corporalis & solennis Juramenti præstatio. *num.* 179.

Simultaneus omnium & singularum, *num.* 158. *& seqq. descriptarum*, Circumstantiarum *in substratô* Concursus, *ex Actis, speciatim &* distinctè ostenditur *ad num.* 180. *usque ad num.* 188.

Instrumentum *sub Ipsius Serenissimi* Principis, *duorumque* juratorum Officialium, *&* totius Judicii *autoritate, directione, atque approbatione, ab æquè* jurato Judicii Actuario *confectum*, omnium maximè *& justissimè pro* publico & solenni Instrumento *habetur. num.* 189.

Etiam in terris VVürtembergicis Grammatei & Actuarii *non minùs, quàm publici* Tabelliones, *seu Cæsarei Notarii*, publica Instrumenta conficere *valent. num.* 190.

Hodiè plerumque ad Instrumenta publica *conficienda constituuntur* Personæ publicæ juratæ, die geschwohrne Stadt- und Ampt-Schreiber. *ibid.*

Pro Instrumentô publicô *tamdiu* Veritatis *militat* præsumtio, donec contrarium *legitimè* probetur. *num.* 191.

Uxor, Debiti socialis *solutionem*, in solidum, *sive* cum Marito, *sive* Sola, *promittens, in casu, si Mariti bona non sufficiant*, etiam ultra socialem dimidiam *tenetur. num.* 192.

Instrumentum, *ab aliquo* recognitum, plenam, *adversus ipsum*, fidem *meretur, illudque* producens *suam intentionem* plenariè probasse *dicitur. num.* 193.

Tale Instrumentum etiam mortuis testibus *subsistit*, nec de fide *& veritate* ejus *ampliùs* dubitare *licet. num.* 194.

Scriptura recognita *pro* Instrumento publico *haberi debet. num.* 195.

Instrumentum publicum *dicitur* Probatio probata, *&* non demùm probanda. *num.* 196.

Item Veritas evidens, Probatio notoria, nulla ulteriore indigens discussione. *num.* 197.

Ad Exceptiones Vis & Metûs, *itemque* omissæ *tùm præambulæ Uxoris* Certiorationis, *tùm etiam Ipsiusmet* loco jurisjurandi, ad baculum judicii, *& coram* totô Judicio *faciendæ* Promissionis, *à Debitoris Uxore propositas, incidenter, maximam tamen partem* remissivè, respondetur. *num.* 199. *usque ad num.* 207.

Ad publici, *præsertim pluribus* aliis adminiculis suffulti, Instrumenti plenam, *quam facit*, fidem convellendam *hujus generis* Testimonia, *si videlicet*

delicet Testes dicant: Sie können sich nimmer erinnern/ seye schon Neun Jahr/ seit daß dises geschehen: Er könne nicht so lang gedencken/ *nullatenùs sufficiunt. num.* 206.

Ut Testium depositiones adversus Instrumentum publicum *fidem mereantur, oportet, ut illæ* contentis Instrumenti, *ceu* apertò falsis *&* in rei veritate nullatenùs fundatis, positivè, concludenter, necessariò, *atque* indubitanter contradicant. *num.* 206.

Septimum *contra Debitoris Uxorem, in substrato, militans* Argumentum *est, quòd, si ipsa Debiti quæstionis solutionem non* in solidum *in suam quoque personam recepisset*, ipsa *sine dubio*, ex jamjam contra suum Maritum, ratione *ipsius hujus Debiti*, decretâ executione & incarceratione, longè majus Incommodum & Detrimentum, in re familiari, passura *fuisset. num.* 207. *usque ad num.* 214.

Fœmina, *licet pro solutione* Debiti Socialis *sese* expressè in solidum *obliget*; *tamen, regulariter*, pro parte *solummodò* dimidia, *cum effectu, tenetur*; quoad alteram *verò sine dubio gaudet* beneficio Scti Vellejani. *num.* 207. *& seq.*

Aliud *dicendum, si* se obliget in rem communem, quam etiam sua interest totam conservari. *num.* 208.

Veritas Septimi *hujus* argumenti, quoad hypothesin, ex Actis *probatur & dilucidatur. num.* 209. *& seqq.*

Carcer, *omnium judicio*, mala *est* mansio. *num.* 211.

Quando Uxor, in causâ Societatis, ex aliquâ rei familiaris Necessitate, *se, cum, nô Maritô* in solidum *obligat, & quidem in tali Familiæ statu, ut*, si ipsa hoc non fecisset, majus Damnum exindè passura fuisset, *tunc etiam ipsa Creditori* in Solidum *cum effectu tenetur*, neque *vel* beneficio Scti, *vel* Novæ Constitutionis *in talibus terminis, locus patescit. num.* 212. *& seq.*

Adducuntur *hanc in rem* duo Exempla. *num.* 212.

Octavum Argumentum, *quod ex præcedenti Septimo nonnihil specialiùs formatum, in eo consistit, quòd ex hac ipsa Uxoris pro Marito Debitore, in solidum facta, Intercessione* triplex *è contra* Emolumentum, *nempe* (1) Liberatio Mariti ab incommodo, *adversus ipsum* ad peram & saccum usque *jamjam* decretæ, Executionis; (2.) Redemtio ejusdem *ab illi pariter, ad solutionem ultimi oboli usque, jamjam intentatæ* diuturnæ, *& non sine* maximô *tùm* Uxoris, *tùm* utriusque Conjugum familiæ existimationis detrimento, *perferendæ*, Incarcerationis *haud postremâ* Ignominiâ; *denique* (3.) Saluberrima, *aliàs certò pertimescendæ ipsorum, tùm temporis vixdùm cœptæ*, Oeconomiæ *&* Lanionio-Cauponariæ Negotiationis, *totalis &* omnimodæ Ruinæ Aversio *ad ipsam evidentissimè redundaverit. num.* 214. *usque ad num.* 222.

Debitor, *Jure tùm Communi, tùm VVürtemb. regulariter, tamdiu* in Carcere detinetur, donec solvat, *vel* bonis cedat. *num.* 216.

Adducitur, pro firmamento Octavi Argum. notabile Dnn. Jctorum Jenensium Præjudicium, *quô* Uxor, *quæ in terminis non adeò urgentibus*, Creditoribus Mariti, ne fama ipsius periclitaretur, & Executio in ipsius bona fieret, *indemnitatem his formalibus promiserat*: Die Kirche *(scil. Creditrix)* solte bey ihrem Mann nicht zu kurtz kommen; Sie wolte es lieber Selbsten missen/ *hôc insuper habitô, quòd illa* Beneficiis sibi competentibus, *neque* in genere, *neque* in specie *renuntiaverit*; *tamen* à beneficio Scti Vellej. & Novæ Constitutionis prorsùs excluſa, *&* Ecclesia Creditrix, ipsi, *etiam* ratione dotis, *& exindè acquisitæ* antiquioris hypothecæ, *in bonis Mariti*, prælata *fuit. num.* 218. *& seqq.*

Si Fœmina, ne ipsius Pater *à Judice condemnatus*, propter solutionem, vexetur, *aliquid liberaliter v. g.* promittendo, solvendo, *&c. pro illo fecerit, illa* Senatusconsulto Vellejano *pariter* tuta non erit, *num.* 220. *junctis num.* 222.

Si etiam Uxor *sui* Mariti debitum *ideò suscipiat*, ne *etiam* Maritus, propter illud, vexetur, idem *multo magis* obtinere *censendum est. num.* 220. *& seqq.*

Inter Maritum & Uxorem major, *quàm* inter Patrem & Filiam, affectio *præsumitur. num.* 221.

Notatur aliud supremi Parisiorum Senatûs Arrestum, *quô Ille*, ob cautionem ab Uxore apud Acta, Judicio sisti, pro Maritô, *eapropter* à Carceris molestiis *liberatô*, *præstitam*, Senatusconsulti Vellejani apices *pariter exulare jussit. num.* 222.

Notum, *ad Beneficium tùm Scti Vellej. tùm Novæ Constitutionis, in proposito, excludendum faciens*, Argum. *hoc est, quòd hæc ipsa* Uxoris, pro suo Maritô *seu* jam incarceratô, *seu mox* incarcerandô *facta* Intercessio, *licet* nullo Juramenti, *vel huic æquivalentis* Promissionis, *& sub illis facta* utriusque Muliebris beneficii Renunciationis, *vel præviæ eorundem* Certiorationis, *firmamentô* roborata *sit*, *tamen à DDbus pro* irretractabili *communiter* habeatur. *num.* 223. *usque ad num.* 238.

Ad proximè notatum effectum nihil refert, *sive* Uxor pro Marito, *jam* incarcerato, *sive*, *juxta tenorem* suæ Obligationis *& naturam* Instrumenti guarentigiati, *sive in consequentiam jam latæ* Sententiæ condemnatoriæ, *sive talis à Principe profecti* Rescripti, *quô vel parata Solutio, vel tamdiu duratura Incarceratio, donec illa sequatur, Marito imponitur*, mox incarcerando, *se ipsam, vel sua bona obstringat. num.* 224. *& seq.*

Idem *dicendum, si ipsa solutionem, licet intercedendo, eô fine promiserit, ut* Honor Mariti, *vel* utriusque Conjugis *sartus tectus præstetur. num.* 225. *in fine.*

Adducuntur Rationes hujus juris. *num.* 226. *& sqq.*

Hujusmodi Intercessio *concernit* Pietatem, Marito, ab Uxore, *vi individuæ vitæ consuetudinis*, debitam. *num.* 227.

Ob hanc *etiam* alia Beneficia Mulieribus *indulta* cessant. *ibid.*

Hinc eandem quoque DDres, non malè, piam, *imò etiam* piissimam *passim appellant. num.* 228.

Hinc quoque, eandem ob causam, Alienatio fundi dotalis, *contra ordinariam Juris regulam, permissa est. num.* 228.

Intercessio Uxoris pro *suo* Marito incarcerato, *vel* incarcerando, *non ex planè Voluntariâ*; *sed* ex apertissimè necessariâ Causâ *provenire censetur. num.* 229.

Tales Causæ *similiter omnem* Muliebribus Beneficiis locum præcludunt. *num.* 229.

Idem dicendum, si Uxor pro aliquô aliô suorum Necessariorum è vinculis liberando *sese obligaverit. num.* 230.

Maritum, in carcere detentum, alendi necessitas, *cessantibus omnibus muliebribus Beneficiis*, Uxori incumbit. *num.* 230.

Licet Uxor ad intercedendum pro Marito, *utut* carceri mancipato, invita *cogi nequeat*; *si tamen de facto sic intercesserit, tunc exindè pronatam sui Obligationem, nec* Senatusconsulti, *nec* novæ Constitutionis *auxilio convellere potest. num.* 231.

Causa pro Marito incarcerato, *vel* incarcerando intercedendi *non tàm aliena, quàm ipsiusmet* Uxoris *intercedentis* propria *censetur. num.* 233.

Sicuti Alienatio fundi dotalis, *itemque* Fideicommissi, etiam familiæ, pro Marito *tùm* ex hostibus *redimendo*, *tùm* ex Carcere *liberando*, *contra Regulam Juris*, valida *est*: *Ità quoque* Intercessio *ab Uxore* ex eadem causâ *facta non minùs* firma *censeri debet. num.* 234. *& seq.*

Tametsi in Contractu pro liberatione Mariti incarcerati, *vel* incarcerandi, *ab Uxore initô*, Solennitates, per Statutaria Locorum Jura, *aliàs in Mulierum Contractibus* observatu necessariæ, adhibitæ haud fuerint; *iste tamen,*

men, ex causa, propter quam celebratus est, favore, nihilominùs subsistit. num. 236. *& seqq.*

Etsi Filiusfamiliâs, ex formâ Statuti, *obligari non possit* sine Patris consensu; *ejus tamen* Obligatio *nihilominùs sustinetur, si* pro Patre è carceribus liberando *subeatur. num.* 237.

Si debitum pro utriusque Sustentatione *contractum fuerit*, Uxor, *ad illud exolvendum*, fundum dotalem alienare *benè potest. num.* 238.

Decimum, *proximè præcedentium multùm confirmatorium*, Argumentum *in hoc positum est, quòd hac ipsa, de qua quæstio est*, Uxoris pro Marito à Carceris molestiis liberando Intercessio *ulteriùs* (1.) ad *enixum ejus* Matris, *in ipso* actu Intercessionis præsentis, consilium; (2) ad *specialem* Præfecti in loco informationem; *itemque* (3.) ad præambulam, *tùm* materni, *tùm* proprii Curatoris *ad litem, sub hisce specialissimis formalibus:* Daß / wann Sie sich einmahl zu diser Schuld bekenne / Sie solche alßdann bezahlen helffen müsse / plusquàm decies factam seriam Dehortationem & Certiorationem; (4) coram juratô *Actuarii* Substituto; (5) mediante Promissione loco Jurisjurandi, *& quidem* (6) *adeò* maturato proposito facta *fuerit, ut, quamvis ipsa eandem facere* diu ante tergiversata *fuerit; tandem tamen, Matris potissimùm persuasione, reique necessitate commota*, sciens lubensque *in eandem non saltem de facto* consenserit; *verùm etiam* (7) *modo dictum* Actuarii substitutum, *una cum Marito sollicitè* rogaverit, *ut* ipsorum nomine Libellum supplicem, *quô mediante* veniam omnia sua bona, *tàm præsentia, quàm futura*, in securitatem *hujus* debiti, *& ex illo præstandarum* Usurarum, oppignorandi *à Principe impetrarent, quantocius conciperet. num.* 239. *usque ad num.* 251.

Veritas *omnium* harum Circumstantiarum, ex Actis, *specialiter firmatur. num.* 243. *& seqq.*

Solennitates Statutariæ *non habent locum, quando* Uxor ex piâ causâ *sese obligat. num.* 245.

Promissio loco jurisjurandi *ad baculum Judicii facta, in* Foro Würtemb. *ex inveterata Consuetudine, etiam* ad solennem *tùm* Scti Vellejani, *tùm* novi Beneficii *in Auth. Si qua Mulier. indulti*, Renuntiationem *non minùs, quàm* corporalis Jurisjurandi præstatio, *sufficiens habetur. num.* 246.

Omne Juramentum, *quod* non vergit in dispendium salutis æternæ *personæ jurantis, nec* in Tertii præjudicium, *irrevocabiliter* servari *oportet. num.* 246. *in fin.*

Renunciatio novæ *potissimùm* Constitutionis beneficii, *tàm ex* Juris Communis, *quàm* Würtembergici *expressa sanctione, regulariter*, præcisè in locô Judicii *fieri debet. num.* 247.

Ad hunc autem effectum, ut Judicialis *seu* in loco Judicii *facta dicatur, non sufficit, si illa* coram aliquot saltem, *in hunc ipsum licet finem specialiter convocatis*, Scabinis, *vel solummodò coram* Judicio pupillari, dem Waisen-Gericht / *vel* coram Præfecto *in* ædibus ejusdem privatis, *vel denique, ad speciale hujus jussum*, coram solô Judicii Actuariô, in der Amptschreiberey / *præstetur. num.* 248.

Ab hac *tamen* Regulâ Renunciatio, in gratiam Mariti è carceribus liberandi *facta, sine omni dubitatione*, excipitur. *num.* 249.

Utrum quoad notabilem hanc Limitationem, *quòd videlicet Uxor, pro Marito incarcerato, vel incarcerando, ad illum liberandum, licet absque juratâ tùm Scti Vellej. tùm alterius Beneficii, Renuntiatione, efficaciter obligetur, aliqua* inter incarcerandos, *vel* incarceratos ob Delicta, *vel* Debita, Distinctio facienda? *num.* 250. *& seqq.*

Sequuntur Rationes respondendi *ad superiùs adductas* Dubitandi *Rationes. num.* 252. *usque ad num.* 326.

Ad Primam. *num.* 252. *& seqq.*

Hæc *regula*, quòd *Uxor ex Contractibus* sui *Mariti* obligari haud *possit*,

in *illis* locis, *ubi* inter Conjuges universalis bonorum Societas, *in specie* universarum fortunarum, *intercedit*, suum officium *penitùs* amittit. *num. 253.*

Idem etiam de illis locis, ubi Societas universalis simpliciter bonorum *viget, ac in specie quoque* de Ducatu Würtembergico, *in tali casu, quando* uterque Conjux cum Tertiô *simùl contrahunt, &* in unô eodemque Instrumento, singuli in solidum *sese* obligant; *ipsum verò* Debitum *ità comparatum est, ut*, nisi pro illo, *dictô modô*, etiam Uxor se obstringeret, majus *exindè* Damnum in ipsam, *vel* ejus bona facillimè redundare *posset, absque dubitatione statuendum videtur. num. 254. & sq.*

Notantur remissivè *adhuc* alii Casus, *quibus* Uxor, *aequè ac in casu pro Marito incarcerato praestitae Intercessionis, vel ex capite* ejusdem, *in* aliis *tamen* Circumstantiis *& causis, pro ipso* factæ Intercessionis, *vel* ex causa Societatis bonorum Conjugalis, *exclusis omnibus Beneficiis*, ad Solutionem, pro Marito, de propriis suis bonis *faciendam, invita* compelli *potest. num. 257.*

Ad Secundam *remissivè respondetur. num. 258.*

Ad Tertiam. *num. 259. usque ad num. 278.*

Debitor obæratus, *etiam inspectô Jure VVürtembergico, vel* solvere, *vel* Carceris Squalorem, *tamdiu*, donec solvat, *aut* caveat, *aut* bonis cedat, sufferre *tenetur. num. 260.*

Beneficium Cessionis bonorum Debitori *obærato, etiam hoc Jure*, id *solummodò* præstat, ne judicatus detrudatur in Carcerem. *num. 260.*

Vis, *quam* Magistratus, jure licito, *& honoris, quem sustinet, infert*, rectè inferri *in Jure dicitur. num. 261.*

Hinc etiam Debitor, per Mandata compulsorialia *ad solvendum compulsus, vel* Carceri *tamdiu, donec Debita solvat*, inclusus; *tametsi hoc* cum protestatione *faciat, se nimirum* vi metuque compulsum *solvere, tamen contra talem Vim nec* in integrum Restitutionis *auxilium implorare, nec ad* aliud *ullum* Juris Remedium *confugere valet. num. 262.*

Uxor ex Contractu, *ex parte* Sui, prætensivè coacto, per *integros* novem Annos, *&* post Præfecti, à quo sese *ad eundem inundum* compulsam *pretendit*, ex isto loco *plenarium* discessum, Usuras annuas, sine omni *omninò, vel* minimâ, Mussitatione, *nedùm legitima* Protestatione, *unà cum Marito, Creditori* solvens, *eundem* pro legitimo *&* omni Coactionis vitio carente *toties quoties* agnovisse *justissimè praesumitur, sic, ut* posteà *eundem* ex hoc capite impugnare *ipsi* non ampliùs permissum *censeri queat. num. 263.*

Utrum hæc in Principio Tituli XXIX. Part. II. Juris Provinc. Würtembergici *obvia* verba: Es wäre dann / daß Sie das aus freyem und gantz ungezwungenem willen / und NB. **Gemeiner Haußhalttung zu guthem thäte / solches auch vor Gericht genugsamblich erscheinte** / de reali & effectivâ Versione *in rem communis Bb. Societatis; an verò tantùm ità accipienda sint, ut, juxta illa, Contractum in communem societatis utilitatem*, saltem ex voto, spe, *atque* intentione contrahentium Conjugum, *vel* utriusque, *vel* solius Mariti, *si ipse, ceu hujusdem Societatis praepositus* Magister & Administrator, *eundem solus inierit*, celebratum esse sufficiat? *num. 264. usque ad num. 277.*

In hoc *ipso* Principio *principaliter* de illis *saltem* Debitis *agitur, quæ ipsum* Maritum solitariè *respiciunt, & ad quæ solvenda* ipse solus obstrictus *est. num. 267. juncto num. 273.*

Mulier, *pro* hujusmodi Debitis *sese* obligans, *reverà* intercedit. *n. 268.*

Neque exindè aliter tenetur, *quàm si* pecuniæ *in* apertam *ipsius* Mulieris, *vel ejusdem* Liberorum utilitatem versæ *probentur. num. 269.*

Hinc aliud *è contra* de Debitis, communis Societatis causa, ab utroque *Conjugum, vel* à solo Marito; *sed tamen ut legitimo societatis* Præposito *& Administratore*, contractis, *quorum etiam in dicto principio simùl, licet* quasi incidenter *&* oppositivè, mentio *fit, juxta mentem Serenissimi* statuendum *esse*, vel sola Oppositionis *&* Contradistinctionis ratio *extra omnem dubitationis aleam ponit. num. 269. & seqq.*

Adducitur, *huic per omnia* consentiens, B. Dn. Lauterbachii interpretatio. *num. 272. & seqq.*

Nemo probatione *illius*, *quod* ad suam intentionem *fundandam & obtinendam* non requiritur, onerari *debet*. *num. 275.*

Hæ *duæ* Positiones: *Quòd ad istum effectum*, *ut ex Contractu*, *à solo Marito*, *cum Tertio inito*, *etiam* Uxor *obligetur*, Debitum Societatis causa, *seu* in Societatis utilitatem contractum esse *debeat*: *Et quòd*, *ad eundem effectum*, Pecuniam, *vel* Rem, ex Contractu, in communem pariter Societatis utilitatem, à solo Marito, *cum aliis* inito, acquisitam, *etiam* realiter & effectivè in rem Uxoris versam esse oporteat, *toto cœlo à se invicem* differunt. *n. 276.*

Tametsi Maritus pecuniam, Societatis causa, *mutuò sumptam*, in suam propriam utilitatem *converterit*; Uxor *tamen*, ex semisse, *ad ejus restitutionem* obstricta *est*. *num. 276.*

Hinc Creditor, *cum Marito* bona fide *contrahens*, non tenetur *inquirere*, *in quam* causam Maritus eam *sit* conversurus? *ibid.*

In Casu, *quando* Uxor pro Debito *solius* Mariti proprio, *quomodocunque intercedendo*, se, *vel* bona sua obligat, *& simùl* Beneficio *tùm* Novæ Constitutionis, *mediante* Juramento, *vel* loco Juramenti facta Promissione, *renuntiat*, *omnis* de Versione in rem Uxoris, *ejusque* probatione quæstio vana *prorsùs & Domitiana* est. *num. 277.*

Resp. ad Quartam Dubit. Rat. *num. 278. usque ad num. 311.*

Intercessionem quæstionis, eidemque conjunctam *Scti Vellej. & Benef. Novæ Constitutionis* Renuntiationem *non saltem*, *(uti falsò prætendit Debitoris Uxor) coram Actuarii Substituto*; *sed &* iteratò coram integro & pleno Judicio factam, *imò etiam posito*, *sed non concesso Casu*, sine hoc nihilominùs *efficacissimè* valituram *esse*, *multis*, *& concludentissimis rationibus* demonstratur. *num. 279. & mult. seqq.*

Scripturæ, ex morte *sui* Authoris, *si persona* bonæ famæ *&* existimationis *fuerit*, haud exiguum *accedit* momentum. *num. 282.*

Instrumentum, publici *cumprimis* Officii nomine, subscribens, *omnia ejus* contenta *accuratè prius* perlegisse *præsumitur*. *num. 289.*

Instrumentum publicum *fortissimam* Juris præsumptionem pro se *habet*, *omniaque in illo perscripta tamatu* pro veris & legaliter factis *habentur*, *quoadusque contrarium evidentissimis rationibus demonstretur*. *num. 293.*

Hinc etiam ejusmodi Instrumentum à DDbus, Probatio realis, rem reddens manifestam, ob duplicem *pro ipso militantem*, *tùm* Veritatis, *tùm* Solennitatis, præsumptionem, *passim vocatur*. *num. 294.*

Quanto plures Personæ *in* publicis Officiis *constitutæ tale Instrumentum vel* suis Sigillis, *præprimis ratione* Officii *impressis*, *vel* Subscriptionibus *corroborant*, *illiusque* Contenta, coram ipsis peracta, *tanquàm* certa *&* vera *testificantur*, tanto plus *quoque* fidei *ei attribuendum est*. *num. 295.*

Qui Instrumentum *suâ* propriâ manu *ipsi subscripsêre*, omnia *ejus* contenta pro veris profiteri *censentur*. *num. 296.*

Frequentissima Reorum Negatio haud attenditur. *num. 296.*

Fœminarum Curatores *ad litem validum*, pro illis, testimonium ferre non possunt. *num. 299.*

Testes *ità deponere debent*, *ut ipsorum* depositio per necesse *concludat*, *& proindè* incerta atque dubia Depositio nullam fidem *meretur*. *num. 301.*

Talis depositio *censetur & illa*, *quando Testes deponunt*, se non amplius recordari, *vel* Se nescire. *num. 302. & seq.*

Ubi nullum ex jurato Testium examine commodum *sperandum*, *ibi etiam* illud, *regulariter*, *non* decerni debet. *num. 303.*

Etiam absenti Mulieri Curator *ad litem*, à Judice *competente*, constitui *potest*. *num. 305.*

Resp. ad Quintam. *num. 312. usque ad num. 317.*

Non semper *sufficit*, dicere, *imò etiam* probare, *quòd aliquid* factum *sit*; *sed*

sed necesse est, etiam illud probare, quo Tempore *hoc vel illud sit factum*? *num.313.*

Quoad Contractus, *in* verisimilem *saltem &* probabilem communis Bb. Societatis Utilitatem initos, *sola* Vxoris Contradictio *non impedit*, *quominùs* Debita *per eosdem contracta sint* socialia, ex *communi* Acquæstu *sociali* solvenda. *num.314.*

Aliud *dicendum*, *si* Maritus *aliquam*, prorsùs insolitam, *suæ* conditioni, *atque* professioni non convenientem, *omniumque judiciô* damnosam, *vel saltem* valdè periculosam Negotiationem *suscepiat. num.315.*

Si bona fide *cum* alterutro, *vel* utroque Conjugum contrahentes *certum* communis Vtilitatis *eventum vel* effectum præstare *tenerentur*, *ipsis*, *per hoc*, Obligatio *ferè* ad impossibile *incumberet. num.316.*

Ad impossibile Obligationem Leges ubique, *tàm* in Contractibus *quàm* Sententiis, *&* præceptis, *odio habent justissimo.*

Ad Sextam. *num.318. & seq.*

Maritus ad felicem & prosperum Contractuum, societatis *bonorum conjugalis* causa, *à se initorum*, Eventum *præstandum*, non magis, ac alii Contrahentes, *tenetur. num.319.*

Ad Septimam. *num.320. usque ad num.324.*

Damnum, ex Baccho, Venere, Aleâ, *similive* Mariti prodigalitate *decendens innocenti ipsius* Vxori, *regulariter*, imputari haud debet. *num.321.*

Diversum *tamen*, *quoad hoc punctum*, pro Statutorum inter Conjuges *sobtinentium* diversitate, judicium *ferendum. num.322.*

Si Maritus pecuniam, *vel aliam*, Societatis nomine acquisitam, rem *non in Societatis causam impendat*; *sed* ludendo, *vel* alia prodigalitatis specie, *cum gravissima familiæ jactura*, deperdat; *tunc*, *siquidem*, *desuper*, inter ipsosmet Conjuges, *vel ipsorum* Hæredes *controversia oriatur*, *tale* damnum Maritus *haud dubiè* solus de suo præstare *tenetur*: *Sin autem inter talem* Creditorem *&* ambos Conjuges *lis desuper moveatur*, *tunc* dolus à Marito, *ceu societatis Præpositô*, *commissus longè* justiùs Vxori, *ejusdem conditionis gnaræ*, quàm Extraneo, bona fide *cum ipso* contrahenti, *& omnis* culpæ *utplurimùm* experti, *imputatur. num.333. & seq.*

Ad Octavam. *num.325. & seq.*

Quando Vxor *sese obligat* in rem communem, *quam* sua interest totam conservari, *&* *quidem* in solidum, *tunc illa*, excluso Sctο Vellejano, *&c. non solùm* pro suâ; *sed etiam* pro sui Mariti parte *efficacissimè obligatur. num.326.*

Commendatur *sub finem*, *potissimùm* in gratiam impuberum Debitoris Liberorum, *suscipiendum*, Transactionis tentamen. *num.326.*

Subnectitur Sententia *totius Edictalis hujus Processus* definitiva. *num.327.*

CONSILIUM SEPTUAGESIMUM PRIMUM.

DE Fidejussione Mulieris pro Extraneo, *tùm* simplici, *tùm* reiterata.

De requisitis Codicilli, *tàm* simplicis, *quàm* privilegiati.

De Legatis ad pias causas, *eorumque* immunitate *ab onere* Falcidiæ, *ac* Foro competente.

Præmittitur Factum, *&* Quæstiones *hîc enucleandæ. num.1. usque ad num.11.*

Prima Quæstio: Utrum *in proposito* à superstite defuncti Officialis Vxore, pro ejusdem *in officio* Successore, *præstita* Cautio fidejussoria teneat, *ita*, *ut*, *ob eandem*, Executio in bona ab illa relicta, *post ejus mortem*, decerni possit? *negativè deciditur. num.13. usque ad num.64.*

Sctum Vellejanum Mulierum intercessiones *non ipsô jure nullas reddit*, *sed tantùm* quoad effectum *easdem in totum* irritas efficit. *num.16. & seqq.*

An exceptio Sti Vellejani *etiam Mulieris* Hæredibus *competat? num.* 17.

Quot modis Mulier, *pro aliô*, intercedere *dicatur? num.* 18.

Quando Exceptio Sti Vellejani *etiam* à Successore singulari, *in specie* Legatario, *opponi* possit? *num.* 20. *& seqq.*

Exceptiones reales *etiam* Hæredibus, *&* illis, quos Jus Autoris circa rem sequitur, *competunt. num.* 22.

Etiam Legatarii *in horum classem referendi. num.* 23.

Ad hoc, ut Stum Vellejanum *locum habeat, requiritur, ut* Fœmina intercesserit Instrumento publicè confecto, *&* à tribus Testibus consignato. *num.* 24. *& seqq.*

Deficiente alterutrô *horum requisitorum* tota *Fœmina* Intercessio ipso jure nulla & invalida *est, sic, ut ipsa vel ejus hæredes* exceptione Sti Vellejani nullatenùs indigeant. *num.* 25. *& seqq.*

Quando ipsa Mulieris Intercessio *omnimodæ* nullitatis vitio *laborat, tunc* Exceptio renunciati Sti Vellejani, *præprimis ex verbis tantummodò Generalibus elicita, prorsùs* Domitiana *est. num.* 28. *& seqq.*

Ad excludendam Sti Vellejani exceptionem *generalis* Renunciatio omnium Exceptionum, *vel* omnium in commodum sexûs *inductorum* Juris Remediorum, aller und jeder Weiblich- oder Fräulichen Gerechtigkeit ꝛc. non sufficit; *sed* specifica *ejusdem* Renunciatio *requiritur. num.* 31. *& seq.*

Ad *validam* Sti Vellejani Renunciationem *imprimis etiam hoc requiritur, ut* Mulier *priùs* in specie de beneficio Sti Vellejani sufficienter certioretur. *num.* 33. *&* 35.

Multi DDres *etiam* generalem *Sti Vell.* Renunciationem sufficere *contendunt. num.* 34.

Alii *è contra* hanc Q. Utrum huic *singulari* Beneficio, *ullô modô efficaciter* renunciari queat? pro admodùm dubia habent. *num.* 36.

Plerique *in hoc unanimes sunt, quòd hæc ipsa* Renunciatio *non aliter subsistat, quàm si* Mulier intercedens, *tùm* de mente Sti Vellejani, *tùm* de ipsa Renunciatione, ejusque effectu, *antè* sufficienter *fuerit* certiorata. *num.* 37.

Renunciatio Sti Vellej. absque *prævia tali* Certioratione *facta, regulariter*, nullius *momenti habetur*, nisi *corporali* Juramento *sit* roborata. *num.* 38.

Idem *dicendum, si* Fœmina majorennis, post biennium, iteratò, sese *pro extraneo* obligaverit. *num.* 39. *& seq.*

Quis *in hac materia* Extranei nomine *veniat? num.* 41.

Quæ ab initio *statim* nulla *sunt, regulariter, solo* temporis tractu convalescere *nequeunt. num.* 43.

Quando in actu geminato idem vitium *subest, quod erat* in primo, *tunc, regulariter*, nulla Geminationis ratio *habetur. num.* 43.

Alienatio fundi dotalis, *vel prorsùs non, vel saltem taxationis causa æstimati, licet* cum *specifico* Uxoris consensu, *&* *expressa* Sti Vellej. renunciatione *facta, tamen adeò nulla & invalida censetur, ut non tantùm* Uxor; *sed etiam* ipse Maritus *eandem, contra suum proprium factum*, impugnare *valeat. num.* 45.

Quid si Uxor *suum* consensum, post *elapsum integri* biennii spatium, iteratò *declaraverit? num.* 46. *& seq.*

Novella 61. cap. 1. §. 3. *& exindè desumpta Auth. Sive à me.* §. 1. *Cod. ad Sctm. Vellej.* quomodò exaudienda? *num.* 48. *& seq.*

Etiam Alienatio rei immobilis, *à Marito, Uxori* propter nuptias donatæ, *cum speciali* Uxoris consensu *facta*, ipso jure nulla *est. num.* 50.

Et tamen, si Uxor, post biennium, *priorem* consensum confirmaverit, *ipsique* ex bonis *Mariti* bonis, ratione Dotis *&* Donationis propter nuptias, satisfieri *possit, ejusmodi* Alienatio rata *habetur. d. l.*

Jus Romanum *hosce duos* Casus, *si videlicet* Uxor in alienationem rei *immobilis* propter nuptias donatæ, post biennium, *denuò expressè* consentiat, *&*

hunc

hunc alterum, si Fœmina *suam* Fidejussionem pro alio *præstitam*, post biennium, *iteratò* confirmet, *invicem* æquiparat. *num.* 51.

Applicantur *hæc jura* Casui proposito. *num.* 52.

Quænam verba, *inter alia*, ad fundandam Fidejussionis à Muliere *pro extraneo* præstitæ confirmationem *sufficiant*? *num.* 52.

Geminatio, *regulariter*, *etiam* Actui invalido *robur &* firmitatem conciliat. *num.* 53.

Contraria *DDrum* Regula, *quòd Geminatio actum ipso jure nullum non convalidet*, de quibus negotiis & casibus *sit* exaudienda? *num.* 54. *& seqq.*

Quando Hæreditas non *est* solvendo, *tunc* Legatarii *simplices*, *non obstante legali eadem competente hypotheca*, omnibus Creditoribus hæreditariis, *etiam simplicibus*, postponi *debent*. *num.* 60.

Etiam Legata ad pias causas *non aliter* debentur, *quàm* exoluto *omni* ære alieno. *num.* 61.

Legata ex ejus, *qui* non *est* solvendo, supremo elogio, qualecunque *illud sit*, nullatenùs *debentur*. *num.* 62.

Examinatur Secunda Quæstio, *in qua de validitate Codicilli à Fœmina, de qua hîc agitur, post præstitam Fidejussionem, ordinati disquiritur. num.* 65. *usque ad num.* 118.

Etiam ille, qui intestatus *decedere vult, tamen* Codicillos ordinare *potest. num.* 66.

Hinc Codicilli *communiter dividuntur* in testamentarios, *&* ab intestato *factos, quorum hi per se subsistunt, illi verò omnem vim ex testamento accipiunt. num.* 67.

Etiam plures Codicilli ab una persona *relinqui possunt*; *modò sibi invicem* non *sint* contrarii. *num.* 68.

Codicilli non-privilegiati, *tùm* scripti, *tùm* nuncupativi, requisita. *num.* 70. *& seq.*

Codicilli *tempore* Pestis, *vel* à Rustico *ruri confecti*, *itemque* à Patre inter Liberos *ordinati*, præter binarium testium numerum, *nullas requirunt* Solennitates. *num.* 72.

In Testamentis *ac* Codicillis ad pias causas Jus Civile *de Solennibus nihil remisit. num.* 73. *& seqq.*

Jure Canonico, *eidemque in hoc conformibus* Moribus *modernis*, *tàm* Testamenta, *quàm* Codicilli ad pias causas, *coram* binario *saltem* testium numero, *validè conficiuntur. num.* 77. *&* 78.

Subscriptio Codicillantis *ne quidem in scriptô Codicillô necessaria est. num.* 80.

Rasura, nulli damnosa, nullam *quoque* considerationem *meretur. num.* 86.

Codicilli *etiam* per *meram* Nuncupationem *confici valent. num.* 88.

Nihil prohibet, *quo minùs etiam* Legatarii nuncupari *possint. num.* 89.

Minister, *vel* Officialis in Testamento, *in quo ipsius Dominus hæres instituitur*, *vel alio modo honoratur*, *benè* testis munere fungi *potest. num.* 91.

Legata piis Causis *relicta*, *cæteris paribus*, per testes saltem fide dignos, *probari sufficit. num.* 92.

Huic qualitati solus Domesticitatis nexus, *quo etiam* Officiales *suo Domino obstringuntur*, nihil derogat. *num.* 93.

Adducitur novissimum, *pro hac sententia*, Aug. Cameræ Imper. præjudicium. *num.* 94.

Quando Testator rem *aliquam certo* pretio; *sed tamen* longè viliori, *quàm reverà res valet*, certæ personæ vendi *mandat*, *tunc talis dispositio valet* in vim Legati, *&* ab Hærede *præcisè* adimpleri *debet. num.* 98. *& seqq.*

Idem dicendum, si Testator hæredem suum æquo pretio *rem aliquam* emere *jusserit. num.* 100.

Si is, cui centum legata *sunt*, post tempus duplum restituere *rogetur, tunc ejusmodi dispositio etiam* ultra summam legatam, pro quantitate Usurarum *interea temporis ex ista summa debitarum, valet. num.* 101.

Ad omne Legatum, *regulariter*, quinarius Testium numerus, *eorumque* simultanea præsentia *necessariò requiritur. num.* 103.

Si unicus *saltem* Testis *deficiat, tota ejusmodi* dispositio nulla *est. num.* 103.

Legata *personis* domesticis, *intuitu Servitiorum, relicta nonnulli DDres* in classem legatorum ad pias causas *referre non dubitant. num.* 105.

Merces, Famulis & Ancillis *debita, jure Saxonico, Marchico-Brandenburgico, Pomeraniæ, Prussiæ, Francofordiæ, Hamburgi, Lubecæ*, imò universali Germaniæ consuetudine, *in concursu Credd.* ad primam classem *refertur. num.* 106.

Rationes hujus Juris *remissivè notantur. num.* 107.

Si non constet, quantum Famulis Mercedis nomine *debeatur, tunc, in hoc, regulariter, proprio* ipsorum Juramento *statur. num.* 108.

Merces *ab ipso* defuncto *in ultima voluntate specificè* determinata *ab ejusdem* Hæredibus *præcisè* præstari *debet. num.* 109.

Quando non de solo Hæredum; sed simùl etiam defuncti Creditorum Præjudicio *agitur, tunc* sola Debitoris Confessio *de Quantitate ejusmodi Mercedis, ad ejus probationem, non sufficit. num.* 117.

Nemo suâ, *tametsi* juratâ, annotatione, *vel summarum à se debitarum* determinatione privatâ, *suis* Creditoribus *ullatenùs* præjudicare *valet. num.* 117.

Exhibetur Tertiæ Quæstionis *resolutio. num.* 119. *usque ad num.* 131.

Expressa *Testatoris* prohibitio Falcidiæ *detractionem*, Jure novo, *haud dubiè* excludit. *num.* 123.

Legata Ecclesiæ, *vel alii* pio Corpori *relicta*, ab onere Falcidiæ, *regulariter, sunt* immunia. *num.* 125.

Quando Hæreditas *neque ex testamento, neque ab intestato est adita*; *sed* Fiscus *bona defuncti, ceu* vacantia, jure regalium, *occupavit, tunc ille* Legata ad pias causas, *etiam* sine Falcidiæ detractione, *exsolvere tenetur. num.* 130.

Quartæ Quæstionis, *in qua* de Foro competente Legatorum ad pias causas *agitur, decisio. num.* 132. *usque ad finem.*

Legata ad pias causas *facta, in terris* Augustanæ Confessioni *addictis, tàm* ratione Executionis, *quàm* Administrationis, *regulariter, ad Judices &* Magistratus seculares *pertinent. num.* 133.

Notatur remissivè peculiaris, quoad Stipendia, *in* Foro Saxonico *obtinens,* Observantia. *num.* 134.

Controversiæ *super* Legatorum ad pias causas *tùm validitate, tùm executione, tùm administratione, hujusdemque annuatim præstandis Rationibus, &c.* secundum Jus *Commune, tàm* Romanum, *quàm* Canonicum, *ad causas* Fori mixti *referri debent. num.* 135. *& seqq.*

Alimenta Uxori, *vel alii* non-Pauperi *personæ relicta*, Legatum ad pias causas *haudquaquàm constituunt. num.* 137.

Legata piis causis *relicta à Scriptoribus Ecclesiæ Romanæ addictis, adèo* mixti Fori *censentur, ut ne tunc quidem, si* ab ecclesiasticis personis relicta, *&* Hæredes, *iisdem onerati*, seculares personæ *sint, diversum dicendum esse contendant, num.* 140.

In causis mixti Fori *locus est* Præventioni, *ità, ut* ad eum Judicem *causæ cognitio pertineat*, qui priùs *de re* cognoscere incepit. *num.* 142.

Nec in illis à Judice ecclesiastico ad secularem, *vel* contra appellare *permissum est. num.* 144.

Nemo partes Creditoris *&* Judicis simùl sustinere *potest. num.* 145.

Hinc etiam in proposito suadetur Compromissum, *d. num.* 145.

CONSILIUM SEPTUAGESIMUM SECUNDUM.

DE Testamento à Comite Palatino confirmato.

Præmittuntur Tres Quæstiones *hic resolvendæ. num.* 2. 3. *&* 4.

Evolvitur Prima Quæstio: An Testamentum coram solo Comite Palatino Cæsareo, *citra adhibitionem Testium, vel aliarum Solennitatum*, ordinatum pro valido *habendum*? *num.* 5. *usque ad num.* 25.

Non creditur *facilè* Comiti Palatino, *asserenti*, se hanc *vel* illam à Principe potestatem *habere*, nisi *id ipsum*, per literam Diplomatis expressam, demonstret. *num.* 7. *&* 8.

Facultas confirmandi Testamenta, Pacta dotalia, Unionis prolium, *& quantascunque* Donationes, *aliosque* voluntariæ Jurisdictionis Actus, *regulariter*, cuilibet Comiti Palatino *concedi solet. num.* 9.

Quicquid ejusmodi Comes, ex delegatione Summi Principis, *facit*, *illud* ab hoc ipso factum *esse censetur. num.* 10. *junctis num.* 12. *& seq.*

Dantur Comites Palatini, *qui non solùm* à Cæsare; *sed &* à Pontifice *suam potestatem & privilegium habent. d. num.* 10.

Testamentum Principi, Comiti, *vel alii* Imp. Statui, *etiam absque ulla vel testium, vel alterius cujuslibet testamentariæ Solennitatis interventu oblatum, non minùs* validum *est, quàm coram VII. Testibus ordinatum. num.* 11.

Idem *etiam* de Testamento coram solo Comite Palatino *vel* ordinato *vel ab illo* confirmato *dicendum. num.* 12.

Comitibus Palatinis *sæpè datur* facultas concedendi *id*, *quod* ad Regalia, *& quidem* majora, *spectat. num.* 13.

Etiam soli Judici, *præprimis* in ipso Judicii loco, insinuatum Testamentum, *jure Communi*, *pro* valido *habetur. num.* 14. *& seq.*

Acta *solius* Judicis conscientiam *&* præsentiam *requirunt*; non *etiam* Scabinorum, *vel cujusvis* alterius. *num.* 15.

Donatio, *summam* 500. *Solidorum excedens*, *licet* apud solum Civitatis Defensorem, *vel* Provinciæ Moderatorem *publicata fuerit*, *tamen* Actis insinuata *rectè dicitur. num.* 16.

In jure insolens haud *est*, *ut* saltem Unius, *maximè fidem publicam merentis*, auctoritas *alicui* actui valorem *conciliet. num.* 17.

Etiam Sereniss. Saxoniæ Elector Legem 19. Cod. de testam. *non alio sensu*, *quàm quòd* soljus Judicis præsentia *ad Testamenti judicialis ordinationem sufficiens sit*, exaudiendam *esse existimat. num.* 18.

Adducuntur hanc in rem aliquot conformia Responsa *&* Præjudicia Dnn. Jenensium *&* Lipsiensium. *num.* 19. *& seqq.*

In quibusdam locis Testamenta *etiam* soli Procuratori specialiter ad hoc constituto (dem Testaments-Herrn *sive* Testaments-Secretario *exindè dicto.*) exhiberi *sufficit*; *modò illa à Testatore exarata vel subscripta sint. num.* 21.

Talis Consuetudo *obtinet* in Civitate Brunsuicensi. *num.* 22.

Illatio *ex hucusque deductis Juribus* ad validitatem Testamenti soli Comiti Palatino oblati. *num.* 24.

Omnes Testamentariæ Solennitates *sunt* juris *merè* positivi. *num.* 25.

Principem *alicui* Privilegium sine omni *omninò* Solennitate testandi *concedere posse*, *dummodò* Solennitas probatoria *non intermittatur*, *indubium est. num.* 25.

Recensetur tale Privilegium ab Imp. Rudolpho II. *olim concessum. ibid.*

Hinc pariter pro Validitate Testamenti Comiti Palatino oblati *concluditur. ibid.*

Enucleatur Secundà Quæstio: Utrum Testamentum, *de quo quæritur*, *ex eo, quòd pro ejusdem confirmatione requisitus Dn.* Comes Palatinus *illud* suo privato saltem Sigillo subsignaverit, pro nullo *habendum sit*? *num.* 26. *usque ad num.* 35.

Instrumentum à Notario confectum *à multis non aliter habetur* pro publico, *quàm si etiam* Sigillo Notariatûs signatum *fuerit. num.* 26.

Omissio Formæ *in conficiendo Instrumento publico necessariæ* in qualibet, *quantumvis* minima, parte totum *vitiat* Instrumentum. *num.* 26.

Adducuntur plures Authores Signi Notariatûs usum *etiam in talibus* Instrumentis, *quæ* super Testamentis, *& præcipuè* nuncupativis *conficiuntur*, præcisè necessarium *existimantes. num.* 28.

Appensio Notariatûs Sigilli, *ex sententia communi*, non *est* præcisæ necessitatis, *neque ejusdem* omissio *Instrumentum annullat. num.* 29.

Nisi aliud per Consuetudinem *sit introductum. num.* 30.

Cuilibet Notario, *à Comite Palatino, vel ab ipsomet Imperatore*, peculiare Notariatûs Signum *concedi solet, quod ab ipso deindè* mutari *nequit. num.* 31.

Comiti Palatino liberum *relinquitur, num* ordinatio suæ familiæ, *an verò* peculiari *sibi ipsi privatim formando* Sigillo, in perpetuum, *vel* ad tempus *saltem*, uti *velit* ? *num.* 32.

Quod alicujus potestati *permittitur, id non subjicitur* Juris necessitati. *num.* 33.

Testamentum à Comite Palatino subscriptum *ac confirmatum non minùs validum est, ac* apud Acta Judicis *solennissimè confectum. num.* 34.

Resolvitur Tertia Quæstio: An ejusmodi *à solo Comite Palatino confirmatum* Testamentum *etiam* in Lib. Imper. Civitate Suevo-Hallensi, *hoc non obstante, quòd illa* peculiaribus testandi formis ac Juribus *gaudeat, tamen validum sit? num.* 35. *usque ad finem.*

Statuta *in loco Statuentium* Jus civile *constituunt*, præ Jure communi, *ibidem præcisè* observandum. *num.* 38. *& seq.*

Licet Statuto *certa* testandi Forma *introducatur*; *non tamen propterea* aliæ Formæ Juris Civilis *sublata censentur. num.* 41.

Quicquid in Statuto non specificè expressum, *illud* Juris Communis dispositioni *relictum intelligi debet. num.* 42.

Jura Statutaria *semper ità sunt explicanda, ut, quantum possibile*, Jus Commune, *per illa*, non lædatur; *sed potiùs illa* ad terminos Juris Civilis *reducantur, &* ex illo restringantur *ac* suppleantur. *num.* 43. *& seq.*

In dubio Statuta à Juris Communis *sanctione* haud exorbitare *præsumi debent. num.* 45. *juncto num.* 47.

In Statuto non expressa *habentur pro omissis. num.* 46.

CONSILIUM SEPTUAGESIMUM TERTIUM.

EXhibetur *Resolutio* duarum notabilium, ad Concursum Creditorum spectantium Quæstionum.

Prima *quærit de hoc*: *Utrum* Expensæ, pro Examine Rationum Officialis, in Commissarios Principis factæ, *in Concursu Creditorum*, aliquo prælationis Privilegio *gaudeant*, *&* quam in Classem *illæ debeant referri*?

Secunda *de hoc*: *Si quis alicui* aureos nummos, *ea lege, tradiderit*, quòd pro usuali, *seu currente* Moneta, ab aliis mutuandâ, illos oppignorandi licentiam habere; *sed*, post tempus Trimestre, *unà* cum Interesse, in natura eosdem restituere *debeat*, quale Negotium *inter illos celebretur, & an tali Creditori* Jus Separationis ordinarium *competat, ità, ut sese* Processui edictali *non cogatur* immiscere?

Prima Quæstio affirmativè *deciditur. num.* 5. *usque ad num.* 24.

Rationes Officialium, *regulariter*, Sumptibus Principis *examinantur num.* 7.

Aliud tamen dicendum, quando Culpa *vel* Dolus Officialis *ejusmodi* Examini *vel* Revisioni, per Commissarios *faciendæ*, causam *dedit. num.* 8.

Multi

Multi DDres ejusmodi Sumptus (*vulgò* Commissions-Kösten) *in classem* creditorum simplicium *referunt. num.* 10.

Tales Sumptus, in Ducatu Würtembergico, eodem, *quò* Mulctæ, aliæque *his* similes Præstationes, privilegiô *gaudere solidè demonstratur. num.* 11. *& seqq.*

Sine expressa Legis dispositione tacita Hypotheca, *præprimis* cum privilegio Prælationis *conjuncta*, *multoque magis* absolutum Prælationis privilegium *nemini concedi potest. num.* 12.

Officialis *publicus*, doli *vel* culpæ, *quoad suam* Administrationem, *& desuper reddendas* Rationes, *commissæ convictus*, ad refusionem Sumptuum Inquisitionis, der *Commissions-Cösten*/ *etiam* per modum Pœnæ *tenetur. num.* 14. *&* 17.

Hinc etiam dispositio Iuris Provinc. Würtemb. in parte 1. tit. 75. rubr. Herrschafft/ Gemein Nutz und Obrigkeit. *ex mente Serenissimi*, ad eosdem *validissimè porrigitur. num.* 15. *& seqq.*

Vocabulum, Dergleichen/ *eique aequipollens Latina Vox*, Talis, *vel* Talia, *regulariter*, omnes Casus *in Lege* expresso Casui æquales *seu* similes *complectitur. num.* 16.

Fiscus, *ratione commissi delicti*, ad Pœnam pecuniariam *agens*, de mero Lucro captando *tertat. num.* 18.

Aliter *se res habet*, *quando is* ad refusionem Sumptuum Inquisitionis *in* dolosam *vel* culposam Officialis Administrationem *agit. num.* 19.

Tales Sumptus *sub nomine generali*, Gemein Nutz/ *benè exaudiri*, *sicque etiam* eôdem privilegio *cum illis*, *qui ob* publicam salutem & utilitatem *erogati*, *digni haberi valent. num.* 19.

Commissiones *ad* examinandas *vel* revidendas *Officialium* Rationes à Principe, ut tali, *decernuntur. num.* 20.

Omnia Debita, ad Principem, ratione jurisdictionis, *spectantia*, absoluto Prælationis jure *gaudent. num.* 22.

Eodem jure *etiam censentur* Expensæ in Processu criminali *factæ. num.* 23.

Evolutio Secundæ Quæstionis. *num.* 24. *& seqq.*

Demonstratur Contractum quæstionis non *posse haberi* pro Contractu Mutui. *num.* 27. *& seqq.*

Quando alteri Pecunia, *eâ lege*, *datur*, ut eadem in specie reddatur, *tunc* non contrahitur Mutuum; *licet* Contrahentes *id ità* appellaverint. *num.* 29.

Qualem *Partes* Contractum *celebrare voluerint*, *multùm* à propria ipsarum Denominatione *dependet. num.* 30.

Hæc *tamen* non attenditur, *si* ipsa Contractûs *ab illis denominati* natura *reclamet. num.* 31.

Hoc, ut pecunia mutuò data in specie *seu* in naturâ reddatur, salvâ Mutui, substantiâ, *convenire non potest. num.* 32.

Talem Conventionem in varias Contractuum species *incidere*, *easque* facillimè recipere *posse*, ex speciali Juris Romani textu, *ejusdemque* Interpretibus *ostenditur. nnm.* 34. *& seqq.*

Demonstratur, 2*dò*, Contractum, *de quo hîc quæritur*, non esse Precarium; *num.* 39.

Nec, *tertiò*, Depositum. *num.* 40.

Etiam Pecunia numerata *vel* ad pompam & ostentationem, *vel* ad oppignorandum, *alteri*, *sub titulo tùm* Commodati, *tùm* Locationis-Conductionis, *credi potest. num.* 41. *& seqq.*

Vocabulum, Leihen/ *non solùm* de Contractu Mutui; *verùm etiam de* Commodato, *&* Locatione-Conductione *prædicatur. num.* 44.

Etiam ob talem Commodatum, *quo quis alteri* suæ Pecuniæ, in natura

sibi restituendæ, usum *concedit*, Honorarium, *salvâ illius substantia*, promitti *potest. num.* 45.

Hinc multo magis congrua Merces pro Locatione ejusmodi Pecuniæ *promitti vel exigi potest. num.* 46.

Ejusmodi *Pecuniæ* Creditor *talem* pecuniam *in bonis Debitoris adhuc* extantem, *extra Credd. Concursum*, jure Separationis ordinario, *justissimè vindicat. num.* 47.

Vocabulum, Interesse, *in ejusmodi, de quali hic quæritur*, *Contractu obvium*, *cæteris paribus*, *benè* de ipsa Mercede pecuniaria, *pro usu talis pecuniæ debitæ*, juxta legitimum usurarum modum, *accipi potest. num.* 48.

Quando sæpememoratus Contractus *transeat* in Speciem Contractûs innominati, & qualem *illum*? *num.* 50.

Vtrum Facultas pecuniam *alteri ad usum* ità concessam, *adhuc extantem* vindicandi, *etiam* in casu *celebrati* Contractus innominati *competat? num.* 51. *& seqq.*

Quando alicui pecunia *statim* ab initio mutuò datur, ut eadem in specie reddatur, *sine dubio* Contractus *innominatus* Do, ut des, *celebratus censeri debet. num.* 52.

Hoc casu dominium pecuniæ *indubitatò in Debitorem transfertur. num.* 53.

Vocabulum, Leihen / *in nostra vernacula*, *æquè* de Commodato *vel* Locatione-Conductione, *nec minùs etiam* de Contractu *aliquo* innominato à faciendo *incipiente*, *ac* de Contractu Mutui *prædicatur. num.* 55.

Traditio rei ad aliquem usum *sine animo dominii transferendi facta intelligitur. num.* 56.

Res aliena, consensu Domini oppignorata, Creditori, *ante solutionem debiti*, auferri *nequit. num.* 58.

Aliud *tamen dicendum*, *si* licentia oppignorandi ad certum *saltem* tempus concessa *fuerit. num.* 59. *& seqq.*

Limitata Causa limitatum *producit* effectum. *num.* 60.

Omnes illi, *qui* re sibi commodata, pignorata, locata, deposita, invito domino, diutiùs, *vel* aliter, *vel* simpliciter utuntur, *ratione talis Vsûs*, Furtum *committunt. num.* 63. *& seq.*

Idem *dicendum*, *quando* Commodatarius rem sibi commodatam rursùs alii, *invito commodante*, commodat. *num.* 66.

Toties Furtum *fit*, *quoties quis* Usum rei alienæ *in suum* lucrum *convertit*, *vel quoties* res in eam causam non *est* accepta. *num.* 67.

Multi Doctores in bonis *illorum*, *qui* in Contractu *vel alio* Negotio *cum ipsis celebrato*, Dolum malum commiserunt, tacitam Hypothecam *ex illo læsis asserunt. num.* 69.

Hanc sententiam nullo Jure fundatam *esse brevibus ostenditur. num.* 70. *& seqq.*

Ne *quidem* in bonis Furum, Raptorum, & Spoliatorum tacita *competit* hypotheca. *num.* 71.

Ne Judæorum *quidem*, *vel aliorum* manifestorum Usurariorum bona *nexu* taciti pignoris *tenentur. num.* 72.

Omnes ejusmodi Creditores *in* ultima *saltem* Classe *collocari debent. num.* 73.

InterHypothecam expressam & legalem, *regulariter*, ratione prælationis, *extra solum temporis ordinem*, nulla *est* differentia. *num.* 74.

Creditum in Concursu petens, *etiam* aliis remediis, extra Concursum, *illud* persequi *non prohibetur. num.* 76.

CONSILIVM SEPTVAGESIMVM QVARTVM.

DE Cessione Privilegiorum, in concursu Creditorum, Fisco competentium, *sollicita Disquisitio.*

Utrum is, qui Residuum à Quæsturæ ecclesiasticæ Administratore *debitum, de suo,* solvit, *petere possit, ut ipse* in locum Fisci Ecclesiastici, *etiam* quoad absolutum de Jure Würtembergico, *eidem,* ratione talis residui *competens,* prælationis Privilegium *substituatur? num.* 3. *usque ad num.* 49. *juncto num.* 72. *& seqq.*

Is, qui Creditorem privilegiatum, *Debitori à se* creditâ pecuniâ, dimisit, *regulariter,* in Creditoris dimissi *locum &* privilegium *succedit*; *licet* nullum specificum Pactum *desuper initum fuerit. num.* 4. *& seqq. juncto num.* 17.

Modò pecunia *hôc* specificô fine *credatur, ut priori Creditori exindè satisfiat, eademque etiam* priori Creditori reverà solvatur. *num.* 8.

Creditor Extraneus, *in locum &* jus Creditoris hypothecarii, *pro quo solvit,* successurus, *non aliter admittitur, quàm si inter ipsum & Creditorem primum, vel Debitorem* expressè conventum *sit, ut* (1.) idem Pignus sibi obligetur, *&* (2.) ipse in locum illius succedat. *num.* 9. *&* 15.

Utrum alterutrum *horum sufficiat? num.* 10.

Extranei Creditoris nomine *in hoc juris articulo quis veniat? num.* 9.

Modo dictum Pactum quo tempore *adjici debeat? num.* 12.

Ea, quæ Negotium statim sequuntur, *juris intellectu,* eidem inesse *censentur. num.* 13.

Creditor chirographarius, in jura *& locum* Creditoris *saltem* privilegiarii *successurus,* à necessitate *prædicti* specifici Pacti immunis *est. num.* 16.

Quando Creditor chirographarius *Debitori* pecuniam *non eo fine, ut* Creditori privilegiario *exindè satisfiat*; *sed* simpliciter credit, *tunc,* licet illa *postea* huic Creditori soluta *fuerit*; *ipse tamen* in illius jura successionem *frustrà desiderat. num.* 18. *& seq.*

Ad hunc effectum, ut pecunia ad satisfaciendum privilegiato Creditori *tùm* credita, *tùm* soluta *dici possit, nihil refert, sive illa statim ipsi* Creditori privilegiato, *sive* Debitori, *& dein* per hunc illi, soluta *fuerit. num.* 19.

Si de hac Creditoris chirographarii destinatione *non constet,* unde *illa, inter alia,* probari *valeat? num.* 19.

Multi DDres, *ad fundandum jus successionis in locum ejusmodi Creditoris privilegiarii,* solam pecuniæ creditæ versionem, *modò hæc* non demùm ex intervallo *sit facta,* sufficere *contendunt. num.* 20.

An, *&* quo Jure, Ecclesia, *aliaque* pia Corpora, in bonis *suorum* Administratorum *jus* taciti pignoris *habeant? num.* 24. *& seq.*

Absolutum Jus Prælationis *de* Jure Würtembergico Hospitalibus *& similibus* Pauperum Ærariis, in bonis *suorum* Administratorum, *concessum, rectissimè etiam de omnibus* Ecclesiarum, *& ad illas spectantium* Quæsturarum, Geistliche Verwaltungen / Academiarum, Scholarum, Stipendiorum, *&* Monasteriorum Administratoribus *exauditur. num.* 23. *& seqq.*

Hoc debitum statim post Sumptus funebres *&* Mercedes famulorum, *etiam* ante Tributa, *& similes præstationes,* exolvitur. *num.* 26. *&* 32.

An hoc, *ratione residui, in bonis suorum Administratorum,* Ecclesiæ, *vel aliis* piis Corporibus, *de* Jure Würtembergico *competens* Jus personale *sit, vel reale? &* utrum *illud alteri* cedi *possit? num.* 28. *& seqq.*

Etiam illud Privilegium exigendi simplex, *quod, inter alios personaliter privilegiatos Creditores,* Reipublicæ *competit,* Privilegium personale *est. num.* 30.

Etiam in *alicujus* fictæ personæ *singularem* favorem *introductum* Privilegium *pro* personali *haberi debet. num.* 30.

Omnia Privilegia Fisco in Concursu Creditorum *concessa sunt* personalia. *num.* 31.

Privilegia personalia, *regulariter, neque* ex causa lucrosa, *neque* onerosa, *alteri* cedi *possunt. num.* 33. *& seqq.*

Quandocunque deficit Persona *singulariter* privilegiata, *etiam* ipsum Privilegium *deficere necesse est. num.* 36.

Applicatur hoc Cessionario, *itemque* Creditori extraneo, *qui* pecuniam Creditori hypothecario, *præcipuè* privilegiario, *debitam*, animo *eidem* succedendi, *exsolvit. num.* 37.

Etiam privilegium exigendi personale, *quod* Minoribus, *de Jure Pandectarum*, in Bonis *suorum* Tutorum *vel* Curatorum *competiit, non fuit* cessibile. *num.* 38.

Privilegium exigendi personale *ne tunc quidem* in Cessionarium *transfertur, quando is* in specie pecuniam *ad hoc*, ut *illa* Creditori privilegiato solvatur, credidit, *illaque revera* eò impensa *fuit. num.* 39. *& seq.*

Quando Privilegium *est* reale, *tunc* Creditori privilegiato solvens, *etiam* citra specialem conventionem, *vel* cessionem, *in ejus Jus & Locum* succedit. *num.* 40.

Etiam personalia Privilegia Fisco *competentia*, in Nominum *ejusdem* Cessionarios *transferri possunt. num.* 41. *& seq.*

Notatur remissivè varius Legis ult. Cod. de privil. fisci. intellectus, *& simùl tùm* verior, *tùm* usualis *ejusdem* interpretatio *annectitur. num.* 44.

Ad hoc, ut personalia Fisci privilegia *in* Cessionarium Nominis *transferantur*, specialis *eorundem* Cessio *requiritur. num.* 45. *junctis num.* 93. *& sqq.*

Hinc etiam in casu, quo quis Fisco, *quod alius eidem debet, eò animò* solvit, *ut eapropter* in ejusdem Jura *& locum* succedat, idem *pariter* actum *&* expressum *esse oportet. num.* 46. *& seqq.*

Quando Debitor *obæratus* uni ex chirographariis Creditoribus solvit, *vel aliquem fundum* in solutum *dedit*, reliqui Chirographarii *illum* revocare *non possunt. num.* 54.

Tametsi Creditor, sciens prudensque Debitorem non solvendo *esse*, vel Foro cedere *velle, debitum exegerit. num.* 55.

Creditor, *tali in casu*, suum recipiens, à Dolo immunis *est. num.* 56. *& sq.*

Sicut tali Creditori *sibiipsi* Vigilanti industria sua *prodest*; *sic è contra* Negligentibus inertia sua *justissimè officit. num.* 58.

Modò solutio, ante *actualem* immissionem Creditorum in bona *debitoris facta fuerit. num.* 59.

Semel facta *hac* Immissione *Debitor omni* facultate de bonis suis disponendi *penitùs exuitur. num.* 60.

Talis Præoccupatio *unius Creditoris chirographarii* cæteris *quidem* chirographariis; *sed* non etiam *Creditoribus* hypothecariis, *vel* personaliter privilegiatis, *omniumque minimè* singulari, *vel planè* absolutô Prælationis privilegiô munitis *præjudicat. num.* 61.

Hinc illud omne, quod uni, *vel* omnibus Creditoribus chirographariis, *etiam* ante actualem immissionem, *sive bonâ, sive mala fide*, solutum *fuit*, à reliquis Creditoribus *repeti potest. num.* 62.

Creditor hypothecarius anterior *etiam* contra posteriores *Creditores* actionem hypothecariam *intendere potest. num.* 63.

Præventio *quoad bona debitoris* tantùm inter pari jure munitos Creditores *locum habet. num.* 64.

Nemo itâ sibi prodesse *debet, ut justiori* alterius petitioni *detrahat. num.* 65.

Creditor infirmiore, *vel prorsùs* nullo privilegio munitus, *cum* damno justiùs petentium, *aliquid* anticipans, suum recipere *dici nequit. num.* 66.

Quando Solutio à Debitore *obærato* per Gratificationem *fit, tunc etiam illa*

illa bona, licet à Creditoribus nondùm possideantur, *tamen* revocationi *obnoxia sunt. num.* 71.

Multi DDres ad hunc effectum, ut is, qui Fisco, pro *ipsius* Debitore, *aliquid* solvit, *in* absolutum prælationis, *vel aliud* personale Privilegium *succedat, etiam* tacitam Pactionem, *vel ad minimum tales* Actus, *ex quibus* Animus talis Juris cessionem in alterum faciendi *haud obscurè possit colligi, sufficere contendunt. num.* 73. *& seqq.*

Hæc Quæstio: Utrum & quando is, qui Creditori, *vel* hypothecario, *vel* privilegiario, *id, quod* alius *eidem* debet, solvit, in omnia Debitoris jura *&* privilegia *succedat? diversimodè à DDbus deciditur. num.* 76.

Adducuntur tres diversæ *DDrum de eadem* sententiæ, *& quidem in specie quatenùs illa* de Debitore fiscali, *ac pro ipso facta solutione formatur. num.* 78. *& seqq.*

Subnectitur sententia verior. *num.* 89. *& seqq.*

An dentur Privilegia mixta? *remissivè. num.* 88.

Etiam tacitæ, *tùm* Fisco, *tùm etiam* Privatis, *per LL. concessa* Hypothecæ *vera sunt* Privilegia. *num.* 90.

Jus Cessionarii, *regulariter*, potentius *est, quàm* pro Debitore *Creditori* Solventis. *num.* 91.

Quod nonnulli DDres de legali & tacito Privilegii personalis transitu *in eum, qui* privato Creditori personaliter privilegiato *id, quod alius debet, solvit, asserunt,* ad inducendam eminentioris Juris Fisco competentis transitionem *haud sufficit. num.* 97.

Tale Pactum, *ut*, debitô *sua die* non solutô, Creditor rem *oppignoratam* justo pretio *habeat* emptam, *omninò subsistit. num.* 102.

Si tamen illa res *jam* anteà *alii fuerit* oppignorata, *tunc* Creditor eandem, nonnisi cum sua causa, *acquirere potest. num.* 104. *& seq.*

Pignus *in alium translatum*, nonnisi cum sua causa, *transit. num.* 105.

Hypotheca privata postponitur publicæ. *num.* 108.

CONSILIVM SEPTVAGESIMVM QVINTVM.

DE Crimine Homicidii, propter Hæmorrhagiam, extra ordinem punito.

Præmittitur Sententia. *num.* 1.

Subjunguntur ejusdem Rationes. *num.* 2. *usque ad finem.*

Probatur defectus Corporis delicti in proposito, *ad hunc effectum, ut* Pœna capitalis *dictari queat, aliàs* necessarii. *num.* 3. *usque ad num.* 51.

In Crimine Homicidii *non minus, ac* in aliis omnibus Criminibus, Corpus Delicti, *ante omnia*, Judici repræsentari *debet. num.* 4.

Ut quis Homicida *dici queat, quid requiratur? num.* 3. *& seqq.*

Si Vulneratus non mortiferè, *negligentiâ*, perierit, *Jure Romano*, actio de Vulnerato *saltem competit; non etiam de occiso. num.* 5.

Etiam Jus divinum *ad fundandum Homicidium, & ob illud decernendam Pœnam capitalem*, talem actum *requirit, ex quo* mors immediatè, *& non per accidens*, secuta *fuerit. num.* 6.

Ad dictandam pœnam capitis, *non sufficit*, Vulnus *alicui inflictum fuisse* Mortis occasionem; *sed necesse est, ut id* Mortis causa proxima *fuerit atque* immediata. *num.* 7. *& seqq.*

Quando Vulneratus non obiit ex ipsô Vulnere, *tanquàm* per se lethali; *sed* ex alio Sympromate superveniente, *tunc pœna Legis Cornelia de sicar. cessat, &* tantùm pœna extraordinaria *locum sortitur. num.* 11.

Quæ non ex ipso Facto, *tanquàm* unica *&* ad hoc ordinata causa, *sequuntur; sed tantùm accessoriè, huic* Facto ipsi imputari *non possunt. num.* 12.

Modo

Mododicta Pœna extraordinaria *non illis solùm Casibus obtinet*, *quando Vulneratus*, *aliquot diebus vel septimanis post vulnerationem*, ex malo regimine, *vel ex superveniente* vulneraria Febri, *item* Gangræna, *vel* Epilepsia *moritur*; *sed etiam si* propter nimiam, *quam ex vulnere & proprii Sanguinis Profluvio concepit*, Consternationem, *vel ex nimia* Animi indignatione, Apoplexia, *vel ex* Illisione Cervicis seu Capitis ad fulcrum mensæ, *vel* ad Lapidem, *aut* alium locum periculosum, *vel ex* Colaphi *seu* Alapæ impactione, *aut* ex modici Lapidis projectione *mortem obire necesse habuit. num.* 13. *& seqq.*

Aliud *tamen* dicendum, *quando cum ejusmodi facto* directus occidendi Animus *concurrit. num.* 22.

Quando Vulneratus Hæmorrhagia non lethali *moritur*, *sine ulla tamen hominis culpa*, *verbi grat.* quia Medicus *vel* Chirurgus præsens esse non potuit, *pariter* Pœna *solummodò* extraordinaria *decernitur. num.* 23. *& seqq.*

Plures Vulnerati *haud dubiè* viram recepissent, *nisi defuissent*, *qui* subito Symptomati, *tùm maximè* Sanguinis profusioni, *peritam* manum adhibere *potuissent. num.* 24.

Illustratur *hoc aliquot* Casibus. *num.* 25. *& seqq.*

Vulnera Brachio inflicta, *(modò non axillaris arteria mox sub axillis lacerata vel discissa sit.)* per se lethalia non sunt. *num.* 32. *& seq. juncto num.* 36.

Hinc, *licet* ità Vulneratus, ex *subsecuta* nimia Hæmorrhagia, fato concesserit; *tamen*, *regulariter*, *saltem* extraordinaria Pœna *decerni potest. num.* 32. *& seqq.*

Modò *& hic*, Vulnerantem dolosum *& directum* occidendi propositum habuisse, *non appareat. num.* 34. *& seqq. juncto num.* 40.

Animus occidendi directus *imprimis etiam* ex genere Armorum *colligitur. num.* 34.

Quando Hæmorrhagiæ ex Vulneribus brachialibus, *non ad occisionem directo proposito inflictis*, *secuta*, ob absentiam Chirurgi, obviam iri *non potuit*, *tunc Vulnerans*, vix ultra Relegationem, *vel ad summum* ad pœnam Fustigationis *damnari debet. num.* 36. *juncto num.* 50.

Quoad *dictandam* Pœnam ultimi supplicii, *inspecta veritate tàm Divini*, *quàm humani juris*, nihil refert, *sive* Vulnerans directam occidendi Voluntatem *habuerit*, *sive* indirectam. *num.* 37.

Modò Vulnus *illatum* ab initio statim, per se lethale, *&* Mors exindè necessariò secuta *fuerit. num.* 38.

Vulnera Venarum & Arteriarum, *regulariter*, non *sunt* lethalia. *num.* 39.

Notatur speciale Programma *de ejusmodi Casibus*, quando Vulnerati ex nimia Hæmorrhagia, *ob defectum Medici vel Chirurgi secuta*, Vitam amittunt, à B. Dn. Sam. Strykio *publici juris factum. num.* 42.

Affertur notabilis hanc in rem Casus à Struvio relatus, *cum justo* Ejusdem Voto de hoc *ipso* Articulo, *per* Imperialem Decisionem, *specialiùs & accuratiùs determinando. num.* 42. *juncto num.* 31.

Hæc sententia, *quòd*, *ad* ultimi supplicii pœnam *dictandam*, Vulneratio, per se, necessariò, atque immediatè lethalis, *requiratur*, in Praxi receptissima *est. num.* 43.

Medici *tale* Vulnus, *quod* ob Hæmorrhagiam, *&* Medici absentiam *demùm* lethale *evadit*, *tantùm* per accidens tale *statuunt. num.* 44. *& seqq.*

In Quæstionibus de lethalitate *vel* non lethalitate *Vulnerum tùm* Judicum, *tùm* Jurisprudentum *Collegia* à Medicorum judicio *dependent. num.* 45.

Medici de Vulnerum lethalitate *non ex copiosa Sanguinis profusione*, *sed* ex natura & qualitate Partis vulneratæ *judicant. num.* 46.

Firma-

Firmatur *hac egregia* Facultatis Medicæ Hallensis responso. *num.* 47.
Judicium Medici & Chirurgi de Casu proposito. *num.* 48. *& seq.*
Animum occidendi directum, *in proposito Casu*, defuisse *demonstratur. num.* 52. *& seqq.*
Defectus Corporis Delicti ad pœnam *solummodò* extraordinariam *di. standam* solus non sufficit. *num.* 53.
Condemnatur Inquisitus, *ultra* diuturnam Incarcerationem, ad Operas publicas, *& ad* refusionem omnium Sumptuum. *n.* 60. *junctò n.* 1.

CONSILIUM SEPTUAGESIMUM SEXTUM.

De Crimine Falsi & Stellionatûs *multipliciter perpetrato.*
Ad hunc effectum, *ut*, ob crimen Falsi, *pœna* Fustigationis, *cum* perpetua Relegatione & Stigmatis inustione, *decerni valeat*, *ante omnia*, *de* Corpore delicti *constare debet. num.* 6.
Corpus delicti, *seu à Reo* in proposito *commissorum Falsorum veritas ex Actis luculentissimè & distinctè* demonstratur. *num.* 8. *usque ad num.* 108.
Falsa Subscriptio, *ad dolosum alterius jussum facta*, jubentem *in* Falsi reatu *constituit. num.* 20.
Falsas Literas dimissorias, Abschieds-Brieffe / *itemque* falsa Sigilla, *in fraudem & damnum aliorum*, *vel* ipse conficiens, *vel ab alio sibi* confici procuras, *ut* ultimo Supplicio proximæ Pœnæ *subjici valeat*, qualis, *inter alias*, probatio *sufficiat*? *num.* 17. *& mult. seqq.*
Mutatio Nominis, *regulariter*, *cuilibet* permissa *est. num.* 35.
Qui falso Nomine *in alterius* detrimentum *utitur*, *eoque* in celebratione Contractuum, ne *ex illis* conveniatur, *sese alium simulat*, Crimen falsi *procul dubio committit. num.* 36.
Nomina & Cognomina quo fine inventa *sint*? *num.* 37.
Qui in damnum aliorum, *ne ipsorum Falsitates & Fraudes*, *in Contractibus cum aliis celebratis commissæ*, *tàm facilè detegi queant*, falsum Militis titulum, *vel cujusvis* Artificis, *vel* Opificis, Ministri, *aut* alium *sibi adscribunt*, *eò ipsò non saltem* Mendacii; *sed*, *si alii exindè damnificentur*, *etiam criminis* Falsi reatum *incurrunt. num.* 50.
Reus, plurium *aliarum* Falsi specierum *legitimè* convictus, *etiam* quoad *aliud ipsi noviter* imputatum, Falsi crimen, *si præsertim cum prioribus aliquam affinitatem habeat*, *& per alias concurrentes probationes adjuvetur*, *efficacissimam* Juris præsumptionem *sibi* adversam *habet. num.* 57.
Criminis Falsi, *ceu satis difficilis*, probatio *utplurimùm ex meris*; *veruntamen* urgentibus indiciis & præsumptionibus *petitur. num.* 53.
Utrum, propter Crimen Falsi, *de quo* ex solis *vehementibus* Conjecturis & Indiciis *constat*, *etiam* pœna capitalis, *vel* ei proxima *decerni valeat? num.* 59. *& 60.*
Qui, *propter* Crimen, *aliquem* denunciat, *regulariter*, *pro* Teste omni exceptione majore *haberi non debet. num.* 75.
In casu, *quando* Denuncians nullum *ex sua delatione* commodum *sperare potest*, *itemque* in Processu inquisitorio *hac Regula suum officium perdit. n.* 76. *& seq.*
Querela personæ honestæ *atque integræ famæ*, de furtiva rerum *ad ipsam spectantium* Ablatione, *corporali* juramento firmata, *ad repræsentandum* corpus delicti, *in Crimine* Furti, *sufficiens habetur. num.* 78.
Idem *multo magis* de crimine Falsi & Stellionatus, *præprimis* in casu concurrentium *aliorum* Adminiculorum, *asserendum venit. num.* 79. *& seq.*
Modus *in judicio* aliquid asseverandi Anabaptistis *usitatus quinam? n.* 8. *& seq.*

Ad probandum Crimen Falsi & Stellionatus *non præcisè directa & vulgares requiruntur probationes*; *sed etiam* perspicuæ, vehementes, urgentes & valdè evidentes Præsumptiones *ab ipsis LLatoribus admittuntur. num.* 86.

Non adminiculativa; *sed tantùm* Obstativa Testium Singularitas *juratæ eorundem* depositiones enervat. *num.* 87. *& seq.*

Depositio Domini *furtum passi*, *si* bonæ *sit* famæ & inculpatæ vitæ, *ad repræsentandum* corpus delicti *tàm* sufficiens *reputatur*, *ut*, *tametsi* res furtiva non ampliùs extet; *tamen etiam* ultimi supplicii pœna, *cæteris paribus*, *benè dictari queat. num.* 92. *& seq.*

Quando contra Sacculatios, **Beutelschneider**/ *saltem* unum, duo, *vel* tria Furta *legitimè* probantur, *tunc*, ad alia plura pro sufficienter probatis habenda, *etiam sola ipsorum*, *tametsi* non aliter adminiculata, Confessio, *etiam* ad decernendam pœnam Laquei, *sufficit. num.* 95.

Hæc doctrina non saltem in Italiæ; *sed etiam in* Germaniæ foris *receptissima est. num.* 96.

Quando duo Falsa, plenariè, *contra aliquem*, *sunt* probata, *tunc* etiam reliqua, *tametsi* per singulares *solummodò* testes *probata*, Falsa, ob concursum aliorum Adminiculorum, *pro satis demonstratis haberi possunt. num.* 96.

Sola Legis Corneliæ, *& cujusvis alterius de Falsis condita Legis* Notatio *specificam* inter Crimen Falsi & Stellionatûs differentiam *constituit. num.* 97.

Crimen Stellionatûs, *non minùs ac* Falsi, atrociorem, *& quidem* ex falsitate *profectum*, Dolum *ad sui constitutionem requirit. num.* 98.

Ad crimen Stellionatûs improbior, gravior & atrocior Dolus, *quàm* in actione de Dolo, *requiritur. num.* 99.

Inter *Crimen* Falsi & Stellionatûs, quoad pœnam, non magnum *intercedit* discrimen. *num.* 100.

Ad Crimen Falsi, *in sensu generaliori*, *etiam* Oppignoratio falsarum margaritarum, & catenarum *deauratarum*, *aliorumque* vasorum *pro veris & aureis obligatorum rectè refertur. num.* 101.

Dolosa ejusmodi rerum, *pro veris*, Venditio, *etiam inspecta Ordinatione Carolina*, *propriè sic dictum* Fallum *constituit. num.* 102.

Tàm illa Oppignoratio, *quando quis*, loco aureæ, *quam primò* ostenderat, *totam æream*, *vel etiam argenteam*; *sed tantùm* inauratam Catenam, *vel pro genuina &* vera Gemma, *Creditori* monstrata, *aliam* adulterinam *subdolè subjicit*, *quàm hæc*, *si quis*, non præcedente tali Ostensione, falsas catenas, margaritas, & similia, *pro veris*, *simpliciter pignori subjiciat*, *propriè loquendo non Falsi*; *sed* extraordinarium Stellionatûs Crimen *inducit. num.* 103. *& seqq.*

Ad formalem Criminis Falsi rationem *quænam requirantur? num.* 109. *& seqq.*

Paria *sunt*, Reum *habere* confessum, *vel* legitimè convictum. *num.* 115.

In hac Q. An Furtum *sit* magnum, *nec ne? potissimùm* ad *eam* personam, cui Furtum factum, respectus *haberi debet. num.* 117.

Quando damnum *ex Crimine* Falsi *vel* Stellionatus, *in Rempublicam vel aliquem Privatos redundans*, magnum *est* & notabile, *tunc*, *ob illa*, *etiam* ultimi supplicii pœna *decerni potest. num.* 118.

Idem *etiam* de frequenti horum Criminum Reiteratione, *pro qualitate aliarum circumstantiarum*, *asserendum. num.* 120.

Si non de una tantùm Falsitate agatur; *sed* de multis, ab eadem persona in grave aliorum damnum, sæpius repetitis, *tunc etiam* capitalis pœna *dictari solet. num.* 122.

Sacculatius, *unius vel* plurium Furtorum legitimè convictus, *si alia* plura *à se commissa* fatearur, *etiam tunc* pœna ultimi supplicii *plecti potest*, *licet* nunquàm *ob illa fuerit* punitus. *num.* 124.

Crimen

Crimen Falsi *communiter* Furtô gravius *habetur. num.* 126.

Pœna *criminis* Falsi, *hodiè, est* arbitraria. *num.* 127.

Malè Ant. Faber *ordinariam* Falsi pœnam Mortem *statuit. num.* 128.

Nisi facti atrocitas diversum efflagitet, Judex *hoc crimen*, ex sententia B. Carpzovii, *severiùs, quàm* Relegatione, *vel* Fustigatione, *coërcere nequit. num.* 129.

Etiam pœna Stellionatûs *est* arbitraria. *num.* 129.

Pœna Furti, *itemque* Rapinæ, prima vice *commissi*, hodiè, *plerubique locorum*, non *est* capitalis. *num.* 130. *& seqq.*

Etiam Falsi crimen *subdolum &* occultum furandi genus *constituit. num.* 131.

Quare pœna Laquei *vel* Gladii adversus Saccularios justiùs *locum sibi vindicet, quàm contra* Falsarios? *num.* 133.

Ad hunc effectum, ut ob crimen Falsi pœna ultimi supplicii *dictari queat, tàm* gravis *&* atrox Falsitas *necessaria est, ut* cum Hominis, *capitaliter puniendi*, Vitâ habeat proportionem. *num.* 134. *& seq.*

In Delictis *semper* mitior Sententia *amplectenda. num.* 135.

Pœna Relegationis, *& desuper præstanda* Urpheda, hodiè, *aliquando etiam* ultra territorium jus dicentis *extendi solet. num.* 137.

Ex qua ratione Imp. Constantinus stigma fronti humanæ inuri *prohibuerit? num.* 138.

An Statutum *huic prohibitioni* contrarium *pro valido habendum? num.* 139. *juncto num.* 142. *& seqq.*

Quid in specie in Saxonia *quoad hoc punctum obtineat? num.* 141. *juncto num.* 149. *& seq.*

In quibus locis, *&* delictis, quo fine, *ac* quot modis *ejusmodi* Stigmatum inustio Hodiè *frequentetur? num.* 144. *& seqq.*

CONSILIUM SEPTUAGESIMUM SEPTIMUM.

DE Auxilio cooperativo Furi præstito, *ejusque* pœna.

De Crimine Abigeatûs circa minora Animalia frequenter commisso.

De Pœna Laquei, ob Furtum tertia vice reiteratum, *dictanda*, ejusdemque justitia.

EXhibetur Prima Quæstio *hîs examinanda: An in casu*, quando duo, prævia *dolosa* deliberatione, *invicem* paciscuntur, *quòd* conjunctis viribus, *ac* communi periculo *&* lucro, Furtum committere *velint, si dein* unus *saltem* res alienas contrectet, alter *verò eidem, ad consummationem furti*, auxilium reale & cooperativum *præstet*, sine cujus adjumento *primus* vel planè non, *vel* non tàm facilè Furtum committere *potuisset*, uterque eâdem; an *verò* posterior mitiore pœna *sit afficiendus? num.* 2.

Quando plures in necem *alicujus* deliberatò conspiraverunt, *&* unus solus lethiferum vulnus *occiso intulit, tunc, licet de vulneris inflicti Autore haudquaquàm constet; tamen* omnes *eapropter* dolosi Homicidii, *ac* Pœnæ ordinariæ rei *censentur. num.* 4.

Hæc doctrina *etiam* aliis Delictis & Delinquentibus, *ex rationis identitate*, applicatur *justissimè. num.* 5.

Hinc etiam ille, qui auxilium & opem præstat Latroni, in excubiis *stando*, *vel qui* in istud Crimen consentit, *illud* approbat, *&* de Spolio actualiter participat, *æquè ac* Latro, ordinariæ Latrocinii pœnæ reus *habetur, ac si ipse manu sua occidisset, & spoliâsset. num.* 6.

Idem *etiam affirmatur* de Crimine Rapinæ. *num.* 7.

Nec non, suô *tamen* modô, de Crimine Sacrilegii. *num.* 8.

Concluditur *ex his* pro identitate Decisionis *etiam quoad Crimen* Furti *eô casu formanda, quando* duo, *vel* plures, prævia deliberatione, *invicem* paciscuntur, *quòd* junctis viribus, *&* communi periculo ac lucro, Furtum *velint* committere, *ac postea* alter *suas* operas *ipsi rerum surripiendarum* contrectationi *accommodat, alter verò ad Furti consummationem* tale *præstat* auxilium, *sine quo alter* Furtum *vel* plane non, *vel* non tàm facilè *perpetrare potuisset. num.* 9. *& seqq.*

Etiam ille, qui, dùm Furtum committitur, Excubias *agit*, *dummodò* de rebus furtivis, ultra quinque aureos Hungaricos, participet, *Jure Saxonico*, Pœnæ Suspendii *obnoxius est. num.* 9. *&* 10.

Qui proxim am*ac* præsentem Opem delinquenti *tulit*, causamque Crimini *præbuit, regulariter*, ordinaria pœna *afficitur. num.* 11.

Illustratur *hæc Regula* Exemplô *criminis* Vis publicæ, Peculatûs, Corruptionis pueri puellæve, Furti, Plagii, Defraudationis Censûs, Adulterii, Rapinæ, *&* Parricidii. *num.* 12.

Etiam propter Auxilium cooperativum *in ipsa Delicti consummatione præstitum* non semper Pœna ordinaria; *sed* quandoque *saltem* extraordinaria *decernitur. num.* 13.

Hæc *tamen etiam*, in multis casibus, capitalis *esse potest. num.* 14.

Hæc Quæstio: Quando, propter Auxilium cooperativum, pœna *Criminis* ordinaria *obtineat?* variè *à DDbus deciditur. num.* 15.

Quidam illos *quoque*, *qui* in ipsa Delicti perpetratione consilium *&* opem tulere, illis, qui *ipsi* Delictum perpetrarunt, mitiùs puniendos *esse*, *ingenere statuminant. num.* 16.

Alii pœnæ ordinariæ *tùm demùm locum concedunt, quando* Auxilium *cooperativum*, scienter, dolosè, *ac* præcedente deliberatione *præstitum*, ipsi Delicto causam, *& quidem* proximam, *præbuit. num.* 17.

Hanc posteriorem sententiam *Farinacius* communiter receptam *testatur. num.* 17.

Quid de hoc puncto Ordinatio Criminalis Carolina *constituat? num.* 18.

Etiam hanc Quæstionem: Quando *aliquis* auxilium *delinquenti* præstando, Causam ipsi delicto præbuisse *dicendus sit? DDres non uno modo definiunt. num.* 20.

Adducitur optima *ac* compendiosa ejusdem decisio *ex Prosp. Farinacio. num.* 20.

Eadem *quoque* ex aliis DDbus, *& imprimis* Daniele Clasenio *firmatur. num.* 21. *& seq.*

Enucleatur Secunda Quæstio: An *etiam* ille Crimen Abigeatus *propriè sic dictum* committat, *qui quidem* non ex Pascuis, Jumentis, *&* Armentis pecora abigit; *sed solùm* ex benè occlusis Stabulis ac Domibus minora Animalia; *veruntamen* frequenter *&* iterata vice, *abducit? num.* 23. *usque ad num.* 45.

Etiam minorum pecudum Abactio, singulatim *ac* sæpiùs facta, *ex communiore sententia, verum* Abigeatum *constituit. num.* 24. *& seqq.*

Talis delinquendi Consuetudo eum, qui *aliàs, ob exiguum numerum*, talis non erat, *verum* efficit Abigeum. *num.* 25.

Hinc etiam, ob eandem, pœna *Criminis istius* ordinaria *dictatur. num.* 26.

Firmatur hoc ex observantia Ampl. Facultatis Juridicæ Tubingensis. *num.* 27.

Quid ad hoc, ut *ejusmodi* Abactio sæpiùs reiterata, *&* Consuetudo *abigendi* inducta *dicatur, necessarium sit? inter DDres* oppidò controversum *est num.* 28.

Nonnulli præcisè decem Ovium, *vel* quinque Porcorum abactionem *requirunt*; *sive illa* uno tempore, *sive* aliquot vicibus, *hunc numerum expleverit. num.* 29.

Alii trinâ *saltem* vice reiteratam *minorum pecudum* Abductionem *sufficere contendunt. num.* 30.

Alii

Alii generaliter *solummodò*, pœnam abigeatus *etiam tunc* obtinere, *statuunt, si quis* sæpius *minora animalia* abegerit, *sicque* studium abigendi, quasi artem, *exercuerit. num.* 31.

Approbatur media Sententia. *num.* 32. *& seqq.*

Dictio, Sæpius, *regulariter*, tres *saltem* actus *requirit. num.* 32.

Delictum sæpiùs commissum, *ex* tribus vicibus, *appellatur sapissimè. num.* 33.

Etiam in simplici Furto, per tres actus, Consuetudo *furandi* induci *censetur. num.* 34.

Adducuntur duo Præjudicia Facultatis Juridicæ Tubingensis, *quibus* ob trinam *saltem minorum pecudum* Abactionem, distinctis vicibus *factam*, *ejusdem* Rei *pro* veris Abigeis *habiti fuêre. num.* 35.

Pœnæ *Criminis* Abigeatûs *etiam ille* subjacet, *qui* hodiè unam, cras aliam Ovem, *&* perendiè *denuò* Ovem *furatur. num.* 36.

Multoque magis *ille*, *qui* promiscuè majora & minora Animalia *abduxit. num.* 38.

Imò etiam ille, qui etiam sæpiùs unum eundemque Arietem, *quacunque ratione*, sibi rursùs ereptum *abigit. num.* 39.

Ad hoc, *ut quis* sæpiùs reiterati Abigeatûs reus *fiat*, non *praecisè requiritur*, *ut* tantus numerus, *qui* gregem *constituat*, *etiam* diversis vicibus *abducatur. num.* 40.

Laudatur hanc in rem aliud Præjudicium Tubingense. *num.* 40.

Unius *saltem* Equuli, *vel* Buculi, *aut* Buculæ, *multoque magis* unius *solummodò* Vituli, **einer Kalbin**/ Abductio ad Abigeatum *fundandum* haud sufficit. *num.* 40.

Aliud *tamen dicendum*, *si quis etiam* unicum hœdum, porcellum, *vel* vitulum, post alterum; *vel modò* ovem, *modò* agnum, *pòst* vervecem, *vel* vitulum, *atque ità* promiscuè *etiam* matres & fœtus, *ejusdem*, *vel* diversæ speciei, sæpiùs abduxerit. *num.* 40.

Quoad *fundandum extraordinarium* Crimen Abigeatus *nil refert*, *sive talis reiterata*, *etiam minorum pecorum*, Abductio ex Pascuis, *tùm publicis*, *tùm privatis*, *sive* ex stabulo, *sive denique* ex Domo, Hospitio, Tentorio, *aliove quo* Loco, aperto, *vel* clauso, *fiat. num.* 41. *& seqq.*

Diversitas Locorum Abigeum à Fure, *regulariter*, haud distinguit. *num.* 45.

Evolutio Tertiæ Quæstionis: An in Furtô tertia vice & sæpiùs reiterato, quoad pœnam Laquei *Furi dictandam*, ratio Valoris rei furtivæ habenda? *Et* an hæc benignior *Doctorum* Sententia rigori Juris Carolini præferenda *sit*, *ac* cum Praxi moderna, *abstrahendo à Sententia Collegii Juridici Tubingensis*, magis conveniat? Qua pœna Inquisitus, *in casu proposito*, *sit* afficiendus? *num.* 46. *usque ad finem.*

Dispescitur hæc Quæstio *in* duo Membra. *num.* 47. *& seq.*

Exhibetur Primi Membri decisio. *num.* 49. *usque ad num.* 66.

Delicti Geminatio *facinus* aggravat, *& ad malè agendum* obfirmatum animum *redarguit. num.* 50.

Sapè Delictum, *ex se non capitale*, per Geminationem, capitale *evadit. num.* 51.

Idem *etiam in specie* in Furti Crimine *illius* Tertiatio, *juxta omnium fere Gg. LL. & Mores*, *operatur. num.* 52. *& seqq.*

Criminis Furti Causam non simpliciter privatam censendam *esse prudenter movet per illustris Dn. B. de Lyncker. num.* 53.

Quoad pœnam Laquei, *ob furtum tertia vice commissum*, *dictandam* nulla *vel* Modi res contrectandi, *vel* Rerum ablatarum Valoris ratio *habetur. num.* 54.

Ex tribus Furtis habitus furandi *justissimè colligitur. num.* 55.

Talis

Talis Fur *in Legibus nomen* Furis famosi *ac* insignis *gerit. num. 56. & seq.*

Imò etiam violento Aggressori, einem Vergwaltiger / *quem LL. aliàs Latronem appellant, ab iisdem* comparatur. *num. 57.*

Actuum prohibitorum Frequentia *delinquendi* Consuetudinem *inducit*, destinatam malitiam *arguit, omnemque* spem resipiscendi *præscindit. num. 58.*

Tergemini Furti reus *habetur pro* incorrigibili, nemoque ab illo securus esse *potest. num. 59.*

Hinc *ultimi supplicii, & in specie* Laquei pœna eisdem, *de* Consuetudine generali, *justissimè* irrogatur. *num. 60. & seqq.*

Respondetur *remissivè* Autoribus, istam pœnam *nimia duritiei hinc in. de accusantibus. num. 60. & seqq.*

In Pœna Laquei ob *tergeminum* Furtum *dictanda* nulla *rerum ablatarum* valoris; *sed solius* Securitatis publicæ, ejusdemque turbationis ratio *habetur. num. 62. & seqq.*

Commercia, *Jure Gg. & Civitatum*, conservari *non possent, nisi* sua *cuique* Domus *tutum sit* receptaculum. *num. 63.*

Incertum *est*, qua mente Fur, *præprimis* nocturnus, ædes *effringat*, spoliandi, *an &* occidendi animo? *num. 63.*

Hinc etiam Lex Divina Furem nocturnum occidi *permisit. num. 63.*

Etiam in Ordinatione Criminali Carolina nulla, *quoad pœnam* Laquei *ejusmodi* Furi famoso *dictandam*, rerum valoris mentio *occurrit. num. 64. & seq.*

Hinc nec Interpretum *est*, *aliquam* distinctionem *hîc* comminisci. *n. 64.*

Notatur dissentiens Carpzovius. *num. 63.*

Hac Sententia, *quòd ob Furtum tertia vice reiteratum* pœna Laquei, sine respectu *rerum* Valoris, *obtineat*, communissimo DDrum suffragio *nititur. num. 66.*

Ex actuum Frequentia Delictum *plus* gravatur, *quàm ex* magnitudine rei *sublatæ. num. 66.*

Subnectitur Secundi Membri *decisio. num. 67. usque ad finem.*

Crimen Abigeatûs *sine dubio* severiùs, quàm Furtum, puniri *solet. num. 68.*

Criminis Abigeatûs Frequentia *imprimis etiam* ultimi supplicii pœnam *inducit. num. 71.*

Idem *dicendum, si illud, adhibitis* Armis lethiferis, *commissum fuerit. n. 71.*

Etiam parva Securis, ein kleines Handbeil / *in censum* Instrumentorum lethiferorum *referenda est. num. 73.*

Abigeatum cum Effractione stabulorum *commissum*, *licet* non valdè magna Violentia *in illa adhibita fuerit, tamen similiter* ultimi supplicii pœna *manet. num. 75.*

Abigeos *cum* pecudibus abductis sciens prudens *in ædes suas* receptans, *vel* in iisdem distrahendis operas suas accommodans, *an & ipse* pœnæ capitis *obnoxius sit? num. 76.*

Haud pauci DDres, *ob Furtum tertia vice reiteratum*, pœnæ capitali, non aliter locum *competere asserunt, quàm* si valor *rerum ablatarum* summam quinque aureorum Hungaricorum *conficiat. num. 77.*

Hanc sententiam *B Dn. Stryke non saltem* æquiorem; *sed etiam* communiorem *appellat. num. 78.*

Eandemque *etiam Ipse* crimini Abigeatûs *speciatim* accommodat. *num. 79.*

Hodierno Jure, multis *in* locis, Abigei, ut alii Fures, *puniuntur. n. 79. & sq.*

Multi hanc sententiam *etiam sic* temperant, *quòd etiam ter vel plures* iterati Furti reus tùm demùm ad ultimum supplicium damnari *debeat, si jam* anteà semel, *vel planè* Bis punitus *fuerit. num. 81.*

Talis Constitutio *obtinet in* Ducatu Magdeburgico. *num. 82.*

Laudantur plures *magni nominis* Jcti idem statuentes. *ibid.*

Necessitas Paupertatis Famis, *&c. non rarò* pœnæ extraordinariæ, *præprimis* in Furto, *locum conciliat. num. 85.*

Adducitur

Adducitur hanc in rem Facultatis Juridicæ Tubingensis Præjudicium *in casu Necessitatis non adeò urgentis, & remissioris Famis impertitum. num.* 86.

Etiam in Crimine Furti, & Abigeatus, *ingenua* Rei Confessio, *ad* pœnam imminuendam, *haud parùm proficit. num.* 88.

Præprimis, si, per eandem, aliud majus *ab ejusdem Complicibus demùm* committendum Furtum detectum *sit. num.* 89.

Vita benè anteacta ad pœnæ, *Jure saltem positivo introductæ*, mitigationem *pariter haud parùm contribuit. num.* 90.

Idem etiam operatur Numerus Liberorum. *num.* 91.

Pœna unius *debet esse* Metus multorum. *num.* 93.

Reus *in proposito*, per Triennium, ad Triremes *condemnatur. num.* 93.

CONSILIVM SEPTVAGESIMVM OCTAVVM.

DE Blasphemia, à Fœmina epileptica, *summè* iracunda, & *propemodùm* fatua, *adversus* sacram Synaxin & Spiritum Sanctum, effusa.

Præmittitur Sententia. *num.* 2.

Subnectuntur Rationes dictatæ *solummodò pœnæ* Fustigationis. *num.* 3. *& seqq.*

Etiam in hoc Crimine, ad effectum *dictandæ* Fustigationis, injurata testimonia, *quoad probandum Delicti corpus*, sufficiunt, *si, cum illis, propria* Rei Confessio *concurrat. num.* 3. *& seqq.*

In casu *dictandæ* Pœnæ capitalis diversum *obtinet. num.* 4.

Adducuntur nonnullæ Rationes, aliqualem Doli suspicionem, *contra Ream, inducentes. num.* 6. *usque ad num.* 13.

Testibus, contra Dementiam *testimonium perhibentibus, in dubio*, plus fidei *tribuitur*, quàm pro illâ *deponentibus. num.* 13.

In dubio quilibet sanæ mentis præsumitur. *num.* 14.

Crimen Blasphemiæ, *ceu horrendissimum*, Divino, *ac* humano Jure, capitale *est. num.* 15.

Suprarememoratis opponuntur aliæ plures, maximam, quâ Rea laborat, mentis simplicitatem & confusionem *comprobantes, hincque eam* à Doli suspicione multùm liberantes, Rationes & *Conjecturæ. num.* 16. *usque ad num.* 39.

Epilepticos Ira facillimè corripit. *num.* 16. *juncto num.* 44.

Hinc etiam ad omne, quod ipsis in buccam venit, effutiendum *ultrà, quàm par est*, proni *utplurimùm deprehenduntur. num.* 16.

Dementia un lè, & quomodò probetur? *num* 39. *& seq.*

In casu, quando Dementia *solummodò* in genere probanda *est*, singularitas Testium, *tametsi* diversificativa, nihil parit obstaculi. *num.* 41.

Tres, *à DDribus, constituuntur* Dementiæ Gradus. Quinam *illi? num.* 42.

Ad quem, *in substrato*, Rea *veniat* referenda? *num.* 43. *juncto num.* 52.

Morbus epilepticus, *præprimis per aliquot annos* continuatus, aciem mentis *valdè* imminuit. *num.* 43.

Ira furor brevis *est. num.* 44.

Ad præveniendam *horrendissimi* hujus criminis, *& cum illò ad paria ferè judicanda sanctissimi* Divini Nominis profanationis frequentiam *etiam* Secundi Gradûs Dementibus *pœna* Fustigationis *jure* decerni *potest. num.* 45.

In casibus, ubi, ob concurrentes singulares Facti circumstantias, pœna Relegationis dictari nequit, Rei sæpiùs *ex foro usque* ad ædes *suas* fustigantur. *num.* 46.

Pœna positionis ad Numellas, *Fustigationem aliàs præcedens, personis* Epilepsia laborantibus *plerumque* remittitur. *num.* 47.

Commendatur singularis Ream, *ceu Personam miserabilem*, post executionem, tractandi modus. *num.* 47.

Etiam

Etiam personæ secundi gradûs Dementiâ affectæ, *pro ratione circumstantiarum*, condignis pœnis coërceri *debent*. *num.* 48.

Tales personæ *non quidem ex dolo*; *attamen* ex Culpa, *ad pœnam extraordinariam, etiam corporis afflictivam*, obstringuntur. *num.* 49. *& seq*

Plenaria earundem ab omni pœnâ Absolutio, *ceu nimium ad delinquendum illicium prabens*, Reipublicæ *admodùm foret* periculosa. *num.* 50.

Præjudicia Scabinatûs Lipsiensis de pœnis corporalibus, *adversus* personas non sanæ mentis, *non à Carnifice*; *sed* à Servo publico, *in ipsô* Carcere, executioni mandandis, *de quibus personis veniant exaudienda? num.* 51. *& sq.*

An *illa etiam specificè sic dictis* secundi gradûs Dementibus *sint* applicabilia? *num.* 52.

CONSILIVM SEPTVAGESIMVM NONVM.

DE Parricidio à Vitrico, *pratensivè* cæco, in privigno *decem annorum, crudelissimè* commisso.

Præmittitur summaria Facti descriptio. *num.* 1.

Tortura, *per* Sententiam *interlocutoriam*, decernitur. *num.* 4.

Crimen quæstionis ex parte *quidem* Vitrici, *sine dubio*, speciem *Criminis* Parricidii; ex parte *verò alterius personæ* correæ simplex *solummodò* Homicidium *constituit*. *num.* 6.

Certitudo Corporis delicti, in substrato, *pluribus demonstratur*. *num.* 7. *usque ad num.* 21.

Ubi de Corpore delicti *nondùm constat*, Tortura *decerni nequit*. *num.* 7.

Judicio Medicorum *&* Chirurgorum de lethalitate *vel* non-lethalitate Vulnerum, Judex, *in dubio, regulariter*, stare *tenetur*. *num.* 21.

Ad *statuminandam* pœnam Legis Corneliæ de Sicariis, *nempe Gladii, non præcisè directa* occidendi voluntas *necessaria est*; *verùm* etiam indirecta *ad hoc* sufficit. *num.* 25. *& seqq.*

Hæc, *inter alia, cumprimis* ex eô colligitur, si quis Instrumento ad occidendum apto, *contra alterum*, usus *fuerit*. *num.* 26.

In Homicidio, *ad hunc effectum, ut* Gladii pœna *locum sortiatur*, semper Animus dolosus necessarius *est*. *num.* 28.

Talis *non saltem censeri debet* Animus occidendi *directus*; *verùm etiam indirectus, sive* nocendi. *num.* 27. *& seqq.*

Crimen Homicidii etiam *tunc perpetratur*, si *saltem* tale *aliquod* Factum *intercedat*, quod non potest *regulari & modificari* voluntate *illud* facientis; *sed verisimiliter, frequenter, & facilè, etiam ultra, imò contra ejus intentionem se extendere potest*. *num.* 31.

Quicunque in re illicita *versatur*, *is* de omni *eo*, quod indè consequitur, *licet* præter ipsius intentionem, *omnibus modis* tenetur. *num.* 32.

Dummodò, *quod ipse facit*, sit causa ordinata, *& tendat* ad subsecutum, Delictum. *num.* 33.

Grandiore Baculô, *& in specie quoque* Pedô, Einem Hirten- oder Schäffer-Steckhen/ Caput alterius feriens, *sine dubio*, indirectam occidendi voluntatem, *etiam ad fundandam pœnam capitalem*, habuisse præsumitur. *num.* 35.

Etiam ex indubitatis *& nullum scrupulum relinquentibus* Indiciis pœna capitalis, sine *prævia* tortura, decerni *potest*. *num.* 36. *& seqq.*

Quandocunque Factum, in suis circumstantiis, *ità est comparatum, ut quilibet videat*, rem aliter se habere non posse, *quàm quòd ille, qui reâ dissimulatur, hanc revera patraverit, tunc* etiam B. Brunnemannus, *conscientiæ quantumvis studiosissimus*, pœnæ capitali *locum facit*. *num.* 37.

Illustratur *hoc, remissivè*, notabili Exemplo. *num.* 38.

Quando

Quando certum *quidem est*, Homicidium *aliquod non nisi* à certis personis committi potuisse; *incertum verò*, num ab omnibus illis simùl, *vel ab alterutra saltem illarum commissum fuerit, tunc*, sine *præambula* Tortura, *neutri illarum pœna capitalis dictari potest. num.* 36. *& seqq.*

Quilibet *tantùm* de suo propriô Factô tenetur. *num.* 40.

Delictum unius alteri non *est* imputandum. *num.* 41.

Etiam percussio, *robusti cumprimis hominis*, Pugnô *alterius* Capiti illata *mortifera esse potest. num.* 45. *& seq.*

Pœna Fustigationis *&* perpetuæ Relegationis *nihilominùs aliquando* locum habere *potest*; *tametsi* Reus in tortura nihil *fuerit* confessus. *num.* 49.

Tortura veras probationes, *ex* Rei confessione, *& juratâ* duorum, *omni exceptione majorum*, testium depositione *prostantes*, purgat haudquaquàm. *num.* 50.

Quando plures communi consilio *& ex conspiratione* aliquem interfecerunt, *atque* ignoratur, quis vulnus lethale *intulerit*, *tunc* omnes *ordinariæ* L. Cornelhæ pœnæ *subjacent. num.* 51. *&* 54.

Ob Homicidium mandatum *uterque*, *&* Mandans, *&* Mandatarius, pœnâ ultimi Supplicii *justissimè afficitur. num.* 52. *&* 55.

Quando plures *quidem* alicui violentas intulêre manus; *sed de sola* unius percussione, *quòd* illa sola lethalis fuerit, *certò* constat, *tunc*, *regulariter*, *& extra concursum specialium circumstantiarum, ille* solus pœnæ gladii *subjicitur. num.* 53. *&* 56.

Aliud *dicendum*, si *omnia &* singula, à pluribus illata, Vulnera lethalia *deprehendantur*; *tametsi non constet, quis, præ alterô, lethale Vulnus intulerit? num.* 53. *&* 57.

Ad *fundandam* Torturam *quanam sint* necessaria? *num.* 58.

In casu Parricidii in Privigno commissi *multi DDres severissimæ* Culei pœnæ *locum facere non dubitant. num.* 59.

Facultas Juridica Tubingensis solam Gladii *pœnam*, *cum additamentô tamen vel* rapparionis *ad* locum supplicii, *vel ut* cadaver rotæ imponatur, *in talibus casibus decernere solet. num.* 60.

Recensentur complures, *tùm* antecedentes, *tùm decessum occisi Pueri ferè* concomitantes, *tùm* subsequentes, *gravissimæ* Circumstantiæ, *ex quibus uterque Reus* de dolosissimô *hunc* puerum, junctis *quasi* operis, occidendi propositô *suspectissimus redditur. num.* 61. *usque ad num.* 114.

An, & quatenùs Senes torturæ subjici *possint? num.* 116. *& seq.*

An, in hac materia, Quinquagenarii in classem Senum *veniant referendi? num.* 118.

Cæcitas à Torturâ non liberat. *num.* 119.

Adducuntur nonnullæ Circumstantiæ *Reum Vitricum* simulatæ *saltem* Cæcitatis *suspectissimum facientes. num.* 120. *& seqq.*

Etiam contra Epilepticos, *tàm masculos, quàm fœminas*, pœna gladii, *cæteris paribus, locum sortiri potest. num.* 127.

Ob morbum epilepticum, *quo Infanticida laborat*, pœna Culei ordinaria, *vel* similis, in *simplicem* Gladii pœnam mutari *solet. num.* 127.

Qualiscunque Corporis infirmitas ab ultimô Supplicio neminem eximit. *ibid.*

Personæ Epilepsiâ, *vel simili affectu* laborantes *non solùm* perpetuò relegari; *verùm etiam, nisi specialem hujus remissionem obtinuerint*, Virgis cæd *possunt. num.* 128.

An, & quatenùs Valetudinarii, graviter Vulnerati, Hernioši, Epilepsiâ, *vel* simili morbô laborantes Torturæ *subjici queant? num.* 129. *usque ad* 156.

Morbus Epilepticus usum rationis *non parùm* imminuit. *num.* 133.

Eôdem laborantes *etiam illis diebus, quibus morbus hic quievit*, revera infirmi *&* ægri *censendi sunt. num.* 134.

An, & quatenùs Furiosi, intervallatô furore *laborantes, Torturæ subjici valeant? Et quænam,* quoad hoc *punctum,* singularis *planè fuerit* Taboris Sententia? *num.* 135. *juncto num.* 143. *& mult. seqq.*

A diversis mala *fit* illatio. *num.* 145.

Morbus epilepticus *nunquàm non, utut diversimodè,* intervallatus *deprehenditur. num.* 146.

Vindicatur Bocerus, malè à Tabore, *pro erroneâ suâ sententiâ,* allegatus. *num.* 148. *& seqq.*

Furiosa propemodùm *hæc nonnullorum decisio audit, quòd, si* Crimen *ab aliquo,* ante Furorem commissum *fuerit, ejus* autor, *deindè in furorem delapsus,* in ipso furore, ad ultimum supplicium *nihilominùs* raptari *queat. num.* 148.

Hoc, quòd Furiosus, *in omnibus,* absentis *& quiescentis, imò* mortui *locô habeatur, non* de Furioso, *qui intervallato; sed de eo,* qui perpetuo furore *laborat, solitariè* exaudiendum *venit. num. 150. & seq.*

Furor intervallatus *non impedit, quo minùs,* per tempora perfecti intervalli, pœna capitalis, *contra reum eôdem laborantem,* executioni mandari *possit. num. 152.*

Talis Furor, *regulariter,* ne quidem *ad obtinendam* Pœnæ mitigationem, *prodest. num. 153.*

Ejusmodi Furore laborantes, *per dilucida intervalla, eôdem,* in plerisque, *tùm* odiosis, *tùm* favorabilibus, *capitibus,* cum sanæ mentis hominibus, jure censentur. *num. 154.*

Prægnantes, etiamsi *ex stupro, adulterio, incestu, vel alio* Legibus prohibito coitu tales *sint, tamen ob partum in utero constitutum, regulariter, neque* torqueri, *neque* terreri *possunt. num. 157.*

Quando Prægnantia *non solùm* ex Inspectione, *à juratis Obstetricibus factâ; sed* ex aliis *quoque* circumstantiis *valdè* inverisimilis *est,* Tortura, *sine ulteriore dilatione,* securè decerni *potest. num. 158. & seqq.*

Quilibet, alterum dolosè, *utut animô saltem vulnerandi,* percutiens *facilè* scire potest & debet, *quòd* Vulnera non *dentur* ad mensuram. *num. 164.*

Si hæc ipsa exceptio, *quòd quis alterum,* animô saltem vulnerandi, *percusserit, in casu cædis exindè, licet contra percussoris intentionem, secutæ, ad declinandam ultimi supplicii pœnam, perfectô* oculorum visu gaudenti haud prodest; multo minùs *illa* Cæco, *complures* graviores ictus *alteri,* baculo grandiore, inferenti, *ad dictum effectum,* prodesse *poterit. num. 163. & seqq.*

Si ejusmodi Cæcus, ictus à se illatos cum vitæ periculo conjunctos *fuisse, constanter* perneget; Correa *autem persona,* mediante Tortura, contrarium asseruerit, *quid tunc Judici faciendum? num. 166. & seqq.*

Describitur *specialis in substrato tùm* contra Vitricum, *tùm contra* Corream fœminam *decernenda* Torturæ gradus *ac* modus. *num. 177. & seqq.*

In casu torquendæ personæ epilepticæ præsentia Medici *&* Chirurgi *ferè* necessaria *est. num. 180. seq.*

Morbô epilepticô correpti *omnibus, tàm* externis, *quàm* internis sensibus *adeò* destituuntur, *ut planè* ad nihil *dicantur* sufficere; *hincque etiam, durante paroxysmo, prorsùs* absentibus *&* mortuis æquiparantur. *num. 181.*

Reô, *in ipsâ* Torturâ, motum epilepticum, *vel veram* syncopen patiente, *quid juris obtineat? num. 182. & seq.*

Subnectuntur nonnulla Interrogatoria *in examine Reorum adhibenda. num. 184. & seqq.*

Officium Judicis, *quod ipsi* ante, in, *&* post Torturam *incumbit, remissivè notatur. num. 189.*

CONSILIUM OCTOGESIMUM.

DE Torturâ Fœminæ epilepticæ & prægnantis, *quatenùs, editô Partu, ipsa Quæstioni subjici queat?*

Adversus prægnantem, *partu nondùm editô*, neque Confrontatio, neque Tortura, *omniumque minimè* Pœna capitalis decerni *potest. num.* 3. *& seq.*

Ne quidem Puerpera, ante *plenum* quadraginta dierum lapsum, *regulariter*, Torturæ subjici *potest. num.* 5.

Si, juxta Medici arbitrium, Puerperæ corporis vires *id patiantur*, *etiam* post viginti *solummodò. vel paulò plurium*, dierum lapsum, Forcipes pollicum, die Daumen Stöcke / absque tamen elevatione, *in casu necessitatis*, *eidem* benè applicari *possunt. num.* 6. *& seqq.*

Multi Doctores remissum hunc Torturæ gradum *ne quidem* pro Torturâ *agnoscunt. num* 9.

Tortura, *pro circumspectô Judicis arbitriô debet esse* moderata, *ne quid* durius, *vel* remissius *quoad illam statuatur. num.* 10.

In casu etiam levioris, contra Puerperam, *decernendi* Torturæ Gradûs Partui, per aliquot dies, *aliundè* de alimentis prospici *oportet. num.* 12.

Torturæ commoditissimum *est* Tempus matutinum. *num.* 13.

Si persona Epilepsiâ laborans matutinô tempore frequentiores *ejusdem* insultus *patiatur*, *tunc* etiam pomeridianis horis *nuda* Forcipum applicatio *benè, contra illam*, decerni *valet. num.* 14.

Quibus de causis Tortura, *ad minimum* quinque *vel* Sex horas, post *sumptum* cibum *soleat* differri? *num.* 15.

Monita de observandis ante *actualem Forcipum* applicationem. *num.* 16. *& seqq.*

Consilium Strykianum de Remediô ab insultu epilepticô præservativô *personis, hôc morbô laborantibus*, ante torturam, applicandô. *num.* 19.

Partu *vel* mortuô editô, *vel* mox *iterùm* vivis erepto, Puerpera, *pro qualitate corporis virium*, etiam ante viginti dies, Torturæ *subjici potest num.* 20.

Annectuntur nonnulla Interrogatoria Reæ, *sub Quæstione*, proponenda. *num.* 21, *& seqq.*

CONSILIUM OCTOGESIMUM PRIMUM.

Ad proximè præcedentia duo Resp. pertinens suppletoria Consultatio de Pœnâ supra nominatis Reis, *post exantlatam ab ipsis Torturam, tandem* infligendâ.

Declaratio Vitrici, *sub* trinâ Elevatione *facta, pluribus recensetur. num.* 1. *usque ad num.* 17.

Quoad pœnam ulteriorem supplicii *fundandam nihil refert, utrum quis* sua manu *ipse hominem* occidat; an *verò cum eo, qui eadem exequitur, dolosè* conspiret? *num.* 18.

Adducitur Corteæ fœminæ, *tùm* ab initio *post publicationem interlocutoriæ, tùm* in actibus confrontationis *tùm* sub applicatione Forcipum. *facta verisimilis* depositio. *num.* 19. *usque ad num.* 45.

Ad statuminandum Homicidium dolosum *ejusque pœnam ordinariam, etiam* Jure Divino, *non præcisè directa occidendi* vountas *requiritur*, *sed etiam* indirecta sufficiens *est num* 46. *& seq.*

Quænam talis *censeatur ibid*

Qui rei illicitæ operam *dant*, de omnibus *illis*, quæ immediatè ex eâ, *per se, & tanquàm* causâ ordinata, sequuntur, tenentur *justissimè. num.* 47

In casu, quando quis Confessionem sub Tortura *factam*, absque *ullâ ve*

Erroris, vel alterius justæ Causæ allegatione, *nedùm ejus legitimâ* probatione, revocat, Tortura, *regulariter, licet* n gradu *saltem* mitiore, repeti *potest. n.* 49.

Tametsi *alia* nova Indicia non adsint. *num.* 50.

Hæc ipsa Confessionis *semel factæ* Revocatio per se novum indicium *constituit. num.* 50.

Quænam *conscientiosus* Judex, in casu reiterandæ Torturæ, *ex pio B. Brunnemanni monito*, potissimùm in oculis habere *debeat? num.* 51.

Adducuntur nonnullæ Rationes, *ob* quas in proposito, *non obstante à Vitrico factâ suæ confessionis revocatione*, Repetitio Torturæ, quoad neutrum Reorum, *jure* locum habere *possit. num.* 43. *usque ad num.* 64.

Extra casum *confessionis semel factæ* Revocationis Tortura, sine novis indiciis, repeti *nequit. num.* 58.

Quando *ex circumstantiis verisimiliter* apparet, Torturæ repetitionem *ad* nihil, *vel ad minimum* parùm profuturam, *illa* rectiùs omittitur. *num.* 59. *& seqq.*

Concluditur ad pœnam modicæ Fustigationis, *cum* perpetua Relegatione, utrique Reo *dictandam. num.* 64. *& seqq.*

Etiam in Crimine Infanticidii, *tametsi persona de illo suspecta omnia contra se militantia* Indicia per Torturam purgaverit; *tamen*, ob Culpam latam *ab ipsa commissam*, pœna *morti proxima, nempe* Fustigationis & perpetuæ Relegationis, *locum habere potest. num.* 66.

Ubi neque Confinatio, *neque* pecuniaria Pœna, *neque* condemnatio ad Operas publicas, *neque etiam* Relegatio temporalis, *vel similis pœna pedem figere potest, ibi necessariò* Pœna modicæ Fustigationis, *cum* perpetuâ Relegatione, *dictanda venit. num.* 67.

Modica Fustigatio *quænam dicatur? num.* 68.

Annectitur Sententia condemnatoria. *num.* 69.

Redditur Ratio, quoad Fœminam *epilepticam*, remissæ Positionis ad numellas. *num.* 70.

Præscribitur Modus *tùm contra Vitricum, tùm contra Fœminam* corream, exequendi Fustigationem. *num.* 71. *& sq.*

Etiam in criminali Processu, *utriusque Partis* Submissio, *ante publicationem Sententiæ, ad conservandam ordinem Processûs*, necessaria *est num.* 73.

In casu exequendæ modicæ Fustigationis Carnifex, *à Iudice, in absentia Rei*, de Modo *circa illam adhibendo, in specie* priùs monendus *venit. num.* 74.

CONSILIUM OCTOGESIMUM SECUNDUM.

DE Obligatione, *Civitati Imperii*, per vim militarem illicitam, extorta, *ejusdemque* probatione: *Ad illustrationem* Pacis Westphalicæ, *artic. IV. §.* 46.

Exhibetur Quæstio cardinalis *hîc ventilanda*: An ea, *quæ* Civitatis, *de qua quæritur*, Incolæ *ac* Cives, de vitiosa *eidem extorta* obligationis qualitate, *ad Articulos & Interrogatoria ipsis proposita*, juratò adseverârunt, pro legitima *ejusdem* probatione haberi *queant? num.* 4.

Quando nullum, *vel* valdè exiguum Commodum ex Causæ *ad Universitatem spectantis* victoriâ ad Testem redundat, *tunc* ipse à testimonio pro Universitate *dicendo* excludi nequit. *num.* 7. *& seqq.*

Nemo, ob minimum Lucrum, perjurium committere, *sicque* animam suam æternæ damnationis periculo subjicere *voluisse præsumitur. num.* 15. *junctis num.* 22. *& 26.*

Exhibentur Depositiones Testium *prætensam* Vim illicitam *clarissimè* comprobantes. *num.* 16. *& seqq.*

Quando Testes, ob *suam* Exemptionem, *vel* Paupertatem, *&* Non-Solutionem

tionem Collectarum, nullum gravamen *ex sinistro Causæ ad Universitatem spectantis eventu* percipiunt, *tunc ipsi* validum pro illa testimonium *perhibent. num.* 23.

Præprimis si ejusmodi Testes numerum vulgarem, *duorum nimirum, vel trium,* excedant. *ibid.*

Hinc etiam in Causa Pascuorum *Universitatis* Cives pauperes, *qui nulla animalia habent,* testium munere *benè fungi possunt. num.* 24.

Quotiescunque Testis de Universitate *est* pauper, *&* non habet media utendi rebus, *quoad usum,* ad singula *ejus membra* pertinentibus, *toties quoque* pro eadem testimonium *ferre potest. num.* 25.

Idem *etiam* in talibus Causis *obtinet, ex quibus,* ob numerosam Civium multitudinem, *saltem* Modicum *seu* Minimum incommodum, *vel* commodum *ad singulos pervenit. num.* 26.

Quando, *ob* Facti antiquitatem, *vel etiam* Belli, *quô Obligatio extorta est, injurias, aut denique ob* Militum, *omnes atrocitates & nequitias committentium,* in Urbe *vel aliô locô* præsentiam, veritas aliter haberi non potest, *tunc etiam illorum* Civium depositiones, *qui* majus commodum *vel* incommodum *ex illa Causa percipere possunt*, cum assertis illorum, *qui* nullum, *vel* minus lucrum *aut* damnum *exindè percipiunt,* in vim plenissimæ Probationis *recipi valent. num.* 28.

Jurata depositio forensium Testium testimonia Civium *egregiè* adjuvat. *num.* 30. *juncto num.* 23.

Recensentur *complura notabilia* Adminicula, Testium depositiones *in proposito multùm* roborantia. *num.* 31. *usque ad num.* 41.

Pacificatio Westphalica *omnes ejusmodi* Obligationes vi militari illicita extortas irritas *fecit. num.* 34.

Edictum, quod metus causa, *ipsum* Spiritum S. *Prætori in os* dictitasse, *Schneidewinus pronuntiat. num.* 34.

Testimonium *B. Franzkii* de licentioso Officialium bellicorum *sui temporis cum provincialibus* agendi modo. *num.* 37.

Paria *remissivè* ex aliis *adducuntur. num.* 37.

Quando incertum *est*, utrum, ob succumbentiam Universitatis *in lite,* singulis Civibus imponenda sit Collecta? *tunc* Causa non *dicitur* spectare ad singulos, *neque* singuli Cives à *dicendo* testimonio *eapropter excluduntur*; secùs, si *hoc sit apertum &* certum. *num.* 45. *& seqq.*

Hanc doctrinam notabile verbum *haud immeritò vocat Alexander Tartagnus. num.* 48.

Ostenditur, Testes in proposito casu *non saltem ex auditu alieno*; *sed* ex certa Scientia *de vitiosa obligationis, de qua quæstio est, qualitate* testatos *esse. num.* 50. *& mult. seqq.*

Quando Testis *suo proprio sensu* Contrahentes ipse audit, *hoc non de auditu; verùm* propriissimè sic dictum Testimonium *censeri debet. num.* 75.

Idem etiam dicendum, si Testes, *de violenta Obligationis extorsione testaturi,* Procerum Civitatis violentam *&* injustam incarcerationem *ipsi* viderint, *&* Causam *istius incarcerationis*, à prætensis Creditoribus *&* *istius violentiæ* Executoribus *non saltem* ipsis, *&* *quidem* per ipsos incarcerationis durantis dies; *sed & porrò* à Proceribus incarceratis, *& post Obligationem extortam rursus dimissis,* multoties desuper suspirantibus, audiverint. *num.* 76.

Instrumentum Pacis Osnabrugensis Cæsareo-Suecicum Obligationes *&* Instrumenta, *per vim bellicam,* illicitè extorta, *adeò* nulla *reddidit, ut* ne quidem judicium, *eo nomine,* intentare *permittat. num.* 81. *juncto num.* 147.

Violenta *ejusmodi* Obligationum extorsio *in* Bello tricennali *admodùm* frequens *fuit. num.* 81. *& seq.*

Si quis aliquem in carcerem *detruserit*, ut *ei* aliquid extorqueret, quicquid

quid ob hanc causam factum, *etiam inspecto* Jure Romano, nullius *est* momenti. *num.* 83.

Promissio incarcerati, *in dubio*, per vim & metum facta *præsumitur*. *num.* 84.

Etiam illa Probatio, *quam* unica Juris præsumptio *parit*, evidens, plena, manifesta, *ac* indubitata probatio *dicitur*. *num.* 85.

Ad Metum probandum, *ceu rem difficilis probationis*, etiam præsumtiones *sufficiunt*. *num.* 86.

Omnes DDres hanc Præsumptionem, *cùm* carceri mancipatus *sese* Metum *passum* queritur, *procul dubio* à Judice approbandam *esse* dictitant. *num.* 87.

Confessio defuncti *etiam* Hæredibus *præjudicat*. *num.* 89.

Quando cum depositionibus Testium de auditu auditûs *duntaxat testantium*, alia Adminicula, *imò etiam ipsa* Creditoris confessio concurrit, *tunc* in probandâ violentâ Debiti extorsione *illis fides denegari haud potest*. *num.* 90.

Excutitur Confessio Creditoris *in casu proposito de Obligatione ab ipso violenter extorta*. *num.* 90. *& seqq.*

Post Conclusionem in causa, *regulariter*, nulla *amplius* Instrumenta produci *queunt*. *num.* 96.

Probatio per Confessionem Adversarii *etiam* post Conclusionem *in causa admittitur*. *num.* 98.

Quando de Læsione enormissima *quæritur*, Ecclesiæ, Civitates, *itemque aliæ* Universitates *etiam* per integros XL. annos *in integrum* Restitutionem *petere possunt*. *num.* 99.

Mododictum Beneficium Minoribus, *& illis, qui* minorum jure *gaudent*, *in specie etiam ad hoc, ut ii sis*, post Causam conclusam, Instrumenta *adhuc* producere *liceat*, *modis omnibus concedendum*. *num.* 100.

Judex in *concedenda* Restitutione in integrum haud difficilis *esse debet*. *num.* 101.

Quando Judex, hoc Remedium *Parti*, ex causa, competere *videt*, *tunc ipsemet* ex officio processum, *pro illa concedenda*, decreto prævenire *non saltem* potest; *verùm etiam* tenetur. *num.* 102.

Hoc & Rationem *suadere*, & Praxin *observare testatur Mevius*. *ibid.*

Destruitur fides Testium à Parte actrice productorum, *per adductas multas rationes, & contrarias concludentissimas Præsumtiones*. *num.* 104. *& mult. seqq.*

Testis à Judice non evocatus & examinatus *nihil fidei meretur*. *num.* 107.

Testis in uno falsus *vel* mendax, in omnibus talis *censetur*. *num.* 113.

Sive ille super connexis, *sive super* separatis *deposuerit* Articulis. *num* 114.

Ne Princeps *quidem* hoc facere *potest, ut* Testis in uno falsus non *sit* falsus in omnibus. *num.* 115.

Depositio Testis incerta nihil *penitùs* probat. *num.* 130.

Testis inverisimilia deponens, *non saltem* non probat; *verùm etiam* de falso suspectum *se reddit*. *num.* 131.

Tametsi tales Testes *numero* plures *sint*. *num.* 132.

Data paritate Probationum *pro Actore & Reo, regulariter*, Pars conventa absolvi *debet*. *num.* 133.

Quando causa Metûs, *ex quô quis aliquid promisit*, tempore subsecutæ Solutionis *adhucdùm* duravit, *tunc, regulariter*, Metus, per *subsecutam* Solutionem, haud *censetur* purgatus. *num.* 140.

Si Maritus Uxorem *ad aliquid faciendum*, per vim ac metum, *semel* coëgerit, *tunc ex actibus subsequentibus* purgatio Metûs *haudquaquàm colligitur*, quoadusque Maritus in vivis est. *num.* 141.

Cessante *vel* Durante causa cessat *vel* durat *etiam* Effectus. *num.* 143.

Contra-

Contrariorum eadem *est* Ratio. *num.* 143.

Exceptio retentionis *vel* compensationis adversus Depositum, *regulariter, nullum sortitur locum. num.* 144.

Quando ex Actu, post metum *illatum* subsecuto, alia Præsumptio, quàm ratificationis, capi potest, *tunc* potiùs illa, *quàm Præsumptio metûs purgationis*, admittitur. *num.* 145.

Illustratur *hoc exemplo* Venditionis metu extortæ, *ejusque nomine* factæ Solutionis. *num.* 146.

Quando Actus metu gestus ab initio *ipso jure* nullus *fuit, tunc* ex Actibus subsecutis, *regulariter*, ne quidem Metûs purgatio *colligi potest. num.* 148.

Applicatur *hæc Regula* Contractibus per vim bellicam illicitam extortis. *num.* 149.

CONSILIUM OCTOGESIMUM TERTIUM.

DE Processu in Contumaciam contra Principis cujusdam interioris admissionis Consiliarium. An, *& quatenùs* ille, *post adhibita omnia* legitima Media, *nihilominùs* ad Articulos Inquisitionales respondere detrectans, *tandem, in pœnam suæ Contumaciæ*, pro Confesso & Convicto haberi, pœnaque omnium bonorum Confiscationis, *ac* perpetui Carceris, *contra ipsum*, decerni, *&* ad effectum perduci *possit?*

Recensetur Facti Species. *num. 1. usque ad num. 15.*

Formantur duæ Quæstiones *hîc* enucleandæ. *num. 16. & 17.*

Præmittuntur nonnullæ Conditiones *&* Præsuppositæ ad *fundandam* legitimam earundem decisionem *oppidò* necessaria. *num. 19. usque ad num. 25.*

Reus, *nisi* de Corpore delicti *satis* constet, *nullo casu* ad mortem damnari *potest. num. 21.*

Deficiente hôc *omnis Processûs criminalis angulari quasi lapide & basi*, universa, *in illo, seu* per specialem inquisitionem, *seu* incarcerationem, *seu* accusationem, *seu* torturam, *& sic porrò* peracta omnimodâ, *eapropter, &* immedicabili Nullitate *laborant. num. 22.*

Ad hunc effectum, ut adversus Contumacem in non-respondendo ad Articulos inquisitionales pœna Confiscationis, *vel similis*, decerni *possit, requiritur, ut* probationes *vel* indicia *eidem imputati* Criminis *tàm* clara *&* indubitata *sint, ut ab ipso* probabiliter in dubium vocari, *vel* enervari *nequeant. num. 23.*

Quatenùs per Instrumenta, *& præprimis per* Epistolas, Crimina probari *queant? remissivè notatur. num. 23.*

Pœna Confiscationis adversus Contumacem *in non-respondendo aliter* decerni nequit, *quàm si etiam*, propter Crimen *eidem* imputatum, Pœna capitis, *vel* perpetui Carceris locum sortiri *posset. num. 24.*

Idem *etiam* de Banno Saxonico *statuminat B. Carpzovius. ibid.*

Quæ ad legitimam Processûs criminalis *præcipuè* capitalis, formam Jus Naturale *vel* Divinum *requirit, illa etiam* supremi *in terris* Principes, *in determinatione ejusmodi Causarum, modis omnibus* observare tenentur. *num. 25.*

Ut ad propositas duas Quæstiones principales tanto certiùs & securiùs responderi queat, evolvitur *hæc quasi* intermedia Quæstio: Utrum, *in casu subsirato*, eousque formatus, & ab ipso Reo, sine protestatione, tacitè approbatus, Processus inquisitorius, ad ejusdem instantiam, in accusatorium mutari *debeat? num. 26. usque ad num. 83.*

Afferuntur nonnullæ Rationes dubitandi pro affirmativa. *num. 27. usque ad num. 39.*

In Processu accusatorio innocentia *Rei longè* faciliùs *ac* certiùs demonstrari *potest, quàm in* Inquisitorio. *num. 27.*

Pro

Pro Innocentia *Rei* omnes Judices *summò studiò* laborare *tenentur*, *num.* 28.

Modicum Intervallum *ne quidem scrupulosissimum* Stipulationis Contractum vitiat; *dummodò* responsio eodem die subsequatur. *num.* 31.

Princeps, *nullum in terris superiorem recognoscens*, Processum inquisitorium in accusatorium transmutare *benè potest*. *num.* 33.

An Inquisitio & Accusatio, in unô *eodemque* Processu, *sine mutuô impedimentô*, concurrere *possint*? *num.* 34.

Judex *quidem* pro abbreviandâ Lite, *maximè* criminali, *modis omnibus* laborare; *veruntamen simùl etiam*, ne quid *in* Inquisiti *vel* Accusati innocentia *eruenda* omittatur, *quantum fieri potest*, religiosè curare *tenetur*. *num.* 36.

Hæc ipsa *in gratiam* Innocentiæ *ab omnibus Judicantibus suscipienda* Cura apud *nostri* Imp. *Rom. Germ.* Status *tantum valuit*, *ut* nonnulli *ex iis* Processum accusatorium, *ceu multo tutiorem ac securiorem*, inquisitorio simpliciter prætulerint; Alii *verò* Inquisitorium *quidem*, *ceu ordinarium*, in sua Fora receperint; *veruntamen* Reis liberam facultatem *unum pro altero* eligendi *simùl illibatam* reliquerint. *num.* 37. *& seq.*

Illustratur *hoc* posterius *notabili* Serenissimi Electoris Brandenburgici exemplo. *num.* 39.

Sequuntur Rationes decidendi negativæ. *num.* 40. *usque ad num.* 76.

In Judiciis *peculiarem cujuslibet* Curiæ stylum *accuratè* observare *unumquemvis* oportet. *num.* 42.

Stylus Curiæ eandem *cum* Lege *ac* Consuetudine Vim *habet*, *à quô proindè* nemini, *& præcipuè* Subditis, recedere non licet. *num.* 43.

Omnes Litigantes *illius* Loci & Fori legibus, *in quo lis ventilatur*, obnoxii *sunt*. *num.* 44.

Processus Inquisitorius *non solùm* Naturali & Gentium Juri consentaneus; *verùm etiam* ab ipsomet sanctissimo Deo *Ter opt. Max.* adhibitus & approbatus *rectissimè dicitur*. *num.* 45. *& seq.*

Eundem non saltem Jus Civile *constabilivit*; *verùm etiam* Jus Canonicum, *itemque Jus novissimum* criminale Carolinum, *& plerarumque* Imperii Civitatum, *imò etiam integrarum*, *tùm* nostri Imperii, *tùm* extranearum Provinciarum *moderni* Mores approbarunt, *eôdemque omnium* frequentissimè utuntur. *num.* 47. *& seqq.*

Processus Inquisitorius, *hodiè*, *ex generali Consuetudine*, *non minùs est* Remedium ordinarium, *quàm Processus accusatorius*. *num.* 50. *& seqq.*

Judex hodiè, *ex officio*, per viam Inquisitionis, *contra Reum*, procedens *ipse* Accusatoris partes *quodammodò sustinet*. *num.* 52.

Modus in Processu accusatorio procedendi *ordinarius*, idem ferè *est* cum illô, qui *etiam* in Civilibus *observatur*. *num.* 53.

Forma Processûs Inquisitorii, *per summam*, *exhibetur*. *num.* 54. *& seqq.*

Fiscalem Judicis inquirentis Ministrum *non malè appellat Antoninus Thesaurus*. *num.* 56.

Litis Contestatio ne quidem in Processu inquisitoriô, in totum, omitti *potest*. *Et* quid eandem *in Processu hoc* constituat? *num.* 56. *& 58.*

Inquisitus *innocentiam suam deducere volens*, cum suis defensionalibus *& elisivis* Articulis, *regulariter*, non auditur, *antequam* ad Inquisitionales, *vel* Additionales, remotô Advocatô, propriô ore, responderit. *num.* 58. *& seqq.*

Æquè ac in Judicio Civili Exceptiones, non nisi Lite contestatâ, admittti *solent*. *num.* 58.

Viam, *quam quis* semel, *ipso facto*, elegit, in judicio porrò ambulare *necessum habet*. *num.* 62.

Jus nostrum, *regulariter*, nemini variandi licentiam *indulget*, nisi *aliqua* Æquitatis ratio *illam* suadeat. *num.* 63.

Protesta-

Protestatio super eô *interposita*, *ad quod quis* de Jure tenetur, nullius *est* momenti. *num. 66.*

Protestationes, post actum *jamjam* perfectum *interposita*, *planè sunt* frustratoriæ. *num. 67.*

Protestationes præcedere *debent* actum, *super quo interponuntur*; non *illum* sequi. *num. 68.*

In Processu Inquisitorio, *regulariter*, eadem Processûs substantialia, *idemque* Ordo & Solennitates, *sub pœna nullitatis, observari debent*, quæ in Accusatorio. *num. 69.*

Inquisitio successit in locum *olim longè frequentioris* Accusationis. *n. 70.*

Surrogatum *induit* naturam *ejus*, in cujus locum *est* surrogatum. *n. 71.*

Quamprimùm Inquisitus ad Articulos Inquisitionales *ipsi propositos respondit*, *statim eidem* omnia Acta inquisitionalia, etiam *illa*, *quæ tantùm* ad informandum Judicem *faciunt*, ex officio communicari; unus, *vel* plures Advocati permitti; Actorumque ad impartiales Jctos Transmissio, & quicquid *aldi*, ad tuendam *ipsius* Innocentiam, quâcunque ratione, *proficuum esse potest*, largissimè indulgeri *debet*. *num. 72. & seqq.*

Actorum criminalium *ad Impartiales Jctos* Transmissio Judicibus quinquagies septies, *in Ordinat. Crimin. Carolina*, injungitur. *num. 74.*

Si hæc ipsa Transmissio *etiam* à tali Principe *fiat*, quem Ordinatio Carolina per se non obligat, *tunc* Processus inquisitorius, *ejusdem nomine susceptus*, *tanto magis* ab omni præcipitantiæ & injustitiæ suspicione immunis *redditur*. *num. 75.*

Annectuntur Rationes respondendi. *num. 77. usque ad num. 83.*

Quo respectu Processus accusatorius *vulgò dicatur* ordinarus? *num. 77.*

Processus accusatorius inquisitoriô *quidem* securior *est*; *Si tamen &* hic juxta legitimam *suam* normam instituatur, *ne sic quidem* Reo sufficiens *suam* innocentiam detegendi ac defendendi ratio *deerit*. *num. 78.*

A Contractu Stipulationis ad Protestationem, *contra disertam Legum dispositionem*, non valet consequentia. *num. 80.*

Ad *legitimam* Protestationem præcisè requiritur, ut *illa*, *vel* ante, *vel* in ipso illo Actu, *super quo interponitur*, *ab aliquo* fiat. *num. 80.*

Princeps, *nullum Superiorem in his terris recognoscens*, Processum inquisitorium *quidem*, ad instantiam Rei, in accusatorium mutare potest; *veruntamen ad hoc* de Jure non tenetur. *num. 81.*

Primæ Quæstionis *principalis* resolutio, per tria *distincta*, *& nonnihil specialiùs formata*, membra, *exhibetur*. *num. 85. usque ad num. 126.*

In priore *ventilatur hæc* Quæstio: Quibus legitimis mediis Inquisitus, *in casum perseverantis Contumaciæ*, ad respondendum compelli possit? *num. 86. usque ad num. 109.*

Repetuntur *denuò sub num. 19. & seqq.* præmissæ Præcautiones. *num. 86.*

Deciditur, *quòd*, *si* Corpus *imputati* delicti *sit* certum, & ex Literis *ad Inquisitum*, *vel ab ipso ad alios transmissis*, ad Torturam contra Ipsum decernendam urgentia & sufficientia Indicia colligi *valeant*, hæc, *adversus ipsum*, benè decerni *possit*. *num. 86. & seq.*

Accedente *speciali* Principis Consensu, Tortura *etiam* contra supremi Regiminis, *sive* intimioris admissionis Consiliarium in non-respondendo *ad articulos inquisitionales* contumacem, *cæteris paribus*, *bene* decerni *potest*. *num. 88.*

In Criminibus levioribus *Reus in* non-respondendo Contumax, *regulariter* captis pignoribus, *vel* mulctæ dictione, *ad respondendum compellitur*: In gravioribus *verò*, *si omnem tùm* de inferendâ *Summi gradus* Torturâ, *tùm de imputatô* Crimine pro confessatô accipiendo, *nunquàm non præmittendam fortiam* Comminationem *pertinaci sua contumacia* frustratoriam reddiderit, *tle*, *cæteris paribus*, Torturæ *optimo maximo jure* subjicitur. *num. 89. & seqq.*

Contumax in non-respondendo positionibus, *regulariter*, pro Confesso *habetur*. *num.* 91.

In Causis *tamen* criminalibus *propriè dictis* hoc ad pœnam capitalem non sufficit. *num.* 92.

Pertinax Silentium *in* civilibus, *in ordine ad Probationem*, *acceptatur* pro Negatione. *num.* 96.

Quando adversus Contumacem *in non respondendo* Tortura *decernitur*, *tunc illa*, *non tàm ad eruendam ipsius Delicti Confessionem*, *quàm potiùs* ad extorquendam, *eousque pertinaciter tardatam*, congruam Responsionem adhibetur. *num.* 98. 100. *& seqq.*

Nec, *regulariter*, *ei* ad respondendum Dilatio danda *est*. *num.* 99.

Tortura *tamen in ejusmodi casu* moderata *esse debet*. *num.* 101.

Ad Torturam ex capite Contumaciæ *decernendam* etiam Indicia non adeò violenta *sufficiunt*. *num.* 102. *& seqq.*

Imò hoc ipsum, *quòd* Reus *ad articulos inquisitionales* non vult cathegoricè respondere, sufficiens ad Torturam indicium *per se* præbet, *ita*, *ut* alio indicio opus haud sit. *num.* 103. *& seqq.*

Nisi adversus *ejusmodi* Contumaces Tortura uti liceret, quilibet Reus *facili negotio promeritum* supplicium effugere *posset*. *num.* 104.

Non minùs fallax, *quàm* periculosum, veritatis *eruendæ* remedium *est* Tortura. *num.* 106.

Quando Contumax *in non-respondendo* Criminis *eidem imputati*, suâ propria & indubitatâ manu, *plenariè* convinci *potest*, *tunc Judex*, *etiam* sine prævia Tortura, *ad* ordinariæ pœnæ executionem progredi *valet*. *num.* 106.

Sin ejusmodi Inquisitus Literas, *vel alias* scripturas, *contra sese productas*, pro suis haud recognoscat, *tunc*, *ad explorandam manûs certitudinem*, *regulariter*, Comparatio literarum institui *debet*, antequàm Tortura corporalis, *adversus ipsum*, decernatur. *num.* 107.

Aliquando *etiam* Reus, sine hac Comparatione, ex sua Scriptura condemnari *potest*. *num.* 108.

Evolvitur alterum Primæ Quæstionis *principalis* Membrum, *in quo disquiritur*: *Utrum*, ob Inquisiti eousque, contra tot serias dehortationes & Comminationes, spretisque omnibus eidem ad deliberandum indultis plurimis dilationibus, pertinacissimè continuatam Contumaciam, Articuli inquisitionales eidem propositi, etiam sine præambula Tortura, pro confessatis haberi queant? *num.* 109. *usque ad num.* 125.

Multi DDres *generaliter asserunt*, *quòd in talibus casibus*, *si* Inquisitus compluries admonitus, *&* per minas *aliquoties* repetitas conterritus, *nihilominus* in sua *in non respondendo* Contumacia perseveret, *ipse omninò* pro convicto & confesso *haberi*, *&* ad *promeritam* pœnam rapi *valeat*. *num.* 111.

Alii hoc *simpliciter* negant. *num.* 112.

Nonnulli *ejusmodi* pertinax Silentium *saltem* in vim Negationis *accipiendum existimant*, *sic*, *ut indè* Fiscus se ad probationem commissi Criminis, *quamcunque in promptu habet*, accingere *valeat*. *num.* 113.

Plerique *in hoc unanimiter consentiunt*, *quòd*, *si vel in loco delicti commissi* peculiare Statutum *extet*, *quòd* Contumax, *seu* in non-veniendo, *seu* in non-respondendo *talis*, *præsertim quando non agitur de ultimo supplicio*, pro convicto & confesso *habendus sit*: *Vel si etiam in* ejusmodi, ex suprema, nullum superiorem recognoscentis, Principis autoritate, *contra aliquem*, decreto Processu inquisitorio, *consimile* speciale Præceptum comminatorium *aliquoties interpositum*; *veruntamen illud* ab Inquisito *pertinacissimè* contemtum fuerit, *tunc ejusmodi* Contumax, quoad omnia *eidem* proposita interrogatoria, jure *optimo* pro convicto & confesso *haberi valeat*. *num.* 114. *& mult. seqq.*

Statu-

Statutum, *quòd* Contumax habeatur pro Confesso, *etiam* in Banni-
to in contumaciam *locum habet. num.* 116.

Etiam Delictum, *quod* ob Contumaciam pro confessatô *habetur, juris intellectu*, verè probatum dici *potest. num.* 118.

Banno proscribendus *non* citatur ut Reus, *nisi* præcedentibus *legitimis* indiciis, *quæ ferè* Torturæ locum *facere possent. num.* 118.

Ipsa Banniendi contumacia grave, *adversus ipsum*, Indicium *constituit. num.* 118.

Sicut Princeps, *nullum Superiorem recognoscens*, Statutum, de Delicto ob contumaciam pro confessato accipiendo *comminatorium*, generaliter valiturum, *procul dubio* condere *potest*: *ita etiam* idem, per Præceptum Speciale, *concurrentibus iisdem requisitis, statuendi* jus *habet. num.* 119.

Talis, per viam, *ut loquuntur*, Monitorii, *seu Præcepti comminatorii*, procedendi Modus *cumprimis* in Tribunalibus Auditoris Cameræ & Gubernatoris Urbis Romæ ordinarius *& valdè frequens est. num.* 121.

Applicantur *hac Jura* Casui substrato. *num.* 122. *& seqq.*

Quod Principi placuit, Legis *habet* vigorem. *num.* 123.

Pontifex Rom. *in* terris ad sedem Papalem spectantibus Principis secularis independentis *eminentiâ potitur. num.* 124.

Quod juris Pontifici *in dictis terris competit*, *id multo magis* alii, nullum superiorem recognoscenti, Principi, *in suis ditionibus*, competere *censendum. num.* 124. *& seq.*

Multa supremo Principi licent, *quæ aliis* Inferioribus *sunt* interdicta. *num.* 125.

Sicuti Summum *censetur* Delictum, Majestatem Cæsaream *obstinatè* contemnere; *ità etiam* alterius summi Principis Contemptus summum *pariter* delictum constituere *rectè dicitur. num.* 126.

Enucleatur Tertium primæ Quæstionis *principalis* Membrum, *in eo consistens*: Utrum, in consequentiam aliquoties repetitæ seriæ Comminationis, pœna omnium bonorum Confiscationis, *adversus* Inquisitum, ob Contumaciam in non respondendo eousque pervicacissimè commissam, purè tandem decerni, & ad realem effectum perduci possit? *num.* 127. *usque ad num.* 148.

Multi *DDres* Contumaciam *pro* verô *& gravi* delictô habent; *Alii verò tandem nonnisi* impropriè tale *reputant. num.* 128. *& seq.*

Hinc etiam quoad Pœnæ, Contumaci, *alterutrius generis*, infligendæ, determinationem, *DDres pariter* diversimodè sentiunt: *Aliis* pœnam totius causæ Amissionis, *nonnullis* ultimi supplicii, *plurimis pœnam* Criminum confessatorum, *vel* Publicationis omnium bonorum justam *existimantibus. num.* 129. *& seqq.*

Verior *tamen est* Sententia, *quòd hujusmodi* Contumacia, *quæ* in contemptum supremi Principis, & ab illo profecti legitimi Præcepti, *in non veniendo, seu in non-respondendo*, committitur, *præsertim ab illis, qui ob aliquod gravius Delictum accusati, vel inquisitioni subjecti sunt*, pro gravissimô Crimine *haberi debeat. num.* 134. *& 138.*

In tantum, ut illa non saltem in genere criminali arbitrariâ; *sed etiam in specie* Capitali pœna coerceri *valeat. num.* 135. *& seqq.*

Hæc sententia Jure *quoque* Divino comprobatur. *num.* 137.

Contumacia, *adversus summum Principem, præprimis* in non-veniendo *commissa*, quomodo Jure Saxonico puniatur? *num.* 137. *in fine.*

Pœna *omnium bonorum* Confiscationis, ob Contumaciam *in* non-respondendo, adversus summi Principis præceptum, *pertinaciter* commissam, *etiam tunc* decerni *potest, quando* nulla de eadem, *in casum perseverantiæ*, decernendâ, præcessit Comminatio. *num.* 139.

Idem etiam, præprimis in talibus terminis, quando Reus, post formatam Ac-

cusationem vel Inquisitionem legitimè citatus, *ad respondendum modis omnibus adigitur, &* propter ipsius *præfractam* Contumaciam sententia condemnatoria fertur, quoad illos *quoque* Judices, qui superiori Magistratui subsunt, *locum obtinet. num. 140.*

Modò *hoc casu* pœna hæc *etiam* Crimini, *ob quod dictatur, sit* consentanea. *ibid.*

Quando Decretum *vel* Statutum *alicui*, ob *delictum vel* Contumaciam, pœnam Confiscationis *bonorum* imponit, *tunc* dispositio Authenticæ, Bona damnatorum. nullum *obtinet* locum. *num. 141.*

Si in aliquô locô generalis Consuetudo, *vel* Statutum *vigeat, quòd* ob contumaciam adversus Summum in illis terris Principem *vel* Dominum *commissum*, pœna omnium bonorum Confiscationis ejusdem Reum manere debeat, tunc *ipsa* hæc pœna, *existente casu*, justissimè decernitur. *num. 143.*

Describitur, ex Farinacio, Modus adversus Contumacem, *in* casu delicti *tùm* capitalis, *tùm* non-capitalis, *procedendi*, Romæ usitatus. *num. 144.*

Adducitur remissivè Consuetudo Siciliæ, *quoad hoc punctum, obtinens*; *itemque* Juris Saxonici, *de eodem, sanctio. num. 144. & seq.*

Commendantur *nonnulla* ante *actualem* Bb. Confiscationis publicationem & executionem in substrato observanda. *num. 147.*

Exhibetur Secundæ Quæstionis *in hoc consistentis*: Utrum in casum, si Inquisitus, etiam quoad alios ipsi forsan ulteriùs proponendos Articulos inquisitionales, spretâ pariter, de iisdem in casum contumaciæ pro confessatis accipiendis, & dictanda perpetui Carceris pœna, præmittenda seria Comminatione, similem in non-respondendo Contumaciam commissurus, sit hæc quoque Pœna, post elapsum Terminum Saxonicum eidem præfigendum, adversus ipsum, executioni mandari valeat? *resolutio. num. 149. usque ad finem.*

Hæc Quæstio affirmativè deciditur *tùm in casu*, si Delictum ab Inquisito commissum *sit* per se capitale, *tùm etiam*, si illud ex ordinaria sua natura pœna Confiscationis bonorum haud maneat. *num. 150. & seqq.*

Frustra *peculiaribus* exoratur precibus, *quod* Jure Communi *jam ante* concessum *est. num. 152.*

Pœna, per specificam Juris sanctionem statuta, *etiam* citra præcedaneam *specialem ejus* Comminationem, *justissimè* imponitur. *num. 152.*

Pœna Carceris perpetui *de* Jure Canonico *&* Carolino *nonnisi* in certis terminis, *nec* ob aliud Delictum *quàm ob quod* pœna mortis naturalis dictari *potest, decernitur. num. 154.*

Hæc Pœna cum capitali eodem *ferè* passu ambulare *censetur. num. 155. & seqq.*

Hinc etiam comparatur Damnationi in metallum, *itemque* Servituti. *num. 156.*

Ubi Jus Civile, *pro commisso Delicto*, pœnam Mortis *imponit, ibi* Jus Pontificium *Clericali v. g. dignitate exutum* in perpetuum *è contra* Carcerem *detrudit. num. 159.*

Plurimi DDres perpetuam Incarcerationem Morti *solummodò* Civili *æquiparandam, eaque de causa* eandem *etiam ita* temperandam *esse statuunt*, ne *ad eam condemnatum* intra paucos dies interire *oporteat. num. 160.*

Si, ob Contumaciam, adversus Supremi Principis Præceptum *pœnale* Mortis comminatorium, *sive non veniendo, sive non respondendo commissam, pro qualitate circumstantiarum*, pœna ultimi Supplicii *decerni potest*; *tunc multo magis adversus obstinatum ejusmodi supremi sui Domini vel Principis Contemtorem*, perpetui Carceris pœna decerni *&* ad effectum perduci *poterit. num. 161. & seqq.*

Etiam in *illis* Delictis, quorum pœna, *regulariter*, tantùm est deportatio, Contumax sub pœna ultimi supplicii *ad comparendum vel respondendum*

dum adigi, &, si non pareat, hæc ipsa effectui, adversus ipsum, dari *potest. num.* 162.

Sin Delictum *nec mortis, nec deportationis; sed aliam* mitiorem pœnam promereatur; *tamen* pœna Triremium, *perpetua, vel temporalis, ob illud,* dictari *valet. num.* 162.

Fericidæ, *Edicta, vel alia similia* Mandata Venationis prohibitoria, *etiam* à nostri Imperii Principibus publicata, *præfractô contemtu* spernentes, *ob hunc ipsum Contemtum,* nostris moribus, ultimi supplicii pœna justissimè plectuntur. *num.* 163. *& seqq.*

Talis *protervus* Contemptus Principis *tùm* Crimini Sortilegii *atque* Idololatriæ, *tùm etiam* Hæreseos æquiparatur. *num.* 164. *& seq.*

Suadetur *sub finem* Pœnæ Carceris perpetui in perpetuam *solummodò* Custodiam transmutatio. *num.* 167.

Ad evitanda majora mala, turbas publicas, *vel* scandala publica, Princeps, *præcipuè supremus, pro delictorum varietate,* Reum tali perpetuæ Custodiæ tradere *benè potest. num.* 168.

CONSILIUM OCTOGESIMUM QUARTUM.

De *Jure* Retractus censualis.

Ad *fundandum* Retractum censualem, *etiam Jure Prov. Würtembergico,* duo *ad minimum* Prædia *requiruntur, ex quibus* uni eidemque Domino, *vel alii,* unus idemque, *atque ità* communis, Census, *fundiarius, vel impositititius, quotannis* præstari *debet;* Zwey Güther/ welche ehemahls/ einhändiger Zinse halber / zusammen gehört haben. *num.* 3. *& seqq junctô num.* 19. *& sq.*

Quibus modis *hæc Prædiorum qualitas* probari *valeat? num.* 5. *&* 44.

Hôc Retractûs censualis *solitariô* fundamento deficiente *non potest non etiam hic* ipse Retractus omninò *deficere. num.* 9.

Demonstratur hujusdem requisiti defectus in Casu proposito *complurib. Rationibus, & exindè adversus competentiam* juris *Retractûs concluditur. num.* 10. *usque ad fin.*

Census, & Decimæ *sunt duæ* diversæ præstationes. *num.* 11.

Quando Census fundiarius communis *ex pluribus prædiis debetur, tunc de Jure Würtembergico* communis *ejusdem* Collector (Ein Träger) *ab omnibus Censuariis* constituendus *est. num.* 20. *junctô num.* 31. *&* 71.

Ad probandam prædii qualitatem, *quòd nempe illud* communem *cum alio* Censum *debeat, ne quidem* Sculteti *in loco,* in scriptis & absque juramento *impertitum,* testimonium *sufficit. num.* 22.

In Ducatu Würtembergico omnibus, etiam infimi ordinis Præfectis, *in specie* Sculteto *cum* Consulibus & Scabinis, jurisdictio *haud dubiè competit. num.* 23.

Quando cum injurato & in scriptis *solummodò impertito* Sculteti testimonio, *alia fortiora* adminicula *concurrunt, tunc illud, regulariter,* in probatione ejusmodi Qualitatis *haud exiguam fidem meretur. num.* 23. *& seqq.*

Quando constat, Census ex pluribus prædiis *debitum nonnisi* eo tempore, *quô* unus *tantùm, idemque* simultaneus *eorundem* Possessor *fuit,* ex una manu *præstitum fuisse, tunc, præprimis inspectô Jure Würtemb. hac* præsumtio, *quòd* ille Census *omnibus illis prædiis* pro indiviso communis *sit, exindè tutò colligi nequit. num.* 29. *& seqq.*

Ex præsenti *rei* statu *tamdiu* ad præteritum *rectè* concluditur, *quamdiu hujus* diversitas *evidenter ac legitimè* non demonstratur. *num.* 33. *& seq.*

Jurati Officiales nihil à veritate alienum *in libro Censûs* scripsisse *præsumuntur. num.* 36.

Et proindè nec Error *ab ipsis commissus* intelligi *debet. num.* 37.

Sola Præfecti *vel* Officialis, *in libro publico*, non *adjectâ* Ratione, documento, *vel* testimonio, *obvia* Annotatio *istius Qualitatis*, *quòd nempe* prædium *aliquod cum alio* communem *eidem Domino* censum *præstet*, probationem *non conficit*. *num.* 35. *& seqq.*

Præsertim si illa evidenti Contrarietatis vitio *laboret*, *vel alias* Juris præsumtiones *sibi habeat* adversas. *num.* 38. *& seqq.*

Quod meum jam *est*, meum amplius *fieri nequit*. *num.* 41.

Neque Fiscus, *neque* alius quilibet, *ex suis* privatis subnotationibus, *ullius juris* probationem *efficere valet*. *num.* 43.

Hæc prædii retrahendi Qualitas, *quòd scil. illud* onere communis *alicujus* Censûs affectum *sit*, *non qualiter qualiter*; *sed* per necessariam probationem *demonstrari debet*. *num.* 45. *&* 46.

Etiam in Retractu Consanguinitatis. *num.* 47.

Utrum sola ejusmodi prædii, in classem prædiorum censualium, (Landgarbiger Güther.) *cum aliis huic oneri obnoxiis prædiis*, *in Libris publicis facta* relatio *ad* hanc probationem *sufficiat*? *num.* 49. *& seqq.*

Omnem Probationem de necessitate concludere *oportet*. *num.* 51.

Probatio aliter *se habens* non probat, *hoc* esse, quod *ab hoc* contingit abesse. *num.* 52.

Incerta & dubia Probatio *probantem* non relevat. *num.* 53.

Ultronea Retractûs *censualis* admissio *sequentibus prædii Possessoribus*, *si illud* verè censuale *non probetur*, *nullatenùs præjudicat*. *num.* 54. *& seqq.*

Hæc regula, *quòd* inter alios acta *aliis non officiant*, in ipsa ratione naturali *fundata est*. *num.* 57. *& seq.*

Quoad omnia *illa* prædia, *ex quibus*, *quotannis*, *uni Domino*, communis Census fundiarius, *vel* impositivus, *debetur*, Retractus, *tùm* censualis, *tùm* territorialis, *tùm &* quilibet alius *locum sortitur*. *num.* 60. *& seqq.*

Census fundiarius, *itemque* impositivus *quisnam dicatur*? *num.* 61. *& seq.*

Etiam illa prædia, *ex quibus* certus Annuus reditus, *frumentarius*, *vel vinarius*, Landgarb/ Frucht- oder Weingülte/ *debetur*, oneri *cujuslibet* Retractûs *obnoxia censeri debent*. *num.* 64.

Vocabulum Land-Garb *sive* Land-acht *quid* denotet, *& quænam* ejus *sint* Synonyma? *num.* 65. *& seqq.*

Jure Würtembergico Possessor prædii, *ex quo* Annuus reditus *alteri debetur*, *adversus Emptorem juris ejusmodi annuum reditum exigendi* jus Retractus *non minùs exercere potest*, *quàm* Emphyteuta, *vel* Superficiarius *contra Emptorem dominii utilis*. *num.* 70.

Idem etiam dicendum in casu, *quando ejusmodi* Prædium redituarium, *seu onere annui reditûs affectum*, inter duos *vel* plures *Possessores* divisum *est*. *num.* 71.

CONSILIUM OCTOGESIMUM QUINTUM.

DE Appellatione à rejectione Exceptionis, *præcipuè* peremptoriæ *atque* privilegiatiæ; *Itemque de* Executione Sententiæ prioris Instantiæ, per Judicem Appellationis, *simpliciter* confirmatæ.

Præmittitur Sententia. *num.* 1.

Subnectuntur ejusdem Rationes. *num.* 2. *usque ad fin.*

A rejectione Exceptionis, *præprimis* peremptoriæ, *&* litis finitæ, ad Superiorem provocatur *justissimè*. *num.* 3. *&* 4.

Exceptio rei judicatæ *in censu* Exceptionum peremptoriarum *&* litis finitæ *primum obtinet locum*. *num.* 3.

Omnis Exceptio speciem Defensionis *constituit*, *quam cuiquam* adimi Jus Naturæ non patitur. *num.* 5.

A Reje-

A Rejectione *vel non-Admissione* Exceptionum, *regulariter, cuivis* appellare *permissum. num.* 6.

Ad hunc effectum, ut Appellatio à Rejectione *oppositæ* Exceptionis *teneat, requiritur, ut* ejusdem Veritas, à Reo appellante, *in secunda instantia*, legaliter probetur. *num.* 7. *& seq.*

In dubio *hæc* Rejectio, non sine justa ratione, *à Judice* facta *præsumitur. num.* 8.

Veritas *ab inferiore Judice* rejectæ Exceptionis *imprimis* per propriam adversarii Confessionem *sufficienter* probatur. *num.* 10.

Confessio in Casu proposito *allegata plenissimè excutitur. num.* 10. *& seqq.*

Notarius *nonnisi* de illis negotiis Instrumentum *solenne conficere potest*, quæ in ipsius præsentia, inter Partes, eo tempore, quo ipsum negotium celebratur, *peraguntur. num.* 17.

Instrumentum Notarii *non aliter fidem facit, quàm si* omnes & singulæ rei Circumstantiæ *specialiter in eodem commemorentur. num.* 18.

Nemini *sua* Astutia *debet* patrocinari. *num.* 20.

Instrumenta Notariorum, *aliter, quàm leges officii ipsis concrediti requirunt, confecta*, exiguam *vel* nullam *prorsùs* fidem *merentur. num.* 21.

Confessio spe præmii *elicita* nihil roboris *habet. num.* 22. *& seq.*

Confessio, in alium finem *facta, nihil operatur. num.* 24.

Confessiones, *quæ* cum Facti veritate pugnant, nullius *omninò efficaciæ sunt. num.* 26.

Probatio dubia *in judicio* non relevat; *sed* contra probantem *interpretanda venit. num.* 28. *& seq.*

Quando Judex Appellationis *pronuntiat*, benè *esse* judicatum, *&* malè appellatum, *tunc, regulariter*, Causa ad Judicem à quo remitti *debet. num.* 32.

Judex Appellationis *nonnisi eatenùs*, quatenùs Judex à quo Appellantem gravavit, *vel* gravasse *obtenditur*, fundatam *habet* jurisdictionem. *num.* 32.

Si Pars Appellata *ejusmodi* Causam nolit remitti *ad Judicem à quo*, *tunc* Pars Appellans *hoc* frustrà desiderat. *num.* 36.

Pars Appellans Judicem Superiorem, *à se semel electum, posteà gratis* recusat. *num.* 36.

Quando Reus, posthabitâ *suâ*, de lite non contestandâ, *ab initio factâ*, Protestatione, absolutè ad libellum *Actoris* respondet, *vel*, à Judice litem contestari jussus, *ad contenta Libelli*, repetitâ *licet tali* protestatione, negativè respondet, *tunc ipsi sua* Protestatio nullum *parit* effectum. *num.* 37.

Quando Judex à quo *ipse* Appellationi *interpositæ* defert, *tunc*, tametsi Judex *ad quem ità* pronunciet, *quòd* benè judicatum, *&* malè appellatum *sit, tamen* Judex à quo non ampliùs in Causa procedere *potest*; nisi Judex *ad quem eandem* specificè *&* expressè *ad ipsum* remittat. *num.* 40.

CONSILIUM OCTOGESIMUM SEXTUM.

DE Instrumentis liquidis, *eorumque* efficaciâ executivâ *nervosa Disquisitio.*

Præmittitur Sententia definitiva. *num.* 1.

Subnectuntur ejusdem Rationes. *num.* 2. *usque ad num.* 12.

Instrumenta liquida *quænam dicantur? num.* 3.

Hujusmodi Instrumenta, *hodiè, in quamplurimis locis*, paratissimam Executionem habere, *speciatim comprobatur. num.* 4. *& seqq.*

Constitutum obligatorium quodnam *dicatur*, *& quis* ejus effectus *num.* 10.

Promissio geminata enixissimam promittentis Voluntatem *demonstrat. num.* 11.

Etiam per Debitoris Confessionem, *Debitum* liquidissimum, *&* paratæ Remo-

executioni obnoxium *redditur. num.* 12.

Removentur Exceptiones & Gravamina, *Sententiæ in prima hujus Causæ instantia latæ oppositæ. num.* 13. *usque ad finem.*

Fœminæ *majorennes* in Pomerania, *nec* in actibus judicialibus, *nec* extrajudicialibus, *necessariò* Curatorem *adhibere tenentur. num.* 15. *&* 17.

Jure Romano Fœminæ à necessitate Curatorem adhibendi immunes *sunt. num.* 16.

Idem *etiam de* Moribus modernis *dicendum, quoadusque* contraria Consuetudo, *vel* Statutum demonstrari *non potest. num.* 16.

Sicuti in terris Pomeranicis arbitrio Fœminarum *hoc* relictum *est*, *an* Curatorem petere *velint*, nec ne? *ità etiam iisdem* liberum *relinquitur, num, si quem acceperunt*, ipsius consilio ac consensu uti *velint, vel non? num.* 15. *&* 17.

Curatela Mulierum legitima, Marito *in nonnullis locis hodiè competens, non à tempore sponsalium, de præsenti licet contractorum*; *sed demùm* à Connubii, *per* sacerdotalem benedictionem *perfecti*, momento *suum capit* initium. *num.* 19.

Etiam Parti, *in proponendis sua Causæ meritis*, multùm varianti, fidem adhibere *jura non patiuntur. num.* 25.

Hinc, si Actor *ab initio* ferè ultra dimidium, *postea* simpliciter ultra dimidium, *tandem verò* enormissimè sese læsum *prætendat*, *iste pariter fide* indignum *se reddit. num.* 21. *& seqq.*

Ad excludendam Querelam Læsionis, *utut non enormissima*; *attamen* enormis, *etiam hæc* generalis Renuntiatio, *quâ quis* omnibus LL. auxiliis *renunciat*, sufficiens *habetur. num.* 27.

Hac Renuntiatio, *quando* Emtor renuntiat *non saltem huic Exceptioni, quòd* Merces, *quas emit*, non *sint* vitiosæ; (tadelhafft) *verùm etiam huic alteri Exceptioni, quòd* Pretium *conventum non sit* æquum & justum, *ac* post multas *demùm Emtoris & Venditoris* contentiones *ab utroque Contrahentium* approbatum, daß die gekauffte Waaren nicht genau æstimirt/ oder hingegen in allzuhoch bedungenem Preiß ihme seyen angehängt worden/ specificam *& expressam* cujuscunque Læsionis Renunciationem *procul dubio constituit. num.* 28. *& seq.*

Etiam illa Renunciatio, *quæ* ex vi, potestate, & mente verborum, *quibus nisi sunt contrahentes, desumitur*, specificæ *&* expressæ Renunciationis *vim habet. num.* 30.

Exceptio, *præprimis* enormissimæ, Læsionis, *regulariter*, in Processu executivo non admittitur; *sed ad judicium ordinarium remittitur. num.* 31.

Quando Exceptio contra liquidum Instrumentum *non per alia Instrumenta, sed saltem* per Testes probari *potest, tunc illa, ceu non incontinenti liquidabilis*, ad processum ordinarium *rejicitur. num.* 32. *& seq.*

Sicuti Creditor, adversus Debitorem *suum, nonnisi* ex Instrumento confessato & liquido executivè agere *valet*: *ità etiam*, Debitori *non alias, quàm* incontinenti liquidabiles, Exceptiones *contra illud concedi æquissimum est. num.* 33. *& seq.*

Etiam rerum Æstimatio per juratas personas *legitimè facienda, non magis, quàm* Examen Testium, in Processu executivo *locum sortiri*, *nec de illa, quòd* fiat incontinenti, *adstrui potest. num.* 35.

Æstimatores *nihil aliud sunt, quàm* Testes. *num.* 36.

Testi, citra juramentum, haud creditur. *num.* 36.

Multi DDres *etiam* probationem per Testes, *sed tamen* absque articulis & interrogatoriis, *& similibus ambagibus faciendam*, ex justa & magna Causa, contra Instrumentum liquidum *&* guarentigiatum *admittendam, contendunt. num.* 37.

Alii *existimant, quòd* Probatio per testes, *admissis saltem* brevibus *& summè* necessariis Articulis & Interrogatoriis, *ex prævia Judicis commissione*, legaliter

liter examinatos *etiam* in Causis executivis de Jure Communi *non reficienda sit,* & contraria sententia ad Jus Saxonicum *restringi debeat. num.* 38.

Additur, quid de utrâque *harum Sententiarum sentiri debeat? n.* 40. *& sq.*

An in Processu executivo *Creditori* Juramentum judiciale *deferri possit? num.* 42. *&* 43.

An Consensus geminatus Querelam excessivæ Læsionis *excludat? n.* 45.

Judex Debitorem ad Solutionem *totius* Sortis *&* usurarum, *intra certum terminum faciendam,* condemnans, Arrestum, *hujus debiti gratia, jam* anteà decretum, *in dubio non relaxasse; sed potiùs* confirmasse *censendus est. num.* 47. *& seq.*

Non solùm id, quod verbis exprimitur; *sed & illud, quod* ex expressis necessariò sequitur, *tùm* in Sententiis judicialibus, *tùm &* alibi, pro expresso *haberi debet. num.* 49. *& seq.*

Æquipollentium eadem *est* efficacia. *num.* 51.

Idonea Cautio *ordinaria* Arresti medicina *vocatur. num.* 54.

In admittenda Cautione, *ad effectum relaxandi Arresti, multum* interest, *utrum id, quod ab aliquo in judicio exigitur,* aliqualiter illiquidum, *& in justam controversiam à Debitore vocatum; an verò* aperto jure *nitatur, &* in liquido positum *debitum sit? num.* 54. *& seqq.*

Cautionem pro Solutione acceptare *tenetur nemo. num.* 56.

CONSILIUM OCTOGESIMUM SEPTIMUM.

DE Obligatione Locatoris ad *necessariam* Ædium alteri locatarum Reparationem *succincta Dispectio.*

Præmittitur Sententia *Sententiæ prioris Instantiæ* reformatoria. *num.* 1.

Conductor non *statim* ob *quodlibet* leve impedimentum à Contractu recedere, *domumque conductam deserere valet. num.* 9.

Si Domus *conducta* ruinam minitetur, emigrandi facultas, *etiam* ante *lapsum* Termini, *ei haud interdicta; sed* omnibus modis permissa *censenda. num.* 10.

Ad *fundandam* hanc *ipsam* Emigrandi facultatem *haudquaquàm requiritur, ut tota Domus sit ruinosa; sed* sufficit, *si tantùm* in ejus Parte impedimentum Usûs casuale *contingat. num.* 11. *junctis num.* 17.

Totius, *&* Partis, *regulariter,* eadem *est* ratio. *num.* 12.

Modò Pars *sit* ejusdem cum Toto qualitatis. *num.* 13.

Mododicta *ex ædibus conductis* emigrandi licentia *etiam ob hanc solam causam, quòd* Lumina Ædium, Vicinô *ad latus, vel ex opposito,* ædificante, obscurentur, *vel* Fenestræ *tantùm, aut* Fores *ædium,* nimiùm corruptæ non restituantur, *à LL. conceditur. num.* 15. *&* 17.

Hinc illam multo magis eo casu, si Stabulum ruinosum, *ex quo* multum *ad Conductorem* emolumenti *redundaret, si eôdem reparatô ipsi uti liceret,* non reparetur, *competere censetur. num.* 16. *& seq.*

Quotiescunque rei locatæ Usus non securus *&* commodus *Conductori præstatur, nec illius Locator* necessariò ad plenarium *ejus* Usum reparanda *reficit, toties quoque sæpedicta ante terminum conventum* emigrandi facultas *Inquilino conceditur. num.* 17.

Dolus *&* Culpa Mandatarii, *regulariter, ipsi* Mandanti imputari *debet. num.* 19.

Quando Conductor sciens prudens Domum ruinosam con- *vel* reconducit, *tunc* facultas emigrandi *ipsi, regulariter, non competit. num.* 23.

Quando Reconductio, sub *expressa* relatione ad primum *Locationis Conductionis* contractum, facta *est, tunc* promissio *Ædium ruinosarum* reparationis,

nis, *in primô contractu facta, etiam* ad posteriorem extensa *censeri debet. num.* 24.

Idem *dicendum*, tametsi nulla specialis Promissio *de hoc, in alterutro horum Contractuum*, facta *probari queat. num.* 25.

Locator *Conductori*, re *ipsi* locatâ uti frui licere, *præstare tenetur, num.* 26.

Hinc, ex natura istius contractûs, etiam ad rei corruptæ, *atque ità ad usum concessum inhabilis*, refectionem & restitutionem *indubitatò obstrictus est. num.* 27.

Adducuntur Rationes, *cur* in Casu substrato *præmissa* Jura de licentia emigrandi, *Locatori aliàs in LLbus permissa, locum non habeant. num.* 29. *& seqq.*

Instrumentum, citra *ullam* protestationem, in judicio producens, *illud etiam* contra se admittere *tenetur. num.* 35.

Quicquid Procuratores & Mandatarii, contra Domini expressum mandatum, *omittunt, vel agunt, etiam in hac materia, regulariter*, Domino non præjudicat. *num.* 39.

Iniquissimum *foret*, Moram *à* Mandatario *commissam* mandanti *officere. num.* 40.

Unicuique, *regulariter*, sua *propria duntaxat* Mora *præjudicat. num.* 40.

Conductor, *regulariter*, ante tempus conventum Mercedem solvere *non tenetur. num.* 42.

In Jure ultima *solummodò* Culpa *ac* Mora attenditur. *num.* 47.

Quando quis unam, *vel* duas Sententias *pro se habet, tunc ipse*, in Judicio superiore succumbens, *regulariter*, in Expensas condemnari nequit. *num.* 50.

CONSILIUM OCTOGESIMUM OCTAVUM.

DE Examine Rationum Societatis, per juratos Calculatores, *facto, nervosa Consultatio.*

Præmittitur Sententia. *num.* 2.

Subnectuntur Rationes primi *ejusdem* membri, *quô* ulterior Actorum Transmissio *ad impartiales Jctos* denegatur. *num.* 3. *& seqq.*

Protestationem extrajudicialem, *ad jus Protestantis illæsum servandum*, Semel *duntaxat* interponere *sufficit. num.* 6.

Protestationem judicialem non *in quolibet Actu sequente* repetens *ab eadem* recessisse *præsumitur. ibid.*

Calculatio, *& ad illam spectantia, nec* ad Officium Jctorum *propriè pertinent, nec* Judex eâdem, regulariter, gravari; *sed illa potiùs* Calculatoribus demandari *& potest, & debet. num.* 8.

Ut ejusmodi, sumptuosæ *aquè ac* superfluæ, ambages *amputentur, atque adeò* Lites abbrevientur, *ipsa LL. disertissimè efflagitant. num.* 9.

Rationes secundi *Sententia* membri, *quô* Causæ substratæ decisio juratis Calculatoribus *committitur. num.* 10. *& seqq.*

Adducuntur Autores, *qui* Judicio *ejusmodi* Calculatorum *vim & auctoritatem* sententiæ judicialis, *reique* judicatæ *attribuunt. num.* 10. *& seq.*

Card. Parisius *tales* Calculatores *æquiparat* Arbitris, *imò etiam eisdem, legaliter electis*, Jurisdictionem *competere arbitratur. num.* 12. *& seq.*

Verior *tamen, & in* Praxi recepta *est* sententia, *quòd ejusmodi, seu* à Partibus, *seu* à Judice electi, Calculatores *non majorem habeant potestatem, quàm ut* Rationes examinent, *& postea easdem* coram Judice, *unà* cum sua Relatione, *producant*, ejusque decisioni *rem totam relinquant. num.* 14. *& seq.*

Firmatur *illa* Dicasterii Dresdensis, *&* Scabinatûs Lipsiensis *Præjudiciis. num.* 16.

Calculatorum juratorum Computatio *vim* sententiæ *non priùs consequitur, quàm* Judex desuper pronunciavit. *num.* 17.

Adduci-

Adducitur *pro hac sententia* textus expressus *ex Jure Romana, & nonnulli* Autores, *num. 17.*

Finis *ejusmodi* Calculationis *quisnam sit? num. 18.*

Ante *judicialem talis* Calculationis approbationem *adhuc* variæ, *contra calculum*, Exceptiones *opponi possunt*; *neque* ulla Appellatio à *talium* Calculatorum Relatione *locum sortiri potest. num. 19.*

Ad legitimam *ejusmodi* Calculatorum electionem *quænam requirantur? remissivè notatur. num. 20.*

Ad hoc, ut tales Calculatores suo officio *legitimè* defungantur, *necesse est*, *ut* Partes litigantes sua Jura, *coram ipsis*, legitimo ordine *deducant*, *ac postea*, *ab his*, singulæ Partitæ *accuratè examinentur*, *& desuper* Judici *plena fiat* Relatio. *num. 20. & seqq.*

Intermissâ *hujusmodi specificâ* Partium disceptatione Rationes, *non auditâ utraque Parte*, *examinatæ*, nec ratæ *esse*, nec, *quod Calculatoribus justum æquum videtur*, executioni *mandari potest. num. 21.*

Quando ejusmodi Rationum examinatio, *observatis omnibus observandis*, *facta est*, *tunc* pro Judiciô *à juratis Calculatoribus desuper formatô*, *in dubio*, justitiæ & æquitatis præsumtio *militat*, *ità*, *ut*, *accedente* Judiciali Approbatione, *eidem* parata *tribui debeat* Executio. *num. 24.*

Etiamsi *ab ipsis* adjecta *sit* Clausula: Salvo errore, *vel* Salvo jure verioris calculi, *num. 25.*

Neque ista Præsumptio *pro ipsis militans aliter* deseri *debet*, *quàm si*, aliquid contra claram veritatem, *fraudulenter*, *vel erroneè*, egisse, *convinci queant. num. 26.*

Si contra *ejusmodi juratum* Calculatorem tale quid *legitimè* probetur, *tunc ipse non solùm* Parti ad *plenam* Damni refusionem; *verum etiam*, *si* Doli convinci *queat*, Reipublicæ ad promeritam pœnam *tenetur. num. 27.*

Facilius, *præsertim* in Rationibus, invenitur, *quod* à pluribus quæritur. *n. 30.*

Annectitur ratio Tertii *sententiæ* Membri, *num. 31.*

Liquidum, ob illiquidum, retardari *non debet. num. 32.*

Quando Conventio liquida *est*, *& è contra* Reconventio illiquida, *vel contrà*, *tunc Judex etiam* in una *saltem* sententiam *proferre*, *&* alteram ulteriori discussioni *relinquere benè potest. num. 33.*

Hinc etiam Executio *in* punctis liquidis, *remanente* Litis pendentia *super* illiquidis, *validè decernitur. num. 34.*

Rationes Quarti *&* Quinti Membri, *num. 35. & seq.*

Expensæ Litis, *ob* justam, *vel* probabilem litigandi causam, *regulariter*, compensantur. *num. 36.*

CONSILIUM OCTOGESIMUM NONUM.

DE Restitutione in integrum *in Causa* Vindicationis Canis venatici, *&* Juris convenandi.

Præmittitur Sententia. *num. 1.*

Unicus Testis nullus *testis. num. 8.*

Ob Frugum depastionem Animal *ad alium pertinens non aliter* pignorari *potest*, *quàm si id vel* in ipsa actuali depastione, *vel* in ipso adhuc fundo, *in quo damnum dedit*, inclusum *vel* pignoratum *esse*, per duos Testes, *probari valeat. num. 10.*

An is, *qui* Animal *sibi noxium* pignoravit, *sive* inclusit, *illud* privata autoritate *ità inclusum* penes se retinere *queat*, *vel* Judici *illud* exhibere *teneatur? num. 11. & seq.*

Quidsi includens *ibi Loci* jurisdictione polleat? *num. 13.*

Inclusionem *ejusmodi* Animalis clandestinam *LL. Romanæ* summoperè avertantur. *num. 15.*

Animal *ità* incluſum celans, *vel iſtud*, inſuper habitâ *idonea*, *de refundendo omni*, *ſi quod datum probari queat*, *damno*, Cautionis oblatione, *Domino vindicanti* exhibere recuſans, *neque* litis, *ob hanc ipſam recuſationem*, diu protractæ, *neque etiam* pro paſtu animalis *intereà erogatas* Expenſas repetere *valet*. *num. 16. & ſeqq.*

Animal *ſibi noxium* pignorans, *regulariter*, Sumptus *in* paſturam *ejus* factos repetendi jus *habet*. *num. 21.*

Damnum, *quod quis* ſua culpa *ſentit*, ſentire *damnum* non videtur. *num. 22.*

Ad Probationem Poſſeſſionis *non ſufficit probari* Actus *aliquos* poſſeſſorios; *ſed neceſſe eſt*, *ut ſimùl probetur*, *iſtos actus fuiſſe* quietos, & Partis adverſæ turbatorios & injuſtos. *num. 31.*

Extractus *& ſimplices* Copiæ, absque ulla *ullius* Notarii publici, *vel* alterius perſonæ *fide dignæ* ſubſcriptione, *productæ* nullam *omninò* probandi vim *habent*. *num. 33.*

Æſtimatio inter Tertios conventa *vel facta* aliis non præjudicat. *n. 34.*

Nemo in Communione, *etiam juris venandi*, invitus manere *compellitur*. *num. 41.*

Conventio de nunquàm ſolvendâ Communione, *tametſi* ſolenniſſimè inita, nullius *eſt* roboris. *num. 42.*

Quidſi *ſit* jurata? *num. 43.*

CONSILIUM NONAGESIMUM.

DE Jure revocandi Feudum, Creditori, *cui illud legitimè*, *& partim* antichreſeos *jure* oppignoratum *fuit*, competente.

Præmittitur Sententia *in Caſu ſubſtrato* publicanda. *num. 10.*

Subnectuntur ejusdem Rationes. *num. 2. usque ad finem.*

Sola Inſtrumentorum poſſeſſio *&* productio *ad* perſonam *illius*, *qui* alieno nomine *agit*, legitimandam, *regulariter*, haud ſufficit. *num. 5.*

Si ex talibus Inſtrumentis *agens* horum traditionem ab ipſo Domino ſibi factam *demonſtret*, *tunc ipſe*, præſtita Cautione rati, *admittitur*. *num. 6.*

Idem *etiam tunc obtinet*, quando ille, *qui* poſſidet Inſtrumenta *ad Litem inſtruendam facientia*, *eaque* in judicio producit, publico Advocaturæ *vel* Procuraturæ officio *defungitur*. *num. 7.*

Hoc tamen Ordinatio Cameralis *ad* tempus Litis conteſtatæ *reſtringit*. *ibid.*

Extra Cameram Imperialem *hujusmodi Procurator* ad totum Proceſſum *admittitur*. *num. 8.*

Nemo agendo, *vel* excipiendo *in* jure Tertii *ſeſe fundare poteſt*; *ſed tùm* Actor *fundamentum ſuæ intentionis*, *tùm etiam* Reus *fundamentum ſuæ exceptionis* ex propria domo *deſumere tenetur*. *num. 11.*

Tametſi de Jure Fiſci, Eccleſiæ, Feudi, *vel* alterius *quæratur*. *num. 12.*

Aliùd *dicendum*, *quando* Jus *illud* Tertii, *quod* Actor, *vel* Reus *allegat*, jus etiam illius, qui aliquid ab altero prætendit, *in totum*, *vel ſaltem pro parte*, excludit. *num. 13.*

Modò Tertius illô *etiam* ipſemet uti velit. *num. 15.*

Nemo plus Juris *in alium* transferre *poteſt*, *quàm* ipſe habet. *num. 22.*

Feudum *non ut Vaſallus*, *vel Patris ſucceſſor*; *ſed* ut Creditor, *vel* Creditoris Ceſſionarius, poſſidens, Æs alienum *ſolvere non tenetur*. *num. 22.*

Talis Poſſeſſor *pro* Succeſſore feudali, *ſub nullo colore*, *haberi valet*. *num. 24.*

Jus Hypothecæ in Feudo *legitimè conſtitutum etiam* in Creditoris hypothecarii Hæredes *transmittitur*. *num. 24. & ſeq.*

Adducuntur Rationes pro Reſtitutione in integrum *adverſus* lapſum Termi-

Termini probatorii, *in Casu proposito*, ad demonstrandum tale jus hypothecarium in Feudis *quæstionis competens concedenda. num.* 26. *& seqq.*

Interventio *tàm* in secunda, *quàm* prima Instantia, *sicque etiam* in Instantia *petitæ* in integrum Restitutionis, *& quidem* in quavis Judicii parte, *imò planè* post Conclusionem *in Causa, & jam latam* Sententiam definitivam *adhuc fieri potest. num.* 37.

Interposita Appellatio Sententiam *à Judice inferiore latam non tantùm* suspendit; *sed etiam* perimit, *ità, ut per eandem* Gravatis *Via* denuò agendi *aperiatur. num.* 38.

CONSILIUM NONAGESIMUM PRIMUM.

DE Testamento Secundæ Conjugis Meritorum remuneratorio: An, *&* in quantum *illud dispositioni* Legis VI. Cod. de sec. nupt. *itemque* Nov. XXII. *cap.* 48. subjaceat? *notabilis disquisitio.*

Præmittitur brevis Facti figuratio. *num.* 1. *usque ad num.* 6.

* Dispositio Legis 6. Cod. de sec. nupt. *juxta communem & receptissimam DDrum Sententiam*, in Donatione remuneratoriâ nullum *obtinet* locum. *num.* 8.

Hæc *ipsa tamen* Limitatio à multis DDbus haud *aliter admittitur*, quàm si Merita, *ejusmodi donationem, vel aliam remuneratoriam dispositionem provocantia, sint talia, ut illi* Conjugi, *qui eadem præstitit*, Actionem, adversus alterum Conjugem, pariant. *num.* 9. *& seqq.*

Merita, inter Conjuges *ordinariè præstanda*, obsequialia *communiter dicta*, regulariter, *propriè sic dictam* Remunerationem haud recipiunt. *num.* 11.

Hinc que etiam, eorundem *solorum* intuitu factæ, remuneratoriæ Dispositiones *à dispositione* Legis 6. Cod. de sec. nupt. haud *videntur* immunes. *num.* 12.

Donationes à Patre, *in* Filium familias, *collatæ*, an, *ullo casu*, remuneratoriæ Donationis rationem recipere *valeant*? *Itemque an* Filius de Patre benemeritus *propriè* dici *queat*? *num.* 13. *& seq.*

Servitia, *ad quæ præstanda quis* de Jure *tenetur*, remunerationem exposcere haud videntur. *num.* 14.

An liberalitates, *quas binubus Parens, in alterum Conjugem, vel* propter labores *à Marito* in recuperandis bonis Uxoris *factos, vel* ob patrocinium *ab ipso, seu* Advocato, *in uxoris lite præstitum, vel in specie etiam* ob servitia *&* impensas, in Conjugis diuturna ægritudine *erogatas, benevolè confert, pro* remuneratoriis *haberi mereantur*? *num.* 15.

Uxor *Marito* ad obsequialia servitia *de jure tenetur. num.* 16. *& seq.*

Inter Conjuges, *ceu omnis fortunæ, jurisque individuos consortes, quædam* mutua Obligatio ad reciprocam *quandam, intellige liberalem*, Servitutem *intercedit. num.* 17. *& seqq.*

Apud Germanos veteres *monebatur* Mulier, *venire se* laborum periculorumque Sociam, *idem* in pace *&* prælio *passuram, ausuramque. num.* 19.

Officia Conjugum *reciproca seu* mutua *à connubiali potiùs* amore, *quàm à pretii vel præmii spe* proficisci *debent. num.* 20.

Quâ de causâ Donationes inter Conjuges Lex Romana prohibuerit? *num.* 21.

Decisio negativa, *quòd videlicet* Testamentum quæstionis *sanctioni sæpedictæ* Legis 6. Cod. de sec. nupt. nullatenùs *subjaceat, solidè* statuminatur. *num.* 22. *usque ad finem.*

Relicta *Liberis* Legitimâ, Pater de reliquis *suis* bonis *pro* liberrimô *arbitrio* disponere *potest. num.* 23. *& seq.*

Testamentum quæstionis *veræ & propriè* sic dictæ remuneratoriæ Dispositionis rationem *habere, ex* Juris analogia, traditis DDrum *communioribus,*

bus, & praxi Judiciorum, *ad sufficientiam* demonstratur. *num.* 26. *usque ad num.* 51.

Ad *fundandam Meritorum* remuneratoriam *qualemcunque*, *tùm* inter vivos, *tùm* morti causa, Dispositionem *non præcisè* Merita *Actionem judicialem producentia necessaria sunt*; *sed etiam illa*, quorum remunerationem *seu compensatoriam retributionem*, *pro religioso Judicis arbitrio*, magna & singularis Æquitatis ratio efflagitat, *ex receptissima plerorumque sententia*, sufficiunt. *num.* 26. *& seqq.*

Etiam à Patre, ob similia Merita, in *suos* Filios- *vel* Filias-familiâs *collatæ* Donationes, *non obstante donationum inter hasce personas prohibitoriâ Legis dispositione*, *in vim remuneratoriarum Donationum*, *validissimè* subsistunt. *num.* 29.

Non solùm propter Operas, *quas vocant*, industriales, ponderosas, *seu* magnas, *à Patre*, in Filium familiâs *collata* Donatio *pro* remuneratoriâ & validâ *habetur*: *num.* 30.

Verùm etiam de *tali* Donatione, *quæ*, propter Operas obsequiales, diutissimè, magnaque curâ & sollicitudine, in gravissimâ *præsertim*, *vel* diuturnâ Parentis, *vel* Conjugis ægritudine *præstitas in Filium familias*, *vel Conjugem collata est*, idem judicium, *ex receptiore pariter DDrum suffragio*, *procul dubio ferendum venit*. *num.* 31. *& seqq.*

Tali casu, de Meritis *etiam* per solas Conjecturas constare, *sufficit*. *n.* 31.

Hujusmodi Merita, in omnibus, ut *alia* propriè *sic* dicta *Merita*, judicari *debent*. *num.* 32.

Hæc omnia multo magis in Uxore nobili, *etiam ad* vilissima *& quasi ancillaria* Servitia, in multenni & gravi mariti ægritudine, *constanter* se *promptam* & facilem exhibente, *locum sibi vindicare* ἐξαγώνιον *est*. *num.* 33. *& seqq.*

Superiùs relata generalis *quorundam Doctorum* traditio, *quòd* propter Uxoris operas obsequiales *Marito in ipsius ægritudine præstitas*, *ei* facta Donatio *pro* remuneratoria haberi *non debeat*, *in talibus* Operis, *quas &* Temporis, *pro primis complurium annorum*, *molestissima* Diuturnitas, *tùm & planè* singularis *fidelissima Conjugis*, Patientia, Pietas, Cura, Sollicitudo & Constantia *commendat*, *& ipsarum* Operarum *in* illustrem *Matronam vix cadens* Vilitas, & nocturno *non minùs*, *quàm* tempore diurno *perseverans* Multiplicitas *summis elogiis dignissimas reddunt*, limitationem *prorsùs indubitabilem* recipit: *num.* 37. *& seqq.*

Conditio Creditoris, ob Debitoris nobilitatem, *regulariter*, haud *debet reddi* deterior. *num.* 39.

Operæ serviles, *marito*, ab uxore, *regulariter*, haud præstandæ, quænam, *inter alias*, *habeantur*? *num.* 40. *juncto num.* 35.

Si Liberta, *quæ* Operas *Patrono promisit*, *ad* eam dignitatem *perveniat*, *ut* inconveniens *sit ei porrò consimiles* Operas præstare, *ipso jure* hæ intercidunt. *num.* 41.

Facultas Juridica Tubingensis *modò relatam* Limitationem, *omni tempore*, adseruit. *num.* 43.

Eandemque etiam Supremum Würtembergiæ Dicasterium, *in* judicando, sequi *non dubitavit*. *num.* 44.

Merita, *in dubio*, *non præsumuntur*; *sed* legitimè probari *debent*. *num.* 64.

Hæc probatio etiam per Testes domesticos *fieri potest*. *num.* 45.

Qualia Merita *superstiti Uxori*, in substrato, *veniant* probanda? *num.* 45. *& seqq.*

Donatio *talis* remuneratoria, *tametsi* Merita non pariant Actionem *ex lege Justitiæ*: *tamen non est absoluta & mera Donatio*; *sed potius aliqua* Debiti solutio. *num.* 50.

Hinc quæ etiam illa inter Conjuges prohibita *censeri* non *debet*. *num.* 50.

Idemque *et am* de aliis personis, donare *aliàs per jura* prohibitis, *in specie* Prælatis, *tàm inferioribus*, *quàm superioribus*, dicendum *venit*. *num.* 51. *& 54.*

Nn

Nec non de Tutoribus, *præprimis Personarum* nobilium *&* illustrium, *aliisque* similibus. *num.* 55. *& sq.*

Hæc ipsa doctrina *rectissimè etiam* ad binubos Parentes, *ex priori matrimonio liberos habentes, à DDbus* porrigitur, *quòd nimirum & hi, ex causa talis remunerationis, secundæ Uxori, plus, quàm uni ex Liberis prioris connubii,* non obstante generali Legis VI. Cod. de sec. nupt. prohibitione, *quocunque modo, relinquere valeant. num.* 57. *& sqq.*

Dispositio dictæ L. VI. Cod. de sec. nupt. *in* negotiis onerosis, *regulariter,* nullum *sortitur* locum. *num.* 58.

Donationes & Dispositiones remuneratoriæ *propriè non sunt Donatio; sed potiùs debiti naturalis* solutio, *sive quædam* quasi Compensatio, *& genus quoddam* Permutationis. *num.* 59.

Undè etiam à DDbus in classem Contractuum onerosorum *passim referuntur. num.* 59.

Ejusmodi Donator *nullo quidem Juris Civilis; attamen* Juris naturalis, *eodemque* approbatæ obligationis vinculo *constringitur. num.* 60.

Hinc que etiam plura, *ab ordinaria Donationum, ceu à liberâ voluntate proficiscentium, naturâ prorsùs exorbitantia,* Singularia in ejusmodi Donationibus *obtinent. num.* 61.

Inter illa non ultimum occupat locum, quòd, tametsi Donatio, *generaliter,* per Legem, *vel* Statutum *sit* prohibita; *tamen dispositio seu* Donatio remuneratoria haud *censeatur* prohibita. *num.* 62.

Itemque quòd plures, regulariter, donare prohibitæ Personæ, *tamen* ex causa remunerationis donandi facultatem *habere censeantur. num.* 63.

Nec non quòd Prælatus, *tàm inferior, quàm superior, ut &* Princeps secularis, *benemeritis* Ministris, Consiliariis, Subditis, *itemque* Militibus, *ex dicta causa,* Feudum conferre *possit. num.* 64.

Adducuntur duo *notatu dignissima* loca *ex* Joh. Baptista Card. de Luca, *&* Hectore Capycio Latro, *hanc sententiam, quòd, tametsi* Merita *ad fundandam aliquam actionem, stricto jure, non sufficiant; tamen* Donatio, in remunerationem illorum, *si videlicet* ingentia, extraordinaria, *vel* excessiva *fuerint, etiam in* personas, ad obsequium *&* servitia Donanti, *de jure,* obstrictas *collata, in vim* validæ Donationis remuneratoriæ *subsistere possit, haud parùm confirmantia. num.* 64. *& seqq.*

Satis malè Principes, *&* alii, servitia reciperent *à* militibus, famulis, officialibus, uxoribus, filiis, *&* conjunctis, *si intuitu solius stipendii, vel naturalis obligationis,* absque spe alicujus remunerationis extra ordinem faciendæ, *ipsis* serviendum *esset. num.* 66.

Sanctio Legis III. Cod. de secund. nupt. *quòd, Matre ad secunda vota, licet post annum luctûs, transeunte, omnia, quæ ipsa ex ultima Mariti voluntate, vel inter vivos ab ipso accepit, eidem auferri, & in Liberos prioris matrimonii, quoad proprietatem, conferri debeant, in* Legatis, *vel* Donationibus, aliisve Dispositionibus remuneratoriis nullum *obtinet* locum. *num.* 68.

Subministratur Modus super ejus, *quod in substrato* superstiti Uxori, *per modum Remunerationis,* relictum *est,* Quantitate, *utrum scilicet illud summam* in Leg. VI. Cod. de sec. nupt. *in genere determinatam, exaquet, vel transcendat?* Calculum *legitimè* ineundi. *num.* 70. *& sqq.*

Lex VI. Cod. de sec. nupt. Parenti binubo *non omnem in universum: sed illam solummodò* Donationem, *vel aliam* lucrativam Dispositionem *interdicit, quâ* secundo Conjugi plus, quàm uni ex prioris matrimonii Liberis, *cui ipsè* minimum *donavit, vel dedit, relinquitur. num.* 72.

Hinc, *si* portiones utrinque æquales *sint, illius dispositio penitùs* cessat. *num.* 72. *& seqq.*

Utrum tali in casu, Liberis *suam* Legitimam præcipere, *& in* eo, quod superest,

pereſt, Vitricum *vel* Novercam, *demùm* ad æqualem portionem *admittere liceat? num.* 73. *& ſq.*

Pater liberis ſuis *aliqua* bona *adhuc vivus* aſſignans, *vel inter eosdem* univerſa, *vel* quædam *ſaltem bona* dividens, nulla facta *Donationis, vel præſentanea* Dominii translationis mentione, *illa neutiquàm donaſſe*; *ſed tantummodò* in peculium, *ad* uſum *&* adminiſtrationem, conceſſiſſe *præſumitur. n.* 78. *& ſaq.*

Hinc & ipſe *de illis* pro lubitu *teſtari &* disponere *poteſt. num.* 78.

Donatio, *seu mera dilapidatio*, *in dubio*, non præſumitur. *num.* 79.

Donatio à Patre in filiumfamilias *collata*, *regulariter*, *eſt* invalida. *num.* 80.

Unitas perſonarum *inter eosdem intercedens*, *nec* Donationem, *nec* ullum Contractum inter ipſos conſiſtere *patitur. num.* 81.

Si de contraria Patris voluntate, *nec ex* diſertis *ipſius* verbis, *nec ad hoc concludenter quadrantibus* Conjecturis *conſtet*, Liberi *quoque* prioris matrimonii, *in caſu Legis VI. Cod. de ſec. nupt.* omnia à Patre, *tùm inter vivos*, *tùm in ultima voluntate* accepta *in Hæreditatem ab illo relictam* inferre *tenentur. num.* 83.

Quænam Conjecturæ *hîc ſufficiant? remiſſivè oſtenditur. num.* 83.

Donationes, *vel aliæ* Diſpoſitiones remuneratoriæ à ſanctione *ſæpedictæ* Legis VI. Cod. de ſec. nupt. *regulariter*, non ulteriùs *ſunt* exceptæ, *quàm quousque* Merita Conjugis donatarii *ſeſe* extendunt. *num.* 86.

Hoc ipſum tamen in remuneratoriis illuſtrium & nobilium *perſonarum* Donationibus non tàm rigoroſè *obſervatur. num.* 87.

Tota Donatio *ab ejusmodi perſona facta pro* remuneratoria *habetur*; *etiamſi illa Merita notabiliter transcendat*: Modò non inter nobiles *&* divites, *in* ſimili caſu, conſuetum Modum *excedant & ſuperent. num.* 88.

In tali caſu *non minùs*, *ac in univerſum* in æſtimandis *ipſis* Meritis *prudentis & religioſi* Judicis arbitrio *multum* relinquendum *venit. num.* 89. *& ſeqq.*

Exceſſus *in* Donatione remuneratoria, *regulariter*, jure ſimplicis Donationis *cenſetur. num.* 92.

CONSILIUM NONAGESIMUM SECUNDUM.

DE Permutatione prædii emphyteutici, *& nudô* Pactô ejus præparatoriô, *quatenùs* facultas pœnitendi, *circa alterutrum*, *inſpecto* Jure *tùm* Juſtinianeo, *tùm* Würtembergico, locum habeat, *vel* non? *Itemque de* Nummis bibalibus, vom Weinkauff/ *ſollicita Diſquiſitio.*

Præmittitur Factum. *num.* 1. *usque ad num.* 16.

Proponuntur VII. Quæſtiones *hîc decidendæ. num.* 17. *usque ad num.* 23.

Exhibetur Reſolutio Primæ Quæſtionis. *num.* 24. *usque ad num.* 31.

Jure Würtembergico *etiam* Permutatio prædii emphyteutici, ſine *ſpeciali vel* Sereniſſimi, *vel ipſius* Officialium, *vel alterius cujusvis* Domini directi conſenſu *celebrata*, *non ſolùm* Nullitati; *verùm etiam* Mulctæ pecuniariæ (Einer kleinen Frevel) obnoxia *eſt. num.* 25. junctо *num.* 29.

Eôdem Jure *omnium* Contractuum, ſuper bonis immobilibus *celebratorum*, Inſinuationes *præcisè* coram Judice rei ſitæ *fieri debent. num.* 28.

Quando Jurisdictio *inter duos* communis *eſt*, quinam, *inſpectô* Jure Würtembergico, facultas Alienationem *talis prædii emphyteutici* nullam declarandi *competat? num.* 26. *& ſeqq.*

Siſtitur Secundæ Quæſtionis: *An* Contractus, *de quô quæritur*, Permutatorius *pro* irrevocabili habendus *veniat?* negativa deciſio. *num.* 32. *usque ad num.* 88.

Adducuntur duæ Rationes dubitandi. *num.* 33. *usque ad num.* 52.

Harum Prima à generali, *quâ*, *noſtris moribus*, *etiam* nuda Pacta *gaudent*, efficaciâ *deſumpta eſt. num.* 33. *uſque ad num.* 38.

Nudum *duorum* de rebus *ſuis invicem* permutandis, *ſine reali dominii* transla-

translatione, *initum* Pactum, *Jure Civili*, Contractum permutationis haud constituit. *num.* 35.

Hinc, ante dominii translationem, *ex contrahentium uno latere factam, utraque pars, ab eôdem, pro liberrimô arbitriô*, resilire *potest. num.* 35.

Hodiè talia Pacta *de rebus permutandis* obligatoria, *& simùl* actionis, *minimùm* ad consequendum interesse, *productoria esse*, multi, *etiam* magni nominis, Jcti *confidenter* existimant. *num.* 36. *& seqq.*

Altera dubit. Ratio *ex eô deducta est, quòd alter Contrahentium in proposito initam* Permutationem, *hisce specialissimis formalibus* servare promiserit: Daß Er da den Tod trinckhen solle / wann Er auffkünde; Er wolte die eingetauschte Güther lieber seinem Schweher schenckhen / als daß Er wider abkünde. *num.* 39. *usque ad num.* 52.

Si Pacto *futuri* Contractûs innominati præparatorio Stipulatio, simplex, *vel* pœnalis, *annectatur, tunc illud, regulariter*, ab utraque parte *irrevocabiliter* adimpleri *debet; sic, ut etiam inspecto Jure Civili*, contra nolentem, *vel* ad interesse, *vel* ad promissam pœnam *confestim* agi *possit. num.* 39. *& seqq.*

Contractus Permutationis *etiam de* Jure Würtembergico *inter* innominatos *contractus refertur. num.* 40.

Quando Voluntas paciscentium evidenter eò tendit, quòd ipsi simpliciter *&* absolutè ad Contractum innominatum *ineundum* sese *invicem* obstringere *voluerint, vel si sibi invicem expressis verbis* promiserint, daß keiner dem andern auffkünden wolle / *tunc ejusmodi* absolutum *&* simplex Pactum, *in excludendâ facultate pœnitendi*, modernis moribus, eandem vim *habet, quam* solennis Stipulatio *de* Jure Romano. *num.* 42. *& seqq.*

Adducuntur hanc in rem *aliquot conformia diversorum Locorum* Statuta. *num.* 44.

Verba hæc: Er wolle den tod trinckhen / wann Er den Tausch auffkünde / *à Permutatario prolata*, Pactum pœnitentiæ exclusivum *procul dubio important. num.* 46.

Pactum facultatis pœnitendi *renuntiativum, in ordine ad excludendam Pœnitentiam*, (den Reükauff / Aberwandel / &c.) ejusdem cum Stipulatione de Contractu implendo, *seu* non retractando, efficaciæ *est. num.* 47.

Pactum renuntiativum, *ab alterâ parte*, non acceptatum, nullius *est* valoris. *num.* 48. *& seq.*

Quando de illius, *in cujus præsentia aliquid dicitur, vel quid ei offertur*, commodo agitur, *tunc ipsius* Præsentia *&* Taciturnitas pro Consensu *habetur. num.* 51.

Præsertim si ille propterea præsens *sit, ut* de ipsâ illâ re cum alterô agatur. *num.* 52.

Rationes decidendi. *num.* 53. *usque ad num.* 74.

Harum Prima ex *communi omnium* innominatorum Contractuum natura *derivatur, juxta quam*, ante actualem rei traditionem, utrique *Contrahentium* pœnitere *permissum est. num.* 54.

Idque non solùm secundum Juris Communis; *verùm etiam* specificam Juris Würtembergici dispositionem. *num.* 54. *& seqq.*

Ei, *qui* ab ejusmodi, *per realem traditionem*, nondùm plenè perfecto, Contractu recedit, non magis, *quòd* fidem violaverit, *objici potest*, quàm ei, *qui*, antequàm Scriptura planè perficiatur, à Contractu in Scriptis *celebrando* resilire *conatur. num.* 56.

Mododicta, quoad Contractum Permutationis competens, Pœnitendi facultas *etiam* in Foro Saxonico, Badensi, Solmensi *&* Francofurtensi, *pariformiter* obtinet. *num.* 58. *& seqq.*

Hoc *quorundam nimis confidenter prolatum* Assertum, *quòd videlicet* audum, de rebus *invicem* permutandis *initum*, Pactum, nostris moribus,

etiam sine rei traditione, ut & stipulatione, vel aliâ absolutâ, omnibus pœnitentiæ exclusiva Conventione, efficaciter obliget, in *rei* veritate fundatum haud esse vel solæ modò relatæ Sanctiones statutariæ *sufficienter evincunt. num.* 63.

Secunda decid. ratio *in eo ponitur, quòd* Permutans, *posthabitâ superiùs relatâ efficacissimâ Pœnitentiæ Renuntiatione,* Contractum *quæstionis à Permutatario* revocari, *& in ejus consequentiam* Nummos bibales (den Weinkauff) *cum oblatione reliqui, sibi* restitui *ultrò* passus fuerit. *num.* 64. *& seqq.*

In Ducatu Würtembergico ab omni *super* rebus immobilibus *inito,* & perfectè celebrato, Contractu, *regulariter, cuilibet Contrahentium,* intra proximos XIV. dies, resilire *permissum est. num.* 67.

Hoc jure *tamen* usurus *alteri* Nummos bibales refundere tenetur. *num.* 68.

Quòd hæc ipsa Nummorum bibalium restitutio, *æquè ac ipsa Pœnitentia* (des Reükauffs) *Declaratio,* præcisè intra dictos XIV. dies fieri *debeat, in* Jure Würtembergico dispositum haud legitur. *num.* 68. *& seqq.*

Quod Statuti litera *non cavet, id* nec à nobis *pro sancito, vel* cautô haberi *debet. num.* 70.

Statutum, *in dubio, ità semper* exaudiendum, ut *potiùs* Unum, *quàm* Duo, contra Jus Commune, operetur. *num.* 71.

Quod Statutum *nec* verbis disertis, *nec* certa demonstratione *disponit, id nec per* subauditos intellectus supplendum. *num.* 72.

Facultas pœnitendi *de* Jure Würtembergico *intra XIV. dies competens, quoad illos tantummodò* Contractus, *super rebus immobilibus celebratos, locum habet,* qui suam primam *saltem* perfectionem *sunt* consecuti. *num.* 73. *& seq.*

Si restitutio nummorum bibalium *præcisè* intra *proximos* XIV. dies facienda *esset, tunc* idem *quoque* de duplicata Arrha *necessariò* dicendum *foret. num.* 74.

Rationes Respondendi. *num.* 75. *& seqq.*

Regula, quòd Pacta nuda, *nostris moribus,* eandem vim *habeant,* quam, *de Jure Romano,* solennis stipulatio, *in* Pactis futuri Contractûs præparatoriis notabiliter limitatur. *num.* 75.

Nostris etiam Moribus, ad excludendam facultatem pœnitendi, quoad Pacta *adhuc ineundi Contractûs, seu nominati, seu innominati, saltem* præparatoria, *vel* solennis Stipulatio, *vel* absolutum, *de Contactu principali certò adimplendo,* daß der unter denen Partheyen nur mit worten abgeschlossene (v. gr.) Tausch-Contract steiff / steth und vöst gehalten werden solle / *initum* Pactum necessarium *est. num.* 76.

Hæc ab una *saltem Contrahentium* Parte *facta declaratio* Er solle den Tod säuffen / wann Er auffkünde / si non *etiam* ab alterâ, *verbis, vel factis,* acceptetur, ad *ejusmodi* absolutum, *&* licentiæ pœnitendi *totaliter* exclusivum Pactum *inducendum* haud sufficit. *num.* 77. *& seqq.*

Præsens & tacens, *quatenùs* de ipsiusmet præjudicio, *sicque etiam* de Actione adversus ipsum quærendâ *agitur, pro* Consentiente *habetur* haud quaquàm. *num.* 79.

Tacens ne quidem ad hunc effectum, ut ipsi aliqua Actio, vel Exceptio acquiratur, *pro Consentiente haberi debet. num.* 80.

Qui suam Voluntatem facillimè declarare *potuisset,* tacendo, beneficium *sibi oblatum,* repudiasse *non immeritò* videtur. *num.* 81.

Si modo dicta Unilateralis Declaratio in vim Pacti absoluti *acciperetur, tunc* illa, *contrà omnem Juris rationem,* diversô Jure, *nempe alio, quoad ipsum Promittentem, & aliô quoad Promissarios, necessariò* censenda *foret. num.* 82.

Una *eademque* res diversô jure censeri *haud debet. num.* 83.

Si is, cui de Contractu certò ineundô, *per Pactum absolutum, vel alia ratione,* efficax promissio facta *est, nihilominùs* Pœnitentiæ *ex postfacto* ab altero interpositæ, ultrò locum fecerit, *tunc* ipse *per hoc* suo juri quæsito *omninò* præjudicat. *num.* 84.

Fasul-

Facultas pœnitendi, *quoad Contractus super rebus immobilibus*, de Jure Würtembergico competens, *inter alia quoque* per judicialem *eorundem* Insinuationem excluditur. *num.* 85.

Pactum futuræ Permutationis præparatorium, sub *hâc expressâ* conditione: **Wann der andere ihm auch halten/ und die Ihm geschenckte Güthlein behalten werde/** initum, *hâc* Conditione deficiente, nullatenùs obligat. *num.* 87.

Decisio Tertiæ Quæstionis. *num.* 89. *usque ad num.* 98.

Facultas pœnitendi, *de* Jure Würtembergico, *intr spatium XIV. dierum competens*, (*vulgò* **der Reukauff/ Aberwandel/**) per *solam* Unilateralem Renunciationem, *si illa vel statim* ab initio *ab altero* non acceptata, *vel* ex post *iterum*, expressè, *vel* tacitè remissa *fuerit*, nullatenùs excluditur. *num.* 90. juncto *num.* 85. *& seq.*

Nummorum bibalium refusionem *adhuc* intra XIV. dies promittens, si *eundem intra dictum tempus non, ut dixit, adimpleat, sibi tamen, quoad* Jus pœnitendi, *eo ipso* haud præjudicat. *num.* 93.

In dubio, alia omnia potiùs, quàm Juris, *nobis competentis*, Renunciatio, præsumi *debent. num.* 94.

Renunciatio evidenter, *&* per arctiores probationes, *demonstranda est. num.* 95.

Neque aliter admittenda, quàm si expressè de illa sit actum *num.* 96.

Quando nulla conventio pœnitentiæ exclusiva *probari potest, tunc etiam* à jurato, futuri Contractûs saltem præparatorio, Pacto *cuilibet paciscentium* recedere *fas est. num.* 98.

Exhibetur Quartæ Quæstionis resolutio. *num.* 99. *usque ad num.* 106.

Facultate pœnitendi Würtembergico Jure *concessâ* usurus *alteri parti* omnes, *super illo Contractu insumtos*, Nummos bibales, *& quidem, regulariter*, sine mora exolvere *obstrictus est. num.* 101.

Mododicta pœnitendi facultas *non saltem* in Emtionis Venditionis; *sed etiam* in omni alio, super Bonis immobilibus *celebrato*, Contractu *locum sortitur. ibid.*

Contractus privatorum ex conventione *non minùs, quàm ex publica Sanctione*, legem accipiunt. *num.* 103.

Deciditur Quinta Quæstio. *num.* 107. *usque ad num.* 122.

Judex officium suum non *solet* impertiri, nisi *desuper* imploratus, *vel nisi ad minimum* Actor libello *suo* Clausulam *adjecerit* salutarem. *num.* 109. *& seq.*

Quando quis nullam justam litigandi causam *habuit, tunc* Judex *ipsum de* Jure Communi, *non minùs ac* Würtembergico, pro qualitate circumstantiarum, *etiam* non imploratus, *&* ex officio, in expensas condemnare *potest*; *quamvis non teneatur. num.* 112.

Quando Causa ex Utriusque, *Actoris scilicet, & Rei*, parte dubia *est, tunc* Expensæ, *regulariter*, compensantur. *num.* 115.

Qui, pertinaci *suâ* Negatione, Testium productioni *solus occasionem & causam* dedit, *solus quoque* in Expensas *desuper factas* justissimè condemnatur. *num.* 119. *& seq.*

Si quis in unô *saltem* punctô succumbat, *in* alterô *autem* victoriam reportet, *tunc* Expensæ, *regulariter*, compensari *solent. num.* 122.

Resolutio Sextæ Quæstionis. *num.* 123. *& seq.*

Etiam in locô Contractus *Forenses* Forum competens, regulariter, *habent. num.* 125.

Producitur Septima Quæstio. *num.* 126.

Commendantur nonnulla quoad formalia Processus, *ante publicationem Sententiæ, adhucdùm* supplenda. *num.* 127. *& seqq.*

Subnectitur Sententia definitiva. *num.* 131.

CONSILIUM NONAGESIMUM TERTIUM.

DE Turbatione Sacrorum publicorum, cum atrociſſimis Verbi Divini Miniſtro illatis Injuriis *conjuncta.*

Præmittitur Facti Species. *à num. 1. uſq; ad num. 12.*

Proponitur Quæſtio prima *hic enucleanda*: Utrum deciſio ſubſtratæ Cauſæ ad ſolum Evangelicum; an *verò* ad totum, ex Pontificiæ, & Evangelicæ Religioni addictis perſonis *mixtum loci* Magiſtratum pertineat? *num. 13.*

Poſterius affirmatur, & ſtabilitur. *num. 14. uſq; ad num. 40.*

Removetur *in anteceſſum* Ratio dubitandi ex ſpeciali Receſſu *Anno 1660. inter utriusq; religionis Magiſtratum inito petita. num. 14. & ſeqq.*

Demonſtratur, Factum injurioſum & turbatorium, de quo hîc quæritur, multis reſpectibus atrociſſimum *eſſe. num. 17. uſq; ad num. 38.*

Injuria *cumprimis ex eo* atrocior *cenſetur*, *ſi* ab eo inferatur, *qui* perſonæ injuria affectæ reverentiam *atque* venerationem *debet. num. 20.*

Illuſtratur *hoc* Exemplis injuriarum Parentibus, Magiſtratui, *vel* Seni *illatarum remiſſivè adductis. num. 21.*

Injuria Verbi Divini Miniſtro irrogata, *ab Evangelicis non minùs, quàm pontificiis Scriptoribus*, pro atroci *habetur. num. 22.*

Præprimis ſi illa Sacerdoti, *ſui* ordinis habitu induto, *vel in* opere & functione ſacra actualiter conſtituto *fuerit illata. num. 23.*

Adducitur hanc in rem textus ſpecificus ex Jure Romano. *num. 23.*

Injuria *alicui in* Locô ſacrô *&* Cultui Divino conſecratô *irrogata, ex hoc ipſo, ſine dubio*, atrocior *redditur. num. 24. & ſeq. juncto num. 27. in fin.*

Loca ſancta *præprimis* ab injuriis hominum munita *cenſentur. num. 24.*

Hinc Injuria, *quæ* in domo Principis *alicui illata dicitur*, *ex ea ratione* atrocior *reputatur. num. 25.*

Injurias in Templo *alicui illatas* in ipſum DEUM redundare *non malè ſtatuit B. Carpzovius. num. 26.*

Injuria in conſpectu plurium Perſonarum *commiſſa pariter pro* atrociore *habetur. num. 27.*

Idem *dicendum*, ſi *ejusmodi injuria* cum Turbatione Sacrorum publicorum *conjuncta ſit. num. 28.*

Ac omnium maximè, ſi, præter verbalem injuriam, illa non pugno *tantùm; ſed &* Baculo factâ tàm ſtreperâ percuſſione, ut in omnibus Templi partibus exaudiri *potuerit*, commiſſa *ſit. num. 29.*

Admenatio pro reali Injuria *non habetur, ac proindè hoc nomine* duntaxat utilis injuriarum actio competit. *num. 30.*

Laudantur nonnulli diſſentientes. *num. 31.*

Injuria *diu* præmeditata *eâ, quæ ex repentino aliquo impetu infertur*, longè atrocior *æſtimatur. num. 33.*

Injuria erga Sacerdotem *ſuæ religionis*, in conſpectu aliorum diverſæ religioni addictorum, *commiſſa non tantùm* atrociſſima; *ſed etiam* ſummè ſcandaloſa *cenſeri debet. num. 34.*

Injurias *alteri irrogatas* non revocans, *nec* illarum, *ceu ex iræ nimis incandeſcentia profectarum, benignam* condonationem rogitans; *ſed easdem, contra omnia Jura*, pro licita injuriæ retorſione venditans *earundem* reatum longè gravíorem *reddit. num. 35.*

Miniſtrum verbi Divini, *in partibus ipſi demandati ſacri muneris ſollicitè ſeſe gerentem*, injurioſè tractans reverentiam ſacro Miniſterio debitam *graviſſimè labefactat. num. 36.*

Qualis Pœna Turbatores ſacrorum *maneat*? *remiſſivè notatur. num. 37. & ſeqq.*

Evolvitur Secunda Quæſtio: An *in Caſu ſubſtrato* per modum nquiſitionis

tionis proceedendum; num *verò* Processus ordinarius *à Sacerdote injuriis affecto suscipiendus sit? num. 41. usq; ad finem.*

Nemo invitus agere compellitur. *num. 43.*

In casu Turbationis sacrorum, *præprimis* cum injuriis publici Sacerdotis conjunctæ, *ipsa* publica Salus, Tranquillitas, & sacrorum Magistratui mandata Cura, Christiani Magistratus officium implorare *intelligitur. num. 44.*

In tali casu querela Episcopi, *vel alterius* Ecclesiæ Antistitis non *est* exspectanda; *verùm ipse* Magistratus ex officio *in tale delictum* inquirere, *& promeritam* pœnam decernere *potest. num. 45.*

Modus *ejusmodi causas* per viam Inquisitionis *tractandi* cum *longè* minori scandalo *conjunctus est*, majoremque amicabili compositioni ansam *& occasionem relinquit, quàm alter, qui* per ordinarium injuriarum processum *exerceatur. num. 46.*

CONSILIUM NONAGESIMUM QVARTVM.

DE Reiteratione Torturæ: An, & quibus in casibus *illa* locum habere, *itemq; an* Torturam, *præprimis summi gradûs*, perpessus *nihilominùs aliquâ* pœnâ extraordinariâ affici, *vel ad minimum* in expensas condemnari *possit?*

Præmittitur summaria attentati Criminis Veneficij, & desuper, *contra Reum*, hucusque formati processûs *Relatio*, cum *annexis* Quinque Quæstionibus *hîc resolvendis. num. 1. usq; ad num. 8.*

Etiam in Crimine Veneficii, ad effectum *decernendæ* Torturæ, de Corpore delicti *priùs constare debet. num. 10.*

Recensentur quinque Indicia, *ob quæ* Reus *in propositô* summi gradûs Torturæ *justissimè* subjugatus *fuit. num. 11. & seq.*

Etiam ob sola aliquot remota, junctim *tamen* spectata, Indicia *criminis* Tortura, summi *etiam* gradûs, *contra suspectum, decerni potest. num. 11. & seq.*

Quæstio Prima: *An Reus, in substrato, Torturæ denuò subjugandus veniat?* negativè *deciditur. num. 13. usque ad num. 40.*

Trina *torquendi* Elevatio, cum trinâ *ejusdem* Quassatione *conjuncta summum* in Foro Würtembergico, *itemq;* ex *constanti* Facultatis Juridicæ Tubingensis sententiâ, Torturæ gradum regulariter, *constituit. num. 14.*

Adpensio Lapidis, *in nonnullis locis usitata*, vicem Quassationis, *ad eundem effectum, & per consequens etiam ad excludendam Torturæ reiterationem*, benè supplere *potest. num. 15.*

Justô leviùs Tortus habetur *pro* non Tortô, *ac proindè adhuc* graviori Torturæ subjici *potest. num. 16.*

Hæc regula ei, qui summi gradûs Torturam passus est, applicari vix potest. *num. 16.*

Tortura, sine novis indiciis, repeti nequit. *num. 18.*

Non tamen qualibet noviter supervenientia Indicia *hîc sufficiunt; sed talia requiruntur, quæ* per se, & solicariè, *nempe* sine prioribus, *ceu jamjam purgatis*, sufficiunt, *&* quæ *ab hisce* specie differunt. *num. 19. & 21.*

Tortura, *sine ejusmodi Indiciis*, de facto reiterata, *ipso jure* nulla, neque *ad* Reum *exindè* condemnandum sufficiens *habetur. num. 20.*

Tortus *ex ipsâ, quam citra Confessionem perpessus est, Torturâ* novam *pro se* innocentiæ præsumptionem *consequitur, sic, ut* magis innocens, quàm alii, *censeatur. num. 21. & 23.*

Hinc etiam, regulariter, in totum, & definitivè absolvi potest, & debet. *num. 22.*

Si Reus, *arte magica, vel aliâ ratione*, corpus & animum induraverit, *ut omnia* tormenta intrepidè & quasi insensibiliter sustinere *potuerit, tunc etiam*

absque supervenientibus novis Indiciis, Tortura, *contra ipsum*, repeti *potest. num. 24.*

Unde talis Insensibilitas oriri *queat?* remissivè *notatur. num. 25. ubi aliquot ejusdem* Exempla *pariter* remissivè *tanguntur.*

Adducuntur nonnullæ rationes, ob quas *mododictæ* Limitatio in proposito attendi nequeat. *num. 26. & seq.*

Si quis statim sub Ligatura impatientissimum *sese* exhibuerit, *vel* sub prima, *aut* reliquis Elevationibus *graviter & multùm* ejulaverit, *licet post ipsius Elevationis actum id facere desierit, vel in ejus* vestimentis *aut* indusio nihil, *quod ipsum talis* Indurationis suspectum *reddere posset*, deprehensum *fuerit, is mododictæ Limitationis Subjectum constituere haud potest. num. 27. & seqq.*

Quales Præcautiones, contra *Reos de* Induratione suspectos, *adhiberi soleant? num. 30.*

In quibus Casibus & Criminibus *mododictæ* præcautiones *locum habeant? num. 31.*

Malefici, *itemq;* Sagæ Tormenta *utplurimum* contumacissimè perferre, *imò etiam* ridere, *vel* inter ipsa *suaviter* dormire *solent. num. 31.*

Ignis, *aliaque* graviora Tormenta *nonnisi* in solis Criminibus nefandis & exceptis, *neq; aliter, quàm* si multum urgentia atque certissima Indicia *occurrant, ità, ut sola Rei confessio videatur deficere*, decerni *solent. num. 32.*

Tortura, *ceu fragile & periculosum veritatis investigandæ remedium*, aliter, *præprimis* iteratò, decerni *non debet, quàm si* magna, *vel in casu posteriore*, longè certior, quàm anteà, Veritatis explorandæ spes *& ratio subsit. num. 34.*

Uli sola Fustigationis, & perpetuæ Relegationis pœna *locum habere potest, ibi* Tortura, summi *præsertim* gradûs, reiterari *nequit. num. 35. & seqq.*

Etiam Criminis Veneficii Conatus, *quantumvis* ad actum proximum *perductus, nostris moribus, nonnisi* Fustigationis & Relegationis pœnâ, *plectitur. num. 37. & seq.*

Extra casum novorum, *à prioribus* specie differentium, & ferè indubitatorum Indiciorum *superventientia, regulariter*, haud gravior; *sed potiùs* lenior & levior *solummodò* Torturæ gradus secundô locô dictari *valet. num. 40.*

Secundæ, & Tertiæ Quæstionis *decisio. num. 41. usq; ad num. 52.*

Reus legitimè tortus, & in negatione *nihilominùs constanter* persistens, inspecta Juris veritate, *tùm etiam quotidiana* Fori praxi, *regulariter*, ab omni, *etiam* extraordinariâ, pœnâ, *sicque omnimodò* definitivè absolvi *debet; num. 41. & mult. seqq.*

Quamvis variæ *& diversæ* de hoc articulo *exstent* Juris Interpretum sententiæ. *num. 42. & seqq.*

Quibus casibus, *etiam* post Torturam *legitimè toleratam, nihilominùs* pœna aliqua extraordinaria *decerni possit? num. 45.*

Actore non probante, Reus, a judicio, *tùm* civili, *tùm* criminali, absolvendus *venit. num. 46.*

Absolutio Sententiæ definitivæ *propria* est. *num. 47.*

Dum Accusator, *vel* Fisci procurator delictum *alicui imputatum* non probat, præsumpta Rei innocentia ad *omnimodam ipsius* absolutionem sufficiens *est. num. 48.*

Ordinatio Criminalis Carolina *artic. 61.* Reum torturam *legitimè* perpessum *nonnisi* ad solam alimoniam refundendam, seine Azung / obstrictum pronuntiat. *num. 49.*

Adducuntur rationes à Reo exigendæ Urphedæ, *& contra ipsum, non obstante Tortura à legitimè toleratâ*, decernendæ perpetuæ Relegationis *ad* Quartam Quæstionem. *num. 51. usque ad num. 55.*

Si indicia *Criminis, ob quæ Tortura decreta fuit*, tàm gravia *sint, ut* Reus etiam post hanc *legitimè toleratam, nihilominùs* haud parùm suspectus remaneat, *vel* ab ipso, *in locô delicti commoraturô*, idem *vel* simile facinus *in futurum* haud improbabiliter metuendum *sit, tunc pro religioso Judicis arbitrio, etiam*

pœna

pœna relegationis, *vel* mulcta pecuniaria, *adversus ipsum*, benè decerni *potest. num.* 51. *& seqq.*

Resolutio ultimæ, *de expensis conceptæ*, Quæstionis. *num.* 55. *& seqq.*

Quando Reus pœna corporis afflictiva *coercetur*, *tunc*, *regulariter*, sumptus *Iudicii criminalis* ex Fisco *solvuntur*: Sin secus, *tunc* Reus *Hodiernùm* in expensas damnatur. *num.* 56.

Etiam is, *qui* per Sententiam definitivam absolvitur, *nihilominùs* aliquando in Expensas condemnari *potest. num.* 57.

CONSILIUM NONAGESIMUM QUINTUM.

DE Fidejussore indemnitatis, ejusdemque obligatione *brevis Disquisitio.*

Præmittitur Sententia. *num.* 1.

Subjunguntur ejusdem Rationes. *num.* 2. *& seqq.*

Exceptio rei judicatæ *non aliter opponi potest, quàm si* de eadem re, *vel* jure, *super quo judicatum, quæstio sit. num.* 6.

Exhibetur litera Fidejussionis *in substrato præstita, & simùl, eam nonnisi* Indemnitatis *fidejussionem esse, demonstratur. num.* 10. *& seqq.*

Indemnitatis Fidejussor *quisnam dicatur? num.* 13. *& 14.*

Quamdiu non constat, quòd Reus principalis, in totum, *vel* pro parte non *sit* solvendo, *tamdiu etiam* Fidejussor indemnitatis, *nec* naturaliter, *nec* civiliter obligatus *censeri*; *sed saltem* spes, ipsum *aliquando, si nimirum de hac ipsa principalis Debitoris insolventia constiterit*, obstrictum iri, concipi *potest. num.* 15. *& 16.*

Ad hoc, ut de principalis Debitoris insolventia *legitimè constet, necesse est, ut* ipse priùs *ad peram & saccum usque*, per Judicem, excutiatur. *num.* 15.

Creditor, ante *ejusmodi* Excussionem, *contra talem Fidejussorem, de facto* agens, nulliter agere *dicitur. num.* 17.

Hinc etiam Fidejussor *ità conventus, mediante* hac sola allegatione: Tibi nulla adversus me competit actio, *se potentissimè* tueri *potest. num.* 18.

Qui ipso Jure tutus *est*, nulla Exceptione *opus habet. num.* 19.

Omnis Exceptio *præsupponit* Actionem. *ibid.*

Exceptio non-competentis Actionis *in* quacunque Judicii parte *opponi potest. num.* 20.

Creditor, *contra* Fidejussorem indemnitatis, pendente *insolventia Debitoris principalis* conditione, *de facto agens, etiam* ex officio à limine judicii repelli *potest. num.* 21.

Etiamsi Fidejussor indemnitatis *sub* corporali Jurejurando *sese* obligaverit; *tamen* ante existentiam *mododictæ* conditionis *efficaciter conveniri nequit. num.* 22. *& seq.*

Juramentum *alicui negotio adjectum* ex ipso negotio, *ejusdemque* qualitate *suam* explicationem *recipit. num.* 23.

Fidejussor indemnitatis, *tametsi generaliter* omni Legum auxilio, *vel in specie* Beneficio Ordinis sive Excussionis renunciaverit; *tamen* ante Debitoris principalis excussionem, *& hoc modo exploratam ipsius Insolventiam*, frustrà convenitur. *num.* 24.

Quidsi hac ipsa Renuntiatio *mediante* corporali Juramento *facta fuerit? num.* 25.

Fidejussor indemnitatis, *si*, ex falsa persuasione, Debitorem *principalem jam esse* excussum, *Creditori* usuras, *vel* sortem solverit, *illud omne, ceu omni respectu* indebitum, condicere *valet. num.* 26.

Quidsi saltem per Promissionem *ad solutionem* sese obstrinxerit? *num.* 27.

Quando Debitor, ex pluribus causis *obligatus*, simpliciter *aliquid solvit, tunc, regulariter*, arbitrio Creditoris, in quam Causam *solutum* imputare *velit*, relictum *censeri debet. num.* 29.

In

In dubio *tamen hæc ipsa Electio seu* Imputatio in causam duriorem *facta præsumitur. num. 30.*

In classem ejusmodi duriorum Causarum *præcipuè etiam hæc refertur*, pro cujus securitate *etiam* Fidejussores *suam fidem* obstrinxerunt. *num. 31.*

Ubi neque Mora, *neque expressa* Conventio, *neq; aliqua singularis* Æquitatis ratio *subest*, *ibi nec* Usuratum petitio *locum habere potest. num. 33.*

Quando Usuræ non expressè *in Libello* petitæ, *neque* Libello Clausula Salutaris *adjecta fuit*, *tunc* Judex, *per sententiam*, easdem adjudicare nequit. *num. 34. & seq.*

Sententia Libello conformis *esse debet. num. 36.*

Quando Judex *secundæ instantiæ* ex Actis prioris instantiæ *observat*, *quòd Actor* nullam *planè* agendi causam *vel* jus habuerit, *tunc ipse eundem*, non obstante sententia *in priori instantia*, pro ipso latâ, *nihilominùs in* Expensas utriusque Instantiæ *jure optimo* condemnare *potest. num. 38.*

CONSILIUM NONAGESIMUM SEXTUM.

DE Usufructu in omnibus Mariti bonis, *etiam* feudalibus, Uxori, *per* Pacta dotalia, constituto *sollicita disquisitio.*

Præmittitur Facti Species, cum duabus *hîc enucleandâ* Quæstionibus. *num. 1. usque ad num. 9.*

Exhibetur Resolutio Primæ Quæstionis: An *in substrato constitutus* omnium bonorum Ususfructus solos annuos Reditus, frumentarios, & pecuniarios, *sub se complectatur*; *An verò etiam* Jurisdictionem Feudo annexam, ejusque Commoda suo ambitu contineat? *num. 11. usque ad num. 101.*

Ususfructus omnium bonorum, inter vivos, *vel* mortis causa, *constitutus*, *regulariter*, universa *Constituentis* Bona devincit. *num. 12.*

Omne *qui dicit*, nihil excludit. *num. 13.*

Nulla res *est*, quæ non cadat sub Legatum Ususfructûs. *num. 14.*

Etiam illo in casu, *quo* Maritus Uxori suorum bonorum (*sine adjectione vocabuli*, *omnium*) Usumfructum *reliquit*, *tamen huic* omnium prædiorum, *tàm* rusticorum, *quàm* urbanorum, & Mancipiorum, & Supellectilis, *itemque* Calendarii Ususfructus debetur. *num. 15.*

Ad Eructuarium universalem omnium, *tùm* mobilium, *tùm* immobilium bonorum, *nec tantùm* Specierum; *verùm etiam* Quantitatum, *sive rerum fungibilium*, Ususfructus *pertinet. num. 16. & seq.*

Etiamsi Conditor Ususfructûs eas, *ante hujus juris constitutionem*, habuerit venales; *modò* non aliundè diversa *ipsius* Voluntas *appareat. num. 18.*

Nec refert, *sive* bona jamjam, *tempore Ususfructus constituti*, *sive demùm* post illud, *fuerint* acquisita. *num. 19.*

Nec diversum de rebus incorporalibus, *v. g.* Actionibus, Nominibus, Reditibus annuis, & *similibus* Juribus, sentiendum *est. num. 20.*

Hinc etiam in casu *constituti* Ususfructûs *vel* omnium Disponentis bonorum, *vel* unius *saltem* Castri, *aut* Territorii *cum appertinentiis*, cui, *vel* quibus Jus Patronatus *annexum est*, *etiam* hujus, *sive illud* plenum *sit*, *sive* minùs plenum, exercitium ad Usufructuarium solùm, *exclusô planè* Proprietario, pertinet. *num. 22.*

Idemque dicendum de Reditibus Pedagii, & Vectigalium. *num. 23.*

De Commodis *ex munerum* & Officiorum in Loco vacantium *collatione redactis. num. 24.*

De Canone emphyteutico, *itemque* Laudemio. *num. 25.*

De Jure Mortuarii *sive Caduci*, Haupt-Recht/ Leib- oder Haupt-Fall. *num. 26.*

De Compendiis Pœnarum pecuniariarum, *sive* Mulctarum, *itemque* Sigilli

gilli emolumentis, *omnibusque* aliis ad altam & bassam Jurisdictionem quomodocunque pertinentibus Commodis *& fructibus. num.* 27. *& seq.*

Hinc etiam Dominus proprietatis, *in præjudicium Usufructuarii*, Mulctas, *&* Pœnas, aliave remittere, *vel* ipsius conditionem *quacunque ratione* deteriorem facere *nequit. num.* 29.

Quando Castro *vel* Territorio *in usumfructum concesso etiam* Jus, *delinquentium* bona confiscandi, *vel* bona vacantia in Fiscum cogendi *coharet, tunc etiam hoc Commodum* ad solum Fructuarium *referri debet. num.* 30.

An *ejusmodi* universalis *omnium bonorum* Ususfructus, *præprimis consensu Agnatorum constitutus, etiam* feudalia bona afficiat? *num.* 31. *& seqq.*

Vasallus, *regulariter,* Feudum antiquum nullô titulô *vel* modô alienandi *licentiam habet. num.* 32.

Quid de Feudo novo *&* hæreditario *sentiendum? num.* 33.

Etiam constitutio juris Feudo utendi fruendi *est* species prohibitæ alienationis. *num.* 33.

Ususfructus *censetur* pars dominii. *num.* 34.

Vasallus *post suum obitum, regulariter,* ne quidem Uxori Victalitium, *vel* Alimenta *in Feudo* constituere valet. *num.* 35.

Contraria sententia de Jure *quidem* verior *est*; *veruntamen hæc* in Praxi *&* Usu Forensi receptior. *num.* 36.

An ad convalidandam Ususfructûs in Feudo antiquo constitutionem Agnatorum *in eodem successurorum* specificus Consensus solus sufficiat? *num.* 37. *& seqq.*

Vasallus ne *quidem* ad dies vitæ Usumfructum *in Feudo* constituere *posse videtur. num.* 38.

An servitia feudalia *præcisè* ex reditibus feudalibus *præstanda? num.* 38.

Nisi specialiter Feudalium bonorum mentio *facta, &* à Dominô directô licentia *de illis* testandi *concessa sit, sub* omnium bonorum Usufructu Feuda *comprehendi non videntur. num.* 40.

Vasallus, *non* nisi ex speciali *sui* Domini venia, *ullam* de Feudo inter vivos, *vel* mortis causa dispositionem, *cum* totali, *vel* partiali alienatione *conjunctam, condendi jus habet. num.* 41.

Tametsi Vasallus, *cum specifico omnium Agnatorum consensu,* Usumfructum, formaliter *& propriè* sic dictum, *suæ* Uxori, *vel* alii constituere *nequeat*; *tamen* utendi-fruendi *seu* Facultatem fructus percipiendi, *etiam* sinè consensu Domini directi, quocunque titulo, *in alium* transferre *non prohibetur. num.* 42. *& seqq.*

Factâ hujus Facultatis *fructus percipiendi* translatione, Usufructuarius *non solùm* ipsum Feudum possidere; *verùm etiam omnes omninò, tàm* naturales, *quàm* civiles, Feudi fructus, *& dehinc quoque* omnia patrimonialis Jurisdictionis emolumenta suo proprio quidem facto, *&* sine ullo *ipsius concedentis* Vasalli concursu; *veruntamen* ex jure *&* persona ejusdem, *ipse percipere &* immediatè acquirere *valet. num.* 44. *& seqq.*

Vasallus *ipso* dominii utilis jure, *sine caducitate,* se abdicare *nequit. ibid.*

Etiam in Emphyteusi *sola tantummodò* Fructuum Commoditas *ab Emphyteuta in alterum* transferri *potest. num.* 46.

Fructus *ejusmodi* feudales separandos, *respectu separationis secuturæ sic dictæ*, argentatiorem naturam habere, *&* incommercio esse *non malè scribit Camerarius. num.* 48.

Si Vasallus jus *aliquod* reale *in feudo, tametsi tantùm ad dies vitæ*, transferre *valeret, tunc* res *illo nexu* semel devincta ad Posteros *cum eodem onere facillimè* transmitti, *vel* super eâdem ex manu Fructuarii extorquendâ gravissimæ lites oriri *possent. num.* 51.

Hæc ratio *etiam* quoad bona Majoratûs *militat. num.* 52.

Nuda fructus, *Vasalli, vel Emphyteutæ nomine* percipiendi Facultas *non juris est*; *sed* meri facti, *nullum jus in re pariens. num.* 54.

Novum non est, ut penes alium *sit* ipsum Jus usufructûs, *&* penes alium Facultas fructuum percipiendorum. *num.* 55.

Illustratur *hoc* variis *notabilibus* Exemplis. *num.* 55. *& seqq.*

Nudam Fructuum Commoditatem *etiam* Usufructuarius *alteri* locare, *aut* gratis concedere, *vel* vendere, oppignorare, aliove quô titulô *in alium* transferre *potest. num.* 60. *& seqq.*

Ipsum *tamen* Jus Usufructûs, *nisi dominô volente*, alteri cedere *nequit. num.* 62.

Usufructuarius duplex Jus *habere intelligitur, quorum alterum est* merè personale, *alterum verò* reale. *num.* 63.

Illud, *ceu* servitus personalis, ossibus personæ Usufructuarii *usque adò cohæret, ut* in neminem alium transferri *queat. num.* 63. *& seqq.*

Hoc *autem, ceu* in nudô fructuum perceptionis factô *consistens, licet in ipsô personali Ususfructus jure intimè radicetur; attamen* à Fructuarii persona benè abire *potest. num.* 65.

Ususfructus, posteriore sensu, *in aliquem* translatus *in* persona secundi Fructuarii idem ille *est, qui* in Alienante *seu Concedente. num.* 65.

Perindè ac *juris est* in Cessionario Actionum *seu Nominum. num.* 65.

Etiam Commoditas *seu* Perceptio fructuum *in jure, licet nonnihil* pinguiùs, Ususfructus vocatur. *num.* 66. juncto *num.* 61.

Hanc ipsam *utendi fruendi* Commoditatem *Usufructuarius, etiam* invitô proprietariô, alteri concedere *potest. num.* 68.

Usufructuarius, *meram fructuum Commoditatem alteri concedens,* Jus utendi-fruendi ipsemet retinere, aliô *saltem* ejus negotium gerente, *jure* intelligitur. *num.* 69.

Quatenùs Fructuarius, suum Jus Extraneo cedens, nihil agere dicatur? *num.* 70. *& seq.*

Aliud est Cedere Usumfructum, *& aliud,* Concedere fructuum Perceptionem. *num.* 72.

Usufructuarium *jus utendifruendi* Extraneo, tanquàm suo Vicario, concedere *posse non malè pronunciat Henr. Gisebertus. num.* 73.

Quod Usufructuario *competit,* multo magis Vasallo competere *censendum est. num.* 74. *& seq.*

Vasallus *vel alius* Dominus utilis *longè* potentius *&* plenius Jus *in feudali, vel emphyteutico, prædio habent,* quàm Fructuarius in re usufructuariâ. *num.* 76.

Quô sensu Feudum *à Jctô Feudista* appelletur Ususfructus? *num.* 77. *& seq.*

Maritus Uxori omnium suorum bonorum Usumfructum *in amplissimâ hâc formâ* relinquens: Daß Sie den freyen Genuß von seiner völligen und gantzen Verlassenschafft haben ꝛc. solle/ *eidem etiam* facultatem *omnes* Jurisdictionis feudalis, *suis Bonis inhærentis,* fructus *&* commoda, proprio suo facto, *& sine alterius concursu; veruntamen* ex personâ *&* nomine *suorum* Successorum feudalium, percipiendi *&* acquirendi concessisse *censendus est. num.* 79.

Præprimis si ad confectionem Pactorum dotalium, *in quibus hujusmodi Ordinatio facta,* specificum & expressum Agnatorum consensum *adhibuerit. num.* 80.

Pacta dotalia, *omnium moratiorum Gg. judicio,* sanctissimè servanda. *num.* 81.

Si Uxor, *cui universalis Ususfructus, modo dictâ amplissimâ ratione, constitutus,* annuos Jurisdictionis feudalis fructus *non suo proprio facto, ad instar Fructuariæ; sed* tanquàm Redituaria, ex manibus Successorum feudalium, percipere *cogeretur, tunc* proximè relata, *talis liberi Ususfructûs, in universâ Mariti* substan-

substantiâ, constitutiva verba de suo nativo significatu & efficacia *multum* amitterent. *num.* 82. *& seq.*

Demonstratur hoc *specialiùs* per *adductas* quinque Rationes, *quæ* Casui proposito *simùl* accommodantur. *num.* 83. *usque ad num.* 95.

Plus *est, tercentum duntaxat* Thaleros ex Jurisdictione, *quàm* octingentos ex *quibusvis* aliis rebus, percipere. *num.* 85.

Ususfructus, & Reditus, in quo præcipuè *à se invicem* differant? *num.* 89. *& seq.*

Cui Liberè aliquid facere *permittitur, illud omne*, pro libero voluntatis arbitrio, non obstante cujusquam Contradictione, *peragere valet. num.* 92.

Liberè fieri *in Jure quid dicatur? num.* 93.

Liberam *de re* disponendi facultatem *habens* alterius licentiâ *ad hoc non indiget. num.* 94.

Verbum Liberè, *maximè in Conventionibus*, de omnimoda Libertate *intelligi debet. num.* 95.

Vasallus, alia bona habens, ex quibus servitia *Domino* præstare *potest*, fructuum feudalium Commoditatem Uxori, *vel alii*, concedere *non prohibetur. num.* 98.

Per ejusmodi *temporariam* Fructuum alienationem, *neque* Dominus, *neque* Vasallus, *aliquid de ipso* Feudo *amittit. num.* 99.

Si Vasallus, *alteri fructus feudales concedens*, aliis bonis non *sit* instructus, *ut servitia feudalia exindè præstare queat, tunc* ipse, quantum ad hæc opus *est*, sibi reservare *tenetur. num.* 100.

Examinatur Secunda Quæstiō. *num.* 102. *usque ad num.* 151.

Hæc Quæstio: Utrum Filius Feudum, à Patre, cum consensu omnium Agnatorum, *in totum, vel pro parte*, alienatum revocare possit? à multis *magni nominis DDbus* affirmativè *deciditur. num.* 103. *& seqq.*

Adducuntur præcipuæ *hujus sententiæ* Rationes. *num.* 105. *& seqq.*

Vasallus *nonnisi* revocabile dominium *habet, & ideò* nihil, *quod* ultra vitam *ipsius perduret*, circa Feudum disponere *posse videtur. num.* 108.

Pater, in præjudicium *suorum* Filiorum, *regulariter*, de Feudo mortis causa disponere *nequit. num.* 109.

Imò nec inter vivos *tale quid facere posse videtur. num.* 109.

Argumentum ab Ult. Voluntate *ad* dispositionem inter vivos *in Jure est* validum. *num.* 110.

Fideicommissi *familiæ* Possessor, *regulariter, reliquis* ad illud vocatis *suo facto* præjudicare *nequit. num.* 111.

A Fideicommissis familiæ, *regulariter*, ad Feuda validè arguitur. *num.* 112.

Filius, Patris *sui* hæres, Alienationem feudi *à Patre factam non minùs, quàm ipsemet Pater alienator*, impugnare prohibetur. *num.* 114.

Filius, Patri in Feudis successurus, *simùl ejus* allodialem hæreditatem *necessariò* adire tenetur. *num.* 115.

Per Hæreditatis additionem Hæres cum defuncto una eademque persona *efficitur. num.* 116.

Hæres facta defuncti, *etiam* quoad alienationem bonorum ad Fideicommissum familiæ spectantium, servare *tenetur. num.* 116. *& seq.*

Idem *etiam* de Vasallo & ejus Hæredibus, *ex identitate rationis, dicendum. num.* 118.

Non obstante, quòd in Feudis *non ultimo Vasallo*; *sed* primo Acquirenti, succedatur. *num.* 119.

Vocabulo Alienationis *etiam* Ususfructûs constitutio *comprehenditur. n.* 119.

Filius, Patris sui hæres, alienationem *suorum bonorum* adventitiorum à Patre factam impugnare *prohibetur. num.* 120.

Si Filius hæc bona, ut *verus illorum* dominus, repetere *posset*, Lex 14. Cod. de rei vindic. *non rebus*; *sed* verbis *saltem* scripta *foret. num.* 121.

Hæres, *alterius* hæreditatem adeundo, ad implenda *ea omnia*, ad quæ *etiam* defunctus *de Jure* tenebatur, se obstringere *censetur. num.* 122.

Si Filius, *Patri suo hæres factus*, ne *sua* quidem adventitia *ab hoc* alienata repetère *potest*; *multo minùs* Feudalia *ab illo pariter* alienata, *vel* Usufructu gravata revocare, *& hoc nexu* eximere *poterit. num.* 123. *& seqq.*

Etiam quoad Bona, *juri* Primogenituræ *&* Majoratus *obnoxia, alienata*, inter defunctum Alienatorem *& ejusdem* Hæredes *intercedens* personarum Unio, *ad effectum* excludendæ Revocationis, *attendi debet. num.* 126.

Filius, *vel alius* Agnatus, *alienantis* Vasalli hæres, *etiam* quoad Feuda antiqua & pactionata, *ejus* factis & pactis stare *tenetur. num.* 127.

Filius, *ne quidem* hujus generis Feuda sola retinere, *& reliquam* Patris hæreditatem repudiare *potest*; *sed vel* omnia retinere, *vel omnia* repudiare *tenetur. num.* 128.

Hinc etiam Filii, respectu feudalium bonorum, *passim* Hæredes Patris *appellitantur, & per hoc ipsum* ab aliis Agnatis successoribus distinguuntur. *num.* 129.

Feudum ad Filium *non aliter, quàm* ex persona Patris; *ad* alios *verò* Agnatos jure sanguinis *defertur. num.* 130. *& seq.*

Feudum *à Vasallo* licitè alienatum, *vel* oppignoratum, *non magis, quàm* ob delictum Patris amissum, à Filio revocari *potest. num.* 133. *& seq.*

Licet Filius, tempore alienationis, *adhuc* minorennis *fuerit. num.* 135.

Hæc sententia *etiam* in Facultate Juridica Tubingensi *est* receptissima. *num.* 136. *& seqq.*

Hæc regula, quòd Pater *de* Feudo antiquo *&* pactionato testari, *vel illud* inter liberos dividere *nequeat, inter alios casus, etiam tunc limitatur*, si Filiis, *Patris in Feudo successoribus*, simùl deferatur illius Allodium. *num.* 138. *& seqq.*

Hæc doctrina, quòd Filius *vel alius* Agnatus, *defuncti* Vasalli Hæres, Alienationem, *vel aliud ejusdem factum* impugnare nequeat, *etiam in* Hæredum Hæredibus *procedit. num.* 141. *& seqq.*

Hæredis appellatio *non tantùm* proximum; *sed etiam* ulteriorum graduum Successores *complectitur. num.* 143.

Heres factis defuncti, *etiam* quoad *illa* Jura, *quæ* ex alio capite, quàm hæreditate defuncti *ad ipsum pertinent*, stare *tenetur. num.* 145. *& seq.*

Factum defuncti *ipsius* Hæredis proprium *censetur. num.* 146.

Filius omne *suum* in Feudis succedendi Jus à Patre suo *consequitur. num.* 147.

Hinc ipsius Parente Feudi jure multatô, *vel* Feudô *ab ipsomet* alienatô, *insimùl etiam* Filius à successione feudali excluditur. *num.* 147.

Cur hæc Jura in magnis, *&* dignitatem annexam habentibus Feudis faciliùs, *quàm in minoribus, sint* admittenda? *num.* 148.

Respondetur ad *præmissas* dubitandi Rationes *remissivè. num.* 149.

Sola fructuum Commoditatis concessio *sub* prohibitâ Alienatione *non intelligitur. num.* 150.

Usufructu prædii feudalis à Vasallô *in alium* translatô *sola* possessio naturalis, ratione Modi *sic dicta*, in Usufructuarium transit. *num.* 151.

Suggeritur Consilium de modô *huic* Causæ in futurum cautè *& salutariter* prospiciendi. *num.* 152. *usque ad finem.*

CONSILIUM NONAGESIMUM SEPTIMUM.

DE Communione Bonorum mobilium *&* Acquisitorum universali, per Statutum, *vel* Consuetudinem, inter Conjuges *obtinente*, eique annexa, *tùm* in ipso matrimonio, *tùm* ante illud, *contracti*, Æris alieni solvendi necessitate.

Recensa.

Consilium Nonagesimum Septimum.

REcensetur *summariè in Locô quæstionis* quoad bona Conjugum mobilia, *sine distinctione, obtinens* Consuetudo. *num.* 1.

Formatur Quæstiô *hîc* examinanda. *num.* 2.

Connubialis bonorum Societas *non saltem in* LLbus Justinianeis, *præter promiscuum bonorum usum*, incognita: *num.* 3.

Verùm etiam in Locis, ubi illa hodiè *viget, tàm* diversæ *esse* naturæ, *ut* de illa, *seu* irregulari *planè* Societate, *sine clarâ Statuti dispositione*, vix aliquid certi *definiri valeat. num.* 4. *&* 6.

Illustratur *hoc notabili*, de Lubecana bonorum *inter Conjuges* Communione, locô Mevianô. *num.* 6.

In materia Societatis Bb. conjugalis, *verbis Statuti vel Pacti dotalis deficientibus, non ad communem quæstuariæ Societatis naturam; sed potiùs* ad Jus Commune, *ejusque* de Conjugibus dispositionem *recurri debet. num.* 6. *&* 7.

Notatur frequens circa hunc *Juris* articulum error. *num.* 8.

In hac materia ne quidem ab alienis Statutis explicationem *sumere licet*; nisi *vel* Vicinitas, *vel* Juris mutuatio, *vel in aliis* Morum similitudo *justam* opinionem de similitudine Juris faciat. *num.* 8.

Referuntur *aliquot* Loca, *in quibus*, præter Societatem simpliciter bonorum, *simùl* ratione Bonorum mobilium, tempore initi matrimonii à Conjugibus collatorum, *universalis* Communio, per Consuetudinem, *obtinet. num.* 9. *& seqq.*

In locis, ubi Societas omnium bonorum in specie sic dicta *inter Conjuges* viget, omne, *etiam* ante matrimonium, ab altero *contractum*, Æs alienum ex collatis bonis communibus *exsolvitur. num.* 17.

Universalis bonorum Societas *in specie sic dicta universalem quoque tùm* quoad bona collata, *tùm* quoad debita, *etiam* ante illam *contracta*, communionem *inducit. num.* 18.

Bona *non dicuntur, nisi* deductô *omni* Ære alienô. *num.* 19.

Etiam Uxoris bona, *pro* debitis, ante *mododictam* universalem Bb. Societatem, à Marito *contractis, constante matrimoniô*, hastæ subjugari *possunt. num.* 20.

De hoc, quòd Conjux, *in locis, ubi*, præter æquæstum conjugalem, *etiam* Bona mobilia, *ab ipsis collata, statim*, jure dominii, communicantur, *etiam* pro parte dimidiâ, ad *exsolvenda alterius* Debita, obstrictus *esse debeat*, vix *aliquod* specificum Statutum *produci potest. num.* 21.

Nec *etiam* citra Iniquitatem *illud promiscuè* statui posse *videtur. num.* 24. *& seqq.*

Per communicationem omnium Bb. Una Domus *&* commixta Familia inter Conjuges *inducitur. num.* 23.

Favor Dotis *in LLbus est* maximus. *num.* 25.

Jure Communi nemo pro Debito alieno, *adeoque* nec Uxor pro suo Marito *tenetur. num.* 26.

Consuetudo Uxorem, intuitu paucorum, *à Marito, titulo Societatis, acquisitorum*, bonorum mobilium, ad solvenda ipsius debita obstringens, *videtur* irrationabilis *&* nulla. *num.* 27.

Multi DDres pro indubiô habent, quòd, licet Conjux, *in locis, ubi* universarum fortunarum *inter ipsos* Societas *viget*, pro debitis ab alterô, *ante matrimonium*, contractis, teneatur; *tamen hoc non ulteriùs, quàm* constante solùm matrimonio, *procedat. num.* 31. *& seqq.*

An idem *quoque* de illis locis, *ubi*, præter Societatem simpliciter Bb. *etiam* universalis Bb. mobilium communio *obtinet, dicendum veniat*? *num.* 33.

Societas Bb. conjugalis, *tùm ante, tùm post contractum matrimonium*, per *contrariam* Conjugum conventionem, *non saltem pro parte*; *sed etiam* in totum *pro arbitrio* excludi *posse videtur. num.* 36. *& seqq.*

Per Pacta à Jure Communi recedi *potest. num.* 37.

Proviso

Provisio Hominis, *à Lege non impedita*, tollit & mutat provisionem Legis. *num.* 38.

In illis locis, ubi sola Mobilia, *à Conjugibus collata*, cum omnibus Acquisitis, *inter Conjuges* communicantur, *quilibet* Debita *alterius*, pro parte dimidia *collatorum mobilium, & acquisitorum, etiam* mortuô alterô, exsolvere *tenetur. num.* 42.

Probatur hoc in specie de Burgundicô Galliarum Ducatu, *nec non de antiquissimô* Britanniæ Ducatu. *num.* 43. *& seqq.*

Idemque multo magis *tunc obtinet, si non saltem mobilium*; *sed* universalis omnium bonorum Societas *in aliquô locô* vigeat; *tametsi* debita longè ante matrimonium *initum* ab alterô *Conjugeț rebentur* contracta. *num.* 49.

Particula, Præsertim, *regulariter*, de casu minùs dubitabili *accipi debet, num.* 50.

DDres juxta sua allegata *sunt* exaudiendi. *num.* 51.

Æquissimum *est, ut* Conjux, omnium alterius Conjugis *in Societatem universalem illatorum* Bonorum particeps *factus, etiam* Damni, ex alterius ære aliono, ante nuptias *contracto, proficiscentis*, particeps *fiat. num.* 53.

Idem *etiam affirmatur* de universali Bb. mobilium & acquisitorum *connubialium* Communione. *num.* 54.

Non *est* ferendus, *qui* Lucrum *quidem* amplectitur; Onus *verò eidem* annexum contemnit. *num.* 55. *& seq.*

Jus ex primo Societatis Bb. mobilium & acquisitorum momento, Creditoribus Mariti, adversus Uxorem *pro parte dimidia semel* quæsitum, per *subsecutam* contrariam Pactionem, *ipsis nequit* auferri. *num.* 62. *& seqq.*

Si Sponsa statim ab initio *cum Sponso* Pactum Societatis *hujus* renuntiativum *inierit, tunc* illa ad æris alieni *ab altero* illati solutionem nullatenùs obligatur. *num.* 63.

Pactum, *quòd* Uxor *quidem* de Mariti illatis, *universis, vel saltem mobilibus*, & acquisitis participare; nec *tamen* ad solutionem æris alieni, *etiam ante nuptias contracti*, obstricta *esse debeat*, dolosum *ac propterea* ipso jure nullum *censetur. num.* 64. *& seqq.*

Etiam generali Consuetudini, *ad communicationem commodi & incommodi utrumque Conjugem adstringenti*, per Pactum *antenuptiale*, derogare *licet. num.* 64.

Res inter alios acta aliis non nocet, *nec* Debitorum pactionibus Creditorum petitio tollitur, *aut* imminuitur. *num.* 65.

Articuli *de* Communione *bonorum* mobilium, *&* Solutione æris alieni, *habentur* pro correspectivis. *num.* 67.

Etiamsi Statutum, Societatis bonorum mobilium & acquisitorum inter Conjuges inductivum, *nihil* de Solutione Æris alieni *disponat*; ejus *tamen* necessitas in communi Societatis natura *nihilominùs* satis *est* fundata. *num.* 68. *& seq.*

In illis regionibus, ubi universalis in specie sic dicta Bonorum Communio *inter Conjuges obtinet*, Uxor pro debitis Mariti, *etiam* ante initum matrimonium contractis, *adeò* tenetur, *ut* ne quidem Competentiæ Beneficium *adversus Mariti Creditores* locum habeat. *num.* 71. *& seq.*

Idem *etiam* in illis *obtinet* locis, *in quibus* omnia Bona mobilia & acquisita *inter Conjuges jure societatis* communia *sunt. num.* 73.

Etiam in Bb. connubiali Societate Bona non censentur, nisi, quæ, omni ære alieno deductô, supersunt. *num.* 73.

Hæc Jura *non in ratione merè positivâ & statutariâ*; *sed* in ipsius naturalis Æquitatis dictamine, Jurisque Communis principiis *apertissimè fundantur. num.* 74.

Valent Statuta *&* Consuetudines, *quæ* Uxorem ad solvendum pro Marito *obstringunt. num.* 75.

Valet

Valet etiam tale Statutum, *vel* Consuetudo, *quibus* Conjugi certa portio bonorum Mariti *defertur, ut* ipsa omnem suam substantiam *in communem conferat hæreditatem, eamque* cum Liberis Heredibus dividat. *num.* 76.

Tametsi Uxor amplissimam Dotem *marito attulerit, &* parum è contra, *vel* planè nihil ex Mariti hæreditate *consequatur. ibid.*

Uxor *ejusmodi* damnum, *per pactum dotale, declinare negligens, illud* non Statuto; *sed* sibimetipsi imputare *debet. num.* 77.

Uxor, in casu *vel* universalis in specie *sic dicta, vel omnium* mobilium Societatis *cum Marito inita,* ad exolvendum *ejus* æs alienum, *ante nuptias contractum*, non alia ratione, ac Hæres Creditoribus testamentariis, tenetur. *num.* 78.

Tametsi Mariti morte Societas bb. *iterum* dirempta *sit. num.* 79. *& seqq.*

Hæc *tamen* Uxoris obligatio saltem de parte dimidia *exaudienda venit. num.* 80. *& seqq.*

Nihil tàm naturale *est quàm* ut Damnum *inter eos* sit commune, *qui etiam* de Lucro æqualiter participant. *num.* 84. *&* 86.

Ad hoc, ut Societas bb. inter conjuges excluſa *dici possit*, specialis & expressa Statuti *vel* Consuetudinis, *iisdemque approbatæ Societatis*, exclusio *&* renunciatio necessaria *est. num.* 88.

Illustratur *hoc remissivè* nonnullis Exemplis. *num.* 89.

In Societate universali *tùm* in specie *sic dicta, tùm &* omnium Mobilium, Renunciatio Communionis *non aliter, quàm* Statim ab initio, ante contractum matrimonium, fieri *potest. num.* 90. *& seq.*

Pactum ab initio *statim inter Conjuges* initum, *quòd quidem* connubialis Bonorum Communio *quoad ipsos* intercedere; *veruntamen* certis casibus *iterum* cessare *debeat*, cujus *sit* effectus? *num.* 92.

CONSILIUM NONAGESIMUM OCTAVUM.

De Fideicommisso Familiæ à Patre intestatò *decedente*, sine *omni* solennitate *ordinato, ejusque* validitate. *Itemque de* Filiarum nobilium Renunciationis, *tùm formiter* factæ, *tùm etiam* nudæ ejusdem Promissionis Effectibus.

Factum, *&* Quæstiones *hîc examinandæ. num.* 1. *usque ad num.* 18.

Evolvitur Prima Quæstio. *num.* 19. *usque ad num.* 69.

Ad Testamentum inter Liberos privilegiarium *quænam* Requisita, *Jure novissimo, sint necessaria? num.* 21.

Etiam ab intestato *decedentis Parentis, quantumvis* sine omni solennitate, *aut* quibuslibet indiciis *vel* verbis *declaratam*, Voluntatem *non saltem* Liberos; *verùm etiam* Judicem *præcisè & ad unguem* sequi *oportet. num.* 23. *& mult. seqq.*

Pater rei suæ, legem, *quam vult*, dicere *potest. num.* 25.

Pater *optimum* pro liberis consilium *capere semper præsumitur. num.* 25.

Etiam nuda Patris intestati, de rebus suis non alienandis, quomodocunque *facta*, Voluntatis declaratio *ad inducendum* perpetuum Familiæ Fideicommissum *sufficere creditur. num.* 25. *& seqq.*

Sola prohibitio Alienationis extra familiam, *& è contra injuncta* Conservatio bonorum in Familia, seu Agnatione, bey dem Mannlichen Stammen/ *regulariter*, Fideicommissum Familiæ *constituit. num.* 27.

Dispositio Patris inter Liberos *majoribus gaudet privilegiis, quàm Militi* Testamentum *privilegiario jure conditum, ac dispositioni* ad pias causas *facta æquiparatur. num.* 30.

Quo respectu Fideicommissa Familiæ *dicantur* favorabilia? *num.* 34.

Quando Pater *à se confectum* Testamentum, Codicillum, Epistolam, *vel aliam* quamlibet etiam ab intestato *ordinatam*, voluntatem totam, propria

pria manu, *scripsit*, *tunc nec* alia Subscriptio, *neque* Testium præsentia *necessaria est. num. 35. & seqq.*

Hæc Patris ab intestato *disponentis* verba: **Daß seine Söhne/ so lang müglich/ das Guth N. bey dem Stammen erhalten sollen/** *efficacissimè* obligatoria *sunt*, *&* ad instituendum Fideicommissum Familiæ *sufficientissima. num. 40.*

Idem *tamen etiam de* paterna Admonitione, **daß Er seine Posteritæt ernstlich ermahnt haben wolle/ das Guth N. ohne äusserste noth/ nicht von dem Stammen zu alieniren/** *procul dubio statuendum. num. 39. & seqq.* juncto *num. 25.*

Ad constituendum, *etiam* Familiæ, Fideicommissum *non saltem* precaria, *vel* pro precariis vulgò accipi solita; *sed etiam* talia verba sufficiunt, *quæ* enixum alicujus desiderium ac votum, *quid ipse post mortem suam fieri exoptet*, *evidenter significant. num. 44. & seqq.* juncto *num. 53.*

Idem etiam de hac verborum figura dicendum, *si Defunctus sic dixerit*: Scio, te daturum; Scio, *omnia*, *quæ tibi relinquo*, ad Filios meos perventura. *num. 44.*

Etiam Verba enunciativa, *modò certa in illis Voluntatis vestigium de Fideicommisso relinquendo appareat*, *ad hunc effectum sufficere censentur. num. 49.*

An Verba Spei, Præsumptionis, *&* Confidentiæ, ejusdem *habenda sint* efficaciæ? *num. 50.*

In Fideicommissis *sola fideicommittentis Voluntas spectanda & sollicitè spectanda. num. 51.*

Etiam hæc Verba: Te, Fili, rogo, *ut* prædia, *quæ ad te pervenerunt*, *pro tua diligentia* diligas, *&* curam *eorum* habeas, *ut* possint ad Filios tuos pervenire, *in vim Fideicommissi accipi debent. num. 52.*

Fideicommissa nudo *etiam* nutu, *& sic quoque* omni Verbô, *ad declarandam disponentis Voluntatem* idoneo *& habili*, *relinqui possunt. num. 54. & seq.*

In bonis Fideicommisso familiæ *obnoxiis* Fœminæ *non priùs* ad successionem *admissibiles sunt*, *quàm* omnibus *ejusdem familiæ* Agnatis *omninò extinctis. num. 57.*

Voluntas Patris fideicommissaria, *etiam* sine solennibus, ab intestato, *ordinata*, ab omnibus *ejus* Liberis, *& quidem in specie etiam* à Filiabus, *semel firmiter* approbata, *posteà nequit* reprobari. *num. 58. usque ad num. 67.*

Omnis ultima Voluntas, ex certâ Scientiâ, *ab Hæredibus* semel approbata *& agnita*, *non ampliùs* improbari *potest. num. 62.*

Quæ semel placuerunt, frustra *postmodò* displicent. *num. 63.*

Consensum *semel præstitum* revocare nemini integrum est. *num. 64.*

Semel approbata *defuncti* Voluntas nec ab illorum, *qui eandem approbarunt*, Hæredibus *reprobari potest. num. 65.*

Quando Filiæ, ex antiqua *& legitima* Familiæ *suæ* Consuetudine, *paternæ hæreditati*, *in favorem & commodum Stemmatis masculini*, renuntiare tenentur, *tunc illæ etiam in casu*, quando Renunciatio *ab ipsis* non facta, *tamen* pro ipso jure & realiter renuntiatis *habentur. num. 68. & 70.*

Secundæ Quæstionis *Resolutio. num. 70. usque ad finem.*

Renunciatio Filiarum nobilium, *in gratiam Agnationis facta*, *neque* Delationem hæreditatis renuntiatæ, *neque etiam* jus Successionis *impedit*; *sed tantùm* in personis ipsarum Filiarum duraturam actualem ejus Acquisitionem, *quoadusque Masculina Agnatio duraverit*, *suspendit & impedit. num. 72.*

Quo sensu hæc Renunciatio *dicatur* translativa? *num. 73.*

Tales Filiæ renunciatrices, *tempore durantis Stemmatis masculini*, *à DDbus non malè* hæredes anomalæ *appellitantur. num. 74.*

Filii, *in quos ejusmodi renuntiata Hæreditas ad tempus transfertur*, *non solùm* Usumfructum; *verùm etiam*, *licet* revocabile, dominium *Bonorum ad illam spectantium consequuntur. num. 75.*

Promis-

Consilium Nonagesimum Octavum.

Promissio de renuntiando quem, *in ordine ad talem Filiam, ejusdem Haredes*, effectum *habeat? num. 77. & mult. seqq.*

Aliud est actualiter renuntiare, *& aliud* Renuntiationem *duntaxat* promittere. *num 78.*

Promissio *de aliquo faciendo*, & Factum *ipsum multum à se invicem* differunt. *num. 79.*

Simplex Promissio de renuntiando, *jure Romano*, nullius *est* momenti. *num. 80.*

Hodiernæ *Hæreditatum* Renuntiationes *valdè* anomalam & peculiarem *ex Moribus modernis* naturam hauserunt. *num. 82.*

Filia, promissionem de renunciando *à se factam*, adimplere recusans, Fratribus ad præstandum interesse *tenetur. num. 82. & seqq.*

In quô *hoc ipsum Interesse* consistat? *num. 83. & seqq.*

Consuetudinem Familiæ *allegans*, *vi cujus* Filiæ etiam Agnatorum Successioni renuntiare *teneantur*, *eandem* legitimè probare *tenetur. num. 87.*

Quatenùs Filia, *quæ* paternæ solummodò *Hæreditati* renunciavit, *nihilominùs* ad Successionem *defuncti* Fratris, *si præsertim in illa nulla alia, quàm* sola paterna Bona, *extent*, *admitti debeat? num. 89. & seq.*

Bona à Filia, *in commodum Agnationis*, renunciata improprii Fideicommissi nexu *indè afficiuntur. num. 90.*

CONSILIUM NONAGESIMUM NONUM.

DE Crimine Bigamiæ.

Præmittitur Sententia definitiva. *num. 2.*

Ad repræsentandum Corpus Delicti in Crimine Bigamiæ *requiritur, ut* Matrimonium, cum duabus Uxoribus simul contractum, *non saltem* per Copulam Sacerdotalem; *verùm etiam* per carnalem *plenariè* consummatum *probetur. num. 4. & seqq.*

Commendatur *hanc in rem* Articuli 121. *Ordination. Carolinæ* explicatio Carpzoviana *remissivè. num. 6.*

Bigamia *est* species *criminis* Adulterii. *num. 7.*

Adulterium, *nisi* reali concubitu consummatum, pœnâ ordinariâ *haud punitur. num. 7.*

Conjuges *demùm* per matrimonii consummationem una caro *fiunt. num. 8.*

Demonstratur Certitudo corporis delicti bigamici in propositô. *num. 9. & seqq.*

Quando *non tàm* de Copulâ *carnali*, *quàm* Sacerdotali, quoad *Crimen* Bigamiæ probandâ, *quæstio est*, *tunc* solæ Reorum Confessiones in vim *justæ & sufficientis* Probationis accipi nequeunt. *num. 13.*

Literæ Testimoniales, à *cujuslibet Loci* Magistratu impertitæ, *æquè ac* natalitiæ, **Ehelicke Geburths-Brieffe**, non minimam *habent* authoritatem. *num. 17.*

Quibus requisitis *ejusmodi* Literæ testimoniales *instructæ esse debeant*. *num. 17. in fine.*

Calendaria Ecclesiastica, & ex illis à cujusvis Loci Parochô, *ad requisitionem competentis Magistratûs*, de legitimô & solenniter contractô Matrimoniô, *communicata* Testimonia haud exiguæ *pariter in foro sunt* authoritatis. *num. 19.*

Si ad ordinariam Bigamiæ *tùm* perfectionis, *tùm* consummationis probationem ipsius Bigami, *ejusdemque* primæ Uxoris *propriæ*, *nullatenùs* suspectæ, Confessiones *accedant*, *tunc illa* tanto fortior & concludentior *existit* efficitur. *num. 20.*

Matriculæ Ecclesiasticæ, *non minùs ac publico Instrumento*, plena *in probando* fides *communissimè* tribuitur. *num.* 28.

Præsertim si de legitimitate *seu justitiâ* Matrimonii quæstio *sit*. *num.* 28.

Etiam Parochi, *in Sacerdotali dignitate constituti*, suô modo, pro *talibus* personis habentur, *quibus in illis*, quæ ad ipsorum Officium pertinent, adhibenda *est* fides. *num.* 30.

Ad probandam Copulam carnalem *etiam* libera *&* nullatenùs suspecta *ambarum* Partium Confessio, *maximè* judicialis, in omnibus Delictis Carnis, *&* quoad omnes Juris effectus, sufficit. *num.* 33. *& seqq.*

Nulla melior *& fortior datur* Probatio, *quàm* propria Confessio; *modò illa* verisimilis, *aliisque* concludentibus adminiculis *probetur* suffulta. *n.* 34.

In materiâ Concubitûs carnalis, *ceu in se* difficillimæ probationis, *talis* Probatio, qualis haberi potest, *admittenda venit*. *num.* 35.

Formale Criminis Bigamici, *quoad* Casum substratum, *ex Actis plenissimè* demonstratur. *num.* 37. *& seqq.*

Decernitur *ob illud* Pœna capitalis. *num.* 43.

Hæc capitalis Pœna *saltem* positivi Juris *est*. *num.* 43.

Vocabulum: Beinlich / *in* Artic. 121. Ordinationis Crim. Carolinæ *obvium, per usualem Fori interpretationem*, de Pœna capitali *communiter* exauditur. *num.* 44.

Hæc Usualis Interpretatio *etiam* Jure Saxonicô, Bavaricô, Würtembergicô, Badensi, *&* Lubecensi *specialiter est* comprobata. *num.* 45.

Ab hac Pœna *positivi hujus* Juris ignorantia non liberat. *num.* 46.

Ad fundandam hanc *ultimi supplicii* Pœnam non *præcisè* necessarium *est*, *ut* secunda *à Bigamo* priori superinducta Conjux *sit* alterius Uxor. *n.* 47.

Pœna Adulterii prima vice commissi *in* Ducatu Würtemb. non *est* capitalis. *num.* 48.

Ubi Adulterium prima vice non *est* capitale, ibi, regulariter, nec Crimen Bigamiæ *pœna ultimi supplicii puniri solet*. *num.* 48.

Aliud *tamen* dicendum, quando Crimini Bigamiæ pœna capitalis indiscriminatim, *per LL. illius loci*, *est* præfinita. *num.* 49.

In Ducatu Würtemberg. Bigamia, *non minùs ac de Jure Communi Carolino*, pœna gladii coercetur. *num.* 49.

CONSILIUM CENTESIMUM.

DE Crimine falsæ monetæ, per dolosam ejusdem Expensionem, *commisso, nec non de Crimine* tractæ Urphedæ *selectior Consultatio.*

Præmittitur Sententia capitalis. *num.* 2.

Ad effectum *dictandæ* Pœnæ capitalis, *tùm* in omni, *tùm in specie in gravissimo* Crimine falsæ Monetæ, *ante omnia*, de Corpore Delicti *certò constare debet*. *num.* 3.

Corpus Delicti *in* substrato *probatur*. *num.* 4.

Ejusdem Formale *plenissimè demonstratur*. *num.* 5. *usque ad num.* 25.

Ad Crimen falsæ Monetæ, *sive* per *ejus* Fabricationem, *sive* per solam Expensionem, *committendum*, *semper* Dolus malus *necessarius est*. *num.* 5.

Ignorantia crassa *&* verè affectata, *quoad* falsæ Monetæ Expensionem, *præprimis si exponens* Aurifaber *sit*, cum dolo *ferè* ad paria *judicatur*. *n.* 6. *&* 7.

Quando Factum *est* notorium, *tunc sola* Negatio *non facit* rem dubiam. *num.* 20. *&* 22.

Adversus apparens Notorium *Reus* nihil allegare *potest*, *quod sit* coloratum. *num.* 21.

Contradictoria *in judicio* allegans non *est* audiendus. *num.* 24.

Contradictoria simùl stare *nequeunt*; *sed* se invicem tollunt. *num.* 25.

Disquiri-

Disquiritur de Pœna Reo, *in proposito*, dictanda. *num. 26. usque ad fin.*

Multi DDres, *etiam illos*, *qui* falsam Monetam *dolo malo* expendunt *vel* expendere faciunt, *etiam* Juris Communis *veritate inspecta*, ejusdem, *qua* Fabricatores *ipsos manet*, pœnæ reos *statuunt. num. 27. & 28.*

Quæ quis per Alium facit, *ea*, *etiam* in maleficiis, ipsemet fecisse *censeri debet. num. 29.*

Non minùs atrox *delictum habetur*, Monetam falsam expendere, *quàm* fabricare. *num. 30.*

Notantur nonnulli DDres aliter sentientes. *num. 31.*

Ordinatio Criminalis Carolina *tales* Expositores *planè* Ignis pœnæ *subjugat. num. 32.*

Juxta hanc Sanctionem *ad pœnam Ignis fundandam*, alterutrum *sufficit*, *sive quis* falsam Monetam fabricaverit, *sive illam* expenderit. *num. 33.*

In Foro Saxonico adversus dolosos *falsorum numismatum* Expositores, *regulariter*, ne quidem capitalis, *nedùm* Ignis, pœna *obtinet. num. 34.*

Plurimi DDres pœnam *falsæ Monetæ* Expositionis de Jure Romano *saltem* arbitrariam *esse contendunt. num. 35.*

Pœnam Vivicomburii Crimen falsæ Monetæ *propemodùm* superare *existimat Zieglerus. num. 36.*

In L. 9. §. 1. ff. ad L. Cornel. de fals. *hoc saltim dicitur*, *quòd falsæ Monetæ* Expositor pœnam Legis Corn. de falsis *teneatur. num. 36.*

Pœna Legis Corneliæ de falsis non semper *est* ultimum supplicium. *num. 37.*

Falsam Monetam, communicato *cum ipsis Pseudo-Monetariis* Consilio, expendentes, *ex communiori Interpretum sententia*, Vivicomburii pœna *plectuntur. num. 38.*

Quare talium Expositorum *& ipsorum* Pseudo Monetariorum par *sit* delictum? *num. 39.*

Qua pœna *illi*, *qui*, talem monetam *ab aliis* fabricatam, *præcipuè* majorem, commutando, *vel* alio quovis modo quæsitam, *dolo malo* expendunt, *sint afficiendi? num. 40.*

Finis pœnarum *haud ultimus est* Emendatio delinquentis. *num. 43.*

Jus aggratiandi *etiam in* Crimine falsæ Monetæ *locum sortitur. num. 45.*

Ob Crimen falsæ Monetæ pœna Gladii *etiam in* aliis Provinciis *hodienùm* frequentatur. *num. 46.*

Crimen Falsi, *sicque etiam* expositæ falsæ Monetæ, *non aliter* commissum *intelligitur*, *quàm si* per talem Expositionem *alicui* noceatur. *num. 50.*

Falsum, *quod* nemini nocet, *etiam* non punibile *censet Decianus. n. 50.*

Ad hoc, *ut* Crimen falsæ Monetæ *perfectè consummatùm dici queat*, sola *nummi adulterini* dolosa expensio *sufficit*; *licet* nullum actuale lucrum *ad Ejusdem Expositorem pervenerit. num. 51. & seqq.*

Ad *fundandum* Falsi Crimen *etiam illa* Veritatis *dolosa* immutatio *sufficit*, *quæ* alteri nocere valet, *etiamsi actu necdùm nocuerit. num. 55.*

Ob Falsum, *quod* nemini nocuit, pœnæ *solummodò* extraordinariæ *locum facit Carpzovius. num. 56.*

Qui falsam Monetam *solummodò* cudunt, *licet eam* non expendant, *tamen* ultimo supplicio, *tametsi non Ignis*; *attamen* Gladii *afficiuntur. num. 58.*

Prosper Farinacius *tali casu nonnisi* mitiori pœnæ & damnationi ad triremes *locum facit. num. 59.*

Nicolaus de Passeribus eundem JCtorum Monarcham *appellat. num. 60.*

Etiam Conatus ad ultimum *consummationis* gradum *perductus*, *secundum Ordinationem Criminalem*, *aliquando* pœna capitali *plecti potest. num. 63*

In pœna Conatui *criminis* commensuranda *potissimùm* persona delinquentis, *&*, quousque Conatus pervenerit, *respici debet. num. 64.*

Pœna *criminis* expositæ falsæ Monetæ, *ex capite* illius Reiterationis, *sine dubio* ad pœnam ultimi supplicii extendi *potest. num. 67.*

In casibus, ubi certa; *sed* mitior *est* Pœna, hæc, *arbitrio judicis*, ob iterationem frequentiorem, *etiam* ad Mortem *extendi potest. num. 68.*

Etiam Falsi pœna, *ob circumstantias eidem annexas*, ultimum supplicium *esse potest. num. 69.*

Pœnam capitalem, *ob* reiteratam *falsæ monetæ* Expositionem, *Farinacius* non aliter admittit, *quàm si talis* Expositor *sua expositione, ipsis* Pseudo-Monetariis auxilium *præstiterit. num. 70.*

Quid de hac sententia *censendum? num. 71.*

Adducitur præjudicium Amplissimæ Facultatis Juridicæ Francofurtanæ, *quò*, ob *gravissimi hujus criminis* reiterationem, reo, *ob illud jam* semel punito, ultimi supplicii pœna *dictata fuit. num. 72.*

Quando Conatus *alicujus* criminis ab ipsa Lege *specificè* notatur, *tunc etiam ob illum* pœna mortis *decerni valet, & debet. num. 73.*

In classem ejusmodi Criminum etiam Crimen falsæ monetæ *à plurimis refertur. num. 74.*

Ob summam *&* extremam Paupertatem *etiam* Pseudo-Monetariis pœna capitis remittitur, *&* extraordinaria *saltem* decernitur. *num. 78. & seq.*

Pœna Criminis fractæ Urphedæ, *juxta Nemesin Carolinam*, *est* Amputatio trium anteriorum dextræ manûs digitorum. *num. 82.*

Quando Relegatus, *post sententiam*, nunquàm territorio, *ex quo relegatus est*, exiit; *sed semper in illo mansit, tunc* Dnni Scabini Lipsienses *mododicta* pœnæ locum non competere, *aliquoties statuerunt. num. 84.*

Criminis fractæ Urphedæ *ille* magis *se* reum *facit, qui, insuper habitâ suâ juratâ promissione*, territorio, *ex quo relegatus fuit*, nunquàm exit, *ac ille, qui* semel egressus, *contra juratam suam fidem, ex intervallo in illud* revertitur. *num. 85. & seq.*

CONSILIUM SEXAGESIMUM SECUNDUM.

SUMMARIA.

DE Dotis, ex bonis feudalibus *præstanda, præprimis secundum Jus feudale* Pomeranicum, *legitimâ* determinatione, *ejusdemque in* immodicâ Quantitate promissæ, *vel* solutæ, ad legitimum modum Reductione. *Et in specie, num* Condictio indebiti, *vel* in integrum Restitutio adversus talem Determinationem *locum habere possit?*

Præmittitur Sententia. *num.* 1.

Eadem in quatuor, *quibus constat*, Membra *speciatim & distinctè* resolvitur. *num.* 2. *& seqq.*

Adducuntur Primi membri *Rationes. num.* 6. *usque ad num.* 34.

Dos à Patre *ipsius Filiæ* promissa, *regulariter*, juxta Pacta conventa, *etiam* ab Hæredibus paternis *exolvi, &* in plena quantitate (*nisi aliud quid obstet*) præstari *debet. num.* 7.

Filiæ, *hoc nomine*, in bonis à Patre relictis, jus tacitæ Hypothecæ *haud dubiè competit. ibid.*

Mododicta, *Dotem præcisè juxta Pacta conventa & in plena quantitate exsolvendi*, necessitas *etiam* Successori feudali, *secundum* Jus Feudale Pomeranicum, *regulariter* incumbit. *num.* 8.

Si Pater *adhuc* vivus uni Filiæ *certam* Dotem determinaverit, *regulariter, etiam* reliquæ *ejus* Filiæ ejusdem quantitatis Dotes exigere *valent. num.* 9.

Tametsi, post Dotem uni Filiæ constitutam, magna, *per bellicas, vel alias calamitates,* in paternis facultatibus, *contigerit* mutatio. *num.* 10.

Regulæ *in legitima* Filiarum dotatione, *juxta LLum præscriptum*, communiùs *observari* consuetæ, *illis* Dotibus, *quæ* ex Feudis *præstari debent, indistinctè &* simpliciter applicari haud possunt. *num.* 11.

Hinc in constituenda hujus generis Dote *nec* Mariti, *qualiscunque illa sit,* Conditio, *nec quidquam simile*; *sed* tantùm Feudi Quantitas, Conditio, & Pretium *respiciuntur, sic, ut ex isto major Dos non debeatur, quàm* vires illius *patiuntur. num.* 12.

Hinc nec ità, ut, per illam, præcipua pars Feudi absorbeatur, *vel aliàs illud* nimiùm oneretur, *constitui potest. num.* 12.

Ex inveterata Pomeraniæ observantia quarta *solummodò, vel, si major Filiarum dotandarum existat numerus*, tertia Feudi pars oneri dotandi *obnoxia habetur. num.* 13.

Novissima Ducatûs Pomeranici Constitutio feudalis *de Anno* 1691. *indistinctè haud majorem Successoribus feudalibus* Dotem, *filiabus præstandam, injungit, quàm* cujuslibet eorundem Portionis, *quam* in Feudô, *detractis omnibus oneribus feudalibus*, legitimè æstimatô, *unusquisque consequitur*, quarta Pars *efficit. num.* 14.

Sumptus tamen nuptiales, *itemque* Parapherna *Successor feudalis* ex reliquis tribus, *quas in Feudo retinet*, Quotis, *hoc Jure, porrò præstare obstringitur. num.* 14. *in fine.*

Mododictæ *Regiæ* Constitutioni Pater, *neque per* Pactum, *neque per* Ultimam Voluntatem, *majorem in Feudo Dotem assignando, ullatenùs derogare potest. num.* 15.

Si de Facto Pater *tale quid* ordinaverit, *vel præceperit, modolaudata* Constitu-

stitutio Filios *à necessitate illud adimplendi, contra ordinariam Juris Feudalis regulam, disertis verbis* immunes *pronunciat. num.* 15. *& seq.*

Filius Patri in Feudo successurus, *regulariter, omnia* ejus facta *&* pacta præstare *tenetur. num.* 16.

Applicantur *hæc jura* Casui substrato, *& simùl indeclinabilis* paterna Feuda, *ex quibus in proposito Dotes præstari debent, adhuc* ante earundem exolutionem, æstimandi necessitas *ostenditur. num.* 17. *& sqq.*

Causa Dotis *aggregatur* Summariis. *num.* 21.

Summaria Dotium qualitas *hanc præambulæ* Æstimationis necessitatem *non excludit. num.* 21.

In Causis Summariis, sine strepitu *& figura judicii*, procedi *solet & debet, num.* 22.

Pacta dotalia, *præsertim tàm* liquida, *ut contineant, quid, quale, quantum, ex causa Dotis, promissum fuerit?* paratam *habent* executionem. *num.* 23.

Æquè ac *quævis* alia *non saltem, qua dicimus*, guarentigiata; *sed & juxta modernam Jurisprudentiam*, omnia liquida Instrumenta. *num.* 24.

Etiam in summariis *&* executivis Processibus Exceptiones illiquidæ *admittuntur. num.* 25.

Modò, intra terminum Instantiæ *ipsius Causæ* executivæ, *sint* liquidabiles. *num.* 26.

Idem dicendum, si pro Instrumentis à Reô productis *vel aliqua* Juris, *vel* urgens Hominis præsumptio *militet. num.* 26.

Quamdiu de legitimô Feudi pretiô *nondùm constat, tamdiu nec* certa *&* determinata Dos *peti potest. num.* 27.

Executio decerni *haud potest*, *ubi* Debiti quantitas *nondùm est* certa. *num.* 28.

Removetur speciosa à reali, *eademque aliquoties* repetitâ, *contraria* Voluntatis paternæ Agnitione *petita* Objectio. *num.* 29. *& seqq.*

Per multas vices reiterata Usurarum, Pensionum, *vel* Partium *debitæ quantitatis* præstatio non numeratæ pecuniæ Querelam *prorsùs* excludit. *num.* 30.

Promissio majoris Dotis, *quàm* Feudi, *ex quô illa præstari debet*, conditio patitur, *jure feudali Pomeranico, adeò* nulla *& invalida habetur, ut nec antepræambulam legitimam Feudi æstimationem interposita* Cautio fidejussoria *ulteriùs teneat, quàm* quousque deinceps Dos congrua *fuerit* declarata. *num.* 31. *junctonum* 64.

Hinc, eôdem Jure, etiam particularis sive per *aliquot* vices facta immodicæ *ejusmodi* Dotis, *tametsi à Patre constituta*, solutio Successori feudali, *præprimis* minorenni, nihil *penitùs* præjudicii *parere potest. num.* 32.

Quotiescunque in actu geminato idem vitium *subsit, quod erat* in simplici, *tunc* Geminationis, *etiam* à majorenni *facta*, nulla ratio *habetur. num.* 33.

Ratificatio *negotii in minorennitate gesti*, post majorennitatem *completam, superveniens, beneficium quidem* in integrum Restitutionis excludit; *sed* non *etiam* intra minorem ætatem, *aliquoties licet facta*, Consensûs geminatio. *num.* 34.

Secundum *præmissæ* Sententiæ Membrum *stabilitur. num.* 35. *usque ad num.* 64.

Feudi *tùm* Pomeranici, *tùm cujusvis alterius, ex quo* Dos præstari *debet*, Æstimatio quomodò fieri *debeat? num.* 36. *& seqq.*

Ad justam & legalem Bonorum Æstimationem *Jure Communi requiritur*, (1.) *ut illa per* rerum *illarum, de quibus agitur*, Peritos, (2.) mediante corporali Juramento, *& denique* (3.) prævia *eorum* omnium, *qua hinc indè* à Partibus proponuntur, *sollicitâ &* sufficiente ponderatione, *fiat. num.* 37. *& sqq.*

Æstimatores impetiti *nequidem* à Partibus electi *sufficiunt. num.* 37.

Testi, citra Juramentum, nihil creditur. *num.* 39.

Æsti-

Æstimatores bonorum, *in rei veritate, nihil aliud* sunt, *quàm* testes. *num.* 39.

Æstimatio, sine juramento, *habetur pro* nulla. *num.* 40.

In determinatione Dotis ex feudo *præstandæ* omnium, *etiam* innuptarum, Filiarum, quoad calculum, ratio haberi *debet. num.* 42.

Dotes ex Feudis *præstandæ non* debentur *purè*; *sed* sub conditione, si nuptiæ sequantur; *& proindè si* Filiæ, *ex Feudis dotandæ*, innuptæ decedant, feudalia bona *ab onere dotandi redduntur* immunia. *num.* 42.

Actio ex stipulatu, ad dotem solvendam *competens*, *non est bonæ fidei*; *sed* stricti juris *actio. num.* 45.

Hinc ex Dote *promissâ*, ob *solam* moram, non *debentur* Usuræ. *num.* 44.

In stricti juris Actionibus Usuræ *tùm demùm peti possunt si solennis* Stipulatio, *vel, secundum hodiernos Mores*, specialis, *de illis post moram præstandis*, Conventio *intercesserit. num.* 45.

In Ducatu Pomeraniæ, *etiam* quoad Dotem, Usuras ex sola mora *deberi tenetur Mevius. num.* 46.

Multi DDres *pro certò definiunt*, *quòd* Usuræ dotales, *etiam jure Communi inspectò. vel statim* ex tempore Dotis promissæ, *vel ad minimum* susceptorum matrimonii Onerum, currere *incipiant. num.* 47.

Tametsi nonnullæ Filiæ, certâ Dote *constitutâ*, nuptui datæ *fuerint*; exindè *tamen* non *statim* inferre licet, *quòd &* cæteris Filiabus tantundem, *pro* Dote, exolvi *oporteat. num.* 48.

Si cæteris Filiabus *non* tanta, ex Feudis *legitimè æstimatis*, Dos possit præstari, quantam uni *vel alteri ex illis* Pater *adhuc* vivus assignavit, *vel ipse* exsolvit, *utrum*, juxta *prædictam* feudalem Pomeraniæ Constitutionem, illis, contra has, *aliquis*, quoad Excessum, regressus *competat? num.* 49. *usque ad* 54.

Non *debet, quod* ritè *& secundum LL.* ab initio actum *est*, ex alio eventu resuscitari. *num.* 51.

Ad hunc effectum, ut Donatio, *vel Dos, tanquam* inofficiosa, *revocari queat, illa non demùm ex post talis fieri*; *sed* ab initio statim talis esse debet. *num.* 53.

An in æstimando Dotium, *de quibus in substratò quæritur*, Excessu, *& quoad illum* determinando Regressu *ad* quantitatem Legitimæ, *unicuique Filiarum debitæ*; *an verò* ad Modum *in sæpius allegatæ* Constitutionis Pomeranicæ §. 1. *præscriptum etiam hactenùs veniat* respiciendum? *num.* 54. *& sqq.*

In Querela *tùm* inofficiosæ Donationis *tùm* Dotis, *fundandâ, jure Communi, regulariter. sola, unicuique Liberorum debitæ*, Legitimæ quantitas *in oculis habetur. num.* 55.

Quousque hæc regula, quòd Filiabus ex Feudo non debeatur Legitima, *pro vera habenda sit? remissivè notatur. num.* 56. *& seq.*

In Dote ex Feudo *sumendâ* potior Agnatorum, *ut illud nimirum in Familiâ servetur*, quàm Filiæ *dotandæ*, *in sæpedicta Constitutione ratio habetur. num.* 58. *& seq.*

Per immodicas *&* plures *Filiarum* Dotes *Feuda facillimè exhauriri*, *&* extra Familias, *quarum conservationi tamen potissimùm destinata sunt*, transferri *possent. num.* 58. *& seq.*

Si Agnatus à Patre factam Dotis promissionem, *Modum licet in dicta Constitutione præstitutum* excedentem, approbaverit, *vel in Pacta, Dotis Modum aut Quantitatem definientia, sciens prudens consenserit, tunc ipse* eandem promissionem, *regulariter, modis omnibus* adimplere *tenetur. num.* 68.

Aliud tamen in Filiô, *vel etiam* Agnatô, *adhuc* minorenni, *eô casu, dicendum*, si de Feudi qualitatibus, *& annuis proventibus vel* planè non, *vel* non satis *fuerint* informati, *& exhinc notabiliter* se læsos demonstrent. *num.* 69.

Ad corrigendam *hanc ipsam* Læsionem, quoadusque talis Dos necdùm soluta, utrique *sine dubio* competit *beneficium* Restitutionis in integrum. *num.* 70.

Quidsi *excessivæ Dotis constitutioni* Juramentum accesserit? *num. 71. in fine.*

In Tertio Sententiæ Membro *disquiritur: An, & quatenùs etiam* adversus actualem excessivarum Dotium Solutionem, *in proposito factam*, Condictio indebiti, *vel* in integrum Restitutio *locum sortiri queat? num. 71. & seqq.*

Ex causâ Pietatis indebitè, *tametsi per Errorem*, solutum; *tamen, per indebiti Condictionem*, repeti haud potest. *num. 75.*

Etiam Dotis causa inter pias *refertur. num. 76.*

Hinc, si Mater, *vel* Avia, *vel (suppositis terminis habilibus,) etiam* Extraneus, indebitæ Dotis *titulo aliquid* solverit, *hoc ipsum, sub obtentu Indebiti*, condici nequit. *num. 77.*

Idem dicendum, si Pater, falsò existimans, se Filiæ suæ debitorem esse, Dotem *ei solummodò* promiserit. *num. 78.*

Si quis etiam Filiæ Supposititiæ, quam putavit suam *esse*, *etiam* amplissimam Dotem exsolverit, repetitio *pariter* cessat. *num. 79.*

Hinc item in specie in tali quoque casu, si Frater Sorori ex bonis feudalibus, *vel* gentilitiis, Stamm-Güthern / Dotem justo liberaliorem *constituerit, licet* postea *grande* æs alienum *inopinatum* emergat; *tamen ne tunc quidem Fratri indebiti Condictio; bene tamen econtrà* Sorori, *etiam* adversus Creditores, *non competentis Actionis* Exceptio *conceditur. num. 80.*

Notantur remissivè *adhuc* alia *nonnulla* ex eôdem Pietatis principiô *pendentia Doctorum* Conclusa. *num. 81.*

An hæc ipsa doctrina, *quòd scil. adversus Dotis Solutionem non competat Indebiti condictio, etiam in* Filiabus locupletibus *& ditioribus* locum *obtineat? num. 82. & seqq.*

Ostenditur, quòd, suppositâ *quoque* contrariæ Sententiæ veritate, *tamen* ista doctrina in substrato *procederet. num. 84.*

Beneficium in integrum restitutionis adversus *immodicæ*, ex Feudo *præstitam, Dotis* solutionem, *benè quidem* Agnato minorenni in commodum *& gratiam* reliquarum, *quibus talis solutio, per consequens, damnosa est*, Filiarum; non verò *etiam* in proprium *ejus* lucrum *& compendium* indulgeri *potest & debet. num. 85. & seqq.*

Quando Minor, ex verè pia causa, *indebitum solvit, ad quod solvendum se de jure teneri, atque ità* ex causâ de præterito, *vel* præsenti, *se*, per errorem, obligatum *putavit, tunc, non attenta Minori ætate, etiam* Restitutionis beneficium cessat. *num. 87. & seq.*

Quando Causa solutionis *pendet* de præterito, *vel* de præsenti, Major *solutum* repetere nequit; *licet* Causa *solvendi* non *fuerit* efficax *ad cogendum illum ad solutionem. num. 88.*

Solvere ex causa Dotis *est solvere ex* Causa pia. *num. 89.*

Filius minorennis *non restituitur* contra Fidejussionem pro Patre *factam*; *licet crediderit*, se de Jure *ad hoc* obstrictum esse. *num. 90.*

Subnectuntur Quarti Membri *Rationes. num. 91.*

Litis Expensæ, ob Cognationis nexum, *qui inter Actorem & Reum intercedit, regulariter*, compensantur. *num. 92.*

Idem *etiam*, propter speciosam Litis causam, fieri solet. *num. 93.*

An das Königl. Preußische Hof-Gericht zu Stargart.

Urthel.

IN der Imploration-Sach/ sich haltend zwischen Johann Ernst von Plötz/ nahmens seiner Eheliebsten/ und ihren Mitkriegs-Verwandten/ in Actis benannt/ Clägern/ jetzt Imploraten/ eines/ so dann Henning Bernd von Witten/ Beclagten/ vorjetzt Imploranten/ andern theils/ erkennen und sprechen von Gottes Gnaden Wir Fridrich der Erste/ König in Preussen/ des Heyl. Röm. Reichs Ertz-Cämmerer und Chur-Fürst/ (inseratur Tit. tot.) nach eingeholtem rath unpartheyischer Rechtsgelährten/ allem fürbringen nach/ mit urthel vor recht: Daß die vom Beck. und Nten eingewandte Gravamina vor erheblich zuhalten/ und dahero allerförderist das vom seel. Vatter Wolff Christoff von Witte hinterlassene Lehen/ durch verpflichtete und der Sachen verständige Æstimatores, nach desselben gerechtem und wahrem wehrt/ unpartheyisch angeschlagen/ und auf dessen erfolg/ so wohl wegen des der jüngsten Schwester/ wann dise vorher sich zu disem Rechtsstand gebührend legitimiren wird/ noch bestimmenden Heurathguths/ als auch wegen des/ von den beyden ältern Schwestern prætendirenden Ruckhstands/ was Recht ist/ ergehen: auf allen fall aber die vom Beel. und Nten/ wegen deren bereits/ theils vom seeligen Vatter/ theils von Ihme selbsten außgezahlten Heurath-Güther/ gebettene Restitutio in integrum abgeschlagen/ auch die bißhero angewandte Gerichtskosten/ aus bewegniß/ compensirt und verglichen seyn sollen.

(L.S.) Daß dise Sententz denen Rechten und uns zugesandten Actis gemäß/ erkennen Decanus und andere Doctores der Juristen Facultät bey der Fürstl. Würtembergischen Universität Tübingen/ unter Dero anvertrautten Insigels urkund. Actum in Collegio, den 13. Decembris, 1711.

RATIONES DECIDENDI.

2 DIse Urtheil theilet sich von selbst in Vier Membra; in deren Erstem des Herrn Imploranten eingewandte Gravamina vor erheblich erkant/ und/ disem zufolge/ die verordnung gemacht wird/ daß das von weyl. Herrn Wolff Christoff von Witten hinterlassene Lehen-Guth/ durch verpflichtete und der Sachen verständige Æstimatores, nach seinem vero & justo Valore, æstimirt werden solle: In dem Andern membro aber so wohl deren noch zur zeit unverehlichten Schwester standsmäßigen Heurath-Guths Determinatio, als auch die Richtigstellung des von beyden ältern Schwestern/ mit Einhundert/ respectivè 350. fl. prætendirenden Ruckhstands auf die hiernächst außfallende Würdigung des Lehenguths Tribbsow außgesetzt: Hingegen im Dritten membro die vom Herrn Beel. und Nten/ wegen dessen/ so Er seinen ältern Frauen Schwestern/ an Heurathgüthern/ zu viel bezahlt zuhaben vermeint/ gebettene in integrum Restitutio abgeschlagen: So dann im Vierten und letzten membro die bißhero angewandte Expensæ hujus Litis gegeneinander compensiret werden. Belangend nun also das Erste Membrum, so hat uns also zusprechen bewogen/ daß zwar freylich/ Regulariter, wann ein Vatter noch Selbsten/ in seinen lebzeitten/ eine Tochter außgeheurathet/ und Ihr eine gewisse Dotem versprochen/ solche nicht allein Ihr/ wie der Vatter solche zugesagt/ vollkömlich bezahlt; sondern auch denen andern/ erst nach seinem ableiben/ außsteurenden Töchtern eine gleiche Quantität/ wie der Vatter noch Selbsten/ bey der ältesten/ oder erstlich verehlichten/ Tochter determinirt/ mit gleichen Pactis und Conditionibus, abgefolgt werden muß:

3 4 5 6

Ut de illo priori, quòd Dos à Patre ejus Filiæ promissa, juxta Pacta conventa, etiam ab Hæredibus paternis exolvi, & in plena quantitate (Nisi aliud quid obstet) præstari debeat, ipsôque hôc nomine Filiæ in bonis à Patre relictis jus tacitæ Hypothecæ haud dubiè competat, certissimi reddimur ex *toto tit. Cod. de dot. promiss. L. un. princ. & §. 1. Cod. de rei uxor. act.* & ubique DDbus. Quò & pertinent, quæ disponit die Hinter-Pommerische Königl. Lehens-Constitution/ *tit. 3. §. 11. vers.* Wann aber die Hochzeit vollzogen. *ibi:* Alsdann kan der Lehensfolger die vollenkommene bezahlung dessen/ was in denen Aussteur-Pactis verheissen/ nicht waigern ꝛc.

7 8

De hôc alterô verò, quòd, si Pater adhuc ipse in vivis agens uni Filiæ certam Dotem determinaverit, etiam reliquæ ejus Filiæ ejusdem quantitatis Dotes exigere valeant, elegantia suppeditat Beatus Mevius,

9

in. *Decc. Vismarienf. parte 2. Decif. 118.* ubi ità signanter: Cùm Pater unam vel alteram Filiam, certâ Dote, nuptui elovavit, cæterarum Filiarum, in petitione Dotium, ad similem Quantitatem, fundata est intentio, tàm contra ipsummet Parentem, quàm, post ejus fata, contra Hæredes: Tùm

quòd ea Voluntas Patris bona & certa præsumitur, quam sequi decet, quia vires Bonorum sciviſſe, & benè expendiſſe creditur; tùm quia Æqualitatis favor & debitum sic exigit; tùm quia à Patre semel placitum postea impugnari iniquum.

10 Et quòd iſta doctrina etiam tunc locum habeat, quando, poſt Dotem uni Filiæ conſtitutam, in paternis facultatibus, per bellicas, vel alias calamitates, magna contigit Mutatio, notabiliter definit laudatus Mevius, *dicta parte 2. Deciſ. 119.* Addatur *ibid. in parte 7. Deciſio 42.* & in *parte 3. Deciſ. 365.* & Johannes Brunnemannus, *cent. 3. Dec. 72.*

11 Gleichwie aber auch ſonſten die/ bey der Töchtern Rechtsgebührender Dotirung/ in den heilſamen Rechten vorgeſchribene Regulæ,

(De quibus videantur reſponſa prudentum in *L. 60. & L. 69. de jure dot.* Brunnemannus, ad *easd.* Dn. Lauterbach, in *comm. ad tit. ff. de jure dot. §. 27.*)

bey ſolcherley Dotibus, die in ſpecie ex Feudo gegeben werden müſſen/ nicht ſo ſchlechter dinge ingreſs und platz finden; ſondern vielmehr faſt allein auf des/ oder der Lehnen Beſchaffenheit/ Gröſſe/ Wehrt und Ertrag reflectirt werden muß; alſo/

12 daß/ ob auch gleich die Conditio Mariti, und was ſonſten in congruæ Dotis aſſignatione angeſehen werden ſolle/ wohl ein ſtärckher und reicheres Heurath-Guth erforderten; jedennoch aus Lehen-Güthern/ regulariter, mehr nicht/ als derſelbigen Kräfften zuraichen und zulaſſen/ prætendirt werden kan/ dergeſtalten/ daß weder/ per talis Dotis conſtitutionem, der gröſſere Theil des Lehens abſorbirt/ noch daſſelbe allzuſehr/ durch einer oder mehrerer Töchtern Heurath-Güther/ aggravirt und beſchwehrt werde:

De quo iterum Mevius, *dicta parte 3. Deciſ. 364.*

13 Alſo iſt es an deme/ daß nicht allein ſchon hiebevor/ in des Herzogthumbs Pommern Tribunalibus & Curiis, diſes pro æquiore atque expeditiore via gehaltten worden/ daß den Lehensfolgern Jederzeit/ Sie ſeyen gleich Filii, oder Agnati, Doppelt mehr auf den Lehnen gelaſſen werden ſolle/ als den Töchtern/ pro Dote, auf denſelben aſſigniret werde/ einfolglich mehr nicht/ als nur das Vierte/ oder/ wann viele Töchtere ausgeſteurt werden müſſen/ das Dritte Theil mit ihren Ehegeldern belegt werden ſollen:

ut ex inveterata Pomeraniæ Obſervantia advertit laudatus Viſmariæ Vice-Præſes, *dicta Deciſ. 364. num. ult.*

14 Sondern es haben auch Die glorwürdigſt regierende Königl. Maj. in Dero allſchon Anno 1691. Hochheilſamlich publicirter Lehens-Conſtitution ebenmäſſig die austrückhliche verordnung gemacht/ daß/ wann wegen der Töchtern oder Schweſtern Außſteur zweifel vorkomme/ wie hoch ſolche aus den Lehnen auszurichten ſeyn möchten/ alsdann jedesmahls die Mäßigung nach Derſelbigen Wehrt/ und die Æſtimation der Lehenſtückh ſelbſt/ auf art und weiß/ wie in modò laudatæ Conſtitutionis *Titulo 2. §. 5. & Tit. 3. §. 1.* in mehrerem angemerckht/ gebührend gemacht/ und ſo dann von dem überbleibenden freyen Quanto, eine jede Tochter/ oder Schweſter/ allemahl/ in reſpect eines jeglichen Bruders/ den Vierten Pfenning/ und mithin/ zum exempel/ wann der Lehen-Güther Wehrt austrüge 4000. fl. und nur ein Bruder/ und eine Schweſter vorhanden wäre/ alsdann der Bruder 3000. fl. und die Schweſter Eintauſend fl. Wann aber nur ein Bruder/ und hingegen zwey Schweſtern vorhanden wären/ alsdann der einzige Bruder 2400. fl. und die zwey Schweſtern zuſammen 1600. fl. von ſolchem Quanto der 4000. fl. zuerheben haben/ und die Proportion in allen Fällen beybehalten werden ſolle. Wabeynebens noch ferner auch diſes verordnet/ daß auch die Paraphernal- und Hochzeit-Gelder/ als welche letztere unter die Onera Feudi mitgezählet werden/ abſonderlich von den Dreyen Quotis, ſo den Brüdern übrig bleiben/ noch entrichtet werden ſollen;

alles nach innhalt *dicti Tituli 3. §. 1.*

15 Und daß diſer Königlichen Conſtitution auch durch eines Vatters/ wann derſelbe noch Selbſten/ bey ſeinen lebzeitten/ eine oder mehrere Töchtere verehlichet/ anderwertigen Verſpruch in derſelbigen Heurathspactis, noch durch ſeine anderwertige teſtamentariſche Diſpoſition/ oder andere verordnung/ daß ſeinen Töchtern ein gröſſeres Heurathguth/ als proximè angeführt/ von ſeinem Sohn/ oder anderen Lehensfolger/ aus den Lehen geſchöpfft und bezahlt werden ſolle/ nicht derogirt/ oder ichtwas darwider mit beſtand paciſcirt/ und verordnet werden könne; auch/ wann ſchon dergleichen contraria Promiſſio vel Diſpoſitio Paterna in medio; jedoch auch die Söhne (Unerachtet Sie ſonſten/ wann 16 Sie anderſt in des Vatters hinterlaſſenen Feudis zu der Succeſſion admittirt werden wollen/ alles/ was er verordnet/ zuerfüllen verbunden;

juxta tx. tritiſſimum *II. Feud. 45.* ubi vulgò DDres. Jungat. imprimis B. Collega noſter Dn. Bardili, in *Diſſ. de jure diſponendi de feud. per ultim. volunt. §. 8. & mult. ſeqq.* Knipſchild. de *fideic. famil. nobil. cap. 5. n. 109.* Hippol. Riminaldus, *conſ. 18. n. 38.*) dergleichen doralia, vel alia Pacta, aut elogia Paterna zu adimpliren/ und ein reicheres Heurath-Guth/ als die Lehne außtragen/

tragen / ihren Schwestern zuzahlen nicht schuldig seyen / das ist ebener massen / in sæpelaudata Regia Constitutione, *dicto Tit. 3. §. 1.* in his verbis finalibus: Hätte nun der Vatter ein mehrers versprochen / wären dennoch die Söhne darzu nicht gehalten / ob Sie zwar sonsten factum Patris zupræstiren schuldig. Addatur ibid. *§. XV.* ibi: Und weil ex Feudo ein gewisser Dos, nemlich der Vierte Pfenning / determinirt worden / darüber dann ein Mehreres außzuloben ungültig ist; so hates darbey sein bewenden ꝛc.

17 Alldieweilen nun auch impræsentiarum der Herr Beclagte und vorjetzt Implorant / Henning Berndt von Witte / wider die gegen Ihme erhobene Clage / und nun auch in diser Restitutions- Instantz / beständig einwendt / daß das von seinem seeligen Herrn Vatter Wolff Christoph von Witte / hinterlassene Lehen / Tribsow / von den vätterlichen Schulden / und seiner Frau Mutter / auf demselbigen haffenden / Prætensionibus gantz absorbirt sey;

18 und / dessen unangesehen / jedoch seiner ältesten / mit Herrn Hanns Eggardt von Brüsewitze vermählten / Schwester / an denen / von ihrem wohlseeligen Herrn Vattern / expresse versprochenen Eintausend Reichsthalern / -- 1400. fl. und der mittleren / mit Herrn Hanns Ernst von Plötz verehlichten Schwester / auch -- 1150. Gulden / theils noch von dem wohlseeligen Herrn Vatter / theils aber von Ihme Herrn Reo selbsten / würckhlich bezahlt worden / und solches / durch die / gleich bey dem Behör / sub A. & B. producirte Beylagen / guther massen / bescheint; auch

19 in disem / daß vor allen dingen das vätterliche Lehen / nach seinem beständig widerholten Perito, Rechtsgebührend æstimirt / und alsdan erst seinen Frauen und Fräulein Schwestern ihre Dotes (Posthabitâ Patris promissione, primo Genero factâ) nach obbemerckhter Proportion / billichmässig bestimpt / und / des Lehens befindender Bewandtnus gemäß / determiniret werden sollen / die Königl. Lehens- Constitution

20 für sich hat: Disem allem nach können wir / salvo quovis rectiori aliorum judicio, anderst nicht darvorhalten / als daß dises Erste Gravamen erheblich / und dahero allerförderist / ehe in principali: An videlicet totam Dotem, primo Genero, à beato Deo Socero promissam exolvi oporteat? Et an ipsi illi Summæ, quæ primùm nuptæ Filiæ promissa, nempe M. thalerorum, æqualis Dos etiam cæteris duabus ipsius Filiabus, à Fratre ipsarum præstari debeat? gesprochen werden möge / das vätterliche Lehen / Pflichtmässig / und so / wie die Rechten erfordern / æstimirt werden müsse; Dessen unangesehen / quòd Causa Dotis aggregetur summariis, in quibus levato, quod dicunt, velo, sine strepitu & figurâ Judicii, procedi solet, imò etiam debet: 21 22

post plures, quos laudat, Baldus Novellus, sive Baldus de Bartolinis de Perusio, in *tract. de Dote, ejusque privilegiis, parte 9. Privil. 12. per tot. pag. nob. 576. & seq.*

& quod Pacta dotalia, præprimis tàm liquida, ut contineant, quid, quale, quantum, ex causâ Dotis, Filiæ, vel Genero promissum fuerit? paratam habeant executionem, æquè ac quævis alia, non saltem, 23 24 quæ dicimus, guarentigiata; sed &, juxta modernam Jurisprudentiam, omnia liquida Instrumenta;

juxta ea, quæ legimus apud Carpzovium, in *Respp. electoral. lib. 4. tit. 1. Resp. 9. num. 4.* Dn. Lauterbach, in *commentat. ad L. 27. de reb. cred. cap. 5. §. 14.*

Wohlbetrachtet / daß auch in summariis 25 atque executivis processibus & causis etiam illiquidæ Exceptiones, quæ tamen, intra 26 Terminum Instantiæ ipsius Causæ executivæ, liquidabiles sunt, vel si pro Instrumentis à Reo productis vel aliqua Juris, vel urgens Hominis (ut in proposito pro Instrumentis, sub A. & B. per extractum productis) Præsumptio militet, ad impediendam paratam Executionem opponirt werden können; prout pluribus docet Johann. Petrus Surdus,

consil. 99. num. 39. cum seqq. Altogradus, *lib. 1. consil. 37. num. 14. & 15.* Sanfelicius, *Decis. 302. & Decis. 365. cum plena Addit.* Marcus Anton. Sabelli, in *Summa diversor. tract. §. Executio. num. 21.* sollicitè Mevius, *part. 4. Decis. 354. & 355.*

Und dieweilen zumahlen / als lang das 27 Lehen nicht gewürdiget ist / man keinen grund haben kan / quæ, qualis & quanta Dos his Sororibus debeatur? so kan fürnemlich bey dem Plössischen Heurathguth keine parata Executio ingress und statt findē.

Neque enim Executio decerni potest, ubi 28 Debiti Quantitas nondùm est certa;

ut ex Fridero & Mynsingero eleganter statuminat laudatus Mevius, *part. 7. Decis. 196. num. 1. & seqq.*

Eben wenig mag auch dises hieran hin- 29 terlich seyn / wann man irgends / pro contrariæ sententiæ præsidio, einwenden und sagen wolte / daß nicht nur des wohlseeligen Herrn Vatters Promissio; sondern auch deroselben / vom Herrn Beclagten und Imploranten / post mortem paternam, geschehene Agnitio, eademque geminatâ, & per aliquot Pensionum Solutionem ab Ipsômet repetita, in medio lige: Dann 30 obgleich sonsten nicht unbekannt ist / was eine solche / per multas vices reiterata, Usurarum, Pensionum, vel Partium debitæ

Quan-

Quantitatis Præstatiò für grosse und starckhe würckhungen habe / und daß selbige in specie auch die Exceptionem non numeratæ pecuniæ excludire:

L. 4. ubi Omnes, *Cod. de non numer. pecun. L. 13. Cod. eod.* Hugo Donellus, ad *d. L. 4. num. 6. & ad L. 14. §. 1. num. 8. Cod. eod.* Cardinalis Mantica, de *tacit. & ambig. convention. lib. 18. tit. 6. num. 26.* Dn. Lauterbach, in *tract. synopt. de Querela non numer. pecun. §. III. num. 23.* Quibus plura addi possunt ex B. Textoris *pecul. dissert. de Geminatione, per integr.*

31 So vermag jedoch dises impræsentiarum keine hinterung zugeben. Dann wann die Promissio majoris Dotis, quàm Feudi, ex quo illa debet præstari, Conditio patitur, auch für und an sich selbsten totaliter null und von unwürden ist / ut hucusque ex litera Regiæ Constitutionis prolixiùs audivimus; so gar / daß / wann auch / absque Feudi præambulâ Æstimatione, eine allzugrosse Dos versprochen / und zu deren Versicherung / gar auch eine Cautio fidejussoria interponirt worden / auch dise nicht weitter / quàm quousque deinceps Dos congrua declaratur, pro firma & valida gehaltten werden solle:

per specificam sanctionem dictæ Constitutionis, *tit. 3. §. 4.*

32 So können wir nicht absehen / wie auch eine solche ettlichmahlige Solutio an einer / ultra Modum Lege determinatum, versprochener Dote, bevorab einem noch minderjährigen Bruder und Lehensfolger præjudiciren könne.

33 Expeditum enim est, quòd, quotiescunque in actu geminato idem vitium subest, quod erat in simplici, eâdemque ratione, quâ quis ad primum actum perductus fuit, etiam ad subsequutos se commotum conqueritur, tunc Geminationis, etiam à Majorenni factæ, nulla ratio habeatur.

Hippolyt. Riminaldus, *consil. 750. num. 17. & 18.* Johann-Wolffgang Textor, in *pecul. Dissert. de Geminatione, ejusque in Jure effectib. cap. 6. num. 4.*

34 Et quòd quidem negotii in minori ætate gesti Ratificatio post Majorennitatem completam superveniens Beneficium in integrum Restitutionis excludat; sed non etiam intra minorem Ætatem, aliquoties licet facta, seu interposita Consensûs Geminatio.

per *tot. tit. Cod. si major factus alienat. rat. habuer.* ibidemque DDres.

35 Betreffend das zwaitte Membrum præmissæ Sententiæ, daß die Richtigstellung so wohl deren noch zur Zeit unverehlichten Schwester standsmässigen Heurathguths / als auch des von den beyden ältesten Schwestern / mit Einhunderti respectivè 350. fl. prætendirenden Ruckhstands Determinatio auff die hiernächst erfolgende Würdigung des Lehen-Guths Tribbsow ausgestellet seyn solle / so hat dasselbe / ohne weitteres demonstriren / seine gantze dependenz à primo membro, daß nehmlich / ehe dann dises Lehen-Guth gebührend gewürdiget werde / weder de Dotium, præcipuam partem, jamjam exolutarum, quomodocunque faciendâ Determinatione, noch de Dote Sorori adhuc cœlibi assignandâ, ichtwas richtiges und beständiges decidirt werden könne: Wann 36 aber dises Lehens-Rechtsbeständige Æstimatio geschehen seyn wird / nemlich so / als nicht nur mehrwohlbelobte Königliche Lehens-Constitution / in zerschidenen Hauptstückhen / besonders erfordert; sondern daß auch die in denen gemeinen Rechten / de legali & justâ Rerum Æstimatione vorgeschribene Requisita darbey observirt werden: ut videlicet, primò, hæc ipsa Æstimatio per talium peritos, imò planè peritissimos feudalium Prædiorum æstimatores fiat: 37

juxtà ea, quæ docet Johannes Heeserus, de *acquæstu conjug. parte 1. Loco 4. num. 228.* Ludolphus Schraderus, de *feud. sect. 2. num. 60.* Marius Giurba, ad *Consuetud. Messanens. cap. 15. glossa 12. num. 39. & cap. 10. glossa 11. num. 3.* Rutger. Rulantus, de *commissar. & commission. part. 1. lib. 4. cap. 42. num. 6.* Johann Garsias à Saavedra, in *tract. de expens. & meliorat. cap. ult. num. 9.* ubi nec imperitos à Partibus electos sufficere tradit:

Et, 2dò, hi ipsi Æstimatores mediante 38 corporali Juramento adstringantur, quòd, in faciendâ Feudi Æstimatione, nihil aliud, quàm veram veri, justi, & pleni Bonorum Pretii indagationem, probè consideratis omnibus & singulis considerandis, in oculis habere, omnique curâ, studio, & opera enixissimè in hoc incumbere velint, ut Suum Cuique, æquè Filio, ac tribus ipsius Sororibus, & his æque ac Filio attribuatur, sicque summo in cœlis Justitiæ præsidi, ejusdemque in terris Pomeranicis & cæteris augustissimo Vicario, Sacratissimo Regi adeò approbata Justitia solutariter administretur. Cùm enim hujus- 39 modi Æstimatores, in rei veritate, nihil aliud sint, quàm Testes, quibus citra Juramentum notoriè non creditur;

Capit. Proposuisti. 4. X. de probation. Carpzov. de *process. tit. 25. artic. 4. num. 143.*

Quare omnes pro Regula hoc passim 40 commendant, quòd & tales Prædiorum Æstimatores debeant esse jurati, & sine juramento factæ Æstimationes, regulariter, pro nullis haberi debeant;

per

per *tx. in L. 6.* §. 1. verbis: Justis pretiis æstimatione habitâ per eos, quos Utraque Pars elegerit, Arbitros, judicaturos interpositô sacramentô. *Cod. de sec. nupt.* ibidemque Sichardum. Addat. Mevius, *part. 6. Decis. 160. num. 1.* Carpz. *d. l. num. 141.* Assinius, *tract. de executorib.* §. *VII. num. 179. & §. IIX. num. 169.* ubi ità judicatum dicit. Hartmannus Pistoris, *observ. 77. num. 2.* Mollerus, in *semestrib. lib. 1. cap. 10. per tot.* ubi sine juramento factas Æstimationes irritas pronunciat, atque ità aliquoties judicatum recenset. post plures, Heeserus, *dicto Loco 4. num. 244.*

41 Tandemque ut, 3tiò, isti Æstimatores illa omnia, quæ hinc indè à Partibus proponuntur, diligenter attendant, atque omnibus & singulis cum debitâ sollicitudine expensis, verum & justum Feudi Pretium constituant, & Partibus renuncient;

per tradd. Postii, de *subhastationib. inspect. 47.* Mevii, *part. 6. Decis. 311.* Hieronymi Gabrielii, *lib. 1. consil. 168. Q. 8. num. 101. cum seqq.* Hieron. de Cævallos, in *Speculo commun. opinion. Q. 733.*

42 Wann / sagen wir / dises alles geschehen seyn wird / so wird zuförderist zwar auch deren annoch unverehlichten Tochter ein gewisses pro Dote zudeterminiren seyn; jedoch also / daß / als lang Sie extra connubialem statum verbleibt / der Herr Bruder solches Ihr actualiter zubezahlen nicht belangt werden möge; sondern Ihro allein die gebührende Alimenta præstirt werden müssen;

juxta dispositionem *dicti Tituli 3.* der Königl. Hinter-Pommerl. Constitution. §. 11. & ea, quæ tradit Jacobus Thomingius, *Decis. 2. per tot.* Andr. Rauchbahr. *lib. 1. Q. 38. num. 42. & 43.* Joh. Heeserus, de *acq. conjug. parte 2. Loco 14. num. 326.* ubi docent, quòd Dotes ex Feudis præstandæ non purè debeantur; sed sub Conditione, si nuptiæ sequantur, & dehinc, si Sorores, vel aliæ Agnatæ, ex Feudis dotandæ, innuptæ decedant, feudalia Bona ab onere dotandi, cui obnoxia fuerant, reddantur immunia.

43 So viel aber die beraits verheurathete beyde Frauen Töchtere betrifft / so muß nothwendig abgewartet werden / wie weit mehrangeregte Æstimation des väterlichen Lehens zureichen werde. Solte sichs / wider alles des Herrn Becl. und vorigst Imploranten / beharrtes / bißhero gar scheinbares Vorgeben / dergestalten ergeben / daß nicht nur der ältesten / mit Herrn von Brysewitz vermählten Tochter / umb ihren Ruckstand von hundert fl. sondern gleichfalls auch der andern mit dem Herren von Plötz verheuratheten Tochter / umb die Ihr noch ausständige 350. fl. völlige Satisfaction / nach zulaß der Königl. Lehens-Constitution, gegeben werden könte / so hätte es alles seinen richtigen weeg / und würde auff disen fall Herr Beclagter nicht nur à solutione der völligen Haupt-Sum / Jeder à Tausend Thaler; sondern auch deren / ob tamdiu retardatam Solutionem, von beyden Frauen Schwestern prætendirenden Usurarum sich nicht liberiren können.

Tametsi enim Filiæ, quibus Dotes debentur, inspectâ Juris communis veritate, ad Usuras, ex tempore Moræ præstandas, hâc ratione, agere non possint, quoniam Actio 45 ex stipulatu ad Dotem (Non repetendam; sed dèmùm) numerandam, seu solvendam competens, non bonæ fidei; (ut sentit, post Fabrum & Wesembecium, David Mevius, *part. 4. Decis. 56. num. 1.*) sed stricti juris Actio est, in quibus, quòd Usuræ tùm demùm peti possint, si solennis Stipulatio, vel, secundum hodiernos Mores, specialis de illis, post Moram, præstandis Conventio intercesserit, constat ex *L. 3. Cod. de usur. L. 24. de præscript. verb. & in fact. act. L. 32.* §. *2. ff. de usur.* & ubique DDbus; junctis illis, quæ de Rec. Imper. noviss. de Ao. 1654. §. So viel nun die Capitalien, ex DDbus exhibet B. Collega noster, Dn. D. Frommann, in *Different. inter actiones bonæ fid. & stricti jur. b. 10.*

Quia tamen contrarium, quòd videli- 46 cet Doris, ex Feudo promissæ, Usuræ à tempore Moræ debeantur, certum adserit Mevius, *c. l.* & hoc ita in conclusis Pomeranicis, super Nobilium Privilegiis, *tit. 8. concluso 7.* cautum testatur; *part. 6. Decis. 185. num. 7.*

Quocirca hoc ejus autoritati & attestato relinquere cogimur; tantoque facilius hoc decisum admittimus, quia plures DDres 47 pro certo definiunt, quòd Usuræ dotales vel statim ex tempore Doris promissæ, vel susceptorum matrimonii Onerum, currere incipiant; prout fusè discussum videri potest ab Alvaro Valasco, *consult. 8. num. 21* Mario Giurba, in *Decc. Sicilian. Decis. 72.* Hieron. Magonio, *Decis. Florent. 83. num. 10.* Joh. Petro Fontanella, de *pactis nuptialib. claus. 6. glossa 2. parte 6. num. 3. 9. 44. & ubique. seqq.* Addantur, quæ de eadem Q. ex DDbus disputat Jacobus Cancerius, *varr. resoll. part. 1. cap. 9. num. 160. & seqq.*

Solte aber die Würdigung des väter- 48 lichen Lehens sich also ergeben / daß der dreyen Töchtere Heurath-Güther / auff Tausend Reichsthaler / als der ältesten Tochter versprochen worden / sich unmüglich erstrecken könten / so würde zuförderist bey der zwaitten Frauen Tochter Braut-Schatz oder Heurath-Guth wohl zu consideriren seyn / daß / fürnemlich bey solcher der Sachen beschaffenheit / durch-

auß nicht folge / daß / weil der Herr Vatter der ältesten Frauen Tochter Tausend Thaler versprochen / und daran / noch bey Lebzeitten / einen guten Theil bezahlt / dessentwegen auch Ihr præcisè so viel bezahlt werden müsse; unerachtet Sie keine solche Pacta dotalia, als die älteste Frau Tochter / fürweisen kan.

49 Tametsi enim nonnullæ Filiæ, certâ Dote constitutâ, nuptui datæ fuerint; tamen hoc non simpliciter attendi oportet, quòd & cæteris Filiabus Tantundem pro Dote exolvi debeat:

ut videre est apud Tiberium Decianum, *vol. 1. consil. 17. num. 37. & 49. vers. Non obstat primum.* Vincent. Fusarium, de *fideicommissar. substitut. Q. 531. n. 166.* Johannem Heeserum, de *acquæstu conjug. parte 2. Loco 20. num. 84.* Matthiam Berlichium, *Decis. 834.* Brunnemannum, *centur. 4. Decis. 83. in fin.* & Dn. Ottonem Philippum Zaunschlifferum, in *commentar. ad Decc. Mevii, part. 2. Decis. 118.* Addatur hæc ipsa Decisio Mevii, *num. 6. & seqq.*

50 Ob aber / auff solchen Fall / nicht allein diese zweyte Tochter / in ansehung / daß Sie / gegen ihrer Frauen Schwester bereits empfangenen vierzehen hundert Gulden / zweyhundert und fünffzig Gulden weniger hat; sondern auch und fürnemlich die noch ledige Fräulein Tochter / umb das jenige / so Sie von ihrem Herrn Bruder nicht erhalten wird können / einigen Regress oder rechtliche Ansprach an die älteste Frau Tochter / und die ledige Fräulein Tochter wider ihr: verehlichte beyde Frauen Schwestern zunemmen befugt und berechtiget seyn würde? das können wir so
Multi Uxorem, *se* cum suo Marito, *in unô eodemque instrumentô*, correaliter obligantem, ne *tunc* quidem, *quando*, pecuniam in ipsius præsentiâ Marito verè numeratam *esse*, probari *potest*, obligatam *existimant*; nisi simùl *ejusdem pecuniæ* in rem uxoris, *vel illius* Liberorum utilitatem *facta* versio demonstrari *possit. num.* 38. *& seqq.*

Etiamsi Uxor publica Mercatrix *esset. num.* 39.

Quinta Ratio: *Quòd* Uxor suum, *contra* damnosos *& inconsultos* Mariti Contractus, dissensum, multoties, *apertissimè* contestata *fuerit. num.* 43. *usque ad num.* 47.

Nemo *ex Condominis, vel Sociis*, in re communi, invitô alterô, aliquid facere *potest. num.* 44.

Contradictio unius Socii majorem vim *habet, quàm* plurium Concessio. *num.* 45.

Semper conditio Prohibentis, *præ cæteris*, melior *existimatur. num.* 46.

An *hæc doctrina* etiam inter Conjuges, quoad bonorum societatem, *locum obtineat? num.* 47.

Aliud *est* tacere, *&* aliud expressè contradicere. *ibid.*

Sexta Ratio: *Quòd etiam*, Uxorem, pro debitis, per solius Mariti *summè improvidam, omniumque judicio damnosissimam negotiationem, atque ità vel maximè per* latam *illius* Culpam contractis, obstringi *debere, ipsi* Æquitati *admodùm* inconveniens *videatur. num.* 48.

Septima Ratio: *Quòd* Maritus omnem *ex mododicta negotiatione, subindè, redactam* pecuniam *semper* penes se solum retinuerit, eamque, *per plures quandoque menses domo suâ* absens, ludendo, heluandoque, solus *iterùm* consumpserit. *num.* 49. *ad num.* 54.

Æs alienum, per periculosam, *omniumque prudentum judiciô* damnosam Mariti negotiationem, contra Vxoris *& Amicorum* dehortationem, prætensivè *tamen* in *communem* Societatis utilitatem *contractum, an* pro Debito sociali haberi possit? *num.* 50. *& sqq.*

Maritus *princeps*, *&* principalis *totius* familiæ administrator, *itemque conjugalis* bonorum Societatis administrationi *quasi* præpositus *habetur. num.* 51.

An *idem*, modô proximè notatô contrahendo, *vel negotiando*, præpositionis suæ limites *debitè* observasse *dici queat? num.* 51. *&* 53.

Maritus pecuniam ex Contractibus, in *communem* Societatis utilitatem *initis, redactam*, ludendo, *heluando, vel* simili modo *consumens*, utrum Creditori, *vel potiùs* Sociæ Vxori noceat? *num.* 52.

Octava Ratio: *Quòd, suppositâ quoque Obligationis, de qua hîc quæritur, validitate*, Vxor *tamen non in solidum; sed* duntaxat pro rata sociali obstricta *videatur. num.* 54. *usque ad num.* 69.

Si plures Socii *cum extraneô* simul contrahant, *tunc* singuli *duntaxat* pro ratâ tenentur. *num.* 55.

Idem *etiam*, inspectâ *tùm* Juris Communis, *tùm* Würtembergici *veritate*, quoad Conjuges bonorum socios, *obtinet. num.* 56. *& sq.*

Licet aliter *sentiat* Christophorus Besoldus. *num.* 57.

Quid si Vxor, *cum Marito*, sese in solidum obligaverit? *num.* 59.

Intercessio Vxoris pro Maritô, *regulariter*, ipsô jure *omnimodò* nulla est. *num.* 60.

Afferuntur *& præferuntur* Argumenta pro affirmativâ *superiùs adductæ Quæstionis* decisione, *quòd nimirum obærati, de quô quæritur, Debitoris Uxor, insuper habitâ Acquæstûs conjugalis Renunciatione ab ipsâ factâ, ad exolvendum Debiti quæstionis plenum Residuum, de jure, teneatur, efficacissimè militantia. num.* 61. *usque ad num.* 251.

Horum *Primum, & sequentium quasi præparatorium est, quòd* hoc Debitum *à Marito statim sub initium Ipsius conjugii, sicque* eo tempore, quo tùm de ipsius in negotiando imperitia, *tùm* prodigalitate, *tùm erga nonnullos juniorum Creditorum ex post demùm commissâ* Fraudulentiâ, nemini adhucdùm constiterat, *isque* nullô *adhuc* ære alienô laboraverat, *atque adeò minimùm* ex parte Creditoris, optimâ fide contractum *fuerit. num.* 61. *usque ad num.* 68.

Quando Creditor, tempore Contractûs, nondùm scivit, *vel scire potuit*, quòd Maritus *pecuniam, vel* rem *à se emptam*, malè collocaturus, *vel planè* dilapidaturus *sit, tunc nihilosecius* Vxorem, ex Mariti Contractibus, convenire *potest. num.* 66. *& seq.*

Dolus, *vel* Culpa Mariti, *ceu conjugalis bonorum societatis Præpositi, justiùs* Vxori, *quàm* Creditori, bona fide, *in communem Societatis utilitatem, cum illô* contrahenti, imputatur. *num.* 67.

Quando Debitoris *in negotiandô* Imprudentia, Prodigalitas, *&* Fraudulentia, *etiam frequenter &* quotidiè cum ipsô conversantibus, serò *demùm* innotuere, *tunc earundem* Ignorantia *ipsius* primo *&* extraneo Creditori nulli *prorsùs* præjudicio *esse potest. num.* 68.

Secundum *in eô consistit, quòd hoc* Debitum, *à Marito*, in utilitatem suæ lanionio-cauponariæ professionis, *sicque indubitatò* gemeiner Haußhaltung zum besten und vorstand / *contractum, adeoque Debitum verè* sociale *sit. num.* 69. *usque ad num.* 107.

Vxor ex omnibus, à Marito, *Societatis bonorum conjugalis nomine*, gemeiner Haußhalttung zu nutzen / *initis* Contractibus, *& quidem* ex primo *ipsorum* momento, *efficacissimè* obstringitur. *num.* 71.

Æs alienum Sociale, *ab utroque Conjugum solvendum, etiam jure VVürtembergico, illud omne dicitur, quod* ex tali causâ *venit*, cujus commodum principale ipsi Societati cedit, *&* ad connubialem Acquæstum pertinet. *num.* 72. *& seqq.*

Ad hunc effectum, ut Debitum *dicatur* sociale, *non requiritur, ut* rebus, ex causâ talis Debiti *comparatis*, Vterque Conjugum, *constante conjugio*, æqualiter utatur, *vel* de illis *disponendi &* communiter negotiandi facultatem *consequatur. num.* 73. *& seq.*

Multò minùs *ad eundem* necessarium *est, ut* Contractus *vel negotium, in communem Societatis utilitatem directum, præcisè* in præsentiâ Uxoris ineatur. *num.* 75. *& seqq.*

Maritus suæ familiæ Princeps, *hujusque gratiâ contractæ* conjugalis Bb. societatis Administrator *& quasi* Præfectus *est. num.* 76.

Hinc omne *illud, quod ipse* suâ operâ *&* industriâ acquirit, *etiam ejus* Uxori, *tàm* quoad dominium, *quàm* possessionem, pro parte indivisa, *confestim* acquiritur. *num.* 77.

Etiamsi Maritus (*intellige* secundum Jus Würtembergicum.) *hujusmodi*

Contractus, propriô nomine, *celebraverit*, *& aliquid*, *quod aliàs ad hanc Societatem pertinet*, *ex illis quæsiverit*. *num.* 78. *& seq.*

Hinc vicissim quoque Uxor ex ejusmodi Contractu, Ipsâ *licet illius planè* nesciâ *inito*, *nihilominùs alterius* Debitrix *efficitur*, *&* ad omne, *exindè proveniens*, Æs alienum, pro ratâ, *solvendum* obligatur *haud dubiè*. *num.* 80. *& seq.*

Ad constituendum Debitum Sociale *hoc solum sufficit*, *quòd* res ex illô acquisita utrique Conjugum, *confestim*, *tùm quà dominium*, *tùm quà possessionem*, communis *reddatur*. *num.* 82. *& seq.*

Tametsi Debitum *aliquod* invitâ & contradicente Uxore *contractum sit*; *tamen*, *dummodò illud* in communem Societatis utilitatem *sit factum*, *nihilominùs* pro Sociali habendum. *num.* 84.

Neque Creditor, *hoc casu*, Versionem *in rem & utilitatem communis Societatis* specificè demonstrare *tenetur*. *num.* 85. *& seqq.*

Æquè ac in *tali etiam* casu, *quando* Maritus *in communem quidem Societatis utilitatem contraxit*; *sed deindè* pecuniam, *&c. exindè receptam* heluando, *vel* aliter dilapidavit, Creditori *petenti*, *ut debitum illud ex communi acquæstu*, *vel ex aliis amborum Conjugum propriis bonis solvatur*, specifica Versionis probatio *pariter* nullatenùs incumbit. *num.* 86.

Dolus à *cujuscunque* Societatis quæstuariæ præfectô, in rebus *ipsius* administrationi *concreditis*, quomodocunque commissus, *potiùs* sociis præponentibus, *quàm illis*, *qui cum ipsô bona fide contraxerunt*, *& non saltem ipsius*; *sed etiam reliquorum Sociorum personas & bona communia in oculis habuerunt*, officere debet. *num.* 87.

Hæc doctrina *etiam* Conjugibus, *ceu* quæstuariis *bonorum* Sociis, applicatur *rectissimè*. *num.* 87.

Inutili & superfluâ Probatione nemô *est* onerandus. *num.* 88.

Ad legitimandum Debitum Sociale *sufficit*, *si* Creditor probet, *Maritum* Societatis causâ, *sive* in verisimilem ejus utilitatem, *pecuniam vel aliam* rem accepisse. *num.* 89.

Hinc etiam, *si* Maritus, Societatis causa, *es alienum contraxerit*, *licet* Eventus non responderit, *&* pro speratô Lucrô Damnum *indè* secutum *fuerit*; *tamen* Debitum *manet* sociale. *num.* 90.

Idque sive Casu fortuitô, *sive* Mariti imprudentiâ & culpâ *damnum illud acciderit*. *num.* 91.

Licet Ædes, quarum *comparandarum*, *vel noviter exstruendarum* gratia, Maritus *mutuam pecuniam accepit*, *mox iterum* in cineres redactæ *fuerint*; *tamen* pretium *pro illis debitum*, *vel* Mutuum *earum causâ contractum*, ab utroque Conjugum, solvi *ac restitui debet*. *num.* 92.

Idem dicendum, *si* Marito pecunia, *ex Venditione rerum socialium redacta*, per furtum *vel* rapinam, *domi*, *vel foris*, *rursùs fuerit* ablata. *num.* 93.

In rem alterius Versum, *in jure*, *id omne dicitur*, *quod* in necessitatem, *vel* utilitatem *ipsius* expensum, comparatum, *vel* acceptum *est*. *num.* 94.

Tametsi res, *eo fine comparata*, posteà Casu perierit, *nec effectivè eò impensa vel consumpta probari possit*. *num.* 95.

Quibus casibus Procurator mandati *habet* actionem, *&* Negotiorum Gestor *actionem* negotiorum gestorum, *in illis etiam aliquid* in rem alterius Versum *esse rectissimè dicitur*. *num.* 96.

Tùm Procurator, *tùm* Negot. Gestor mododicta Remedia, *cum pleno effectu*, *sine dubio tunc* intendere *valent*, *quando* negotium, *ab ipsis*, ex necessariâ *vel* utili ratione, *inchoatum & susceptum ostendi potest*. *num.* 97.

Si Oves, *vel aliæ pecudes*, communis quæstûs gratia, in Galliam, *ut ibi carìus vendantur*, missæ, per Luem, *inter ejusmodi pecudes*, ibi grassantem, *intereant*, *totum illud* Damnum *utrique Conjugum* commune, *&* sociale *est*. *num.* 98.

Quan-

Quandocunque Maritus, *conjugalis bonorum* Societatis causa, *seu in speratum* rei familiaris augmentum & commodum *debita contraxit*, pro iisdem *solvendis etiam* Uxor *ipsius est* obligata; *sive quaratur* de Societatis *hujus* necessitate, *sive* utilitate. *num.* 100.

Socius, circa negotia Societatis, *semper* mandatum, *ab alterò*, habere *jure intelligitur. num.* 101.

Sufficit, negotium, *ex quò tale Debitum sociale processit*, ex primâ Socii conjugalis intentione, utiliter gestum *esse*, *etiamsi* effectus *ei planè* non responderit. *num.* 102.

Etiam Statuta, *quibus* æris alieni, *durante* matrimonio, contracti, solutio utrique Conjugi imponitur, *ità passim DDres interpretantur, quòd, si quidem* Maritus in sui solius utilitatem *contraxerit*, Uxor *pro illo* haudquaquàm *teneatur*; Sin *autem* Contractus *ab illo celebrati*, ex bona ipsius intentione, in communem Societatis utilitatem *fuerint* directi, *tunc* ambo *Conjuges* ex tali, *ceu* verè sociali, Debito obligentur *indubiè. num.* 103. *& seqq.*

Ad fundandum Debitum sociale *non sufficit*, Contractum *constante societate Bb. conjugali fuisse initum*; *sed & porrò requiritur, ut ille quoque* ratione communis utilitatis *fuerit initus. num.* 104.

Omne Damnum, *quod* ex causâ Societatis, *&* Juris maritalis *accidit*, commune *est. num.* 105.

Etiam Jure Würtembergico Uxor, *ex* contractibus Mariti socialibus, *statim*, pro parte dimidia, *efficaciter* obligatur. *num.* 106.

Tertium, *proximè præcedentis consecutivum*, Argumentum *est*, *quòd*, *quia* Uxor Debitoris *in substrato*, *unà cum suo speciali Curatore*, *debitum sociale quæstionis solvere*, *ex annuo intervallo*, *promiserit*, illa, ad dimidiam ejusdem solutionem, *etiam* ex titulô Constituti, *& quidem hactenùs* Debiti proprii, *validissimè Creditori sit* obligata. *num.* 107. *usque ad num.* 115.

Uxor, *cum Marito*, sua propria Debita *solvere promittens*, pro suô Maritô intercessisse *dici haud potest. num.* 108.

Debita socialia, *pro parte dimidia*, Uxoris sunt propria. *num.* 108.

Etiam Mulieres de Constituto *tenentur*, si non interceserint. *num.* 109.

Quando Fœmina *suum* proprium Debitum constituit, *tunc neque* Senatusconsulti Vellejani, *neque* novæ Constitutionis *dispositio locum obtinet. num.* 110.

Idem dicendum, *si illa* prima *quidem* facie alienam, *in* rei *tamen* Veritate suam *propriam* Obligationem *suscipiat. num.* 111.

Si Maritus, *&* Uxor ob talem rem, mutuam *recipiant* pecuniam ex quâ *si Creditor pecuniam non dedisset*, majus damnum ipsa Mulier passura fuerat, Scto Vellejano nullus *est* locus. *num.* 112.

Sin *autem* in aliquam *v. g.* emtionem *mutua pecunia accipiatur*, *tunc solùm* pro dimidia Uxoris parte *ejus sanctio* cessat. *num.* 112.

Quando Mulier mandati actione *obligata est*, *tunc* in rem suam obligari *videtur*, *& propterea* excluditur. *num.* 113.

Quoad Debita *verè* socialia, à solo *quantumvis* Marito, contracta, Uxor neque Scti Vellejani, *neque* Novæ Constitutionis beneficio *juvatur. num.* 114.

Quartum, *in substratô*, *pro Creditore*, *militans* Argumentum *est*, *quòd ad fundandum* Debiti Socialis Constitutum, *ex parte Uxoris*, nec alterius *specialis* Curatoris adhibitio, neque jurata, *vera*, *vel quasi* Scti Vellejani, *aut* Beneficii Novæ Constitutionis Renunciatio necessaria; *sed solius Mariti & Uxoris consensus ad istum effectum sufficiens sit. num.* 115. *usque ad num.* 134.

Quando Maritus & Uxor simùl *cum aliquo tertiô* contrahunt, tunc *illa regulariter*, *etiam secundum* Jus Würtembergicum, nullo *aliô* Curatore opus habet. *num.* 116. *& seqq.*

Si summa C. florenos excedat, *& simùl* suspicio *adsit*, Uxorem, vi metuve, *aut* dolosâ Mariti persuasione, *ad Contractum* inductam *esse*, *tunc* isto Jure, *non saltem* alterius Curatoris Consensus; *sed etiam* Judicis cognitio *requiritur*. *num.* 116. *& seqq.*

Quibus casibus, Maritus, *ad dictos Effectus*, *habeatur* suspectus? *n.* 117.

Argumentum à Contrario, *in Legum & Statutorum interpretatione*, *est* efficacissimum. *num.* 118.

Exceptio supponit *&* firmat Regulam *in contrarium*. *num.* 118.

Maritus in Foro *tùm* Saxonico, *tùm* Würtembergico, legitimus Uxoris *non saltem* Curator; *sed & universorum* illius bonorum (*exceptis receptitiis*) Administrator *est*. *num.* 119.

Vxor *ad solvendum* æs alienum sociale, *à se & Marito contractum*, *tenetur*; tametsi ipsa nullum alium *adhibuerit* Curatorem. *num.* 120.

De Statuto, Curatoris consensum *in* Contractibus Mulierum requirente, *communis* Practicorum traditio *hæc est*, *quòd* Maritata, *quando non cum Marito*, *neque in ejus commodum contrahit*; *sed* cum extraneo, aliô Curatore non opus *habeat*; *sed* solius Mariti consensus *sufficiat*. *num.* 121.

Ubi nulla *est* Mulieris Intercessio, *ibi* nulla *quoque* Sc̃ti Vellejani, *vel* Beneficii novæ Constitutionis Renunciatio pedem figere, *nedùm* exigi *potest*. *num.* 123. *in fine. juncto. num.* 130.

Non-entis nulla *sunt* Accidentia, *nulla* Affectiones. *num.* 124.

Ut Uxor juratò, *vel*, *in terris VVürtemberg.* locô Jurisjurandi, *ad hunc Judicii*, factâ promissione, Beneficio Novæ Constitutionis *in Authentica*, *Si qua mulier. Cod. ad Sc̃t. Vell.* renunciare *necesse habeat*, oportet, ut ipsa, pro suô Maritô, verè intercesserit, *sicque* pro ipsius solius propriô Debitô, se, *vel sua* bona obligaverit. *num.* 125.

Quando Uxor *ad* sui proprii, *seu talis* Debiti, *ad quod* Ipsa, *vel* Sola, *vel*, *tanquàm* Socia, pro rata, *v. g. dimidia*, *tenetur*, solutionem *sese obstrinxit*, *tunc*; *ut* omnis Intercessio *totaliter* exulat; *ità etiam* Beneficium novæ Constitutionis, *ceu notoriè solas pro Maritô*, *solitariè obligatô*, *factas Intercessiones pro objectô habens*, *similiter* exulat, *& dehinc quoque ejus* Renunciatio *planè Domitiana & ridicula est*. *num.* 126.

Id, quod non est, nullam *quoque recipit* affectionem. *num.* 127.

Quando ambo Conjuges, in *connubialis* Societatis utilitatem, simùl cum tertio contrahunt, *tunc etiam* uterque *ad illud solvendum* æqualiter obligatur. *num.* 129.

Neque Beneficium Sc̃ti Vellejani, *aut* Novæ Constitutionis *hîc aliquid* operari *potest*. *num.* 130.

Ad cessationem *tùm* Sc̃ti Vellejani, *tùm sæpius allegatæ* Novæ Constitutionis Beneficii *nihil refert*, *sive* Uxor, ab initio *statim*, cum *suo* Marito, unà & simùl, *cum Tertio* contrahat, *& exindè* obligetur; *sive* ex Contractu, à solo *quidem* Marito; *sed* in communem *Societatis* utilitatem, *cum Tertio* inito, *juxta Societatis bonorum conjugalis naturam*, *quam etiam de Jure VVürtemberg. habet*, illicò obligata, *unà cum Marito*, per speciale Constitutum, *ex aliquo intervallo*, sese *porrò* obstringat. *num.* 131. *& seqq.*

Prætor, dùm, *Edicto suo*, Constituta *consensu facta* custodit, naturali Æquitati favere *verissimè dicitur*. *num.* 133.

Fidem *alteri datam* fallere grave *reputat Prætor*. *num.* 133.

Quintum *affirmativæ Decisionis* Argumentum *hoc constituit*, *quòd*, per *superiùs relatum solennissimum Debiti quæstionis* Constitutum, uterque Conjugum *adeò* pecuniæ constitutæ Reum sese fecerit, *ut non solùm* Maritus; *sed etiam* Uxor, *non obstante Acquæstuum ab ipsa facta Renunciatione*, *vel* actione empti venditi, *vel* de constitutâ pecuniâ, *efficaciter* conveniri queat. *num.* 134. *usque ad num.* 157.

Hac Juris doctrina, *quòd* Uxor, Acquæstui connubiali, suique Mariti

Hære-

ditati, *& exindè sibi debitæ* Portioni Statutariæ renuntiando, *se* ab ære sociali eximere *valeat*, in *omnibus his* casibus, *ubi* Uxor *vel* Sola, *puta sine Marito; veruntamen cum alterius legitimè constituti* Curatoris *consensu*, *vel* unà cum Marito, *vel* simpliciter, *vel* in solidum, (*modò non* pro Marito) *sese alteri* obligavit, officium *suum* perdit. *num.* 138. *& seqq.*

Creditoribus Uxoris jus *semel legitimè*, contra illam, quæsitum, ex sola *illius* Renunciatione, invitis *haudquaquàm* auferri *potest. num.* 141.

Sicut ab initio *omnes* Contractus liberæ *sunt* voluntatis; *ità illi*, ex postfacto *ejus* necessitatis *sunt*, *ut obligationi ex illis contractæ*, invito Creditore, renuntiare *possit nemo. num.* 142.

Novum non est, *ut*, *quæ* semel utiliter constituta *sunt*, licet casus subsequatur, à quo *ista* initium capere haud potuissent, nihilominùs durent. *num.* 143.

Quando Uxor, se, *unà cum suo Maritò*, in Instrumentô debendi nominari, *passa est*, *tunc* Renunciatio *conjugalium lucrorum* ab Obligatione *& executione ipsam* non liberat. *num.* 144.

Mulier non *gaudet* Sćto Vellejano, *quando se* obligat in rem propriam. *num.* 145.

Nec *etiam*, *quando* se obligat in rem communem, *quam* sua interest totam conservari. *num.* 145.

Quod ità Commune *est*, quodammodò meum *dici potest. ibid.*

Modò adducta *Juris* definitio *etiam* in Forô Würtembergico, *absque dubitatione*, *locum sortitur. num.* 146.

Textus in Provinc. Würtemb. *in* Part. 1. Tit. 76. §. Nicht weniger. *de qualibus casibus veniat exaudiendus? num.* 147.

Hujus generis statutariæ dispositiones, *quòd nimirum* Renuntiatio Acquæstûs Conjugalis Uxorem ab iis *saltem socialibus* Debitis immunem *præstet*, in quæ ipsa, *vel* sola, *vel* cum Marito, specialiter non consensit. *etiam in* Palatinatu, Comitatu Solmensi, *&* Civitate Francofurtana *similiter obtinent. num.* 146.

Si Uxor *se non statim cum Maritô obligaverit*; *sed demùm* post aliquot menses, *vel* annos, ad instantiam Creditoris, Mariti facultates suspectas habentis, *pro* Debito maritali *clancularìè contracto*, *sese obstringat*, *tunc ipsam* Creditoris talis fraude inductam *hoc feciisse* præsumendum, *ac propterea* ad beneficium Sćti Vellejani, & Novæ Constitutionis, *vel*, *si huic renuntiaverit*, *ad* Restitutionem in integrum *admittendam esse*, *rectè statuit Grivellus. num.* 149.

Inter hunc *tamen*, *&* substratum Casum *non unum*, *neque exigui momenti* discrimen *intercedere*, *eaque de causa* ab unô ad alterum concludi non posse, *operosè ostenditur. num.* 150. *usque ad num.* 156.

Quæ in omnium oculis *&* palàm, *imò* cum publici Officialis, *&* totius Judicii *syncerâ & candidâ* approbatione, *peracta sunt*, *regulariter*, *nullam* fraudis *vel* doli suspicionem *admittunt. num.* 152.

Creditor *ab* initio solius Mariti fidem *secutus*, *si dein* hujus facultates suspectas habens, post aliquot *demùm* annos, Uxorem *sibi adhuc* obligari *velit*, *id* versus Maritum, *eo animo*, *ut* Uxorem beneficio consuetudinis *& futuræ* Renunciationis excluderet, procurâsse *censetur. num.* 153.

A diversis mala *fit* illatio. *num.* 155.

Sextum *affirmativæ decisionis* Argumentum *hoc est*, *quòd* sæpememorata Uxoris pro Debito *Q.* Obligatio *etiam in vim* veræ *&* legitimæ intercessionis pro Marito *validissimè propugnari possit. num.* 157. *usque ad num.* 207.

Idque tùm ex hâc *omnium* palmariâ ratione, *quòd ipsa* hanc, *juxta* sæpiùs *dicta*, *pro parte socialem*, Obligationem *non nisi* de *sibi competentibus*, Vellejani *nimirum* Sćti, *&* Novæ Constitutionis, beneficiis *sufficientissimè* munitorata, *&* sub præviâ, per Promissionem, locô Jurisjurandi, ad baculum judi-

judiciarium, mit Angloben an Eydes statt / *factâ horum* solehni Renunciatione, *liberô* animô *& consensu*, in solidum *subierit. num.* 165. *& seqq.*

Tùm ex hisce ulteriùs in Facto concurrentibus, *istam* primam *Rationem multùm* roborantibus, *summi ponderis Circumstantiis, quòd videlicet hoc ipsum* (1) cum alterius *legitimè constituti* Curatoris specifico consensu; (2.) sub *Ipsius* Serenissimi Principis, *ejusdemque* jurati Præfecti, *& porrò alterius inferioris Officialis, seu* Sub-Præfecti, Raisigen Schultheissen / totiusque Judicii, plenissimè *& exactè* de omnibus informatorum, *respectivè clementissima* concessione, authoritate & approbatione *peractum*; *& in majorem horum omnium fidem* (3) à publico Judicii Actuario, ad simultaneam Utriusque Conjugis, in scriptis *factam*, rogationem, *solenne &* publicum Instrumentum *desuper* confectum; *hocque ipsum* (4.) præter Loci Præfectum, *&* Sub-Præfectum, duosque Consules, *non solùm* à Marito; *sed & ipsâ* Uxore, *ejusdemque* Curatore dativo, *specialiter* subscriptum *fuerit. num.* 158. *& seqq.*

Quando Conjuges mutuam pecuniam *eô fine* accipiunt, ut æs alienum Mariti proprium *exindè* solvatur, *simùlque in* unô eodemque instrumentô, *vel* simpliciter, *vel* singuli in solidum *ad restitutionem ejus* sese obligant, *tunc* solus Maritus *exindè obligatur*; Uxoris *verò* obligatio *ipsô jure* nulla *est. n.* 168.

Uxor, *in talibus terminis*, contra *expressam tùm* Juris communis, *tùm* Würtembergici dispositionem, verè intercedit, *& per consequens* tale Debitum ex solius Mariti facultatibus *solvendum. num.* 169. *& seqq.*

Quando Uxor, *vel* unà cum suo Maritô, *in eodem instrumento*, pro Debito solum Maritum concernente, mediante corporali Jurejurando, *vel, juxta consuetudinem loci*, Promissione ad baculum judiciarium, *se* in solidum obligat, *vel* sola, *in* singulari *aliquo* instrumento, simili modô, *seu* fidejubendo, *seu* constituendo, *seu* expromittendo, se *vel sua* bona *sub* dicto vinculo, *ejus gratia* devincit, *tunc neque* exceptio Scti Vellejani, *vel similis, neque* Nullitatis *Uxori competit. num.* 172.

Non quidem inspectô Jure Justinianeô; *Attamen* Canonicô *&* Usu forensi. *num.* 173. *& sq.*

Idem dicendum, quando Uxor *non quidem in specie Beneficio Vellejani Scti, & Authenticæ, Si qua mulier. Sed tamen* in genere omni Legum auxilio, allen Weiblichen Behelffen / *vel etiam de illis* non satis admonita, *seu* certiorata, *mediante* Juramento, *vel* loco illius factâ *Promissione*, renunciavit. *num.* 175. *& seq.*

Si ad excludendum, *tùm* Scti Vellejani, *tùm* Novæ Constitutionis, *Beneficium, sola Uxoris, pro Marito*, mediante Juramento, *vel alia ejusdem* vices explente Promissione, *in genere facta* Intercessio *sufficit, tunc multo magis tàm specialis &* tot prægnantissimis, *quales in Casu substrato, juxtà præcedd. num.* 158. *& seqq. occurrunt*, circumstantiis vallata Intercessio *ad dictum effectum* sufficiens *erit. num.* 177.

Renuntiatio *Scti Vellejani & Beneficii novæ Constitutionis* ab Uxore, *vel* per *suum* Curatorem præsentem, *vel* Judicii Actuarium *satis* certiorată, sub præstatione & promissione fidei, loco Jurisjurandi, mit Angloben an eines leiblichen oder geschwohrnen Eydes statt an den Gerichts-Stab / *facta eundem* in foro Würtembergico *producit effectum, quem* de Jure Communi corporalis & solennis Juramenti præstatio. *num.* 179.

Simultaneus omnium *&* singularum, *num.* 158. *& seqq. descriptarum*, Circumstantiarum *in substratô* Concursus, *ex Actis, speciatim & distinctè* ostenditur. *à num.* 180. *usque ad num.* 188.

Instrumentum *sub Ipsius Serenissimi* Principis, *duorumque* juratorum Officialium, *&* totius Judicii *autoritate, directione, atque approbatione. ab aquè* jurato Judicii Actuario *confectum*, omnium maximè *& justissimè pro* publico *&* solenni Instrumento *habetur. num.* 189.

Etiam in terris Würtembergicis Grammatei *&* Actuarii *non minùs, quàm* publi-

publici Tabelliones, *seu Cæsarei Notarii*, publica Instrumenta conficere *valent. num.* 190.

Hodiè plerumque ad Instrumenta publica *conficienda constituuntur* Personæ publicæ juratæ, die geschworne Stadt- und Ampt-Schreiber. *ibid.*

Pro Instrumentô publicô *tamdiu* Veritatis *militat* præsumtio, donec contrarium *legitimè* probetur. *num.* 191.

Uxor, Debiti socialis *solutionem*, in solidum, *sive* cum Marito, *sive* Sola, *promittens*, *in casu*, *si Mariti bona non sufficiant*, etiam ultra socialem dimidiam *tenetur. num.* 192.

Instrumentum, *ab aliquo* recognitum, plenam, *adversus ipsum*, fidem *meretur*, *illudque* producens *suam intentionem* plenariè probasse *dicitur. num.* 193.

Tale Instrumentum etiam mortuis testibus *subsistit*, nec de fide *& veritate* ejus *ampliùs* dubitare *licet. num.* 194.

Scriptura recognita *pro* Instrumento publico *haberi debet. num.* 195.

Instrumentum publicum *dicitur* Probatio probata, *&* non demùm probanda. *num.* 196.

Item Veritas evidens, Probatio notoria, nulla ulteriore indigens discussione. *num.* 197.

Ad Exceptiones Vis & Metûs, *itemque* omissæ *tùm præambula Uxoris* Certiorationis, *tùm etiam Ipsiusmet* loco jurisjurandi, ad baculum judicii, *& coram* totô Judicio *faciendæ* Promissionis, *à Debitoris Uxore propositas*, *incidenter*, *maximam tamen partem* remissivè, respondetur. *num.* 199. *usque ad num.* 207.

Ad publici, *præsertim pluribus* aliis adminiculis suffulti, Instrumenti plenam, *quam facit*, fidem convellendam *hujus generis* Testimonia, *si videlicet Testes dicant:* Sie können sich nimmer erinnern / seye schon Neun Jahr / seit daß dises geschehen: Er könne nicht so lang gedenckhen / *nullatenùs sufficiunt. num.* 206.

Ut testium depositiones adversus Instrumentum publicum *fidem mereantur*, *oportet*, *ut illæ* contentis Instrumenti, *ceu* apertò falsis *&* in rei veritate nullatenùs fundatis, positivè, concludenter, necessariò, *atque* indubitanter contradicant. *num.* 206.

Septimum *contra Debitoris Uxorem*, *in substrato*, *militans* Argumentum *est*, *quòd*, *si ipsa Debiti quæstionis solutionem non* in solidum *in suam quoque personam recepisset*, ipsa *sine dubio*, ex jamjam contra suum Maritum, ratione *ipsius hujus Debiti*, decretâ executione & incarceratione, longè majus Incommodum & Detrimentum, in re familiari, passura *fuisset. num.* 207. *usque ad num.* 214.

Fœmina, *licet pro solutione* Debiti Socialis *sese* expressè in solidum *obliget*; *tamen*, *regulariter*, pro parte *solummodò* dimidia, *cum effectu*, *tenetur*; quòad alteram *verò sine dubio gaudet* beneficio Scti Vellejani. *num.* 207. *& seq.*

Aliud *dicendum*, *si* se obliget in rem communem, quam etiam sua interest totam conservari. *num.* 208.

Veritas Septimi *hujus* argumenti, quoad hypothesin, ex Actis *probatur & dilucidatur. num.* 209. *& seqq.*

Carcer, *omnium judicio*, mala *est* mansio. *num.* 211.

Quando Uxor, in causâ Societatis, ex aliquâ rei familiaris Necessitate, *se*, *cum suô Maritô*, in solidum *obligat*; *& quidem in tali Familiæ statu. ut*, si ipsa hoc non fecisset, majus Damnum exindè passura fuisset, *tunc etiam ipsa Creditori* in Solidum *cum effectu tenetur*, neque *vel* beneficio Scti, *vel* Novæ Constitutionis, *in talibus terminis locus patescit. num.* 212. *& seq.*

Adducuntur *hanc in rem* duo Exempla. *num.* 212.

Octavum Argumentum, *quod ex præcedenti Septimo nonnihil specialiùs*

formatum, in eo consistit, quòd ex hac ipsa Uxoris pro Marito Debitore, in solidum facta, Intercessione triplex *è contra* Emolumentum, *nempe* (1) Liberatio Mariti ab incommodo, *adversus ipsum* ad peram & saccum usque *jamjam* decretæ, Executionis; (2) Redemtio ejusdem *ab illi pariter, ad solutionem ultimi oboli usque, jamjam intentatæ* diuturnæ, *& non sine* maximo *tùm* Uxoris, *tùm* utriusque Conjugum familiæ existimationis detrimento, *perferendæ*, Incarcerationis *haud postremâ* Ignominiâ; *denique* (3) Salubertima, *aliàs certò pertimescendæ ipsorum, tùm temporis vixdùm cœptæ*, Oeconomiæ & Lanionio-Cauponariæ Negotiationis, *totalis &* omnimodæ Ruinæ Aversio *ad ipsam evidentissimè redundaverit. num.* 214. *usque ad num.* 222.

Debitor, *Jure tùm Communi, tùm VVürtemb. regulariter, tamdiu* in Carcere detinetur, donec solvat, *vel* bonis cedat. *num.* 216.

Adducitur, pro firmamento Octavi Argum. notabile Dnn. Jctorum Jenensium Præjudicium, *quô* Uxor, *quæ in terminis non adeò urgentibus*, Creditoribus Mariti, ne Fama ipsius periclitaretur, & Executio in ipsius bona fieret, *indemnitatem his formalibus promiserat*: Die Kirche *(scil. Creditrix)* solte bey ihrem Mann nicht zu kurtz kommen; Sie wolte es lieber Selbsten miſſen / *hôc insuper habitô, quòd illa* Beneficiis sibi competentibus, *neque* in genere, *neque* in specie *renuntiaverit; tamen* à beneficio Sct. Vellej. & Novæ Constitutionis prorsùs excluſa, *&* Ecclesia Creditrix, ipsi, *etiam* ratione dotis, *& exindè acquisitæ* antiquioris hypothecæ, *in bonis Mariti*, prælata *fuit. num.* 218. *& ſqq.*

Si Fœmina, ne ipsius Pater *à Judice condemnatus*, propter solutionem, vexetur, *aliquid liberaliter v. g.* promittendo, solvendo, *&c. pro illo fecerit, illa* Senatusconsulto Vellejano *pariter* uta non erit. *num.* 220. *juncto n.* 222.

Si etiam Uxor *sui* Mariti debitum *ideò suscipiat*, ne *etiam* Maritus, propter illud, vexetur, idem *multo magis* obtinere *censendum est. num.* 220. *& ſeqq.*

Inter Maritum & Uxorem major, *quàm* inter Patrem & Filiam, affectio *præsumitur. num.* 221.

Notatur aliud supremi Parisiorum Senatûs Arrestum, *quô ille*, ob cautionem ab Uxore apud Acta, Judicio sisti, pro Maritô, *eapropter* à Carceris molestiis *liberatô, præstitam*, Senatusconsulti Vellejani apices *pariter exulare jussit. num.* 222.

Nonum, *ad Beneficium tùm Sct. Vellej. tùm Novæ Constitutionis, in proposito, excludendum faciens*, Argum. *hoc est, quòd hac ipsâ* Uxoris, pro suo Maritô, *seu* jam incarceratô, *seu mox* incarcerandô *facta* Intercessio, *licet* nullo Juramenti, *vel huic aquivalentis* Promissionis, *& sub illis facta* utriusque Muliebris beneficii Renunciationis, *vel præviæ eorundem* Certiorationis, *firmamentô* roborata *sit, tamen à DDbus pro* irretractabili *communiter* habeatur. *num.* 223. *usque ad num.* 238.

Ad proximè notatum effectum nihil refert, *sive* Uxor pro Marito, *jam* incarcerato, *sive, juxta teneriem* suæ Obligationis *& naturam* Instrumenti guarentigiati, *sive in consequentiam jam latæ* Sententiæ condemnatoriæ, *sive talis à Principe profecti* Rescripti, *quô vel parata Solutio, vel tamdiu duratura Incarceratio, donec illa sequatur. Marito imponitur*, mox incarcerando, *se ipsam, vel sua bona obstringat. num.* 224. *& ſeq.*

Idem *dicendum, si ipsa, olutionem, licet intercedendo, eô fine promiserit, ut* Honor Mariti, *vel* utriusque Conjugis *sartus tectus præstetur. num.* 225. *in fine.*

Adducuntur Rationes hujus juris. *num.* 226. *& ſqq.*

Hujusmodi Intercessio *concernit* Pietatem, Marito, ab Uxore, *vi individuæ vitæ consuetudinis* debitam. *num.* 227.

Ob hanc *etiam* alia Beneficia Mulieribus *indulta* cessant. *ibid.*

Hinc

Hinc eandem quoque DDres, non malè, piam, *imò etiam* piissimam *passim appellant. num.* 228.

Hinc quoque, eandem ob causam, Alienatio fundi dotalis, *contra ordinariam Juris regulam, permissa est. num.* 228.

Intercessio Uxoris pro *suo* Marito incarcerato, *vel* incarcerando, *non ex planè Voluntariâ; sed* ex apertissimè necessariâ Causâ *provenire censetur. num.* 229.

Tales Causæ *similiter omnem* Muliebribus Beneficiis locum præcludunt. *num.* 229.

Idem dicendum, si Uxor pro aliquô aliô suorum Necessariorum è vinculis liberando *sese obligaverit. num.* 230.

Maritum, in carcere detentum, alendi necessitas, *cessantibus omnibus muliebribus Beneficiis*, Uxori incumbit. *num.* 230.

Licet Uxor ad intercedendum pro Marito, *utut* carceri mancipato, invita *cogi nequeat; si tamen de facto sic intercesserit, tunc exindè pronatam Sui Obligationem, nec* Senatusconsulti, *nec* novæ Constitutionis *auxilio convellere potest. num.* 231.

Causa pro Marito incarcerato, *vel* incarcerando intercedendi *non tàm aliena, quàm ipsiusmet* Uxoris *intercedentis* propria *censetur. num.* 2,3.

Sicuti Alienatio fundi dotalis, *itemque* Fideicommissi, etiam familiæ, pro Marito *tùm* ex hostibus *redimendo, tùm* ex Carcere *liberando, contra Regulam Juris*, valida *est*: *Ità quoque* Intercessio *ab Uxore* ex eadem causâ *facta non minùs* firma *censeri debet. num.* 234. *& seq.*

Tametsi in Contractu pro liberatione Mariti incarcerati, *vel* incarcerandi, *ab Uxore initô*, Solennitates, per Statutaria Locorum Jura, *aliàs in Mulierum Contractibus* observatu necessariæ, adhibitæ haud fuerint; *iste tamen, ex causa, propter quam celebratus est, favore, nihilominùs subsistit. num.* 236. *& seqq.*

Etsi Filiusfamiliàs, ex formâ Statuti, *obligari non possit* sine Patris consensu; *ejus tamen* Obligatio *nihilominùs sustinetur*, *si* pro Patre è carceribus liberando *subeatur. num.* 237.

Si debitum pro utriusque Sustentatione *contractum fuerit*, *Uxor*, *ad illud exolvendum*, fundum dotalem alienare *benè potest. num* 238.

Decimum, *proximè præcedentium multùm confirmatorium*, Argumentum *in hoc positum est, quòd hæc ipsa, de qua quæstio est*, Uxoris pro Marito à Carceris molestiis liberando Intercessio *ulteriùs* (1.) ad *enixum ejus* Matris, *in ipso* actu Intercessionis præsentis, consilium; (2) ad *specialem* Præfecti in loco informationem; *itemque* (3.) ad præambulam, *tùm* materni, *tùm* proprii Curatoris *ad litem, sub hisce specialissimis formalibus*: Daß / wann Sie sich einmahl zu diser Schuld bekennen / Sie solche alßdann bezahlen müssen / plusquàm decies factam seriam Dehortationem & Certiorationem; (4) coram juratô *Actuarii* Substituto; (5) mediante Promissione loco Jurisjurandi, *& quidem* (6) *adeò* maturato proposito facta *fuerit*, *ut, quamvis ipsa eandem facere* diu ante tergiversata *fuerit*; *tandem tamen, Matris potissimùm persuasione, reique necessitate commota*, sciens lubensque *in eandem non saltem de facto* consenserit; *verùm etiam ( ) mododictum* Actuarii substitutum, *una cum Marito sollicitè* rogaverit, *ut* ipsorum nomine Libellum supplicem, *quô mediante* veniam omnia sua bona, *tàm præsentia, quàm futura*, in securitatem *hujus* debiti, *& ex illo præstandarum* Usurarum, oppignorandi *à Principe impetrarent, quantocius conciperet num.* 239. *usque ad num.* 251.

Veritas *omnium* hatum Circumstantiarum, ex Actis, *specialiter fir-mat. num.* 243. *& seqq.*

Solennitates Statutariæ *non habent locum, quando* Uxor ex piâ causâ *se obligat. num.* 245.

Promissio loco jurisjurandi *ad baculum Judicii facta, in* Foro Würtemb.

ex inveterata Consuetudine, etiam ad solennem *tùm* Scti Vellejani, *tùm* novl Beneficii *in Auth. Si qua Mulier. indulti,* Renuntiationem *non minùs, quàm* corporalis Jurisjurandi præstatio, *sufficiens habetur. num. 246.*

Omne Juramentum, *quod* non vergit in dispendium salutis æternæ *personæ jurantis, nec* in Tertii præjudicium, *irrevocabiliter* servari *oportet. num. 246. in fin.*

Renunciatio novæ *potissimùm* Constitutionis beneficii, *tàm ex* Juris Communis, *quàm* Würtembergici *expressa sanctione, regulariter*, præcisè in locô Judicii *fieri debet. num. 247.*

Ad hunc autem effectum, ut Judicialis *seu* in loco Judicii *facta dicatur, non sufficit, si illa* coram aliquot saltem, *in hunc ipsum licet finem specialiter convocatis,* Scabinis, *vel solummodò coram* Judicio pupillari, dem Waisen-Gericht / *vel* coram Præfecto *in* ædibus ejusdem privatis, *vel denique, ad speciale hujus jussum,* coram solô Judicii Actuariô, in der Amptschreiberey / *præstetur. num. 248.*

Ab hac *tamen* Regulâ Renunciatio, in gratiam Mariti è carceribus liberandi *facta, sine omni dubitatione,* excipitur. *num. 249.*

Utrum quoad notabilem hanc Limitationem, *quòd videlicet Uxor, pro Marito incarcerato, vel incarcerando, ad illum liberandum, licet absque juratâ tùm Scti Vellej. tùm alterius Beneficii, Renuntiatione, efficaciter obligetur, aliqua* inter incarcerandos, *vel* incarceratos ob Delicta, *vel* Debita, Distinctio facienda? *num. 250. & seqq.*

Sequuntur Rationes respondendi *ad superiùs adductas* Dubitandi *Rationes. num. 252. usque ad num. 326.*

Ad Primam. *num. 252. & sqq.*

Hæc *regula*, quòd *Uxor ex Contractibus* sui *Mariti* obligari haud *possit*, in *illis* locis, *ubi* inter Conjuges universalis bonorum Societas, *in specie* universarum fortunarum, *intercedit*, suum officium *penitùs* amittit. *num. 253.*

Idem etiam de illis locis, ubi Societas universalis simpliciter bonorum *viget, ac in specie quoque* de Ducatu Würtembergico, *in tali casu, quando* uterque Conjux cum Tertiô *simùl contrahunt, &* in unô eodemque Instrumento, singuli in solidum *sese* obligant; *ipsum verò* Debitum *ità comparatum est, ut*, nisi pro illo, *dictô modô*, etiam Uxor se obstringeret, majus *exindè* Damnum in ipsam, *vel* ejus bona facillimè redundare *posset, absque dubitatione statuendum videtur. num. 254. & sq.*

Notantur remissivè *adhuc* alii Casus, *quibus* Uxor, *æquè ac in casu pro Marito incarcerato præstita Intercessionis, vel ex capite* ejusdem, *in* aliis *tamen* Circumstantiis *& causis, pro ipsô* factæ Intercessionis, *vel* ex causa Societatis bonorum Conjugalis, *exclusis omnibus Beneficiis*, ad Solutionem, pro Marito, de propriis suis bonis *faciendam, invita* compelli *potest. num. 257.*

Ad Secundam *remissivè respondetur. num. 258.*

Ad Tertiam. *num. 259. usque ad num. 278.*

Debitor obæratus, *etiam inspecto Jure Würtembergico, vel* solvere, *vel* Carceris Squalorem, *tamdiu*, donec solvat, *aut* caveat, *aut* bonis cedat, sufferre *tenetur. num. 260.*

Beneficium Cessionis bonorum Debitori *obærato, etiam hoc jure*, id *solummodò* præstat, ne judicatus detrudatur in Carcerem. *num. 260.*

Vis, *quam* Magistratus, jure licito, *& honoris, quem sustinet, infert*, rectè inferri *in Jure dicitur. num. 261.*

Hinc etiam Debitor, per Mandata compulsorialia *ad solvendum compulsus, vel* Carceri *tamdiu, donec Debita solvat*, inclusus; *tametsi hoc* cum protestatione *faciat, se nimirum* vi metuque compulsum *solvere, tamen contra talem vim nec* in integrum Restitutionis *auxilium implorare, nec ad* aliud *ullum* Juris Remedium *confugere valet. num. 262.*

Uxor ex Contractu, *ex parte* Sui, prætensivè coacto, per *integros* novem

vem Annos, & post Præfecti, à quo sese *ad eundem ineundum* compulsam *prætendit*, ex isto loco *plenarium* discessum, Usuras annuas, sine omni *omninò*, *vel* minimâ, Mussitatione, *nedùm legitima* Protestatione, *unà cum Marito*, *Creditori* solvens, *eundem* pro legitimo & omni Coactionis vitio carente *toties quoties* agnovisse *justissimè præsumitur*, *sic*, *ut* posteà *eundem* ex hoc capite impugnare *ipsi* non ampliùs permissum *censeri queat*. *num. 263.*

Utrum hæc in Principio Tituli XXIX. Part. II. Juris Provinc. Würtembergici *obvia* verba: Es wäre dann / daß Sie das aus freyem und gantz ungezwungenem willen / und NB. **Gemeiner Haußhaltung zu guthem thäte / solches auch vor Gericht genugsamblich erscheinte** / de reali & effectivâ Versione *in rem communis Bb. Societatis*; *an verò tantùm ità accipienda sint*, *ut*, *juxta illa*, *Contractum in communem societatis utilitatem*, saltem ex voto, spe, *atque* intentione contrahentium Conjugum, *vel* utriusque, *vel* solius Mariti, *si ipse*, *ceu hujusdem Societatis præpositus* Magister & Administrator, *eundem solus inierit*, celebratum esse sufficiat? *num. 264. usque ad num. 277.*

In hoc *ipso* Principio *principaliter* de illis *saltem* Debitis *agitur*, *quæ ipsum* Maritum solitariè *respiciunt*, *& ad quæ solvenda* ipse solus obstrictus *est*. *num. 267. juncto num. 273.*

Mulier, *pro* hujusmodi Debitis *sese* obligans, *reverà* intercedit. *n. 268.*

Neque exindè aliter tenetur, *quàm si* pecuniæ *in* apertam *ipsius* Mulieris, *vel ejusdem* Liberorum utilitatem versæ *probentur*. *num. 269.*

Hinc aliud *è contra* de Debitis, communis Societatis causa, ab utroque *Conjugum*, *vel* à solo Marito; *sed tamen ut legitimo societatis* Præposito *& Administratore*, contractis, *quorum etiam in dicto principio simùl*, *licet* quasi incidenter & oppositivè, mentio *fit*, *juxta mentem Serenissimi* statuendum *esse*, vel sola Oppositionis & Contradistinctionis ratio *extra omnem dubitationis aleam ponit*. *num. 269. & seqq.*

Adducitur, *huic per omnia* consentiens, B. Dn. Lauterbachii interpretatio. *num. 272. & seqq.*

Nemo probatione *illius*, *quod* ad suam intentionem *fundandam & obtinendam* non requiritur, onerati *debet*. *num. 275.*

Hæ *duæ* Positiones: *Quòd ad istum effectum*, *ut ex Contractu*, *à solo Marito*, *cum Tertio inito*, *etiam* Uxor *obligetur*, Debitum Societatis causa, *seu* in Societatis utilitatem contractum esse *debeat*: *Et quòd*, *ad eundem effectum*, Pecuniam, *vel* Rem, ex Contractu, in communem pariter Societatis utilitatem, à solo Marito, *cum aliis* inito, acquisitam, *etiam* realiter & effectivè in rem Uxoris versam esse oporteat, *toto cœlo à se invicem* differunt. *n. 276.*

Tametsi Maritus pecuniam, Societatis causa, *mutuò sumptam*, in suam propriam utilitatem *converterit*; Uxor *tamen*, ex semisse, *ad ejus restitutionem* obstricta *est*. *num. 276.*

Hinc Creditor, *cum Marito* bona fide *contrahens*, non tenetur *inquirere*, *in quam* causam Maritus eam *sit* conversurus? *ibid.*

In Casu, *quando* Uxor pro Debito *solius* Mariti proprio, *quomodocunque intercedendo*, se, *vel* bona sua obligat, *& simùl* Beneficio *tùm* Novæ Constitutionis, *mediante* Juramento, *vel* loco Juramenti facta Promissione, *renuntiat*, *omnis* de Versione in rem Uxoris, *ejusque* probatione quæstio vana *prorsùs & Domitiana* est. *num. 277.*

Resp. ad Quartam Dubit. Rat. *num. 278. usque ad num. 311.*

Intercessionem quæstionis, eidemque conjunctam *Scti Vellej. & Beneficii Novæ Constitutionis* Renuntiationem *non saltem*, *(uti falsò prætendit Debitoris Uxor) coram Actuario Substituto*; *sed &* iteratò coram integro & pleno Judicio factam, *imò etiam posito*, *sed non concesso Casu*, sine hoc nihilominùs *efficacissimè* valituram *esse*, *multis*, *& concludentissimis rationibus* demonstratur. *num. 279. & mult. seqq.*

Scri-

Scripturæ, ex morte *sui* Authoris, *si persona* bonæ famæ & existimationis *fuerit*, haud exiguum *accedit* momentum. *num. 282.*

Instrumentum, publici *cumprimis* Officii nomine, subscribens, *omnia ejus* contenta *accuratè prius* perlegisse *præsumitur. num. 289.*

Instrumentum publicum *fortissimam* Juris præsumptionem pro se *habet, omniaque in illo perscripta tamdiu* pro veris & legaliter factis *habentur, quoad usque contrarium evidentissimis rationibus demonstretur. num. 293.*

Hinc etiam ejusmodi Instrumentum à DDbus, Probatio realis, rem reddens manifestam, ob duplicem *pro ipso militantem*, *tùm* Veritatis, *tùm* Solennitatis, præsumptionem, *passim vocatur. num. 294.*

Quanto plures Personæ *in* publicis Officiis *constituta tale Instrumentum vel* suis Sigillis, *præprimis ratione* Officii *impressis*, *vel* Subscriptionibus *corroborant*, *illiusque* Contenta, coram ipsis peracta, *tanquàm* certa *&* vera *testificantur*, tanto plus *quoque* fidei *ei attribuendum est. num. 295.*

Qui Instrumentum *suâ* propriâ manu *ipsi subscripsêre*, omnia *ejus* contenta pro veris profiteri *censentur. num. 296.*

Frequentissima Reorum Negatio haud attenditur. *num. 296.*

Fœminarum Curatores *ad litem validum*, pro illis, testimonium ferre non possunt. *num. 299.*

Testes *ità deponere debent*, *ut ipsorum* depositio per necesse *concludat, & proindè* incerta atque dubia Depositio nullam fidem *meretur. num. 301.*

Talis depositio *censetur & illa*, *quando Testes deponunt*, se non amplius recordari, *vel* Se nescire. *num. 302. & seq.*

Ubi nullum ex jurato Testium examine commodum *sperandum, ibi etiam* illud, *regulariter, non* decerni debet. *num. 303.*

Etiam absenti Mulieri Curator *ad litem*, à Judice *competente*, constitui *potest. num. 305.*

Resp. ad Quintam. *num. 312. usque ad num. 317.*

Non semper *sufficit*, dicere, *imò etiam* probare, *quòd aliquid* factum *sit, sed necesse est, etiam illud probare*, quo Tempore *hoc vel illud sit factum? n. 313.*

Quoad Contractus, *in* verisimilem *saltem & probabilem* communis Bb. Societatis Utilitatem initos, *sola* Vxoris Contradictio *non impedit*, *quo minùs* Debita *per eosdem contracta sint* socialia, ex *communi* Acquæstu *socialì* solvenda. *num. 314.*

Aliud *dicendum*, *si* Maritus *aliquam*, prorsùs insolitam, *sua* conditioni *atque* professioni non convenientem, *omniumque judicio* damnosam, *vel saltem* valdè periculosam Negotiationem *suscipiat. num. 315.*

Si bona fide *cum* alterutro, *vel* utroque Conjugum contrahentes *certum* communis Vtilitatis *eventum vel* effectum præstare *tenerentur*, *ipsis, per hoc*, Obligatio *ferè* ad impossibile *incumberet. num. 316.*

Ad impossibile Obligationem Leges ubique, *tàm* in Contractibus, *quàm* Sententiis, *&* præceptis, *odio habent justissimo.*

Ad Sextam. *num. 318. & seq.*

Maritus ad felicem & prosperum Contractuum, societatis *bonorum conjugalis* causa, *à se initorum*, Eventum *præstandum*, non magis, ac alii Contrahentes, *tenetur. num. 319.*

Ad Septimam. *num. 320. usque ad num. 324.*

Damnum, ex Baccho, Venere, Aleâ, *similive* Mariti prodigalitate *discendens innocenti ipsius* Vxori, *regulariter*, imputari haud debet. *num. 321.*

Diversum *tamen*, *quoad hoc punctum*, pro Statutorum inter Conjuges *obtinentium* diversitate, judicium *ferendum. num. 322.*

Si Maritus pecuniam, *vel aliam*, Societatis nomine acquisitam, rem *non in Societatis causam impendat*; *sed* ludendo, *vel* alia prodigalitatis specie, *cum gravissima familiæ jactura*, deperdat; *tunc*, *siquidem*, *desuper*, inter ipsosmet Conjuges, *vel ipsorum* Hæredes *controversia oriatur*, *tale* damnum Maritus

tus *haud dubiè* solus de suo præstare *tenetur*? *Sin autem inter talem* Creditorem *&* ambos Conjuges *lis desuper moveatur*, *tunc* dolus à Marito, *ceu societatis Præpositô*, *commissus longè* justiùs Vxori, *ejusdem conditionis gnaræ*, quàm Extraneo, bona fide *cum ipso* contrahenti, *& omnis* culpæ *utplurimum* experti, *imputatur*. *num.333. & seq.*

Ad Octavam. *num. 325. & seq.*

Quando Vxor *sese obligat* in rem communem, *quam* sua interest totam conservari, *& quidem* in solidum, *tunc illa*, excluso Sćto Vellejano, *& non solùm* pro suâ; *sed etiam* pro sui Mariti parte *efficacissimè obligatur*. *num.326.*

Commendatur *sub finem*, *potissimùm* in gratiam impuberum Debitoris Liberorum, *suscipiendum*, Transactionis tentamen. *num. 326.*

Subnectitur Sententia *totius Edictalis hujus Processus* definitiva. *num. 327.*

Vs denen hiebey remittirenden Actis haben wir / zu allhiesiger Juristen-Facultät verordnete Decanus und andere Doctores, bey derselben durchlesung / in mehrerem ersehen / welcher massen / nachdeme Hanns Jacob Eberlin / Burger- und Ochsen-Wirth zu Knittlingen / durch sein vielfältig / unvorsichtig und schädliches handlen / auch argistige hinterführung der leuth / je länger je mehr in einen grossen Schuldenlast eingesunckhen / also / daß er dahero seine Creditores nicht mehr zu contentiren vermocht / und dahero gebetten / ihme das beneficium Cessionis Bonorum angedeyhen zulassen / die Obrigkeit endlich / wegen vielen anlauffs der Creditorum, bewogen worden einen ordentlichen Concurs-process anzustellen / zu dem ende allerförderist besagten Eberlin / und seine Haußfrau mit leiblichen Eyden de fideliter indicandis omnibus suis facultatibus, zubelegen / und so fort ein vollständiges Inventarium über ihre Vermögenschafft begreiffen zulassen; da sich dann / nachdem alle Creditores edictaliter citirt wurden / und in Loco erschienen / förderist so viel ergeben / daß die auf —— 2828. Gulden / 46. Cr. sich belauffende Summa der passivorum das vorhandene Vermögen umb —— 1779. Gl. 11. Cr. 1. hllr. übertreffen;

nach dem innhalt Inventarii, *pag. 65. in fin.*

Ja / wann man das jenige / so des Eberlins fünff Kindern / mit 284. fl. 24. Cr. 4. hllr. von ihrer Avia materna verschafft worden / von der beyden Eheleuthe aigenthumblichem Vermögen / so in allem mehr nicht ist / als Sibenhundert / sechszig und fünff Gulden / 10. Cr. 1. hllr. nach erhaltschung der hatteren Rechten / defalcirt / so ergibt sichs / daß die Summa passivorum der beyden Eheleuthe aigenthumbliche Bona umb zwey Tausend drey und sechszig fl. 35. Cr. und 2. hllr. übersteige; also / daß diser nach / wann des Closters Maulbronn bestellten Hoffmeisters / Herrn Jacob Zeeben / auf 968. fl. 51. Cr. 3. hllr. sich belauffende Forderung von beyden Eheleuthen bezahlt werden muß / nicht einmahl diser Creditor, umb seine gantze Prætension / nemlich nicht nur umb sein / auf 696. fl. noch ausständiges Capital; sondern auch (nach Verordnung so wohl der Gemeinen / als Hoch-Fürstl. Land-Rechten;

Ità namque haud pauci ex Nostris definiunt, quòd talia Merita necessaria sint, ut illi Conjugi, qui eadem præstitit, actionem adversus alterum conjugem pariant. Aliàs namque simplex diceretur donatio, ex mera proveniens liberalitate. Hincque merita illa, quæ inter Conjuges præstari debent, & obsequialia communiter appellantur, sicut propriè ità dictam remunerationem non recipere dicuntur, eandemque haud mereri contendunt Salicetus, 10 11

ad *L. Filia. num. 12. Cod. famil. ercisc.* Franciscus Cardinalis Mantica, de *tacit. & ambig. convention. lib. 21. tit. 4. num. 8.* Addatur omninò Arius Pinellus, ad *L. 1. parte 3. num. 62. Cod. de bon. matern.* ubi istam doctrinam acerrimè propugnat. Bachov. ad *Treutler. vol. 2. Disp. 19. th. 3. lit. E. vers. Sed hic aliquando.* B. Dn. Lauterbach, de *societat. bb. conjug. cap. 4. §. 29. pag. 36.* Georgius Franzkius, ad *tit. π. de evictionib. num. 506.* Joh. Bapt. Hodierna, ad *d. L. Hac edictali. Q. 25. num. 22.*

ità etiam, quòd tales remuneratoriæ tùm Donationes, tùm supremæ voluntatis Dispositiones Legis, Hac edictall, sanctioni subjaceant, in terminis statuminat laudatus Hodierna, 12

dicta Q. 25. num. 21. & seqq.

Et quemadmodum DDres etiam de illis donationibus, quæ à Patre in filiumfamiliâs conferuntur, acerrimè contendunt, quòd etiam illæ pro firmis & validis propugnari non possint; eo quòd Filius Patri omnia debeat, ità, ut, licet Filius omnia, quæ hominibus præstari possunt, in Patrem 13 14

conferret; tamen ille de patre benemeritus dici possit haudquaquàm. Finge, inquit Pinellus, quæcunque servitia, obsequia, curationes in infirmitatibus, totum id, quicquidve majus excogitari queat, Parentibus deberur; per *L. 2. de 7. & 7. L. 5. Cod. de patr. potest.* Undè negat sustineri posse, quòd Pater in remunerationem servitiorum suo Filiofamiliâs donare valeat, cùm remunerationem non exposcant servitia, ad quæ præstanda quis de Jure tenetur;

advertente Fontanella, de *pactis nuptial. clausſ. 4. glossa 7. parte 2. num. 6.*

15 Ità etiam hujus generis liberalitates, quas binubus Parens, seu inter vivos, seu mortis causa, in alterum conjugem, vel propter labores à Marito in recuperandis bonis Uxoris factos, vel ob patrocinium, quod Maritus Uxori, tanquàm Advocatus, in litibus ejus præstitit, vel in specie etiam ob servitia & impensas, in Conjugis diuturna ægritudine erogatas, benevolè conferuntur, pro remuneratoriis haberi non posse, ex Ripa, Eugenio, Socino, Mantica, & Tiraquello, de communi testantibus, corroborat Hodierna,

dicta Q. 25. num. 38. & seqq. Addantur, quæ habet Marius Giurba, ad *Consuetud. Messanens. cap. 1. gloss. 10. parte 1. num. 16.*

16 Tralatitium enim est, quòd Uxor marito ad obsequialia servitia teneatur;

Can. Manifestum. 10. in fin. & Can. Mulierem. 17. Causa 33. Q. 5. L. 14. §. 1. fol. matrim. L. un. §. 7. Cod. de rei uxor. act.

ceu ad sui mariti adjutorium & solatium à DEO creata;

Genes. 2. vers. 18. Henning. Arnisæus, de *jure connubior. cap. 7. sect. ult. num. 32.* Johannes Gerhardus, in *locis theologic. loco de conjug. §. 451. & 442.* B. Dn. Lauterbach, in *colleg. theor. pract. tit. de ritu nuptiar. §. 87.*

17 Ex quo passim hoc circumferunt, quòd inter Conjuges reciproca seu mutua (intelige liberalis) quædam servitus sit, sive magis Obligatio ad illa fideliter sibi invicem præstanda, quæ DEUS inter conjuges, ut se invicem adjuvent, & alter alterius salutem procuret, præstari voluit, ceu humani simùl & divini juris socios, omnisque vitæ & fortunæ consortes.

Rota Romana, apud Manticam, *Decis. 49. num. 8. cum seqq.* I. B. Hodierna, *d. l. num. 24.* Christianus Rodenburg. de *jure connubior. tit. 2. cap. 4. num. 17.* ubi ità de

18 his gravissimè differit: Ecquid est, inquiens, quod Conjuges pro officiis erga se invicem præstitis postulent, aut sibi deberi putent? Nonne ad mutuam opem ipsô matrimonii fœdere adstricti sunt? Nonne Uxor speciatim viro data est à DEO, ut cedat ei in opem

19 laborumque adjutorium? Apud Germanos veteres monebatur mulier, venire se laborum periculorumque sociam, idem in prælio passuram, ausuramque. Nonne hæc officia ab amore magis, quàm à pretio

20 proficisci conveniens est? Nonne vel ob

21 hoc ipsum, ne Amor inter eos esset venalis, nec pretio conciliari videretur, donationes prohibuére Romani? Sane dehonestatur pessimo exemplo honor conjugalis, si spes lucri potiùs, quàm amor matrimonialis, hujusmodi officia elicuerit. &c.

Ungeachtet aber diser und dergleichen 22 Einreden seyn wir diser einmüthigen und beständigen meinung / daß das von Titio auffgerichtete Testament in allweg gültig / und weder im nahmen deren aus letzter Ehe / mit Sempronia Selbsten erzeugter / kinder / noch auch von denen dreyen / ex priori connubio vorhandenen kindern / sub ullo prætextu, und in specie auch sub obtentu sanctionis in *L. 6. Cod. de S. N.* angefochten werden könne. Von den kindern letzter Ehe / und ihren Vormündern daß solches nicht geschehen könne / daran waltet 23 bey uns nicht der wenigste zweiffel / wohlerwogen / daß Titius Ihnen allen und jeden / von seinen facultatibus, ihren Pflichtheil / honorabili institutionis titulo, verschafft / und dahero / so viel dise kinder betrifft / mit dem jenigen / was Ihnen / in casu intestati, von seiner Substantz / über ihre Legitimam, gebührt haben würde / pro liberrimo arbitrio, zu disponiren / und dasselbe dahin / wahin er gewolt / zu verschaffen vermocht hat;

juxta jura tritissima in *L. 8.* ubi ità Alexander: Parentibus, rescribit, arbitrium dividendæ hæreditatis inter liberos adimendum non est; dummodò non minus is, qui pietatis sibi conscius est, Partis, quæ intestato defuncto potuit ad eum pertinere, Quartam ex judicio Parentis obtineat. *Cod. de inoffic. testam. L. 10. Cod. famil. erciscu.* B. Dn. Lauterbach, in *colleg. 7. theor. pract. tit. de inoffic. testam. §. 50.* ibi: *Effectus Legitimæ liberis relictæ, ratione Testatoris, in eo, consistit, quòd, Legitimâ dictis personis relictâ, ipse de reliquis liberè disponere possit.* Jacobus Mæstertius, *tract. de secund. nupt. Q. 47. num. 3.* ubi vide omninò.

So viel aber die Kinder aus erster Ehe 25 concernirt / so kompt es alles auff dises an: Ob / vors Erste / des Titii letzten willens verordnung pro remuneratoriâ Dispositione, verè & juridicè sic dictâ, zuhalten? Und / fürs Ander / ob ein solche remuneratorische Disposition ad objectum sæpedictæ Legis, Hâc edictali. Cod. de secund. nupt. gehöre / oder nicht?

Belangend das Erste Membrum, so 26 seyn zwar die Rechtslehrere / juxta proximè præmissa, nicht einerley meinung / ob auch solcherley Operæ obsequiales, und getreue Bedienung / die ein Ehefrau ihrem

Mann

Mann auch in einer langwührigen Kranckheit erzaigt/ diser wichtigkeit seyen/ daß die derentwegen an Sie geschehene Donation, inter vivos, vel mortis causa, pro remuneratoria zuhaltten sey? Wann wir aber das alles/ was die berühmt und bewährteste Doctores von diser Frag lehren/ in compendium revociren/ so finden wir forderist/
27 quà Juris, so viel/ daß ad statuminandam remuneratoriam Dispositionem, vel Donationem, posthabitâ doctrinâ Arii Pinelli, ad *L. 1. Cod. de bon. matern.* nicht præcisè solche Merita, quæ aliquem Judicio, seu judiciali conventioni, ut invitus illa pensęt, obnoxium reddant, erfordert
28 werden; sondern/ ex receptissimâ plerorumque sententiâ, genugsamb sey/ wann ein Ehegatt/dem andern/dergleichen ponderosa, sive obsequialia, sive industrialia, merita præstirt/ daß eine dahero entstehende merckhliche/ grosse und sonderbahre Ratio Æquitatis deroselben Erwiderung und Remuneration, pro religioso & æquanimi
29 Judicis arbitrio, exigirt: Eben so/ als gleichmässig/ ex communissimo Interppr. placito, solche Donationes, ob similia merita, à Patre in suos Filios- vel Filias-familiâs collatæ, non obstante hâc aliâ Legis prohibitione, quòd inter Patrem & Liberos familiâs, regulariter, nulla Jure valida Donatio pedem figere valeat, doch pro firmis & validis agnoscirt und gehaltten werden.

30 Sanè enim, quòd non solùm propter Operas, quas dicimus, industriales ponderosas seu magnas, à Patre in Filium, in paternâ adhuc potestate constitutum, collata Donatio, pro remuneratoria & validâ habeatur; prout in individuo definiunt Clarus, Menochius, Gailius, Rolandus à Valle, Suarezius, Vivius, Vasquez, Garsias, Decianus, in locis quos exhibet consentiens Fontanella,

de *pactis nuptial. claus. 4. glossa 7. parte 2. num. 1. & mult. seqq.* Franciscus Milanensis, *lib. 2. Decis. 3. num. 91.* Weipertus Ludovicus Fabricius, ad *Gail. lib. 2. observ. 38. sect. 2.* post plures, Carpzovius, *J. F. part. 2. C. 12. D. 22. num. 6.* ibidemque in notis Goswinus ab Esbach. cum Glossa & DDbus communiter, Johannes Gutierrez, de *juram. confirmator. parte 1. cap. 5. num. 1. & 13.*

31 Sed quòd idem judicium etiam de tali Donatione, quæ propter operas obsequiales, si eædem diutissimè, magnâque curâ & sollicitudine, in gravissima præsertim, vel diuturnâ Parentis, vel Conjugis ægritudine, impendantur, in Filium familiâs, vel Conjugem collata, procul dubio ferri debeat, pariformiter his specificis in terminis determinant Cardinalis Parisius, *parte 3. consil. 9. num. 8.* ubi sic: *Quando*, inquit, *Maritus donans fecit donationem propter benemerita, & alia Servitia, qua recepit & habuit à Domina Simona, ejus Uxore, qua in sua donatione sigillatim exprimit, talis donatio* remuneratoria *erit valida & firma, esto quòd sit inter ipsos* Conjuges *facta; per Bartolum, Corneum, Decium, Alexandrum, & alios, qui concludunt, donationem inter maritum & uxorem valere propter merita; etiamsi essent* obsequialia, in gravi & longâ infirmitate Mariti *præstita; dummodò de ipsis meritis possit constare saltim per conjecturas. Et quoties dicta Merita essent probata*, nullum dubium est, quòd talis Donatio est validissima. Andreas Tiraquellus, ad *L. Si unquàm. verb. Donatione largitus. num. 108. Cod. de revocand. donation.* ubi pariter scribit, quòd hujusmodi 32
obsequia officialia, diutissimè, & cum magna sollicitudine, in gravi & longâ Mariti, vel Patris ægritudine præstita, judicanda sint, ut alia à nostris propriè sic dicta Merita, & proindè & ipsa Remuneratione digna intelligantur. post Baldum, Castrensem, Jasonem, & alios, Bb. Domini Antecessores hujus Universitatis, apud Besoldum, *consil. 151. num. 134.* ibi: *Si talia officia non essent impensa diutissimè & extraordinariè, puta in gravi quodam morbo &c.* Henricus Bocerus, de *donationib. cap. 13. num. 13.* verbis: Est & illud hîc notandum, quòd operæ & obsequia, quæ Liberi Parentibus, & Uxor Marito debent, pro meritis, ut ex illis remuneratoria censeatur donatio, non habeantur, nisi ejusmodi officia obsequialia diutissimè, cum magna cura & sollicitudine, in gravi quapiâm & longa ægritudine Parentis, & Mariti impensa fuerint. Melchior Palaez, de *majoratu, in 1. part. 2. Q. 22. num. 22.* Philippus Paschalis, de *virib. patriæ potest. parte 1. cap. 4. num. 52.* ibi: *Nisi fortè ejusmodi officia obsequialia* diutissimè *impensa fuissent cum* magnâ curâ & sollicitudine, & in aliqua gravi & longa ægritudine: *Hæc enim, quamvis debita, etiam remuneratione digna judicanda sunt.* Philippus Decius, *consil. 201. num. 6. in fin.* ubi scribit: Quòd, licet talia Uxoris benemerita erga Petrum, ejus Maritum, essent obsequialia, quæ ex necessitate erant præstanda, & non faciant Donationem valere; ut notat Baldus, in *L. Si donatione. in princip. Cod. de collation.* ut ibi per Alexandrum; quia respondetur, quòd, licet Uxor debeat esse officiosa Marito; tamen, si ipsa sit Nobilis, non tenetur Viro in servilibus officiis servire; ut notat Abbas, limitando dicta Johannis Andreæ, ibi, in *capit. Literas. de restitut. spoliator.* ubi allegat tx. in *L. Interdùm. ff. de oper. libert.* Undè ista, se exhibendo facilem & promptam etiam in vilissimis ser- 33

vitiis, ad quæ non tenebatur in gravi & longa infirmitate ipsius Mariti, dicitur benemerita; & ità Donatio sibi facta justificatur. Johannes Heeserus, de *acquæstu conjug. parte 2. Loco 30. num. 331. & 332.*

34 Ex quo ità in his ipsis, quibus hîc occupamur, specificis terminis Johann-Petrus Fontanella: Idem etiam, inquit, ante docuerunt Johannes Garsias, de *donat. remunerator. num. 38.* cum pluribus aliis, procedere etiam inter Maritum & Uxorem, ut valeat inter ipsos Donatio remuneratoria, quo loci quædam officia remuneratione digna censet, quæ possunt ab Uxore in Maritum
35 conferri, veluti si Fœmina nobili marito ægrotanti cibum paret, medicamenta apponat, excubet pernox, fricet, ungat, torum sternat ipsa, ut melius cubet, lavet, nec abstineat à coquinaria opera, & servilibus ministeriis: Per hæc, & alia, tenet Garsias, contra Pinellum, valere donationem remuneratoriam inter Maritum & Uxorem &c.

in *tract. de pactis nuptialib. claus. 4. glossa 7. parte 2. num. 14.*

Quibus omninò adhuc addi merentur, quæ de his commentatur Thomas Sanchez, de *matrimon. lib. 6. Disp. 6. num. 14.* ubi ità, inter alia, quæ inferiùs allegabimus: Similiter, inquit, erunt obsequia remuneratione digna, licet aliàs debita, si essent impensa diutissimè, & magnâ curâ, in gravi & longa ægritudine Patris, vel Viri &c.

36 Et ab hac communissima, tùm in Hispania, tùm apud exteros, quod dicit Johannes Garsias à Saavedra, de *donat. remunerator. num. 44.* receptissimâ sententia recedendum non esse plenâ manu corroborat laudatus Fontanella, *cit. loc. num. 8.* ibi: Existimo, non esse recedendum à communissima & receptissima opinione &c. junctо *d. num. 14. cum seqq.* Johann-Bapt. Hodierna, ad *d. L. 6. num. 27. Cod. de sec. nupt.* ubi scribit, hanc sententiam, quòd ad donationem remuneratoriam inter Conjuges non præcisè talia merita requirantur, quæ ad illam extorquendam Actionem benemerito Conjugi pariant, esse Communiorem, & per Rotæ Romanæ Judicata firmatam: Id quod etiam in hoc ipso, de quo quærimus, articulo: Utrum talis Donatio sæpedictæ Legis sextæ, Cod. de S. N. sanctioni subjaceat? suo quoque testimonio constabilit Heeserus, de *acquæstu conjug. parte 2, Loco 30. num. 328. & 331.* & qui illam in similima, & cum præsenti pari passu ambulante, hâc videlicet Q: Utrum talia Merita, de quibus hîc quæritur, ad hoc, ut Donatio, eapropter, à Patre suo Filio facta, remuneratoria appellari mereatur? ex cathedra inaugurali defendit Collega noster, D. Harpprecht, in *Dissert. de operis liberorum, quas suis parentib. debent ac præstant, th. 41. pag. 56.* Addatur Fachinæus, *controvers. lib. 3. cap. 74.* Henricus Hahnius, *ad Wesembec. tit. de donation. num. 4.*

Und daß bißdahero außgeführter Rechts 37.
billichster sentenz all das jenige / was im eingang pro stabilimento contrariæ sententiæ angeführt worden / nichts in weg legen möge; sondern dise contraria quorundam dissentientium traditio, quòd propter Uxoris operas obsequiales, Marito, in ipsius ægritu præstitas, dine, ei facta Donatio, vel Dispositio pro remuneratoria haberi non debeat, in talibus Operis, quas & Temporis, præprimis complurium Annorum, molestissima Diuturnitas, tùm & planè singularis fidelissimæ Conjugis Patientia, Pietas, Cura, Sollicitudo & Constantia commendant, & ipsarum Operarum in illustrem Matronam vix cadens Vilitas, & nocturno non minùs, quàm tempore diurno incessanter perseverans Multiplicitas & Varietas summis omnium elogiis dignissimas reddunt, nullo modo anschlage / das erhellet so wohl ex hucusque deductis, als aus dem / was noch weitter / ex primi subsellii DDbus, hierzu angeführt jamjàm laudatus Pater Thomas Sanchezius, omnia contrariari visa ità funditòs prosternens:

Dubitabis, ait ille, quæ obsequia Uxoris minimè sint Viro debita, ut ob ea liceat Viro Uxorem remunerare? Pinellus, de *bon. matern. L. 1. parte 3. num. 91. vers. Sed prædicti viri.* docet, Uxorem omnia obsequia Viro debere, ac proindè nulla esse remuneratione digna. Idem Barbatius additionat. ad Baldum, in *L. Si uxorem. Cod. de condition. insert.* asserens, Uxorem nobilem teneri ad obsequia, licet vilia sint. Et videntur tenere Andreas, in *Cap. Literas. num. 9. de restit. spoliat.* & Angelus, *verb. Uxor. num. 2.* Dicunt enim, indistinctè teneri Uxorem ad obsequia Viri, etiam vilia. Et hoc dicit fortasse verius esse Tiraquellus, de *nobilit. cap. 20. num. 95. & seqq.* ad quem locum se remiserat *L. 1. connub. glossa 1. part. 1. num. 27.* & probat, quia non debet esse conditio creditoris deterior ob debitoris nobilitatem, nisi aliter esset Jure cautum: At ex Juris dispositione tenetur Uxor operas præstare Viro, cùm sit ipsi subdita: *L. Sed si Vir. ff. de donation. int. vir. & uxor.* bonus textus in *Cap. Hæc imago. & Can. Est ordo. 33. Q. 5.* ubi dicitur, Mulierem esse viro subditam, & penè ejus famulam. Ergò, licet Uxor sit nobilis, ad hæc tenetur, cùm in Jure non excipiatur. Secundò quia ab initio contracti matrimonii inerat ea dignitas Uxori. Ergò ea non excusat ab his obsequiis: eô enim, quòd se ad matrimonium obligavit, consequenter se ad hæc quoq; obsequia obstrinxit. Sed verius est, non teneri Uxorê nobilem

nobilem ad ea obsequia vilia; sed ad ea sola, quæ juxta suam dignitatem ac conditionem non dedecent: Quare, si ea vilia præstet, digna erunt remuneratione. Undè non tenetur lavare caput & pedes Viri, cibos condire, & alia servilia ministeria exercere. Facit optimè in alio simili *L. 1. ff. de oper. libert.* ibi: Sed, si liberta, quæ operas promisit, ad eam dignitatem perveniat, ut inconveniens sit præstare patrono operas, ipso jure hæ intercident. Sic docent Baldus, in *L. Si uxorem. num. 6. Cod. de condition. insert.* Abbas, in *Cap. Literas. num. 27. de restit. spoliat.* Felinus, ad *Cap. Illud. num. 11. vers. Adde istis. de præsumption.* Decius, *consil. 202. vers. Nec obstat, quòd alia.* Corsetus, *tract. de potest. reg. Q. 30. in fin.* Johannes Lupus, ad *rubr. de donation. §. 31. num. 2. & §. 50. num. 33. & §. 62. num. 6.* Rosella, *verb. Uxor. num. 6.* & ibi Sylvanus, *Q. 2.* Suarez. *lib. 9. tit. de los pleitos. num. 13. in fin. L. 1. fori.* Johann. Garcia, de *donat. remunerat. num. 28.* Et conferunt ad hoc, quæ docent Cynus & Salicetus, ad *d. L. Si uxorem.* & Guilielm. Benedictus, in *Cap. Raynutius. de testam. verb. Dotem, quæ ei dederat. num. 47.* ubi docent, Uxorem nobilem non teneri operari viro. Similiter erunt obsequia remuneratione digna, licet aliàs debita, si essent impensa diutissimè & magna cura in gravi & longa ægritudine Viri &c.

41 42

43 Allermassen nun dises in puncto Juris seine gantz ungezweifelte richtigkeit hat / also / daß dannenhero / auch bey unserem Collegio, nach disen principiis, zu allen zeitten gesprochen worden:

juxta ea, quæ latiùs de his exhibet Collega noster D. Harpprecht, in *vol. 3. consil. 35. num. 108. cum seqq. & in Respp. criminalib. & civilib. Resp. 66. num. 100. junctis ibi seqq. & præcedentibus*: Qui etiam in summo hujus inclyti Ducatûs Würtembergici

44 Dicasterio, Anno 1692. die 20. Jun. in causa weyl. Herrn Johann Wilhelm Heerbrands gewesenen Fürstlichen Würtembergischen Hoffpredigers / Erben / Aa. Tt. contra seiner Haußfrauen hinterlassene Hæredes, Rr. Nn. ceu ejusdem Supremi Tribunalis Assessor, in eandem sententiam judicatum testatur:

45 Also ist es nicht weniger quà Facti an dem / daß / wann Frau Sempronia, durch tüchtige Zeugen / es seyen gleich Selbige Cavaliers. oder Dames, welche ihren Maritum und Sie selbsten / in ihrem neunjährigen Ehestand zu zeitten besucht / oder ihre in solcher Zeit gewesene Domestiquen, Medici, Chirurgi, Seelsorgere / Unterthanen / oder

46 andere Zeugen / (Juxta ea, quæ passim de legali Meritorum probatione DDres definiunt;

ut videre est apud Martam Neapolitan. in *Digesto noviss. tomo 3. tit. Donatio, cap. 78. & 79.* Besold. *cons. 151. num. 12.* post plures, Heeserum, de *acquæstu conjug. part. 2. Loco 7. num. 26.* Collegam nostrum D. Harpprechtum, *Resp. 66. num. 12. cum seqq.*) zuerweisen vermag / daß Sie nicht nur / ihrer schuldigkeit gemäß / gegen ihrem nunmehr seelig abgeleibten Gemahl mit treuer liebe / und mehrerer auffwartung / alß man von Ihr hätte können erfordern / sich also verhaltten / daß Er Selbsten ihre conduite nicht gnugsamb allenthalben / auch in seinem Testament / rühmen können; sondern auch und fürnemlich dises verificiren kan / daß in de- 47
nen neun Jahren / welche Sie im Ehestand miteinander gelebt / kaum ein völliges viertel Jahrs / oder sonsten gar kurze Zeit / herauß kommen würde / in welcher Sie Ihn gesund gehabt; also / daß Sie dahero ihre junge Jahr mit anders nichts zugebracht / als mit lauter Müh / Täg- und Nächtlicher grosser Unruh / auch täglicher vergiessung vieler Trähnen / auch von diser / zu ihrem favôr und vorstand / von ihrem Gemahl Herrn Titio gemachten letzten willens verordnung kein anders judicium gefällt werden möge / als daß auch dieselbe pro juridicè, verè, & propriè sic dicta, remuneratoria Dispositione indubitatò zuhaltten sey;

prout optimè hanc in rem commentatur Fontanella, de *pactis nuptial. claus. 5. glossa 8. parte 4. num. 70.* ubi ità signanter: 48
Veritas, inquit, est, posse inter Virum & Uxorem dari veram donationem remuneratoriam: Possunt enim talia ab uno in alium beneficia conferri, quòd, remuneratione illa digna esse, nemo non dijudicet, quorum ratione donatio quæ fiet, 49
propriè remuneratoria dicetur.

Dan daß wir auch dises / quòd ad fundandam talem Donationem remuneratoriam nicht præcisè solche Merita, quæ, ad illam exigendã & à Donatore invito extorquendam, benemerito Conjugi Actionem concilient, nothwendig erfordert / und probirt werden müssen; sondern gantz genug sey / wañ nur eine sonderbahre / notable, und grosse Ratio Æquitatis, quam imprimis Diuturnitas in gravissimo, & per multos præcipuè Annos molestissimè durante, Mariti morbo, interdiu & noctu, inter lachrymas & suspiria præstitarum operarum præstantia conciliat, einer solchen Erwiderung und remuneratoriæ Dispositioni das gültige wort spricht / das erhellet aus deme / was / ultra superiùs á nobis notata, in individuo & cum communi DDrum Schola hierron handlet Thomas Sanchez, 50

dicta Disp. 6. num. 21. præcipuè in verbis: Donatio remuneratoria, quamvis Merita

ta

ta non pariant Actionem ex Justitiæ lege, non est absoluta donatio; sed potiùs debiti solutio. Ergò non censetur inter
51 Conjuges prohibita. Et de aliis personis, regulariter, etiam donare prohibitis, verbi grat. Prælatis tàm inferioribus, quàm superioribus, quòd nimirum & ab ipsis, de bonis Ecclesiæ factæ donationes remuneratoriæ pro firmis & validis à DDbus reputentur, licet præstita benemerita de rigore Juris nullam compensationem seu remunerationem extorquere valerent; sed ex sola honesta quadam ac morali gratitudine remunerentur, cum Glossa, Navarro, Rota Romana, & Ludowisio, plenâ manu corroborat Johannes Solorzanus, de *Jure Indiar. tomo 2. lib. 3. cap. 10. num. 83.* plenissimè Collega noster D. Harpprecht, *Resp. 66. num. 84. & 168.*

52 Præsuppositô verò hôc, daß diſe Dispositio deß seeligen Herrn Titii eine remuneratoria Dispositio sey / ist bey disem Zwaitten Membro obgesetzter Quæstion: Ob eine dergleichen remuneratoria Dispositio, vel Donatio der Verordnung Legis VI. Cod. de secund. nupt. unterworffen / oder nicht?
53 Kein zweifel zumachen / daß diſe Lex sexta solche remuneratorias seu Donationes, inter vivos, vel mortis causa, seu Institutiones, seu Substitutiones, seu Legata, & tùm singularia, tùm universalia Fideicommissa ganz und gar nicht angehe / und dahero auch diſe testamentliche Dispositio, in deren Herr Titius seiner Frauin Gemahlin das jenige alles / was / über abstattung seiner samptlichen Kinder Pflichtheils / an seinem Vermögen noch übrig verbleibt / und also die Helfte seines ganzen aigenthumblichen vermögens verschafft / ex dictæ Legis dispositione nicht mit bestand angefochten werden könne.

Quod enim DDres communissimè dictitant, quòd & aliæ Personæ, regulariter,
54 in LLbus donare prohibitæ tamen donationes atque dispositiones remuneratorias ordinare & condere haud prohibeantur:

ut signanter de Prælatis decidit Surdus, *consil. 149. num. 34.*

55 & de Tutoribus, præprimis personarum nobilium & illustrium, prolixissimè Collega noster D. Harpprecht, *consil. 57. num. 77. & mult. seqq.*

itemque de aliis Andreas Tiraquellus,
56 ad *L. Si unquàm. verb. Donatione largitus. num. 16. & mult. seqq. Cod. de revocand. donation.*

hoc rectissimè etiam ad binubos Parentes,
57 ex priori matrimonio Liberos habentes, à DDbus passim porrectum videmus, quòd nimirum & talis binubus Pater, ex causa hujusmodi liberalitatis & gratitudinis remuneratoriæ, plus, quàm uni ex Liberis prioris connubii, secundæ Uxori quovis modo relinquere, vel assignare, per ampliſſimam quantumvis & generalissimam prohibitionem sæpedictæ Legis VI. non prohibitus censeatur;

ut in terminantissimis, quod ajunt, terminis, tradit Stephanus Bertrandus, *consil. 292.* Alexander Trentacinquius, *varr. resol. lib. 3. tit. de matrimon. Resol. 5. pag. nobis. 418.* vers. Quartò dispositio Legis, Hac edictali, procedit, quando Conjux aliquid
58 consequeretur titulo lucrativo; secùs, si ex titulo oneroso. Baldus, in *d. L. Hac edictali, in 1. & 2.* lectura. Bertrandus, in *consil. 292. vol. 3. & in d. L. Hac edictali.* Et ideò Lex non habet locum in donatione remuneratoria. Vincentius de Franchis, *Decis. Neapol. 632. num. 1.* & *Decis. 428. in princ. num. 2.* Johann-Petrus Surdus, *consil. 164. num. 4. & seqq.* Johann-Petrus Fontanella, de *pactis nuptial. clausula 5. glossa 8. part. 4. num. 66. cum seqq.* Johannes de Garonibus, in *repetit. L. Fœmina. num. 39. cum seqq. Cod. de secund. nupt.* Johann-Bapt. Hodierna, ad *d. L. Hac edictali. Cod. d. tit. Q. 25. num. 12.* Johannes Heeserus, de *acquæstu conjug. part. 2. Loco 30. num. 316. & seq.* Anton. Gabrielius, *comm. conclus. lib. 3. tit. de sec. nupt. conclus. 4. num. 64.* Collega noster, D. Harpprecht. *vol. 3. consil. 35. num. 98.* Vincentium de Franchis, *Decis. 438. num. 4.* Palat. Rub. in *repetit. rubr. de donation. int. vir. & uxor. §. 50. num. 35. vers. Pro complemento.* Menochium, *consil. 155. num. 6.* Gutierrezium, *pract. Qq. lib. 4. Q. 65. num. 11.* Barbosam, ad *d. L. 3. num. 21.*

Cùm enim hujusmodi Dispositiones & 59
Donationes remuneratoriæ propriè non sint donatio; sed potiùs ejus, quod Jure naturali debetur, Solutio, sive quædam quasi compensatio, & genus quoddam permutationis:

L. 27. L. 32. de donation. L. 25. §. 11. de bered. petit. ibidemque DDres. Paulus Christinæus, ad *consuetud. Mechlinien. tit. 17. artic. 3. num. 6.* Cardinalis Mantica, de *tacit. & ambig. conventionib. lib. 13. tit. 15. num. 17.* Garsias, de *donat. remunerator. num. 17.* Jul. Clarus, in *R. S. §. Donatio. Q. 3. §. 1.* ibique *in addition.* Johannes Harpprechtus. Tiraquellus, ad *L. Si unquàm, verb. Donatione largitus. num. 11. Cod. de revoc. donat.* Paulus Busius, ad *L. 1. num. 4. in fin. de donat.* Johann. Cephalus, *cons. 454. num. 68.* Cyriacus, *controv. for. 469. num. 56.* Giurba, *lib. 1. observ. 75. num. 7.* Petrus Pacionus, in *allegationib. Jur. Civil. & Canon. Alleg. 152. num. 7.* Carpzovius, *p.*

F. part. 2. C. 12. D. 34. num. 5. ibique in *not.* Gos Winus ab Esbach. Mevius, *consil. 97. num. 63.* ubi scribit, de contractibus remuneralibus ità Omnes sentire, quòd Donationum instar non habeantur; sed inter contractus onerosos referantur; de quo etiam pluribus differit Surdus, *consil. 419. num. 54.* post plurimos alios longa serie laudatos, Collega noster D. Harpprecht, *vol. 4. consil. 57. num. 79. & 80.* post innumeros, Alphonsus de Guzmann, in *tract. de Evict. Q. 25. num. 37. cum seqq.* Joh. Ant. Mangilius, in *simili tract. Q. 69. n. 26. & seqq.*

60 eo quòd nempe illæ non ex solo & mero erga alterum exercendæ liberalitatis voto, nullo Jure cogente, proficiscantur:

jungatur *Lex 29. de donat. L. 18. de adim. & transfer. legat.*

sed ejusmodi Donator ad merita in se collata pensanda, tametsi nullô Juris Civilis; attamen Juris naturalis, eôdemq; approbatæ obligationis vinculo constrictus censeatur;

prout pluribus hoc exequitur Dn. Samuel Stryke, in *Disp. de benemeritis, cap. 3. num. 16. & seqq.*

61 indè plura in illis omninò abnormia, & à regulis Juris prorsùs exorbitantia, communis Interpretum Ususq; forensis applausus admittit, è quibus nonnulla, hoc ipsum decisum, quòd in donationibus atque dispositionibus remuneratoriis etiam Lex, Hac edictali, nullum locum obtineat, egregiè roborantia, ut ex illis adducamus, operæ pretium ducimus.

62 Illa omnium princeps, quæ quidem huc quadret, & ab omnibus receptissima traditio est, quòd, tametsi Donatio generaliter per Legem vel Statutum sit prohibita; tamen Remuneratio, seu remuneratoria dispositio, vel donatio, haudquaquàm prohibita censeri debeat:

post Tiraquellum & Bertachinum, Jacobus Menochius, *consil. 378. num. 12. & 13.* Thomas Merckelbach, apud Klockium, *tomo 4. consil. 4. num. 16.* ex Decisionib. Jacobi Putei, Doctor Marta, in *Dig. novissi. tomo 3. tit. Donatio. cap. 1.* ubi ità in punctо: *Si per Statutum donatio prohibetur, remuneratoria prohibita non intelligitur.* post Alexandrum, Stephanus Gratianus, *Discept. forens. cap. 202. num. 1.* ibi: *Succedit conclusio, quòd Statutum prohibens donationes non comprehendit illas, quæ fiunt ob causam hujusmodi meritorum,* post Surdum & Clarum, J. B. Hodierna, ad *L. Hac edictali. Q. 25. num. 9. Cod. de sec. nupt.* Dn. Sam. Stryke, de *benemeritis, cap. 4. num. 10.* Guzmann. de *evict. Q. 25. num. 39.* cum Rauchbahro, Termineo, & Boetio, Franzkius, ad *tit. π. de evictionib. num. 510.*

63 Huic generaliori Juris definitioni meritò specialior hæc succenturiatur, quòd complures in Legibus, regulariter, donare prohibitæ Personæ tamen remunerales seu remuneratorias dispositiones, atque donationes in personas sub illa prohibitione compresensas conferre haudquaquàm prohibeantur:

prout pluribus notatu dignissimis exemplis hæc illustrat Collega noster D. Harpprecht, *Resp. 66. à num. 100. usque ad num. 106.* ibidemque laudati Matthæus de Afflictis, Marianus Socinus, Caspar Klockius, Schraderus, Menochius, Strykius, aliique complures, præcipuè Garsias, de *donatione remuneratoria,* passim.

Quodque unum ex potissimis, quòd etiam superior & inferior Prælatus, ut & Prin 64
ceps secularis, benemeritis ministris & consiliariis, itemque militibus, ad pensanda eximia ipsorum merita, Feudum conferre queat;

ut imprimis egregiè de his differit Johann-Baptista Cardinalis de Luca, quando ità notanter: Disputatio, inquit, restricta fuit ad punctum Juris: An scilicet in Famulo erga Dominum, seu in Subdito erga Principem, in Filio erga Patrem, cum sint ilibus, dentur Merita, de condigno remunerationem postulantia, ità, ut Actionem vel NB Officium Judicis producant, undè donatio verè remuneratoria, & ex causa onerosa dici valeat? Et in hoc negativam sustinet Pinellus, A Ponte, Fabius de Anna, & alii per illos relati, volentes, non sufficere ad tale meritum Servitia præstita ex debito officii, sive sanguinis vel Charitatis; quia, si Famulus benè serviat Domino, & Miles Principi, vel Filius Patri, faciat id, ad quod tenetur. Istâ tamen opinione à me rejectâ Contraria magis communis & verior à me dicebatur, ut scilicet 65
ad constituendam Donationem NB verè remuneratoriam, quæ causam onerosam sapiat, juxta terminos textûs in *L. 27. de donat.* sufficiant Merita vel servitia, ex lege gratitudinis obligatoria ad antidora, qualia sunt non ea, quæ ex debito officii, in formâ consuetâ & ordinariâ, per quemlibet in eo munere constitutum, præstari solent, quia hæc meritum remuneratione dignum non inducant; sed ea, quæ sunt ingentia & extraordinaria, per alios non solita præstari; ut firmat Tiraquellus, ad *L. Si unquàm. verb. Donatione largitus. num. 108. Cod. de revoc. donation.* Garsias, de *donat. remunerator. num. 1.* Tapia, *Decis. Ital. 6. num. 26. & seqq.* & alii plenè deducti per Capycium Latro, *consult. 38. num. 24. & seqq.* & tenuit etiam Rota, *Decis. 358. num. 6. parte 6. recentior.* Nam satis malè Principes, & alii quicunque servitium reciperent à militibus, famulis, officialibus, Uxoribus, Filiis & Conjunctis &c. si ratione & intuitu solius stipendii, vel naturalis obligationis, absque spe remunerationis, serviendum es-

set, atque diligentes, experti, & fideles, æquè ac segniores, inexperti, & infideles cum ejusdem stipendii præmio tractandi essent; ut ipsa Natura & quotidiana Experientia nos docent;

in *theatro verit. & justit. tomo 5. disc. de feud. 94. num. 13. cum seqq.*

67 Quibus gemina tradit etiam Hector Capycius Latro, in *Decc. Neapolit. lib. 2. Decis. 199. num. 38.* ubi scribit: Etiam in Subditos, vel alios, qui ex naturæ debito ad obsequia sunt obstricti, Remuneratio benè cadit. Difficultas residere videbatur in hoc articulo: Si pro servitiis, à Subdito suo Principi factis, datur Actio, quia donatio remuneratoria ea verè dicitur, quæ tribuit Actionem adversus remunerantem; ut dixit de Ponte, *consil. 59.* quem secuti sunt Regens Valenzuela, *consil. 59.* Regens Rovitus, *consil. ult.* Tamen quòd etiam remuneratoria verè dicatur contra opinionem Pinelli, probant DDres à me adducti, in *consult. 38. num. 22. cum seqq.* ubi *num. 26.* concordantur opiniones inter servitia & obsequia tàm ingentia & excessiva, quòd remunerantis animum cogant ad ea remuneranda: Alia verò Servitia communia, quæ faciunt milites, quamvis Princeps remunerare soleat; hoc potiùs Regis munificentiæ, quàm pro debito, ei adscribendum est. Petrus Pacionus, in *Alleg. 151. num. 9.* in verbis: Merita proveniunt ex diuturnis obsequiis, etiam in bello, & longissimis itineribus, aliisque servitiis maximi ponderis.

68 Denique, sicut DDres etiam in decidendo hôc cognatô articulô: Utrum sanctio Legis tertiæ, Cod. de secund. nupt. quâ nimirum disponitur, quòd, si Mater ad secundas, licet post annum Luctûs, descendat nuptias, tunc omnia illa, quæ ipsa ex ultimâ mariti voluntate, vel ab illo, inter vivos, in ipsam collatâ liberalitate, ex facultatibus illius accepit, tali binubæ Matri omnimodò auferri, & in liberos prioris matrimonii, quoad proprietatem, conferri debeant, etiam in Legatis; vel Donationibus, aliisve similibus dispositionibus remuneratoriis locum obtineat? in negativam magnis animis conspirant, prout iterum in puncto decidit Antonius Gabrielius, *commun. conclusion. lib. 3. tit. de secund. nupt. conclus. 1. num. 52.* ubi in specie de Legato hujusmodi servitiorum remuneratorio, cum Thoma Grammatico, *consil. civili 153.* ità definit. Quod & suo suffragio probat Petrus Müllerus, ad Struv. *exerc. 29. θ. 53. lit. K.* Johannes de Garonibus, in *repetit. dictæ L. 3. num. 39. cum seqq. Cod. de sec. nupt.*

Ità nullum porrò dubium superesse arbitramur, quin etiam de Legis, Hac edictali, dispositione idem pariter judicium feratur justissimè.

Welchem allem nach wir auch diß orts 69
bey diser einhelligen meinung verbleiben/ daß Herrn Titii testamentliche Dispositiones/ durch mehrangeregte Legem, Hac edictali, Cod. d. tit. ihre gültigkeit nicht verliere; sondern seine Frau Wittib bey allem dem jenigen/ was ihr seeliger Herr Gemahl Ihr zum besten verordnet; Jedoch unter gleich meldendem temperamento, zumanuteniren sey.

Nemlich/ weil wir nicht wissen/ worin- 70
nen des Titii eigenthumliche facultates eigentlich bestehen mögen? so formiren wir den Casum unverfänglich also/ daß Er Herr Titius 50000. Rthlr eigene Güther hinterlassen; von diser gehört/ Erstlich/ den gesampten sechs Kindern/ pro ipsorum Legitima der halbe Theil/ mit 25000. Thlrn Zwaitens hat Frau Sempronia an 71
dem andern Semisse oder übrigen 25000. Thlrn auch so viel/ als ein Kind aus der ersten/ und andern Ehe/ zu folg des vorhandenen Testaments des Herrn Titii, mit allem bestand zuprætendiren; wohlbetrachtet/ daß ein in secundo conjugio lebender 72
Vatter seiner zwaitten Ehefrauen so viel/ als einem von seinen Kindern aus erster Ehe/ indubitatò zuverschaffen befugt;

per hæc sæpecitatæ *Legis, Hac edictali,* disertissima verba: Quodsi plures Liberi fuerint, singulis (ut hîc) æquas partes habentibus, minimè NB Plus, quàm ad unumquemque eorum pervenerit, ad eorum Novercam transferri. *Cod. de secund. nupt.* & adhuc clariora *Novellæ 22. cap. 27.* hæc videlicet, formalia: Si ex priori matrimonio filios habeant Parentes, deindè ad secundum veniant matrimonium, non possunt in Novercam Patres, secundum vitæ tempus, quamliber facere largitatem, aut in morte relinquere, nisi NB tantum, quantum unus Filius, aut Filia, solus existens, ex generante habeat. Si verò multi Filii sint, & unusquisque æqualem habet portionem, non amplius, quàm ad singulos venit, Noverca percipiat.

Ex quo ita in puncto Jacobus Mæstertius: 73
Ex eo, inquit, quòd Mulier, quæ liberos habet ex priori matrimonio, (in proposito Titius) non possit plus secundo conjugi donare, vel relinquere, quàm Uni ex liberis prioris matrimonii, cui minimum donavit, vel reliquit, sequitur, quòd possit, non obstante Lege, Hac edictali, NB æqualem secundo Marito (hîc secundæ Uxori) cum liberis prioris matrimonii, portionem relinquere, neque possint illi, cùm ratio æqualitatis initus, legitimam portionem integram præcipere, & in eo, quod supereft, ad æqualem portionem Vi-

tricum

tricum, vel Novercam admittere: Ut ecce,
74 Mulier, quæ in bonis habebat duodecim millia, & ex defuncto marito unicum filium, transiit ad secundas nuptias, convenitque in pactis antenuptialibus, ut, si ea prior decederet, maritus ex bonis ejus consequeretur virilem portionem, een Kinds gedeebte/ sive nostra dialecto einen Kindstheil; Filius, defunctâ priùs matre, vult Præcipere (vorauß hinwegnemmen) legitimam portionem, quasi in ea Mater ipsi non potuerit præjudicare, & reliquum inter ipsam & vitricum æqualiter dividere, & ità in universum habere octo millia; reliquis quatuor Vitrico applicatis. Contrà Vitricus sex millia petit, quasi illa esset virilis portio. Causa Vitrici potior est: Quia in *L. Hac edictali. 6. Cod. de sec. nupt.* & *Novella 22. cap. 27.* cavetur, ut liceat mulieri secundò nubenti, aut Marito secundam conjugem ducenti, tantum donare, vel ultimâ voluntate relinquere, quantum Tertio ex priore matrimonio, & solùm prohibetur, ne Plus donet vel relinquat. At Vitricus in Semisse non habet plus, quàm Filius ex priore matrimonio, qui & ipse integrum Semissem, in quo ipsius est Legitima, habet;

in *tract. de secund. nupt. Q. 47.* ubi omnibus adversari visis plena manu satisfacit:

Machte demnach diser Theil/so der Frauen Semproniæ, ohne einigen anstand/passirt werden muß/ an fünf und zwanzig tausend Thalern einen sibenden Theil auß/ mit: --

75 Drittens hat Frau Semponia ihrer aigenen dreyen Kinder Theile/ welche Ihnen an disem andern Semisse, oder über die Legitimas noch weitters vorhandenen 25000. Thlrn/ in casu intestati zugefallen seyn würden/ vi paterni Testamenti, hinwegzunemmen -- Rthaler. Dann was die von Ihr Selbsten zur welt gebohrne Kinder betrifft/ da hat dickhbesagte Lex, Hac edictali. durchauß nichts zusagen/oder einige würckhung und autorität. Welchem nach für die drey/ ex priori conjugio vorhandene Kinder noch übrig verbli-

76 ben - - - Rthaler. Weilen aber der Herr Titius, bey überlassung der Mütterlichen Erbschafft an dise drey Kinder aus erster Ehe/ Ihnen/ von seinen aignen Mitteln/ laut Facti Speciei, noch ein zimliches passiren und zukommen lassen/ so ist/

77 Viertens/ hiebey wohl in obacht zunemmen/ daß/ umb willen/ in dubio, dar für zuhaltten/ daß ein Vatter dergleichen/ bey seinen lebzeitten/ an seine Kinder/ die noch in seinem Vätterlichen Gewalt seyn/ de propriis suis Bonis ultrò errichtete Assignationes nicht animo absolutè & simpliciter donandi; sondern vielmehr dieselbe/ noch vor seinem Tod/ nur zuadministriren und zunuzniessen an dieselbe überlassen:

per *L. 20. §. 3. ff. famil. erciscæ, L. 21. Cod. eod.* ibidemque DDres.

Ità namque DDres communissimè tradunt, quòd, si Pater suis liberis aliqua Bona 78
adhuc vivus assignet, vel inter Liberos-familiâs universa vel quædam sua Bona dividat, nullâ factâ mentione Donationis, vel Dominii præsentaneæ translationis, tunc Pater illâ Bona Liberis neutiquàm donâsse præsumi debeat; sed tantummodò in peculium, ad usum, regimen, & administrationem concedere voluisse, sic, ut propterea, cùm Pater censeatur dominium penes sese retinuisse, Pater ipse de illis pro lubitu testari & disponere valeat.

Paulus Christinæus, *Belgicar. Decc. vol. 4. Decis. 7. num. 6.* ubi scribit, in dubio, talem divisionem sive assignationem duntaxat in vim supremi judicii sustineri; per *d. L. 20. §. ff. famil. erciscæ.* addens, se meminisse ità aliquando judicatum:

eo quòd non solùm Donatio in dubio 79
non præsumatur, ceu mera jactatio & dilapidatio;

L. 25. in medio principii. de probat. L. 7. princ. de donat. post plures, quos laudat, Carolus Cardinalis Cervus, *Decis. Rotæ Rom. 36. num. 3. & sqq.*

verùm etiam ex hoc, quòd Donatio à Pa- 80
tre in Filiosfamilias ipsius collata, regulariter, sit invalida.

L. 11. verbis: Non est incerti Juris, in eum, qui in sacris familiæ tuæ remanet, magis destinationem Paternæ Voluntatis, quàm perfectam donationem, provenisse. *L. 17. Cod. de donat.* & ad illas Brunnemannus.

Obstante nimirum unitate Personarum, 81
quæ nec Donationem, nec ullum Contractum inter illos consistere regulariter patitur;

ex *L. fin. Cod. de impuber. & al. substit. §. 4. & 12. Inst. de inutil. stipul. L. 2. de contr. empt.* ubi vulgò DDres. & per alias Rationes, quas in individuo, de hoc ipso articulo, 82
quando Pater, adhuc vivus, quædam Bona, vel Prædia suis liberis assignat, sollicitè congessit Collega noster D. Harpprecht,

in *peculiari Dissert. de divisione bonor. inter liberos à Parente adhuc in vivis facta. §. 27. cum mult. seqq. pag. 44. & seqq.* Mercurialis Merlinus, in *Decc. Rotæ Rom. post ipsius tract. de pignor. & hypoth. Dec. 110. num. 4. & sqq.* Hercules Marescottus, *varr. resoll. lib. 1. cap. 54. num. 4. & seqq.* post plurimos alios, Vincentius Fusarius, de *fideicommiss. substit. Q. 62. num. 6.*

disem nach/ wann man nicht deß seeligen 83
Herrn Titii contrariam voluntatem, ex disertis ejus verbis, vel ad hoc condudenter quadrantibus Conjecturis, (quas prolixè exequitur laudatus Collega noster D. Harpprecht, *c. l. pag. 48. & plurib. seqq.*) eviden-

ter dociren kan/ auch das jenige alles/ was Sie drey Kinder aus erster Ehe dannzumahlen ex paternis facultatibus empfangen/ in seine Verlassenschafft wider mit-einzurechnen/ und mithin in all übrigem / ratione Summarum, eine änderung zumachen.

84 Ob nun/ wann es gleichwohl bey obbesagtem Quanto der - - - Tausend Rthlr verbleiben solte / dises Quantum, juxta ea, quæ hucusque firmavimus, der Frauen Semproniæ, aus diser Ursach/ weilen das/ was Herr Titius Ihr verschafft und vermacht / keine simplex & vera; sondern eine juridicè & propriè ità dicta remuneratoria Dispositio ist/ de quâ passim DDres ità loqui videmus, quòd sub titulo talis remuneratoriæ sive Donationis, sive alterius supremæ Voluntatis, & in illâ Relicti, Novercæ Plus, quàm uni ex Liberis prioris connubii, benè relinqui possit, ità ut Lex, Hac edictali, ei non adversetur, miteinander zulassen? Oder ob nicht diser Uberschuß ad terminos Æquitatis zuredigiren/ und auf etwas weniges herunterzusetzen? darvon ist diß ohrts allein noch zuhandlen. Daß Ihro

85 das gantze Quantum der überbliebenden - - - Tausend Rthlr überlassen werden müsse/ scheint aus disem zuerhellen/ daß/ als proximè angemerckht/ sub titulo einer solchen remuneratoriæ Donationis, Legati, vel alterius Dispositionis, einer Stiefmutter wohl ein mehrers/ als Einem der Stief-

86 kinder/ verschafft werden kan. Daß aber hingegen solche Summa nicht gantz Ihr einzuraumen sey/ scheint aus disem fortiori principio richtig/ weilen solche Legata, vel Donationes remuneratoriæ nicht weiter vor gülttig und Rechtscräftig gehalten werden/ als die Merita einer solchen Ehegesellin sich erstreckhen;

juxta ea, quæ legimus apud Pruckmannum, *vol. 2. cons. 1. num. 577.* Tiraquell. ad *L. Si unquàm. verb. Donatione largitus. num. 79. & 184. Cod. de revoc. donat.* Surdum, *consil. 164. num. 35.* post plures, Heeserum, de *acq. conjug. parte 2. Loco 30. num. 143. cum seqq.*

87 Weilen aber auch dises nicht simpliciter anschlägt; sondern alle Rechtslehrere in remuneratoriis illustrium & nobilium personarum Donationibus, auch einen nahmhaften Excessum talis Donationis, vel in suprema Voluntate Relicti gegen denen geleisteten Meriten zulassen:

Conferat. omninò laudatus Tiraquellus, ad *dd. verba: Donatione largitus. num. 4. & 86. Cod. de revoc. donat.* Joh. Garsias, de *donat. remunerator. num. 55.* Thomas Sanchez, de *matrimon. lib. 6. Disp. 6. num. 10.* ubi plures collaudat, & talem cum illis format conclusionem, quòd tota donatio 88
ab illustri vel nobili personâ profecta pro remuneratoria haberi debeat, quamvis merita excedat, modò non id excedat, quod nobiles & divites in consimili casu donare solerent:

allso/ daß/ wann ein solcher Excessus Meritorum & Donationis, vel Summæ in Testamento relicti, pro religioso Judicantium arbitrio, nicht allzugroß ist/ einer solchen de Marito suo benemeritæ Uxori, illustri, vel nobili, nichts abzukürzen; sondern alles 90
zulassen: Disem allem nach wolten wir schließlich darfürhalten/ daß zwar quæstionirende letzten willens-verordnung des seel. Herrn Titii, non obstante *L. 6. Cod. de sec. nupt.* an und vor sich selbst gültig; Jedoch weilen dieselbe solche validität ex nullo alio, quàm hôc solô principiô, quia scilicet est remuneratoria, apertissimè hat/ disem nach zwar Frau Sempronia solche übrige - - - Tausend Thaler ihren dreyen Stieffkinderen nicht ganz und völlig/ oder simpliciter & absolutè zuüberlassen gehaltten sey; sondern je nach beschaffenheit ihrer Meritorum, mit welchen Sie dise remuneratoriam Dispositionem und Vermächtnus verdient/ dise Frage/ pro prudentis & conscien- 91
tiosi Judicis arbittio, zuderemminiren sey:

juxta ea, quæ tradit Julius Clarus, in *R. S. §. Donatio. Q. 3. num. 4. & Q. 1. num. 4.* Gail. *lib. 2. Obs. 38. num. 6.* Hodierna, ad *d. L. Hac edictali. 6. Q. 25. num. 5. & ult.* ubi sic: In casibus, in quibus donatio, ob bene- 92
merita, inter virum & uxorem sustineretur, id locum haberet in eo, quod æquivaleret benemeritis; in eo verò, quod excedit, locum habebit dispositio Legis, Hac edictali; cùm Excessus dicatur simplex donatio. Et plenè consuluit Eugenius, *consil. 1. & 2. vol. 2.* & firmaverunt Fontanella, de *pactis nuptial. claus. 5. gloss. 8. parte 5. n. 72.* & *claus. 4. glossa 19. part. 1. num. 33. & seqq.* Surdus *consil. 164. num. 33. & seqq.* Clarus, in §. *Donatio, Q. 3. num. 3.* & Menochius, de *arbitrar. jud. Qq. casu 132. num. 5.* Addatur consentiens Johannes Heeserus, de *acquæst. conjug. parte 2. Loco 30. num. 337.*

Welches allso/ zu förderung der heyligen Justiz, Wir/ salvô, si datur, rectiori judicio, zuüberschreiben keinen umbgang nemen sollen. Actum in Collegio nostro, den 21. Maji, Anno 1711.

CON-

CONSILIUM NONAGESIMUM SECUNDUM.

SUMMARIA.

DE Permutatione prædii emphyteutici, *& nudô* Pactô ejus præparatoriô, *quatenùs* facultas pœnitendi, *circa alterutrum*, *inſpecto* Jure *tùm* Juſtinianeo, *tùm* Würtembergico, locum habeat, *vel* non? *Itemque de* Nummis bibalibus, vom Weinkauff/ *ſollicita Diſquiſitio.*

Præmittitur Factum. *num.* 1. *usque ad num.* 16.

Proponuntur VII. Quæſtiones *hîc decidenda. num.* 17. *usque ad num.* 23.

Exhibetur Reſolutio Primæ Quæſtionis. *num.* 24. *usque ad num.* 31.

Jure Würtembergico *etiam* Permutatio prædii emphyteutici, ſine *ſpeciali vel* Sereniſſimi, *vel Ipſius* Officialium, *vel alterius cujusvis* Domini directi conſenſu *celebrata*, *non ſolùm* Nullitati; *verùm etiam* Mulctæ pecuniariæ (Einer kleinen Frevel) obnoxia *eſt. num.* 25. juncto *num.* 29.

Eôdem Jure *omnium* Contractuum, ſuper bonis immobilibus *celebratorum*, Inſinuationes *præcisè* coram Judice rei ſitæ *fieri debent. num.* 28.

Quando Jurisdictio *inter duos* communis *eſt*, cuinam, *inſpectô* Jure Würtembergico, facultas Alienationem *talis prædii emphyteutici* nullam declarandi *competat? num.* 26. *& ſeqq.*

Siſtitur Secundæ Quæſtionis: *An* Contractus, *de quô quæritur*, Permutatorius *pro* irrevocabili habendus *veniat?* negativa deciſio. *num.* 32. *usque ad num.* 88.

Adducuntur duæ Rationes dubitandi. *num.* 33. *usque ad num.* 52.

Harum Prima à generali, *quâ*, *noſtris moribus*, *etiam* nuda Pacta *gaudent*, efficaciâ *deſumpta eſt. num.* 33. *uſque ad num.* 38.

Nudum *duorum* de rebus *ſuis invicem* permutandis, *ſine reali dominii translatione*, *initum* Pactum, *Jure Civili*, Contractum permutationis haud conſtituit. *num.* 35.

Hinc, ante dominii translationem, *ex contrahentium uno latere factam*, *utraque pars*, *ab eôdem*, *pro liberrimô arbitriô*, reſilire *poteſt. num.* 35.

Hodiè talia Pacta *de rebus permutandis* obligatoria, *& ſimùl* actionis, *minimùm* ad conſequendum intereſſe, *productoria eſſe*, multi, *etiam* magni nominis, Jcti *confidenter* exiſtimant. *num.* 36. *& ſeqq.*

Altera dubit. Ratio *ex eô deducta eſt*, *quòd alter Contrahentium in propoſito initam* Permutationem, *hiſce ſpecialiſſimis formalibus* ſervare promiſerit: Daß Er da den Tod trinckhen ſolle/ wann Er auffkünde; Er wolte die eingetauſchte Güther lieber ſeinem Schweher ſchenckhen/ als daß Er wider abkünde. *num.* 39. *usque ad num.* 52.

Si Pacto *futuri* Contractûs innominati præparatorio Stipulatio, ſimplex, *vel* pœnalis, *annectatur*, *tunc illud*, *regulariter*, ab utraque parte *irrevocabiliter* adimpleri *debet*; *ſic*, *ut etiam inſpecto Jure Civili*, contra nolentem, *vel* ad intereſſe, *vel* ad promiſſam pœnam *confeſtim* agi *poſſit. num.* 39. *& ſeqq.*

Contractus Permutationis *etiam de* Jure Würtembergico *inter* innominatos *contractus refertur. num.* 40.

Quando Voluntas paciſcentium evidenter eò tendit, *quòd ipſi* ſimpliciter *&* abſolutè ad Contractum innominatum *ineundum* ſeſe *invicem* obſtringere *voluerint*, *vel ſi ſibi invicem expreſſis verbis* promiſerint, daß keiner dem andern auffkünden wolle/ *tunc ejusmodi* abſolutum *&* ſimplex Pactum, *in excludendâ facultate pœnitendi*, modernis moribus, eandem vim *habet*, *quam* ſolennis Stipulatio *de* Jure Romano. *num.* 42. *& ſeqq.*

Novum non est, *ut* penes alium *sit* ipsum Jus usufructûs, *&* penes alium Facultas fructuum percipiendorum. *num.* 55.

Illustratur *hoc* variis *notabilibus* Exemplis. *num.* 55. *& seqq.*

Nudam Fructuum Commoditatem *etiam* Usufructuarius *alteri* locare, *aut* gratis concedere, *vel* vendere, oppignorare, aliove quô titulô *in alium* transferre *potest*. *num.* 60. *& seqq.*

Ipsum *tamen* Jus Usufructûs, *nisi dominô volente*, alteri cedere *nequit*. *num.* 62.

Usufructuarius duplex Jus *habere intelligitur*, *quorum alterum est* merè personale, *alterum verò* reale. *num.* 63.

Illud, *ceu* servitus personalis, ossibus personæ Usufructuarii *usque adeò cohæret*, *ut* in neminem alium transferri *queat*. *num.* 63. *& seqq.*

Hoc *autem*, *ceu* in nudô fructuum perceptionis factô *consistens*, *licet in ipsô personali Usufructus jure intimè radicetur*; *attamen* à Fructuarii persona benè abire *potest*. *num.* 65.

Usufructus, posteriore sensu, *in aliquem* translatus *in* persona secundi Fructuarii idem ille *est*, *qui* in Alienante *seu Concedente*. *num.* 65.

Perindè ac *juris est* in Cessionario Actionum *seu Nominum*. *num.* 65.

Etiam Commoditas *seu* Perceptio fructuum *in jure*, *licet nonnihil* pinguiùs, Usufructus vocatur. *num.* 66. juncto *num.* 61.

Hanc ipsam *utendi fruendi* Commoditatem *Usufructuarius*, *etiam* invitô proprietariô, alteri concedere *potest*. *num.* 68.

Usufructuarius, *meram fructuum Commoditatem alteri concedens*, Jus utendi-fruendi ipsemet retinere, aliô *saltem* ejus negotium gerente, *jure* intelligitur. *num.* 69.

Quatenùs Fructuarius, suum Jus Extraneo cedens, nihil agere dicatur? *num.* 70. *& seq.*

Aliud est Cedere Usumfructum, *& aliud*, Concedere fructuum Perceptionem. *num.* 72.

Usufructuarium *jus utendifruendi* Extraneo, tanquàm suo Vicario, concedere *posse non malè pronunciat Henr. Gisebertus*. *num.* 73.

Quod Usufructuario *competit*, multo magis Vasallo competere *censendum est*. *num.* 74. *& seq.*

Vasallus *vel alius* Dominus utilis *longè* potentius *&* plenius Jus *in feudali*, *vel emphyteutico*, *prædio habent*, quàm Fructuarius in re usufructuariâ. *num.* 76.

Quô sensu Feudum *à jactô Feudista* appelletur Usufructus? *num.* 77. *& seq.*

Maritus Uxori omnium suorum bonorum Usumfructum *in amplissimâ hâc formâ* relinquens: Daß Sie den freyen Genuß von seiner völligen und gantzen Verlassenschafft haben ꝛc. solle / *eidem etiam* facultatem *omnes* Jurisdictionis feudalis, *suis Bonis inhærentis*, fructus *&* commoda, proprio suo facto, *& sine alterius concursu*; *veruntamen* ex personâ *&* nomine *suorum* Successorum feudalium, percipiendi *&* acquirendi concessisse *censendus est*. *num.* 79.

Præprimis si ad confectionem Pactorum dotalium, *in quibus hujusmodi Ordinatio facta*, specificum & expressum Agnatorum consensum *adhibuerit*. *num.* 80.

Pacta dotalia, *omnium tutoratiorum Gg. judicio*, sanctissimè servanda. *n.* 81.

Si

Si Uxor, *cui universalis Ususfructus, mododictâ amplissimâ ratione, constitutus*, annuos Jurisdictionis feudalis fructus *non suo proprio facto, ad instar Fructuariæ; sed* tanquàm Redituaria, ex manibus Successorum feudalium, percipere *cogeretur, tunc* proximè relata, *talis liberi Ususfructûs, in universâ Mariti substantiâ, constitutiva* verba de suo nativo significatu *&* efficacia *multum* amitterent. *num.* 82. *& seq.*

Demonstratur hoc *specialiùs* per *adductas* quinque Rationes, *quæ* Casui proposito *simùl* accommodantur. *num.* 83. *usque ad num.* 95.

Plus *est, tercentum duntaxat* Thaleros ex Jurisdictione, *quàm* octingentos ex *quibusvis* aliis rebus, percipere. *num.* 85.

Ususfructus, *&* Reditus, in quo præcipuè *à se invicem* differant? *num.* 89. *& seq.*

Cui Liberè aliquid facere *permittitur, illud omne*, pro libero voluntatis arbitrio, non obstante cujusquam Contradictione, *peragere valet. num.* 92.

Liberè fieri *in Jure quid dicatur? num.* 93.

Liberam *de re* disponendi facultatem *habens* alterius licentiâ *ad hoc non indiget. num.* 94.

Verbum Liberè, *maximè in Conventionibus*, de omnimoda Libertate *intelligi debet. num.* 95.

Vasallus, alia bona habens, ex quibus servitia *Domino* præstare *potest*, fructuum feudalium Commoditatem Uxori, *vel alii*, concedere *non prohibetur. num.* 98.

Per ejusmodi *temporariam* Fructuum alienationem, *neque* Dominus, *neque* Vasallus, *aliquid de ipso* Feudo *amittit. num.* 99.

Si Vasallus, *alteri fructus feudales concedens*, aliis bonis non *sit* instructus, *ut servitia feudalia exindè præstare queat, tunc* ipse, quantum ad hæc opus *est*, sibi reservare *tenetur. num.* 100.

Examinatur Secunda Quæstio. *num.* 102. *usque ad num.* 151.

Hæc Quæstio: Utrum Filius Feudum, à Patre, cum consensu omnium Agnatorum, *in totum, vel pro parte*, alienatum revocare possit? à multis *magni nominis DDbus* affirmativè *decidituv. num.* 103. *& seqq.*

Adducuntur præcipuæ *hujus sententiæ* Rationes. *num.* 105. *& seqq.*

Vasallus *nonnisi* revocabile dominium *habet, & ideò* nihil, *quod* ultra vitam *ipsius perduret*, circa Feudum disponere *posse videtur. num.* 108.

Pater, in præjudicium *suorum* Filiorum, *regulariter*, de Feudo mortis causa disponere *nequit. num.* 109.

Imò nec inter vivos *tale quid facere posse videtur. num.* 109.

Argumentum ab Ult. Voluntate *ad* dispositionem inter vivos *in Jure est* validum. *num.* 110.

Fideicommissi *familiæ* Possessor, *regulariter, reliquis* ad illud vocatis *suo facto* præjudicare *nequit. num.* 111.

A Fideicommissis familiæ, *regulariter*, ad Feuda validè arguitur. *num.* 112.

Filius, Patris *sui* hæres, Alienationem feudi *à Patre factam non minùs, quàm ipsemet Pater alienator*, impugnare prohibetur. *num.* 114.

Filius, Patri in Feudis successurus, *simùl ejus* allodialem hæreditatem *necessariò* adire tenetur. *num.* 115.

Per Hæreditatis aditionem Hæres cum defuncto una eademque persona *efficitur. num.* 116.

Hæres facta defuncti, *etiam* quoad alienationem bonorum ad Fideicommissum familiæ spectantium, servare *tenetur. num.* 116. *& seq.*

Idem *etiam* de Vasallo & ejus Hæredibus, *ex identitate rationis, dicendum. num.* 118.

Non obstante, quòd in Feudis *non ultimo Vasallo*; *sed* primo Acquirenti succedatur. *num.* 119.

Vocabulo Alienationis *etiam* Ususfructûs constitutio *comprehenditur. n.* 119.

Filius, Patris sui hæres, alienationem *suorum bonorum* adventitiorum à Patre factam impugnare *prohibetur. num.* 120.

Si Filius hæc bona, ut *verus illorum* dominus, repetere *posset*, Lex 14. Cod. de rei vindic. *non rebus*; *sed* verbis *saltem* scripta *foret. num.* 121.

Hæres, *alterius* hæreditatem adeundo, ad implenda *ea omnia*, ad quæ *etiam* defunctus *de Jure* tenebatur, se obstringere *censetur. num.* 122.

Si Filius, *Patri suo hæres factus*, ne *sua* quidem adventitia *ab hoc* alienata repetere *potest*; *multo minùs* Feudalia *ab illo pariter* alienata, *vel* Usufructu gravata revocare, *& hoc nexu* eximere *poterit. num.* 123. *& seqq.*

Etiam quoad Bona, *juri* Primogenituræ *&* Majoratus *obnoxia, alienata*, inter defunctum Alienatorem *& ejusdem* Hæredes *intercedens* personarum Unio, *ad effectum* excludendæ Revocationis, *attendi debet. num.* 126.

Filius, *vel alius* Agnatus, *alienantis* Vasalli hæres, *etiam* quoad Feuda antiqua & pactionata, *ejus* factis & pactis stare *tenetur. num.* 127.

Filius, *ne quidem* hujus generis Feuda sola retinere, *& reliquam* Patris hæreditatem repudiare *potest*; *sed vel* omnia retinere, *vel omnia* repudiare *tenetur. num.* 128.

Hinc etiam Filii, respectu feudalium bonorum, *passim* Hæredes Patris *appellitantur, & per hoc ipsum* ab aliis Agnatis successoribus distinguuntur. *num.* 129.

Feudum ad Filium *non aliter, quàm* ex persona Patris; *ad* alios *verò* Agnatos jure sanguinis *defertur. num.* 130. *& seq.*

Feudum *à Vasallo* licitè alienatum, *vel* oppignoratum, *non magis, quàm* ob delictum Patris amissum, à Filio revocari *potest. num.* 133. *& seq.*

Licet Filius, tempore alienationis, *adhuc* minorennis *fuerit. num.* 135.

Hæc sententia *etiam* in Facultate Juridica Tubingensi *est* receptissima. *num.* 136. *& seqq.*

Hæc regula, quòd Pater *de* Feudo antiquo *&* pactionato testari, *vel istud* inter liberos dividere *nequeat, inter alios casus, etiam tunc limitatur*, si Filiis, *Patris in Feudo successoribus*, simùl deferatur illius Allodium. *num.* 138. *& seqq.*

Hæc doctrina, quòd Filius *vel alius* Agnatus, *defuncti* Vasalli Hæres, Alienationem, *vel aliud ejusdem factum* impugnare nequeat, *etiam in* Hæredum Hæredibus *procedit. num.* 141. *& seqq.*

Hæredis appellatio *non tantùm* proximum; *sed etiam* ulteriorum graduum Successores *complectitur. num.* 143.

Heres factis defuncti, *etiam* quoad *illa* Jura, *quæ* ex alio capite, quàm hæreditate defuncti *ad ipsum pertinent*, stare *tenetur. num.* 145. *& seq.*

Factum defuncti *ipsius* Hæredis proprium *censetur. num.* 146.

Filius omne *suum* in Feudis succedendi Jus à Patre suo *consequitur. num.* 147.

Hinc ipsius Parente Feudi jure multatô, *vel* Feudô *ab ipsomet* alienatô, *insimùl etiam* Filius à successione feudali excluditur. *num.* 147.

Cur hæc Jura in magnis, *&* dignitatem annexam habentibus Feudis facilius, *quàm in minoribus, sint* admittenda? *num.* 148.

Respondetur ad *præmissa* dubitandi Rationes *remissivè. num.* 149.

Sola fructuum Commoditatis concessio *sub* prohibitâ Alienatione *non intelligitur. num.* 150.

Usufructu prædii feudalis à Vasallô *in alium* translatô *sola* possessio naturalis, ratione Modi *sic dicta*, in Usufructuarium transit. *num.* 151.

Suggeritur Consilium de modô *huic* Causæ in futurum cautè *& salutariter* prospiciendi. *num.* 152. *usque ad finem.*

FACTI

FACTI SPECIES.

1 ES hat sich in Anno 1680. Herr C. mit Fräulein L. vermählet / und derselben in denen Heurathspacten / die freye wahl gegeben / ob Sie / nach seinem Tod / mit dem Ihr außgesezten Widthumb vergnügt seyn / oder lieber / an statt dessen / in seiner völligen verlassenschafft / bey fürwährendem Wittibstand / sizen bleiben wolle; und dises mit dem außgetruckhten Zusatz: Es mögen gleich kinder vorhanden seyn / oder nicht; inmassen die Beylag sub lit. A. mit mehrerem besaget. Weilen aber ein grosses stuckh seines
2 vermögens in einem altt lehenbahren / und mit zweyen seiner Herrn Gebrüder in gemeinschafft besitzendem Ritter-Guth bestehet / hat Er zuförderist mit disen hierüber communication gepflogen / und Sie / als nächste Agnaten / umb den Consens, und Einwilligung ersucht / solchen auch / in hiebey sub lit. B. angeschlossener Form / ohne alle Restriction und Außnahm / unter ihren aigenhändigen Nahmens-subscriptionibus und angebohrnen Sigillis, dahin erhaltten / daß / gleichwie Sie über diser alliance eine sonderbahre Freude hätten; allso wollen Sie auch / zu deren bezeugung / vor sich und ihre Kinder bewilligen und offeriren / daß die Fräulein L. im fall dieselbe eine Wittib werden soltte / so lang Sie den nahmen des Herrn C. führen würde / dessen gantzes vermögen / wann auch schon keine Kinder vorhanden / geniessen und unter einer beglaubten Specification bey sich behaltten solle. Nun ist entzwischen der ältteste Bruder F. mit tod abgangen / und hat
3 zween Herrn Söhne nach sich gelassen / welche / nach ebenfalls bald erfolgtem ableiben ihrer Frau Mutter / die völlige verlassenschafft unter sich getheilt / also / daß deren Einer / nahmens W. bey vorberührtem Ritter-Guth nunmehr seines wohlseeligen Herrn Vatters Erbtheil würckhlich besizt / und mit Herrn C. doch / indeme jeder Theil die Güther / und vor sich selbsten / ganz abgesondert vor sich possidirt / allein ratione Jurisdictionalium und Frevel-bestraffung / so viel auf der Gassen und Feld geschicht / in gemeinschafft getretten. Nachdeme a-
4 ber erstwohlgedachter Herr C. der zeit noch keine Erben erlangt / kompt Herr W. auf die gedancken / es möchte sich wohl einst der paciscirte Casus eraignen; und / wie es scheinet / daß er mit seines Herrn Vatters Consens und Renunciation nicht allerdings zufriden / hat Er sich allbereit in so weit herausgelassen / daß solchenfalls der Fräulein L. in krafft mehr allegirter Pactorũ dotalium, und des darauff außgestellten Consensûs, ein mehreres nicht / als die blosse Revenüen, nemlich die ordentliche Geld- und Getraid-Gefälle / zukommen; die Jurisdictionalia, und alles darvon dependirende aber / mit dem Tod des Herrn C. nichts destoweniger auf die nächste Agnaten falle. Wann nun 5
aber / im fall dises sich allso verhielte / die Fräulein L. nicht so viel macht haben würde / einen saumsähligen und zu lüferung seiner schuldigkeit widerspenstigen unterthanen / durch ordentlichen zwang / zu deren abführung ansträngen zu können; sondern erst bey den Herren Compossessoribus die rechtliche Hülffe erbitten müste; welches aber Ihr viele inconvenientien verursachen dörffte / und so wohl des Herrn C. intention, als auch der beyden Herrn Renuncianten geführter meinung / so viel sich aus der Beylag C. schliessen läst / allerdinge zuwider wäre; indeme in einem und anderem Concept des ertheilten consensûs der clare Buchstab von dem völligen Genuß des gantzen vermögens redet; welcher aber hingegen nicht völlig seyn wurde / wann ex. grat. die Compendia mulctarum, und andere von der Jurisdiction dependirende Stückhe / wider dickhbesagter Ehe-Pacten / und des sich in allem darauff referirenden Brüderlichen Consensûs generalität, separirt wer- 6
den soltten: disem allem nach wird hoffentlich auch Herr W. seines seeligen Herrn Vatters unumbschränckhtem Consensui zu wider nichts thun oder fürnemmen können / indem er desselben völlige verlassenschafft / sonder alle Bedingnus / übernommen und angetretten / auch in vorberührtem Guth nicht tanquam Filius ex pacto & providentia primi Acquirentis; sondern lediglich und allein tanquam hæres succedirt / und wie / solchem nach / Er alle andere Facta beatè defuncti Domini Patris præstirt; allso auch und nicht weniger in disem stückh desselben generaliter declarirtem Consensui nichts zu wider fürnemmen oder handlen wird können. Damit man aber gleichwohl hierun- 7
ter so mehr gesichert seyn möge / so wird über nachfolgende zwey Quæstiones ein rechtliches informat gebührend verlangt:

Erstlich: Ob Fräulein L. nach dem 8
innhalt der Heuraths-Pacten / und darauff generaliter ertheilten Consensûs, sich allein mit des Ritter-Guths N. jährlichen Revenüen, (Geld- und Getraid-gefällen / auch Nachsteur und Abzug gld vergnügen müsse / und allso von allem / so zu der

Gerichtbarkeit und Jurisdiction gehört / außgeschlossen werden könne?

Wann aber zu dem / krafft Pactorum dotalium, und auf dieselbe generaliter sich beziehenden Consensûs Fraterni, bedungenem Usufructu, auch die Jurisdictionalia und Gerichtbarkeit zurechnen / so fragt sich /

9 Vors zwaitte: Ob die Renunciatio Beati Domini Parentis F. auch dessen Herrn Sohn W. vinculire?

IN NOMINE JESU!

10 UBer nächst præmittirte Facti Speciem nun / und derselbigen angehängte zwey Quæstiones haben wir Subsignirte / zur Juristen-Facultät / bey der Fürstlichen Würtembergischen Universität Tübingen / verordnete Decanus und andere Doctores, in unserem deßwegen versammleten Collegio, und darinnen gepflogener deliberation, uns solicitè beredet / und einträchtig darvor gehaltten / daß von haitteren Rechtens wegen kein ander Judicium von denselben zu fällen / alß in proximè sequentibus gleich gemeldet werden solle. Betreffend nun allso diſe

Erste Quæstion:

11 Ob Fräulein L. nach dem innhalt der Heuraths Pacten / und darauff generaliter ertheilten Consensûs, sich allein mit deß Ritter-Guths N. Revenüen, jährlicher Geld- und Getrayd-Gefällen / auch Nachsteur und Abzuggeld vergnügen müsse / und allso von allem / so zu der Gerichtbarkeit und Jurisdiction gehört / außgeschlossen werden könne?

So stehet zwar förderist diſes auſſer allem zweifel / quòd, si Usufructus universalis, sive omnium Bonorum, alicui, vel in suprema Voluntate, vel in formâ Contractûs, seu Conventionis, sicque etiam in Pactis matrimonialibus, in modum vel Pacti, vel ultimæ voluntatis ordinari consuetis, Conjugi supervicturo, vel supervicturæ relictus fuerit, hic ipse Usufructus omnia Bona afficiat, & huic oneri subjiciat; eo quòd, juxta illud vulgarissimum dicterium, ille, qui Omne dicit, nihil excludat:

12 13

L. 68. princip. de leg. 3. L. 32. §. 6. ff. de aure & arg. leg. cum innumeris parallel. quos congessit Tiraquellus, *ad L. Si unquam. verb. Totam. num. 1. Cod. de revoc. donat.* Flamin. Parisius, *de resignat. benefic. tomo 2. lib. 11. Q. 3. num. 16.* Franc. Munnoz de Escobar, de *ratiocin. administrat. cap. 7. num. 47.* Tabor, apud Barbosam, *vocab. Omne. axiom. 1.*

& propterea non solùm Pomponius pronunciet, post Senatusconsultum nullam rem esse, quæ non cadat sub Usufructûs legatum; 14

in *L. 69. ad L. Falcid.* Hercules Mareſcottus, *varr. resoll. lib. 1. cap. 30. num. 1.*

verùm etiam Scævola nuncupatim in casu, quô Maritus Uxori bonorum (Ne quidem adjectô vocabulô, Omnium) Usumfructum legavit, Prædiorum tàm rusticorum, quàm urbanorum, & Mancipiorum, & Supellectilis, itemque Calendarii, sive Codicis Nominum & Rationum, ad uxorem pertinere, adstruere non dubitet; 15

in *L. 37. ff. de usu & usufr. leg.* Marc. Anton. Natta, *consil. 297. num. 4.* Hercules Mareſcottus, *d. cap. 30. num. 3.*

Quibus convenienter nihil dubii suppetit, quin ad universalem, sive universorum bonorum Fructuarium Ususfructus perti- 16 neat tùm mobilium bonorum, tùm immobilium;

per *L. 49. L. 208. ff. de verb. signific.*

Nec tantùm Specierum; verùm etiam 17 Quantitatum, sive rerum, quas vulgò nuncupamus, fungibilium, primô protinus usu consumptibilium, seu pondere, numerô, mensurâ constantium; verb. grat. Pecuniæ, Vini, Olei, Frumenti, cum cæteris similibus:

arg. *d. L. 37. ff. de usu & usufr. leg. L. 1. Cod. de usufr.* Johann. del Castillo, *de usufr. cap. 38. num. 10. & 11.* Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 142. num. 14. & 15.* Vinnius, ad *§. 2. num. 4. Inst. de usufr.* Cardinal. Mantica, de *conjectur. ult. volunt. lib. 6. tit. 6. num. 14.* Borgninus Cavalcanus, de *usufr. mulieri relicto, sect. 2. num. 13.* Mareſcottus, *d. l. num. 3. & 4.*

Etiamsi Testator, vel alius Conditor juris usufructuarii, eas, ante hujus juris constitutionem, habuerit venales; modò non aliundè diversa ipsius voluntas appareat: 18

Didac. Covarruvias, *varr. resoll. lib. 2. cap. 5. num. 1.* Mantica, *d. l. num. 13.* Atius Pinellus, ad *rubr. Cod. de bon. matern. parte 1. num. 39. & 40.* Mareſcottus, *d. cap. 30. num. 7.*

Neque etiam in eo differentia admittenda sit, sive de bonis, tempore condiri testamenti, vel Contractûs aut Pacti cum alio initi, jamjam quæsitis, sive postea demùm, quocunque honestô titulô comparatis, quæstio moveatur: 19

arg. §. 18. & 19. *Inst. de legat. L. 1. de leg. 1. L. ult. Cod. quæ res pign. dari poss. & dicta L. 37. de usu & usufr. leg.* Cavalcan, *d. tract. sect. 2. num. 11.* Tessaurus, *Decis. 168. & 199.* ubi aliud in Donatione pronunciat, post 20 Menoch. Wissenbachium, Matthæum, Voetius, ad *tit. Pand. de usufr. §. 15.* ubi optimè hoc exequitur,

Ii

21 Et quòd denique (ut alia complura taceamus,) nec de rebus incorporalibus, seu in jure consistentibus, Actionibus, Nominibus, Reditibus annuis, diversum dicendum sit, ex generalitate præcipuè dictæ *L. 37. de usu & usufr. leg. L. 64. de leg. 3. L. 69. ad L. Falcid.* cum aliis similibus, unanimis omnium Interppr. Schola definire non dubitat;

ut videre est apud Manticam, *d. tit. 6. n° 2.* Menoch. *d. præsumpt. 142. num. 17.* Joh. del Castillo, de *usufr. cap. 41.* Joh. Voetium, ad *d. tit. num. 15.*

22 Et quòd, his congruenter, si vel ususfructus omnium Bonorum, sub quibus haud dubiè Territorium, Dynastia, Castrum, Oppidum, vel Pagus continetur, vel in specie Ususfructus Castri, vel Territorii, cum appertinentiis, ut vulgò loquuntur, in supremo elogio alicui relictus, vel per Pactum constitutus sit, tunc quòd ad Fructuarium, omninò excluso Proprietario, cum cæteris fructibus, etiam juris Patronatûs ecclesiastici, sive illud sit plenum, in jure nimirum præsentandi consistens, sive minùs plenum, solam comprobationem, vel improbationem Electi complectens exercitium pertineat, in puncto statuminat Johannes Del Castillo,

saped. tract. de usufr. cap. 36. n. 35. Carol. Molinæus, ad *Consuet. Parisien. tit. 1. §. 1. gloss. 1. n. 49. & seqq.* Vinnius, ad *princip. Inst. de usufr. num. 2.* Rodenburg. de *jure conjug. tit. 2. cap. 1. num. 4.* Simon van Leeuwen, *cens. Belg. parte 1. lib. 2. cap. 15. num. 4.* Joh. Voetius, ad *d. tit. de usufr. §. 27.* Weizenegger, *tract. de usufr. cap. 5. num. 22.* Manzius, in *Bibl. aur. tract. de servit. personalib. tit. 1. Q. 14. num. 153.* Müller, ad Struv. *exerc. ad Pand. 12. th. 17. lit. 7.* sollicitè Marescottus, *d. cap. 30. num. 9.*

23 Idemque dicendum de Reditibus Pedagii & Vectigalium:

Cardinal. Mantica, *d. tit. 6. num. 16.*

De Commodis ex Munerum & Officio-
24 rum in loco vacantium collatione redactis;

Arnold. Vinnius, *cit. loc.* Respp. Ictor. Holland. *parte 4. consil. 53.* Voetius, *d. §. 27.* ubi plura de his.

De Canone emphyteutico, &, si stante usufructu, prædium emphyteuticum alie-
25 netur, etiam de Laudemio Fructuario persolvendo:

Julius Clarus, in *R. S. §. Emphyteusis. Q. 23. num. 5.* Marescott. *d. l. num. 5.* Chassanæus, ad *Consuet. Burgund. rubr. 4. §. 6. n. 3.* Del Castillo, *d. tract. cap. 36. num. 45.* Vinnius, *d. num. 2.* Ant. Faber, in *Cod. Sab. lib. 3. tit. 23. Def. 6.* Daniel Moller, *semestr. lib. 4. cap. 5. num. ult.* Anton. Matthæus, de *auction. lib. 2. cap. 4. num. 19.* Manzius, *d. l.*

De Jure mortuario, sive Caduci, in bo- 26
nis defuncti Hominis proprii, aliàs Domino competente, Hauptrecht / Leib / oder Hauptfall:

Anton. Faber, in *Cod. Sabaud. lib. 3. tit. 23. Def. 4. & 5.* Anton. Matthæus, de *auction. lib. 2. cap. 4. num. 22.* Voetius, *d. §. 27.*

De Compendiis Pœnarum pecunia- 27
riarum, sive Mulctarum, itemque Sigilli emolumentis:

Arnold. Vinnius, *d. num. 2.* Costalius, ad *d. L. 7. de usufr.* Castillo, *d. cap. 36. n. 30.* Voetius, *d. l.*

Ità nempe, ut Ipse illa omnia, quæ ad 28
altam & bassam jurisdictionem quocunque modo pertinent, pro arbitrio, ex LLbus regulato, exercere queat, & ad ipsum omnes Fructus Jurisdictionis, pœnarum videlicet & mulctarum compendia, solitariè pertineant; Weizenegger, *d. cap. 5. num. 21. & 22.* Manzius, *d. Q. 14. num. 152.* Müller, *c. l.* & dehinc quoque Dominus proprietatis, in præjudicium Usufructuarii, Mulctas & Pœnas, aliave similia remittere nequeat, eo quòd Fructuarii conditionem ei nullo planè modo deteriorem reddere, ipsumve, quo minùs Fructus, quantos potest, maximos, ex re fructuaria boni viri arbitratu percipiat & habeat, impedire permissum sit.

Nicol. Burgundus, ad *Consuet. Flandr. tract. 10. num. ult.* Anton. Matthæus, de *auctionib. lib. 2. cap. 5. num. 27.* Johannes Voetius, *d. §. 27. in med.*

Et si denique tali Castro vel Territorio 29
etiam Jus, propter Crimina, Delinquentium Bona confiscandi adhæreat, tunc quòd etiam hoc commodum ad Usufructuarium, & non ad Proprietarium spectet, seu de bonis quæratur immobilibus, seu mobilibus, nec non etiam Jus vacantia Bona infiscum cogendi pariter ad Fructuarium referri debeat, eluceſcit ex traditis laudati Matthæi, *d. lib. 2. cap. 4. num. 17. 19. & 22.* Johannis Voetii, *cit. loc.*

Welchem allem nach auch dißorths nicht 30
der wenigste Zweiffel waltet / daß / wann Herr C. der Fräulein L. als seiner Sponsæ, in casum, wann Er vor Ihr ableiben möchte / die Nuznieſſung von seinem gesamten vermögen / oder völliger Verlassenschafft / (massen er dann gethan.) in denen mit Ihr aufgerichteten Ehe-Pacten eingeraumt hätte / und unter derselben ein / Jure Allodii, plenique Dominii, Ihm zuständiges Schloß / oder Ritter-Guth wäre / Sie Fräulein / L. in allweeg auch die demselben anhängige / non saltem bassam; verùm etiam altam seu criminalem jurisdi-

ctionem, jure sibi constituti universalis usus-fructûs, zu exerciren indubitatò berechtiget seyn würde.

31 Nachdemmahlen aber in Casu proposito, das Ritter-Guth N. wohlbesagtem Herrn C. nicht pleno Dominio; sondern / als ein altt Lehen-Guth jure utilis solummodò dominii zustehet / so hat es prima fronte kein geringes ansehen / als ob Herr C. weder Selbst und allein / noch cum solo Consensu seiner beyder Herrn Brüder / als nächster Agnaten / der Fräulein L. dises lehenbahren Ritter-Guths / tanquàm Feudi antiqui, Usumfructum ullô modô, vel cum ullo effectu, habe constituiren können.

32 Sanè enim quòd, Primò, Vasallus, qui Feudum præsenter possidet, tale Feudum
33 antiquum (De Feudo novo & hæreditario conferatur Menochius,

de *præsumption. lib. 4. præsumpt. 142. n. 9.* post Paulum de Monte Pico, ad *L. Titia. §. Titia, cùm nuberet. num. 99. de leg. 2.* Hercules Marescottus, *varr. resoll. lib. 1. cap. 30. num. 24.*) nullô titulô, vel modô alienandi licentiam habeat, & consequenter post suum discessum, ubi omne Ipsius, quod interea habuit, Jus omnimodò extinguitur, in damnum Agnati, in eodem succedentis, vel Domini directi, cuiquam in illo constituere valeat, ex eo, quòd etiam constitutio juris utendifruendi sit species prohibitæ
34 Alienationis, & ususfructus sit pars Dominii, communissima Interppr. definitio est;

per tx. cardinalem in *L. fin. Cod. de reb. alien. non alienand. L. 3. §. 5. de reb. eor. qui sub tut. L. 4. ff. de usufr.* arg. *II. Feud. 9. §. Donare. & II. F. 55.* Videatur sollicitè de his disserens Fachinæus, *controv. lib. 7. cap. 79.* Nicol. Boerius, *Decis. Burdegal. 199. n. 4.* Francisc. Burlatus, *vol. 1. consil. 49. num. 36.* Menoch. *dicta præsumpt. 142. num. 4.* Clarus, *§. Feudum. Q. 37. num. 2.* Thomingius, *Decis. 17. num. 17.* Struvius, in *syntagm. J. F. cap. 13. aphor. 8.* Dn. Sam. Stryke, in *exam. Jur. feudal. cap. 10. Q. 12.* post Blancum, Curtium, Alvarott. Sonsbec. Wesembec. Mozzium, Gozadinum, Parisium, alios que complures, Hermannus Vultejus, *de feud. lib. 1. cap. 10. num. 51.* ubi scribit:

35 Hanc veram & communem DDrum sententiam esse, adeò quidem, ut Vasallus, post suum decessum, ne quidem Uxori Victalitium, vel Alimenta in re feudali constituere valeat,

Quod & suo suffragio comprobat Bardellonus, *vol. 1. consil. 35. num. 8.* Ludolphus Schrader, *vol. 1. consil. 19. num. 63. vers. Nec etiam in Feudo.* Eandemque sententiam per omnes Scribentes communiter approbatam & receptam appellat Petrus Peckius, *tract. de testam. conjug. lib. 5. cap. 23.* Alexander Tartagnus, *vol. 5. consil. 18.* Cardinal. Parisius, *parte 5. consil. 99. num. 4. & 15.* Michael Grassus, in *R. S. §. Legatum, Q. 14. num. 81.* Johannes Cöppen, *Q. 39. n. 39.* Vultejus, *d. l.* Borgninus Cavalcanus, *de usufr. mulieri relicto, sect. 2. num. 22.* Arius Pinellus, ad *L. 1. parte 3. num. 71. Cod. de bon. matern.* Ludov. Molina, *de J. & J. tract. 2. Disp. 470. num. 4.* Rosenthal, *de feud. cap. 9. membro 1. conclus. 10.* Knipschild. *de fideic. famil. nobil. cap. 11. num. 121.* Johannes Harpprechtus, ad *§. 1. num. 13. Inst. de usufr.* ubi quidem non malè adstruere videtur, quòd contraria sententia, Juris quidem veritate præ oculis habitâ, melioribus 36
fundamentis suffulta sit; veruntamen in Praxi & judicando, ab illa communi recedere vix liceat.

Und weilen / Secundò, diser communio- 37
ris atque receptioris DDrum sententiæ gesampte Principia auch bey denen Agnatis in Feudo antiquo successuris platz greiffen / daß nemlich auch Sie / in præjudicium Domini directi, keine Alienation zuerrichten befugt / so zeigt sichs von selbsten / daß / wann gleich dieselbe auch expresse & specificè ihrem / mit seiner Brautt Ehe-Pacten auffrichtendem / und in selbiger Ihr eines altt-lehenbahren / eo tempore besitzenden Ritter-Guths Usumfructum alligniirendem Fratri, vel alii Agnato, ihren consensum largissimè ertheilen; solches doch keine validam Juris usufructuarii constitutionem, non requisitô etiam Domini consensu, zuwürckhen vermöge:

In tantum, ut passim DDres definiant, 38
quòd Vasallus ne quidem ad dies vitæ usumfructum in Feudo constituere valeat, hâc præcipuâ ratione, quòd, prædii feudalis usufructu amissô, Vasallus servitia vix ampliùs commodè præstare valeat, quippe quæ ex reditibus Feudi præstanda.

II. Feud. 54. in fin. & tit. 55. §. Firmiter. Wesembec. de *feud. cap. 11. num. 3.* Vultejus, *d. cap. 10. num. 14.* post plures, Knipschild. de *F. F. nobil. cap. 11. num. 121.*

Welchem allem auf dem fuß auch dises 39
nachfolgt / daß / wann auch gleich ein würckhlicher Besitzer eines solchen Lehenstucks / seiner künftigen Ehegemahlin / in denen mit Ihr errichteten Pactis Matrimonialibus, auf seiner gesampten Erb- und verlassenschafft den vollkommenen Besitz seu plenissimum jus utendifruendi in amplissima & laxissima Juris forma verordnet / auch seine gesampte / tùm proximiores, tùm remotiores, Agnati darein liberalissimè consentirt haben; dannoch solches Nutznieſſungs-recht auf dergleichen altt-lehenbahre Güther / von Rechtswegen / nicht extendirt werden möge.

Ex

40 Ex quo ità in puncto Johannes Voetius: Feudalium, inquit, rerum uſumfructum non cedere uſufructuario omnium Bonorum, verius eſt: Niſi ſpecialiter Feudorum quoque mentio inveniatur, & à Domino directô ſit impetrata de illis teſtandi licentia; cùm ex ſcriptis Feudorum conſuetudi-
41 nibus nulla teſtamentaria de Feudis diſpoſitio (Sed nec ulla Conventio, cum totali vel partiali Feudarii Juris alienatione conjuncta) ſubſiſtere queat; *l. Feud. 8. in princ. & II. Feud. 9. §. Donare. 1.* & hodiernis paſſim moribus invaluerit, non niſi ex ſpeciali venia directi Domini, à Teſtatore vivô impetratâ, ullum valere ſupremum de Feudis elogium. Peckius, de *teſtam. conjug. lib. 5. cap. 23.* Leeuwen, *cenſura forens. parte 1. lib. 3. cap. 8. n. 7.* Reſpp. Ictor. Holland. *parte 2. conſil. 204.* Graſſus, *recept. ſentent. §. Legatum, Q. 26.*

Hucusque Voetius, ad *d. tit. de uſufr. §. 18.*

42 Deſſen allen jedoch / und was dergleichen mehr angeführt werden könnte / gäntzlich unangeſehen / ſeyn wir der unzweiflichen rechtl. meinung / daß / ob gleich kein Lehenmann / auch cum ſpecifico Agnatorum conſenſu, ſeiner Ehegemahlin / oder auch Jemand anderem ein formales Nutznieſſungs-Recht / ſeu in Pactis dotalibus, ſeu in ultimâ Voluntate, mit rechtlichem beſtand zuverordnen vermag; Ihm jedoch auch hingegen durchaus nicht verwöhret ſey / die von denen Rechtslehrern alſo genannte Commoditatem utendi fruendi, ſeu Facultatem Fructus percipiendi, etiam non requiſitô Domini conſenſu, quocunque Titulô, tàm lucrativô, exempli grat. Donationis, quàm onerosô, puta Venditionis, Locationis, & ſic deinceps, an wen Er
43 will / zuvergeben und einzuraumen. Dann wiewohlen auch diſes von einigen Rechts-Lehrern in unnöthigen zweifel gezogen werden wollen:

prout iſtam ſententiam Ludwello imputat Dn. Samuel Stryke, in *exam. jur. feudal. cap. 10. Q. 13.* & verè dubitat Hermannus Vultejus, in *tract. de feud. lib. 1. cap. 10. num. 76.*

44 So iſt jedoch diſe widrige ſentenz, daß nemlichen auch ein jeder Vaſall diſe Macht und Befugſame / ut Alius omnem Feudi Utilitatem, omnem obventionem, ſive Fructus, qui ex illo percipi poſſunt, licet non ſuô propriô jure & nomine; ſed ex jure & perſonâ concedentis Vaſalli, percipere valeat, ità nempe, ut talis Conceſſionarius, ſive Emptor, Donatarius, aut ſimilis Acquirens omnes Feudi talis Fructus non ab ipſo Vaſallo ſeparatos, & perceptos, tanquàm propriè & ſtrictè ſic dictum reditum, ex hujus manu quotannis accipiat; ſed Prædium feudale ipſe poſſideat, omnesque Fructus, ſive ex ipſo talis Prædii corpore naſcantur, ſive per ejus cauſam & occaſionem Jure percipiantur, ſicque uno verbo Fructus naturales & civiles, quales ſunt Penſiones, Mercedes, Uſuræ, Cenſus, Reditus annui, & omnia realis, ſive patrimonialis Jurisdictionis compendia atque emolumenta, ſuô propriô factô, abſque ullô concedentis Vaſalli concurſu, vel ad quamvis hujusmodi acquiſitionem requirendô conſenſu, ſuô propriô factô Ipſe percipere, atque immediatè acquirere valeat;

prout iſtam ſententiam, poſt alios innumeros, intrepidè propugnant laudatus Strykius, *d. Q. 13.* ubi ſcribit, quòd Vaſallus non ipſo quidem Jure utilis dominii ſe abdicare; benè tamen facultatem Fructus ex Feudo percipiendi in alium transferre queat, poſt Matthæum de Afflictis, Jacobum de Ardizone, Blancum, Raymundum, Jacobinum de S. Georgio, Andr. de Iſernia, Alvarot. Balzaran. Camerarium, Baldum, & alios, Henricus à Roſenthal, in *ſynopſi feud. cap. 9. membro 1. concluſ. 10.* ubi ità ſignanter:

Quod, ait, de uſufructu dixi, dubita- 45
tione non caret. Nam quidam tradunt, quòd ob ejus conſtitutionem, ſine conſenſu Domini factam, Feudum non amittatur, & quòd uſusfructus ille ad vitam conſtituentis duntaxat durabit. Aliqui, ejus conſtitutionem quidem non tenere; Vaſallum tamen, quoad vivat, utendi & fruendi facultatem præſtare debere. NB. Hoc omnibus placet, quòd Commoditates Fructuum, ſive, ut alii loquuntur, Jus percipiendi Fructus Feudi Vaſallus ad longum tempus, vel quamdiu ipſe Feudum tenebit, vendere, aut aliter alienare, ſine caducitate; etiamſi Domini Conſenſus non acceſſerit, poſſit; & tùm Vaſallum ad Servitia ipſum obligatum manere: Quod quidem admittendum, ſi ipſe Vaſallus poſſeſſionem retineat: Nam ſi eam transferret, Jus reale, ipſo etiam Uſufructu gravius, conſtitueretur: Annuos enim reditus, aut Fructus, Rem transferendo, aut obligando, concedere non poſſet:

Quæ ultima verba quomodò exaudienda ſint? eluceſcit ex Auctoribus ibid. laudatis, & præcipuè Chaſſanæo, ad *conſuet. Burgund. rubr. des fiefs. 3.* ad verba: *En alienation & transport. num. 41.* & Aurelio Corbulo, de *jure emphyt. cap. 14. ampliat. 49. num. 1. 3. 9. 12. & 18.*

Eandemque ſententiam, quòd nempe 46
Vaſallus non quidem Uſumfructum, ſive illam pleniſſimam Servitutem perſonalem, quam hoc nomen indigitat; benè tamen Jus Fructuum perceptionis, ſeu Facultatem, eosdem ex perſona Vaſalli, quovis titulo in alium transferre valeat, pro indubia re-

pu-

putat, post plures, quos laudat, Gaspar Anton. Tessaurus, *Qq. forens. lib. 2. Q. 23. num. 38.* Ruinus, Jason, Berojus, Clarus, Rolandus à Valle, in locis, quos refert Jacobus Menochius, *consil. 1022. num. 9. & 10.* verbis: Sic quoque dicimus, quòd, etsi in bonis Emphyteusis & Feudi constitui & acquiri non possit usufructus; veruntamen constitui acquirique potest Commoditas Facultasque Fructuum. post plures, Struvius, in *syntagm. Jur. feud. cap. 12. aphor. 7. num. 2.* ubi optimè de his & plenissimè ità disserit:

47 Vendere quoque, vel donare posse Vasallum Fructuum Perceptionem ex Feudo, rectè tradunt Interpretes. Borcholten, de *feud. cap. 8. num. 58.* Gratianus, *Discept. forens. cap. 43. num. 14.* Licet enim ipsum Jus Feudi non liceat in alium transferre, neque etiam propriè & formaliter ità dictus Usufructus in Feudo alteri constitui possit, quippe qui Jus in re importat. *11. Feud. 9. §. Donare. Addat. L. ult. Cod. de reb. alien. non alien.* nihil tamen impedit, quo minùs Vasallus alteri, quocunque Titulô concedat Perceptionem Fructuum, absque translatione Juris in ipsa re feudali. Solum enim Jus conceditur in Fru-

48 ctibus separandis (Quos ità, respectu Separationis, burgensaticam naturam habere, & in commercio esse scribit Camerarius, in *L. Imperialem. de prohib. Feudi alienat. pag. 123.*) ità, ut Emptor, exempli grat. vice Vasalli vendentis eos percipiat. Alvarot. *num. 13. de prohib. feudi alienat.* Camerar. *d. l. pag. 129.* Borcholten, *d. cap. 8. num. 58.*

49 Undè nec dubitamus, Vasallum Patrem Filiæ Fructuum perceptionem in dotem rectè dare. Zasius, *epit. feud. p. 9. num. 8.* Gailius, *1. Obs. 117. num. 7.* Mynsing. *cent. 4. Obs. 68.* Simillter & Vasallus, ipsum Jus Feudi retinens, nudum ac simplex

50 Jus percipiendi, sive Feudi Commoditatem oppignorare potest. Martinus Laudensis, in *d. §. Donare. num. 16.* Schrader, de *feud. part. 8. cap. 1. num. 25.* Clarus, *§. Feudum. Q. 31. num. 9. &c.*

51 Nempe, quamvis in Feudo Jus aliquod reale, sicque etiam Usufructus formaliter sic dictus, etiam ad vitam Possessoris Vasalli, constitui nequeat, ne videlicet Res semel tali nexu devincta, per oblivionem & injuriam Possessorum & Successorum, ad Posteros cum eôdem onere transmittatur, vel super eâ re ex manu Fructuarii extorquendâ graves lites exoriantur;

52 prout in simili, de rebus videlicet Majoratui subjectis, benè arguit Molina, de *Hispan. primogenit. lib. 1. cap. 20. num. 15. in fin.*

53 Tamen hæc planè aliter circa Fructuum solummodò Commoditatem, seu Facultatem Fructus, nomine, ex personâ, & vice Vasalli, percipiendi, etiam in aliis, quàm feudalibus, prædiis se habere, concorditer definiunt Omnes: Eo quòd hæc Facultas, ceu non juris; sed facti, seu sub quâ & per 54 cujus concessionem nullum Jus in re in alterum transferri, rectissimè advertit laudatus Molina,

d. tract. cap. 19. num. 33. & cap. 20. num. 11. Knipschild. de *F. F. nobil. cap. 11. n. 124.*

ab ipso Usufructu, tanquam Juris in re notoriâ specie, quàm maximè differat;

Molina, *d. cap. 20. num. 10.* Hotomannus, ad *§. 1. Inst. de usu & habitat.* Oswald. Hilliger, in *Donello enucl. lib. 16. cap. 9. lit. G.* Knipschild. *cap. 11. num. 123. & seqq.*

Prout optimè ostendit, ex Mantica & aliis, Marius Giurba, ad *Consuetud. Messauens. cap. 3. glossa 2. parte 1. num. 7. 11. & seqq.* Oswaldus Hilliger, *c. l.* quod apud ipsos videri poterit. Conferat, imprimis *Lex 8. in fin. ff. de peric. & comm. rei vend.* ibique DDres.

Neque hoc novum esse, ut penes alium 55 sit Jus ipsum Usufructûs, & penes alium Facultas fructuum percipiendorum, evincunt Exempla talis Commoditatis utendifruendi seu Facultatis fructus percipiendi, à Muliere fructuariâ, Marito in dotem datæ in *L. 66.* præcipuè in verbis: Ut ipsum quidem Jus remaneat penes Maritum; NB. Perceptio verò Fructuum ad mulierem pertineat. *de jure dot.* ubi jungetis Brunnemann. & ab illo laudatos, Arnold. Vinnium, ad *§. 1. num. 4. Inst. de usufr. L. 57.* ibi: Si, cùm haberet Mulier Fructum, Viro, cujus erat proprietas fundi, usumfructum cessit. *ff. sol. matrim.* Oldradum, *consil. 102. ad fin.* Knipschild. *d. num. 124.*

Et ab ipso Fructuario titulô Venditionis 56 in alium translatæ:

in *L. 8. §. 2.* ibi: Interest, utrum jus utendifruendi, quòd solum tuum sit, vendas &c. *ff. de peric. & comm. rei vend.*

Possessoris Majoratûs; 57

de quo optimè Molina, *locis prox. allegatis.* Menochius, *d. consil. 1022. num. 8.*

Itemque Bonorum nexu Fideicommissi 58 agnatitii devinctorum;

de quibus Knipschildius, *d. cap. 11. num. 124. junctis ibi præcedentib.*

Emphyteutæ, hujusmodi commodita- 59 tem in prædio emphyteutico constituere volentis;

post alios, Menochius, *d. consil. 1022. n. 9.* & (Ut alia taceamus, de quibus Giurba, ad *Consuet. Messauens. cit. l. num. 11. & seqq.* Menoch. *d. l. num. 12. 14. 15. & 16.*) imprimis ipsiusmet Usufructuarii, si & ipse, in 60 re sibi in usumfructum concessâ, talem Commoditatem Fructus percipiendi, vel alte-

alteri locare, aut gratis concedere, vel vendere, donare, oppignorare, aliove quocunque Titulo in alium transferre velit.

Johann Del Castillo, de *usufr. cap. 69. & 70.* Georg Adam Struvius, in *syntagm. Jur. feudal. cap. 12. aphor. 7. num. 2.*

61 Sane enim, quòd etiam ipse Usufructuarius Usumfructum,

ut loquitur *Lex 38.* in verbis: *Si vendidero usumfructum. ff. de usufr.*

seu Jus, quod habet,

verbo Imperatoris in §. *1.* ibi: Nec ulli alii jus, quod habet, aut locare &c. quàm is, qui usumfructum habet, possit hæc omnia facere. *Inst. de usu & habit.* & Jcti, in *L. 11. ff. de usu & habitat.*

nimirum Jus utendifruendi,

effato Pauli, in *L. 8. §. ult. ff. de peric. & comm. rei vend.*

in alium transferre, ac tàm vendere, & locare, quàm donare, & gratis, prout ipsi lubuerit, concedere valeat, hi & alii Juris loci apertissimè determinant.

Conferat. præter dd. txx. *L. 29. princ. ff. quib. mod. usufr. amitt. L. 35. §. 1. L. 66. de usufr. L. ult. de usur. L. 72. de Reg. Jur. L. 15. princ. de pignor. L. 6. Cod. de usufr. L. 11. §. 3. ff. Qui potior. in pign. habeant.* Simon van Leeuwen, *censura forens. parte 1. lib. 2. cap. 15. num. 14.* ubi hanc facultatem etiam Commoditatis Perceptionem, nec non Exercitium, seu Jus Perceptionis in utendo fruendo consistens appellat. Arnoldus Vinnius, ad *d. §. 1. num. 4.* verb. *Posset hæc omnia facere.*

62 Quamvis enim hoc certum sit, quòd Usufructuarius nullò modò Usumfructum alteri possit constituere, hoc est, novum & alium, in suum locum, Fructuarium substituere, nisi Dominò volente:

L. 57. ff. sol. matrimon.

63 Quia tamen Fructuarius quodammodò duplex Jus habere intelligitur, quorum alterum quidem merè personale; alterum verò reale Bachovius appellat, & cum illo Vinnius, *c. l.* illud quidem, ceu illius, cui ususfructus primùm constitutus est, Personæ infixum, ab eâdem nullatenùs avelli po-

64 test, vel in alium transferri. Ex quo etiam illud profluit, quòd in jure hôc amittendô, vel extinguendô ipsius solius Persona semper spectetur:

dicta L. 8. §. fin. de peric. rei vend.

65 Hoc alterum verò, ceu in rei fructuariæ usu & fruitione consistens, tametsi ab illo personali fruendi jure & ipsum promaner, & in eo usquæ adeò radicetur, ut etiam cum illô simùl extinguatur, à personâ Fructuarii benè abire, & in alium quovis modo transferri potest; ità nempe, ut Jus ipsum utendifruendi formaliter spectatum, sive Servitus Usufructûs, ceu haud dubiè personalis, ipsius Fructuarii Personæ cohæreat, nec ab illâ abscedere, seu in alium ità transferri valeat, ut in personâ secundi Fructuarii alius futurus sit, quàm in Alienante seu Concedente; sed hujusmodi Emptor, Donatarius, Conductor, qui facultatem fructus percipiendi tali titulo acquisivit, ex personâ non suâ; sed ipsius Fructuarii, utatur fruatur, sive Commoditatem (Perindè ac Juris est in Cessionatio Actionum seu Nominum; advertente Bachovio, & Vinnio, *d. l.*) fruendi exerceat; quæ Commoditas & ipsa, licet nonnihil pinguiùs, Usufructus appellatur in dd. txx. advertente, post Castillum & Azevedum, Mario Giurba, 66

ad *Consuet. Messanens. cap. 6. glossa 2. parte 1. num. 18. pag. 408.*

Quæ omnia pleniùs atque enucleatiùs excussa videre est apud Vinnium, *d. l.* & *ad §. 1. num. 4. Inst. de usufr.* post Francisc. Sarmientum, Anton. Fabrum, Gomezium, Valascum, Arumæum, Castillum, Bronchorstum, Gentilem, ap. Hilligerum, *d. lib. 10. cap. 8. lit. G.* Bachov. ad Wesembec. *tit. quib. mod. usufr. amitt. num. 2.* Weizenegger. *Diss. 2. cap. 5. num. 26. & seqq.* Manzium, in *Bibl. aur. tract. de Usufructu, tit. 1. Q. 15. num. 196.* ubi optimè ità: Quamvis ipsum jus utendifruendi Fructuarius alteri cedere nequeat; Fructuum tamen Perceptionem, vel, ut alii loquuntur, Commoditatem utendifruendi, vel Fructus percipiendi, alteri cedere, vendere, donare, locare, & precariò concedere potest, etiam invitô Proprietariô. arg. *L. 67. ff. de usufr. L. 8. §. penult. de peric. & comm. rei vend. L. 66. de jure dot.* Ratio, quia his modis retinet usumfructum, aliô ejus negotium gerente. Freig. ad *Inst. tit. de usufr. num. 1. in fin.* Julius Pacius, *num. 11. eod. tit.* ubi dicit, Fructuarium per alium uti, idque efficere posse, ut ex suâ persona Alius utatur fruatur. 67 68 69

Nempe, quamvis aliàs Fructuarius, suum Jus Extraneo cedens, nihil agere dicatur, eatenùs videlicet, ut ille Extraneus, hoc est, alius, quàm Dominus proprietatis, illud ipsum personale utendifruendi Jus, Fructuarii personæ præcisè cohærens, ab illo avellat & in se transferat, hâcque ipsâ de causâ, quòd Usufructuarius illud à se seu à suâ personâ abire velit, illud necessariò ad Proprietatem recurrere oporteat, & ità per consolidationem finiatur: 70

quam verissimam mentem *§. 3. Inst. de usufr.* (Licet, aliter de illo quamplurimi sentiant; ut videre est apud Henric. Gisebertum, in *Justin. harmon. tit. de usufr. §. penult. num. 271. usque ad num. 277.*) penitiùs exequitur Arnoldus Vinnius, ad *ipsum hunc tx. verb. Cedendo extraneo nihil agi-* 71

tur. *num. 4.* Franzkius, *exercit. Juſtin. 5. Q. 2.* B. Dn. Lauterbach, in *Diſp. de Confuſ. §. 45.* Bachov. ad Treutl. *vol. 1. Diſp. 16. §. 10. lit. A.* Schwendendörffer, ad Eckolt. *tit. de uſufr.* Dn. Collega noſter, D. Majer, in *commentar. ad Inſt. tit. de uſufr. ad §. 3. pag. 426.*

tamen optimè ad hoc reſpondet Oldendorpius,

claſſe 3. Art. 6. Q. 7. num. 3. ubi dicit:

72 Aliud eſſe, Cedere Uſumfructum, & aliud, Concedere Fructuum Perceptionem. Cedere ſiquidem eſt prorsùs transferre Jus ſuum in alium, von ſeinem Rechten gänzlich abſtehen: Concedere verò eſt duntaxat exercitium alteri permittere, interim tô Jure, nachgeben. Caſpar. Manzius, *dicto tract. de uſufr. tit. 4. Q. 3. num. 74. in fin.*

73 Ex quo, Uſufructuarium jus utendifruendi Extraneo, tanquàm ſuo Vicario, concedere poſſe non malè pronunciat Henricus Giſebertus,

ad *d. §. penult. ſeu 3. Inſt. de uſufr. num. 279.* Addatur omninò Arius Pinellus, ad *L. 1. parte 3. num. 38. Cod. de bon. matern.* Johann Del Caſtillo, de *uſufr. cap. 69. 70. & ſeq.* Paulus Chriſtinæus, ad *LL. Mechlin. tit. 15. Artic. 6. num. 6. in fin.* ubi Jura hæc aliquoties in Supremo Brabantiæ Conſilio approbata teſtatur.

74 Wann nun alle diſe macht und rechtliche Befugſame/ ein nutzenßbares Guth/ quoad dictam facultatem Fructuum propriô factô percipiendorum, etiam contradicente Proprietariô, zuverpachten/ vermiethen/ einem Glaubiger antichreſticô jure zuverpfänden/ einer Tochter zum Brautſchatz oder Heurathguth mitzugeben/ zuverſchenckhen/ oder ſonſten/ Commodati, Precarii, vel quô aliô, gratuitô, aut aliô Titulô zuverleyhen/ und einzuraumen/ einem mero & ſimplici Uſufructuario, unverneinlich

75 zukompt: wie viel eher und mehr wird dann ein Vaſallus, oder anderer Dominus utilis gleiches Recht exerciren können/ als

76 welche notoriè ein longè potentius & plenius Jus in Prædio feudali, & re in emphyteuſin conceſsâ, nec non in ſuâ Superficie haben?

ut rectiſſimè arguit Georg-Adam Struvius, *d. cap. 12. aphor. 7. num. 2.*

77 Nam etiam Feudum nominatim à Jcto Feudiſta appellatur Uſusfructus;

II. Feud. 23. verſ. Uſusfructus verò illius rei.

78 & non ſimplex uſusfructus eſt; ſed cum facultate utiliter vindicandi notoriè conjunctus, in Succeſſores feudales tranſitorius, & non tàm facilè, quemadmodum Uſusfructus, tanquàm Servitus perſonalis, cum Proprietate, ſeu Dominio directo conſolidabilis;

obſervante B. Dn. Lauterbachio, in *Reſol. Legis, Sciendum eſt. 15. ff. qui ſatisd. cogant.*

Und was ſollte/ bey ſolcher der Sache 79
beſchaffenheit/ auch in ſubſtrato die geringſte verhinterung zugebähren vermögen/ daß/ indeme Herr C. der Fräulein L. als ſeiner Sponſæ, den freyen Genuß von ſeiner völligen und gantzen verlaſſenſchafft/ oder ihrem ſpecialiter verordneten Widthumb/ pro liberrimâ Ipſius Optione, verordnet/ auch ſeine Herrn Brüdere/ vor ſich und ihre Kinder/ gleichermaſſen in ampliſſimâ forma verwilliget/ daß/ wann auch gleich keine Kinder vorhanden/ Sie Fräulein L. dennoch das gantze Vermögen genieſſen/ und/ unter einer beglaubten Specification/ bey behaltten ſolle/ Sie/ in krafft und zu folge ſolches Ihro verwilligten univerſalis, ſive univerſorum Bonorum Uſusfructûs, & reſpectivè, ratione videlicet feudalium Bonorum, ſub iſto latiſſimè patente vocabulo des gantzen Vermögens Herrn C. Genuſſes/ Ihr eingeraumter Fructuum Commoditatis, ſive liberæ facultatis univerſos totius Subſtantiæ Fructus, naturales & civiles, obſchon/ quantum ad Feuda, ex perſona & nomine ihrer Herrn Schwägere/ und Dero Hæredum ac Succeſſorum; dannoch propriô ſuô factô zu percipiren und acquiriren/ nicht auch alle diejenige Compendia & Commoda, quæ, vi Jurisdictionis, feudali Caſtro vel Pago Domini C. inhærentis, ex Mulctis & Pœnis pecuniariis, tùm & Confiſcatione, Emolumentis Sigilli atque Officialium, & ſic porrò proficiſci, vel LLum permiſſu percipi poſſunt, ohne einigen Eintrag ihrer Herrn Schwägere/ oder Dero Herrn Söhne/ und alſo auch ohne derſelben Conſens/ oder andern Concurs/ für ſich Selbſt und Allein/ nach rechtmäßigem arbitrio zupercipiren berechtiget ſeyn ſollte? Umb ſo mehr/ da/ als ſo nächſtgemeldt/ Ihr der NB. freye Genuß auff dem gantzen vermögen/ in denen/ mit Ihrer Herrn Schwägere ſpecifico & expreſsô Conſenſu aufgerichteten Pactis 81
connubialibus, omnium moratiorum Gg. judicio ſanctiſſimè ſervandis,

(per tradd. Zaſii, *vol. 2. conſil. 11. num. 50.* Philippi Matthæi, in *conſil. Marpurg. vol. 4. conſil. 60. num. 1. & ſeq.* Johannis Fichardi, *vol. 1. conſil. 34. num. 1.* Georgii Mundii à Rodach, *vol. 2. conſil. 26. num. 65.* & ſolicitè congeſta à noſtro Collega D. Harprechto, in *Reſpp. criminal. & civilib. vol. 1. Reſp. 78. num. 278. & mult. ſeqq.*)

in ampliſſima forma verordnet worden; 82
welche wortt ihrer krafft und operation ihres fürnehmſten theils unverneinlich beraubt würden/ wann Sie/ contra naturam

vum iſtorum verborum ſignificatum, geſchehen laſſen müſte / daß ihres ſeelig abgeleibten einen Herrn Schwagers nachgelaſſener Herr Sohn / oder / wann auch der andere annoch lebende Herr Schwager mit diſem cauſam communem machen wolltte / gar auch Beyde / in dem / pro Parte dem Herrn C. competirendem / und Ihr zur Nutznieſſung mitangewiſenen lehenbahren Ritter-Guth die Jurisdiction allein exerciren / die von Rechtswegen verwürckhte Geldſtraffen pro ſuo Arbitrio decerniren / oder remittiren / und Ihr / Jährlich / allein das jenige / was Sie / nach ihrer willkur und arbitrio, eingezogen / nicht als Einer Fructuariæ etiam Jurisdictionis; ſondern vielmehr als einer Redituariæ, annuos Feudi hujus Reditus ex manu Ipſorum accipere coactæ, und alſo auch gar nur Quid pro Quo Ihr behändigen dörf-
83 fen: Wohlbetrachtet / daß / auf ſolche weiß / die Ihr auf diſem Ritter-Guth competirende Facultas auch die jurisdictional Gefäll / warinnen die immer beſtehen mögen / ſuo proprio Facto, ad inſtar veri Uſufructuarii, zu percipiren / multis modis geſchmählert / ja præcipuam partem Ihr aus
Quando Alimenta, ex Legis dispositione, vel officio Judicis alicui debita, non fuere petita, tunc pro tempore præterito nulla competit exactio. 1236. 142. & sqq.
Diversum de illis Alimentis dicendum, quæ ex aliqua hominis dispositione, vel contractu debentur. 1236. 143. & sqq.
Alimenta ex legis dispositione debita tantùm urgente necessitate debentur. 1237. 146.
De Alimentis ex contractu vel supremo elogio, debitis lex ipsa hoc sancit, quòd mora hæredis vel alterius debitoris alimentario non debeat nocere. 1237. 148.
Alimenta in testamento relicta ignorans etiam præteriti temporis præstationes justissimè exigit. 1237. 149. & sq.
Licet hæres non fuerit interpellatus. 1237. 151.
Liberi, ne quidem sub titulo Alimentorum, ex massa bonorum obærati sui patris quidquam petere possunt. 1414. 119.
Hæc sola exceptio, quòd bona liberorum materna maximam partem in ipsorum Alimoniam consumpta fuerint, patrem usufructuarium à restitutionis necessitate, regulariter, non liberat. 1406. 53.
Alimenta Uxori vel liberis *Debitoris obærati*, durante processu *edictali*, à tertio præstita, regulariter, non ex massa bonorum; sed extra concursum ab ipsa uxore & liberis restitui debent. 1417. 170. & seqq.
Hoc cumprimis tunc obtinet, quando ejusmodi liberis bona materna vel avita supperunt, ex quibus illis alimenta præstari possunt. 1417. 172.
Idem dicendum, si debitoris uxor adhuc patrem, vel ejusdem liberi adhuc avum superstitem habeant. 1417. 173.
Sin iisdem nihil horùm suppetat, tunc ejusmodi Alimenta ad summum inter Credita simplicia referri debent; tametsi à Corpore aliquo pio, vel ad speciale Magistratus jussum fuerint præstita. 1417. 174. & seqq.
Maritum in carcere detentum Alendi necessitas Uxori, cessantibus omnibus muliebribus beneficiis, incumbit. 1465. 216.
Si debitum pro utriusque mariti & uxoris sustentatione contractum sit, uxor ad illud exsolvendum fundum dotalem alienare bene potest. 1465. 218.
Alimenta uxori, vel alii non-pauperi personæ relicta, legatum ad pias causas haudquaquàm constituunt. 1494. 137.
Ex bonis feudalibus Alimenta non aliter debentur, quàm si allodialia omninò deficiant, vel non sufficiant. 406. 294.
Idemque dicendum de bonis nexu fideicommissi agnatitii devinctis. 406. 296.
Vasallus

Vasallus uxori post suum obitum, regulariter, ne quidem Alimenta in feudo constituere valet. 1740. 35. & seq.
Quando pater naturalis intestatus decedit, tunc liberis naturalibus sola Alimenta debentur. 1261. 83. 1263. 118.
Quam primùm verò talis filius naturalis decedit, vel suismet operis suum victum & amictum parare potest, nulla ampliùs alimenta prætendi possunt. 1261. 84. 1263. 119.
An idem de Uncia, in casu testati, tali filio relicta dicendum? 261. 85.
Etiam legatum, filio naturali, pro Alimentis relictum, non debetur in casu, si ipse sibi suum victum & amictum, suis propriis operis, parare valeat. 1263. 120.
Valent pacta & statuta familiarum illustrium & superillustrium, quibus filiæ, quoadusq; Masculi superfuerint, suo statui convenientibus Alimentis, vel congruâ dote contentæ esse jubentur. 402. 254 & sq. 412, 368.
Etiamsi Cæsarea confirmatio non accesserit. 402. 254. & sq.
Nec Filiæ tali pacto se opponere possunt. 412, 369.

ALLODIALIS. Conf. Feudum.

In dubio res præsumitur Allodialis, & dehinc vel censitica, vel emphyteutica; non autem feudalis. 649. 56.
Etiam super hoc: An res feudalis, vel Allodialis sit? pendente lite. 649. 60.
Quando in finibus alicujus territorii major prædiorum pars allodialis est, indè etiam reliqua, proximè adjacentia, ejusdem præsumenda sunt conditionis. 206. 501.
De meliorationibus feudalibus ad successores Allodiales pertinentibus vid. Melioramentum.

ALLUVIO.

Etiam Alluvionis reditus ad usufructuarium spectant. 680. 67. & sqq.

AMBIGUITAS. AMBIGUUM.

Quoties constat, à quo verba ambigua prolata fuerint, vel in cujus potestate fuerit, legem contractus apertius concipere, hæc contra ipsum proferentem ejusque heredes sunt interpretanda. 36. 318. & sqq. 403. 324. 735. 247. 1300. 96.
Qui, per sui sermonis Ambiguitatem, sibi ipsi illius interpretationem reservare intendit, omnem interpretandi facultatem, hoc ipso, justissimè amittit. 735. 248.
Ambiguitas in contractu, regulariter, non adversus emtorem; sed venditorem venit interpretanda. 37. 321. 638. 60.
Nulla melior Ambiguorum verborum datur interpretatio, quàm quæ ex ipso contractus instrumento haberi potest. 736. 256.
Unus solus ex pluribus contrahentibus vel paciscentibus non potest ambiguam conventionem interpretari. 736. 261.
Ex ambiguis verbis lucrum affectans vel aliàs in illis se fundans pati debet, ut illorum interpretatio contra se fiat. 37. 322. 737. 268.
Probatio ambigua actorem non relevat. 37. 323. & sq.
Quando in verbis nulla est Ambiguitas, non debet admitti quæstio voluntatis. 1153. 532.
In Ambiguo benignior sententia tutior. 765. 15. 1017. 147.
pro Reo pronuntiandum, ut & pro possessore. 37. 326. & sq.
itemque pro libertate. 37. 328.
Ambiguitas juris, vel facti, de quo lis est, inducit, regulariter, compensationem expensarum. 488. 323. 1307. 415. 1713. 115.

AMICITIA. AMICUS.

Proditio Amici longè detestabilior, quàm alterius ignoti. 276. 208. & sqq.
Qui ex magna Amicitia alterius fidem sequi solitus fuit, & hac ipsa de causa instrumentum à se subscriptum non relegisse dicit, ei fides regulariter de hoc habenda. 333. 21.

AMISSIO. Conf. Privatio.

Privati facillimè, tùm per hostiles irruptiones, tùm per alios plurifarios fortuitos casus, sua instrumenta & documenta amittere possunt. 484. 257.
De Amissione instrumenti publici super ultima voluntate confecti, & qua ratione ejusdem contenta probari queant? vid. Testamentum.
Inventione rerum ab alio amissarum vid. Inventio.
Remediis superstitiosis ad recuperandas res amissas, citrà tamen expressum cum Diabolo pactum vel colloquium, utens pœna extraordinaria eapropter affici potest. 568. 51.

ANABAPTISTA.

Modus in judicio aliquid asseverandi Anabaptistis usitatus quisnam? 1545. 84.

ANASTASIANA LEX.

Quænam requisita ad statuminandam Legis Anastasianæ exceptionem sint necessaria? 1174. 19. & sqq.
Quando Creditor actionem sibi competentem, viliore licet pretio, propterea vendit, quòd ipse parata pecunia summopere indigeat, & à debitore nummis penitùs destituto, nihil consequi valeat; idem verò hic debitor, ob insignia Creditoris, sibi præstita, officia, lubentissimè pecuniam, ex justissimis causis debitam, ei redditam vellet, insimulque in bona sua, etiam aliis obærata, immissionem quotidiè reformidare teneatur, tunc, æquissima quantumvis, Lex Anastasiana nullum locum sortitur. 1174. 24.
Quando cessio nominis ex necessaria causa proficiscitur, dicta lex prorsùs cessat, sive creditor actionem, cogente jure, sive sola suæ rei

fami-

familiaris necessitate, vel cõmoditate, alteri cedere adigatur. 1174. 25. & sqq.
Quando debitor pecuniam creditori solvendam expeditam non habet, Creditor verò eâdem, ad rem familiarem multùm indè adaugendam, maximoperè indiget, tunc cessio nominis, quô debitor ei obstrictus est, minori quantumvis pretio facta, dictæ Legis sanctioni haudquaquàm subjacet. 1174. 26.
Talia inter mercatores, & alias personas quæstum facientes, frequentia sunt. 1174. 27.
Executionem in sua bona imminentem declinans, & propterea actionem modico pretio cedens, nullum pariter dictæ Legi locum relinquit. 1174. 28.
Lex Anastasiana non solùm illos casus, quos, propter adjunctam necessitatem, ipsamet excipit; sed & alios similes, ubi æquè urgentis necessitatis ratio militat, à suæ sanctionis objecto excludit. 1174. 29. & sqq.
Ubicunque apparet, quòd cessionarius non sit litis redemtor, Anastasii constitutio pedem figere nequit. 1175. 33.
Quando creditor ipsemet nominis sibi competentis emptorem quærit, sic, ut non emptor creditorem ad nomen tale sibi vendendum; sed potiùs creditor ad illud emendum emptorem sollicitet, tunc dicta lex pariter omnimodò cessat. 1175. 34. & sqq.
Germani hæc sic efferunt: Wann der Verkäuffer dem Käuffer nachgehet und nicht diser dem Verkäuffer. 1175. 35.
Hinc multo magis dicta constitutio in talibus terminis cessat, quando non tàm creditores, quàm potiùs ipsemet debitor cessus, summa cura & studio, emptorem nominis, quo ipse creditoribus suis justissimè tenebatur, tamdiu quæsivit & sollicitavit, donec hic, nolens volens, post longas debitoris persuasiones talis nominis cessionem sibi fieri pateretur. 1175. 41. & sqq.
Cessio nominis, ipsomet debitore cesso præsente, sciente & patiente facta, extra telum Legis Anastasianæ posita est. 1176. 46.
Multo magis idem obtinet, si debitor cessus expressè in hanc ipsam cessionem consentiat; nedùm si ipse eandem modis omnibus instantissimè sollicitet. 1176. 48. & sqq.
Debitor ità cessus, ut ipse consentiat, si non ex nova stipulatione, saltem ex constituto, cessionario obstringitur. 1176. 58.
Ex eadem ratione Lex Anastasiana etiam in delegatione nullum locum sibi vindicat. 1176. 59.
In Nominibus, per plures pensiones, in vielen Jahres-Fristen/ in futurum solvendis, licet longè minus pretium pro illis solvatur; tamen lex Anastasiana nullum locum sortitur. 1177. 63. & sq.
In justi pretii computatione quænam, talibus in casibus, circumstantiæ præcipuè sint considerandæ? & an omnia præcisè ad legitimum usuratum modum reduci oporteat? 1177. 65. & seqq.
Quid si in specie de Mercatoribus & similibus personis licitum quæstum facientibus agatur? 1177. 72.
An in Cessionibus nominum, quæ fiunt tempore belli, Lex Anastasiana locum obtineat? 1178. 76.
Qualitas personarum, nempe Cessionarii, & cessi Debitoris, imò etiam Creditoris cedentis, ad excludendam legem Anastasianam, multum operatur. 1178. 77. & sqq.
Si cessio fiat inter immediatos Imperii Nobiles, tunc præsumptio fraudis, cui Legis istius dispositio innititur, sicque etiam hæc ipsa vix locum consequitur. 1178. 83.
Qualitas negotii & personarum multo magis excludunt dictæ Legis sanctionem. 1178. 84. & seq.
Etiam hæc qualitas, quòd cessio facta sit in personam conjunctam, in amolienda hujus legis sanctione, spectari meretur. 1178. 85.
Utrum sanctio legis Anastasianæ etiam ad liquida & indubitata nomina pertineat? 1178. 86. & seqq.
Cautela Strykiana, quòd Debitor cedendus ipse citari, & ex eo quæri debeat: An debitum alteri cedendum pro liquido habeat, vel exceptionibus contra illud instructus sit? Et si illud ipsemet liquidum profiteatur, tunc cessio qualicunque pretio fieri valeat. 1178. 88.

ANCILLA.

De Mercede Ancillarum vid. Merces.

ANIMAL.

Quatenùs Animalia & pecudes sub nomine mobilium contineantur, vel non? vid. Mobile. Immobile.
De pignoratione Animalis ob frugum alterius depastionem privata authoritate facta vid. Pignus.

ANIMUS.

Vid. Actus. Verbum.

ANNUUM.

Verba: Alle Jahr/ und eines jeden Jahrs besonders/ idem important, quod dictio: Jährlich. 682. 101.
Nihil interest, sive utamur verbis: Annuos, sive Quotannis, sive in singulos Annos. 682. 103.
Salarium Annuum, & in singulos Annos relictum, tantundem significant. 682. 104.
De Fructibus annuis vid. Ususfructus.

ANTECEDENS. Conf. Actus. Sequens.

Quicunque vult Antecedens, tale etiam consequens, ad quod illud viam sternit, voluisse censendus. 693. 259. & seqq.
Qui talia Antecedentia & consequentia noluit, planè aliud voluisse intelligitur. 694. 263.
Quæ necessariò Antecedere debuerunt, ex subsecutis præcessisse præsumuntur; licet non omnia specificè scripturæ legantur inserta. 1371. 40.

Quando Antecedentia sunt expressa & clara; subsequentia verò generalia & obscura, illa utique præferenda. 346. 37.
Antecedentia in genere majoris, ad sequentium determinationem, efficaciæ sunt, quàm hæc ad illorum. 346. 38. & seq.
Facta sequentia Antecedentibus evidentissimum intellectum conciliant. 210. 550.
Conf. Observantia.
Quælibet dictio ad proximè Antecedentia restringi debet. 860. 39.

ANTICHRESIS.

Antichresta, ad exemplum usufructuarii, omnes fructus in fundo antichrestico natos acquirit & percipit. 686. 153.
An etiam Laudemium rectè sibi vindicet? 686. 154.
Reliqua huc spectantia vid. sub voc. Pignus.

ANTIQUITAS.

Antiquitas qualem habeat vim quoad instrumenta probatoria? vid. Liber.

APOCHA.

De Apocha furto ablata vid. Furtum.

APPAREO.

Paria sunt, non esse, & non Apparere. 924. 194. 948. 470.

APPELLATIO.

In causis mixti fori à Iudice ecclesiastico ad secularem, vel contra, appellare non licet. 1495. 144.
Adversus injustum magistratus decretum Appellatio vel aliud legitimum remedium in auxilium vocandum, nec post multum demùm temporis querela super vi & metu movenda. 790. 82. & sq. 790. 90.
Toties tùm appellare, tùm supplicare LL. permittunt, quoties novum à Judice gravamen infertur. 791. 114.
An à sententia, ad præstandum salarium vel mercedem condemnatoria appellare sit integrum? 1318. 121. & sqq.
A rejectione exceptionis, præprimis peremptoriæ, & litis finitæ, cuivis, regulariter, appellare permissum. 1652. 3. & seqq.
Ad hunc effectum, ut Appellatio à rejectione oppositæ exceptionis teneat, requiritur, ut ejusdem veritas, à Reo appellante, in secunda instantia, legaliter probetur. 1652. 8.
In dubio hæc rejectio non sine justa ratione à Judice facta præsumitur. 1652. 8.
Veritas à Judice, à quo, rejectæ exceptionis imprimis per propriam advetsarii confessionem probatur. 1652. 10.
Petitoriô, ante institutum possessorium, decisô locum habet Appellatio. 184. 267.
Interposita Appellatio sententiam à Judice inferiore latam non tantùm suspendit; sed etiam perimit, ita, ut per eandem gravatis via agendi denuò pandatur. 1685. 38.
Appellatione ad superiorem legitimè interposita & introducta, & hac Judici inferiori etiam insinuata, possessio, sine vitio attentati, sequestrari non potest. 91. 833.
Si post interpositam & introductam Appellationem ad sequestrationem decernendam justa causa emergat, hoc non à Judice inferiore; sed superiore, decerni debet. 91. 834. & sq.
Appellatio ad judicem superiorem extinxit officium inferioris, ejusdemque sententiam. 91. 835.
Sequestratio magnam causæ innovationem inducit, quam tamen Appellatio quiescere jubet. 92. 837.
Renuntiatio Appellationis hoc operatur, ut sententia transeat in rem judicatam. 1243. 52.
Elapso licet termino probatorio judiciali, tamen probationes in judicio Appellationis adhuc audiuntur. 1247. 100.
Quibus casibus etiam Appellationis Iudex transactionem tentare debeat? 1246. 3. & sqq.
Deficiente summa appellabili, ad instantiam partis, se gravatam sentientis, Iudex transmissionem actorum ad impartiales Ictos, sive particularis Revisionis beneficium denegare non potest. 783. 177.
Et hujusmodi revisorii Collegii sententiam judex præcisè sequi tenetur. 783. 180.
Quando Judex Appellationis pronuntiat, benè esse judicatum, & malè appellatum, tunc, regulariter, causa ad judicem à quo remitti debet. 1654. 31.
Quando Judex à quo ipse Appellationi interpositæ defert, tunc, tametsi Judex ad quem ità pronuntiet, quòd benè judicatum, & malè appellatum sit; tamen Judex à quo non amplius in causa procedere potest; nisi Judex ad quem eandem specificè & expressè ad ipsum remittat. 1655. 40.
Judex Appellationis nonnisi eatenùs, quatenes Judex à quo Appellantem gravavit, vel gravâsse obtenditur, fundatam habet jurisdictionem. 1654. 32.
Si Pars appellata ejusmodi causam nolit remitti ad Judicem à quo, tunc Pars appellans hoc frustra desiderat. 1654. 36.
Pars appellans Judicem superiorem, à se semel electum, postea gratis recusat. 1654. 36.
Quando quis unam, vel duas sententias pro se habet, tunc ipse, in judicio Appellationis succumbens, regulariter, in expensas condemnari nequit. 1669. 50.
Nisi ex Actis prioris instantiæ patescat, ipsum nullam planè agendi causam vel jus habuisse. 1732. 37. & seq.

APPROBATIO. APPROBARE.

Quæ quis semel verbis, vel factis, approbavit, postea nequit improbare. 947. 464. 1772. 63. & seqq.
Approbatio negotii ex facto collecta, ad illius facti limites restringi debet. 949. 484.
Quat. ex subscriptione instrumenti Approbatio ejus-

ejusdem contentorum præsumatur, vel non? vid. Subscriptio.
Quatenus ex hæreditatis aditione, legatorum solutione &c. testamentum censeatur approbatum? vide Hæreditas. Legatum.
De Approbatione ultimæ voluntatis vid. porrò Voluntas ultima.

ARBITER. ARBITRIUM.

Quilibet rerum suarum liberrimus est moderator & Arbiter. 621. 107.
De Judicis Arbitrio vid. Judex.

ARCHIVUM.

Consensus in alienationem juris ad Ecclesiam vel aliud simile Corpus spectantis, ab Episcopo vel Pontifice desiderandus, in Archivis sollicitè asservari consuevit. 214. 590. & sqq.
Probatio talium solennitatum ex illis Archivis facilè haberi potest. 214. 591.

ARGENTARIUS.

Argentaria mensa, quo respectu & sensu dicatur publica? 141. 78.

ARMA.

De armis mortiferis vid. Instrumentum.

ARRESTUM.

Judex debitorem ad solutionem totius sortis & usurarum, intra certum terminum faciendam, condemnans, Arrestum, hujus debiti gratia jam antea decretum, in dubio non relaxasse; sed potiùs confirmasse censendus est. 1661. 47. & seqq.
Idonea cautio ordinaria Arresti medicina vocatur. 1662. 54.
In admittenda cautione, ad effectum relaxandi Arresti, multum interest, utrum id, quod ab aliquo in judicio exigitur, aliqualiter illiquidum & in justam controversiam vocatum; an verò debitum in liquido positum sit? 1662. 54. & seq.

ARTICULUS.

Ille, qui aliquid in Articulis probatorialibus, vel defensionalibus proponit, ità articulata non protinùs, ut vera, confiteri intelligitur. 866. 116.
Testis Articulum simpliciter affirmans, & nullam suæ depositionis rationem reddens, parum fidei meretur. 932. 301.
Quando ipsa testatoris verborum formalitas, quibus ipse in testamento nuncupativo explicito usus dicitur, ab ipso Actore, in Articulis proponitur, tunc testium discrepantia quoad eandem omninò præjudicat. 932. 309. & sqq.
Ad omnes Articulos sibi propositos nimis celeriter & præpropere deponens, multoque magis ad primum Articulum ita deponens, quòd illa omnia, quæ in sequentibus interrogatoriis continentur, etiam vera sint, suspectissimus inde redditur. 932. 322. & sqq.
Testes tantùm quoad Articulos & interrogatoria jurati censentur. 981. 850.
Testis extra Articulos & interrogatoria testimonium perhibens nullam fidem meretur. 981. 850.
Testibus ad solos Articulos, & non etiam ad simùl exhibita Interrogatoria examinatis, totum testium examen, si hoc repeti nequeat, vitio nullitatis afficitur. 1369. 19.
Ne quidem in processu inquisitorio specialis Rei Interrogatoria, absque nullitate, omitti possunt. 1369. 20.
A libero Partis arbitrio dependet, utrum specialia Interrogatoria ad Articulos contra se productos dare velit, necne? 1369. 21.
Quando Pars ipsa beneficio Interrogandi non utitur, tunc neque Judex aliquam ejusdem rationem habere tenetur. 1369. 21.
Inquisitus innocentiam suam deducere volens, cum suis defensionalibus, & elisivis Articulis, regulariter, non auditur, prius quàm ad inquisitionales, vel additionales, remoto Advocato, proprio ore, responderit. 1631. 58. & seqq.
Plura de Articulis inquisitionalibus vid. sub voc. Processus, Contumacia.

ARTIFEX. Conf. Opifex.

Qui materiam seu merces, hoc fine, coëmunt, ut materiatum seu ex illa materia, sua opera, quoad formam, ab ipsis mutatas merces rursus aliis vendant, non sunt mercatores; sed Artifices, vel Opifices. 120. 153. & sqq.
Quilibet in ea Arte, quam exercet, se sollicitum & diligentem præstare debet. 604. 250.
Artifex suam operam ultrò ipse offerens utrum ad exactissimam teneatur diligentiam? 602. 219.
Utrum Aurigæ ex eo, quòd, tanquàm Artifices, artem vectoriam, latè sic dictam, das Fuhrwerckh/ exerceant, ad summi gradus diligentiam teneantur? 602. 221.

ASSASSINIUM.

Assassinii crimen, solo nomine excepto, etiam Juri Civili non est incognitum. 1012. 93.
Assassinium Germanis eine Meuchelmörderey vocatur. 1016. 139.
Quid sit? 1012. 94.
Venenum ab alio eo fine accipiens, ut, pro certa mercede scelestissimæ hujus operæ, illud alteri propinet, horrendissimæ Assassinii immanitatis procul dubio reus sit. 1012. 90. & sqq.
Assassinium verum illud vocatur, quando infidelis, ad occidendum hominem Christianum, intuitu præmii sibi oblati, immanissimam locat operam. 1012. 95.
Improprium illud, quando Christianus ad alium Christianum, quacunque ratione, neci tradendum, spe promissæ mercedis, suam operam promittit. 1012. 96.
Major à Christiano, ad alium Christianum, spe ex gui

exigui lucelli, sceleſtisſimè necandum, ſuam operam locante impietas committitur, quàm ab homine ethnico. 1013. 97.
Aſſaſſinorum probroſisſimum nomen quinam mereantur? 1013. 98.
Ad formam hujus Criminis requiritur expreſſa inter duos Conventio de interimendo homine Chriſtiano. 1013. 100. 1016. 135.
Nec ſufficit unius ad hoc tendens voluntas. 1013. 101.
Ex una parte explicitum de homine Chriſtiano necando requiritur mandatum. 1013. 102.
Ex altero latere ſimiliter expreſſa tàm ſceleſti mandati acceptatio neceſſaria eſt. 1013. 103. 1018. 155.
Silentium illius, cujus operam alter conducere vult, vel ſola promiſsio & oblatio præſenti & tacenti facta, ad hoc non ſufficit; etiamſi ab illo tàm horrendum mandatum effectui detur. 1013. 104. 1018. 156.
Citra reciprocum ſeu mutuum conſenſum talis operæ conductoris, & locatoris, Aſſaſſinium non committitur. 1013. 105.
Quibuscunque verò verbis hæc voluntas declaretur, nihil penitùs intereſt. 1013. 106.
Secundò ad formam hujus Criminis requiritur interventus mercedis. 1013. 107.
Abſque pecunia, ſive mercede, vel ad minimum illius promiſsione Aſſaſſinii crimen committi nequit. 1013. 108.
Nec ſufficit, pecuniam promitti, vel dari; ſed eandem nominatim in cauſam Aſſaſſinii dari oportet. 1013. 109.
Aſſaſſinium mediante conductione in eſſe producitur. 1013. 110.
Hincque mandans, qui ſimùl & conductor eſſe debeat, & mandatarius, qui ſimùl & locator ſit, à DDbus requiritur. 1014. 111.
Ad Aſſaſſinium in eſſe producendum non quidem quodcunque emolumentum, hincque nec commodatum, nec mutuum ſufficit. 1014. 113.
Veruntamen nec pecunia numerata præcisè requiritur: 1014. 114.
Sed quælibet merces, ſeu in ſpe, ſeu in corpore, ſeu pecunia numerata, ſufficiens eſt. 1014. 115. & ſqq.
Hincque etiam promiſſio de Sorore, vel filia Aſſaſſinatoris cum Aſſaſſino matrimonio jungenda, hoc crimen conſtituit. 1014. 118.
Nihil intereſt, ſive merces Aſſaſino promiſſa ſit magna, ſive modica, ſive valdè exigua. 1015. 120.
Alterius mortem, etiam ob minimam mercedem, promittens ordinariam Aſſaſſinii pœnam incurrit. 1015. 121. & ſq.
Etiam par caligarum, calceorum, tibialium, induſia, farinam &c. promitti ſufficit. 1015. 123.
Non quantitas lucri; ſed ſola Aſſaſſini, pro modica pecuniola hominis necem ſpondentis, malitia attenditur. 1015. 124.
Ob groſſum, quem ſperat, aliquem occidens, cædem æquè, ac ille, qui pro mille florenis talem ſceleratisſimam operam promittit, lucri cauſa committit. 1015. 125.
Præjudicium de eo, qui ob modicum farinæ aliquem vita privavit, & propterea rotæ ſupplicio ſubjectus fuit. 1015. 126.
Nihil intereſt, ſive merces confeſtim ſoluta, ſive ſaltem promiſſa ſit. 1015. 127.
Spes lucri Aſſaſſinium à ſimplicis homicidii delicto diſtinguit. 1015. 128. & ſeq.
Quoad mercedem Aſſaſſino promiſſam nulla cautio, vel ſcriptura neceſſaria eſt. 1015. 130.
An præſentia illius, qui operam alterius ad hominem necandum, pro mercede eidem promiſſa, conduxit, formalem Aſſaſſinii rationem impediat? 1016. 136. & ſqq.
Quando aliquis ipſemet alterum invadit, animo illum occidendi, licet etiam aliorum, ad hoc, ut ipſum in perficienda hac cæde juvarent, operam conduxerit pro certa mercede; tamen nullum à talis homicidii ſociis, neque etiam ab illo Aſſaſſinium committitur. 1016. 138. & ſqq.
Etiam fœminæ hujus crimiuis, ad effectum fundandæ ordinariæ ejus pœnæ, reæ fieri poſſunt. 1016. 133.
Aſſaſſinii Crimen plusquàm atrociſſimum & horrendiſſimum à DDbus appellatur. 1012. 85.
Hoc crimen tanto ſcævius & ſævius, quanto occultius, eoque occultius, quo ſceleratius, ac tanto ſceleratius, quanto occultius. 1012. 86
Pœna Aſſaſſinii tùm demùm procedit, ſi quis homicidium, per alium, committat, Chriſtiano occidendo plerumque ignotum, ut dehinc tanto minùs ab illo cavere queat. 1016. 140.
Juſtisſimum eſt, ut graviùs puniatur ille, qui nulli periculo ſeipſum exponens, clàm, per alios, pecunia conductos, & adverſario ipſius ignotos, homicidium committit, quàm qui periculum ipſemet ſubit, & tantùm cædis ſocios, quantumvis pecunia conductos, adducit. 1017. 141. & ſqq.
Quoties de pœna Aſſaſſinii quæritur, priùs qualitas illius, quâ hoc crimen à quovis tùm qualificato, tùm etiam ſimplici homicidio diſtinguitur, legaliter probanda. 1017. 151.
Corpus delicti in crimine Aſſaſſinii quodnam dicendum? 1018.
Illud non aliter cenſetur probatum, quàm ſi doloſus in hominis Chriſtiani internecionem tendens, & quidem utrinque expreſſus conſenſus, mandantis ſcil. & mandatarii probetur, cum promiſsione & expreſſa acceptatione cujuscunque mercedis. 1018. 153. & ſqq
Sola imputatio Criminis Aſſaſſinii nihil operatur. 1018. 160
Neque etiam ſolius mandatarii & mandanti con

confessio ad corpus delicti hujus Judici repræsentandum sufficiens est. 1018. 161.
De corpore hujus delicti aliter constare debet ad effectum specialis inquisitionis, aliter ad capturam, multoque exactius ad torturam decernendam, omniumque plenissimè ad ultimum supplicium. 1019. 163. & seqq. 1019. 175.
Ad actum inquisitionis & incarcerationis in hoc crimine etiam leviora indicia creduntur sufficere. 1019. 165.
Tractatus de homine interimendo plerumque difficillimæ est probationis. 1019. 166. & sq.
Ad Torturam in hoc crimine decernendam majora quidem & urgentia Indicia; veruntamen & hactenùs levior probatio, quàm in aliis criminibus, quæ faciliùs probari possunt, admittitur. 1019. 168. & seqq.
In aliis criminibus luce meridiana clariores requiruntur probationes; in Assasinio sufficiunt probabiles. 1020. 178.
Non ergò requiritur, ut concludenter de hoc crimine constet, tanquàm excepto. 1019. 169.
Assasinus ob testes de auditu torquetur. 1019. 172.
Imò etiam ob testes de auditu auditûs. 1019. 173.
In hoc crimine testes, etiam non citata parte adversa ad hoc, ut videat illos jurare, examinari possunt. 1019. 176. & seq.
Verba Pontificis in Cap. 1. de homicid. in 6. quòd de crimine Assasinii ex indiciis probabilibus & argumentis constare debeat, diversissimas sortita sunt interpretationes. 1020. 179.
Quænam sint illæ? 1020. 180. & seqq.
Istæ difficultates indè valdè augentur, quòd nonnulli Interpretes indicia ad condemnationem necessaria cum indiciis ad torturam concludentibus confundant. 1020. 187.
Usus Fori probabilia argumenta illa dicit, quæ, pro indole hujus criminis atrocissimi & excepti, ad torturam sufficiens indicium pariunt. 1020. 188.
Tametsi hoc crimen multa habeat singularia; attamen remotæ & debiles præsumptiones, nec ad torturam, ob illud, decernendam sufficiunt. 1020. 189. & seqq.
Ad fidem de crimine Assasinii faciendam, etiam testes sufficiunt exceptionem patientes. 1021. 196.
Requisita nominationis criminis socii in aliis delictis necessaria in crimine Assasinii non adeò exactè respiciuntur. 1021. 203. & sqq.
Etiam criminis socius, de facti veritate, sub torturæ cruciatibus interrogatus, ad convincendum Assasinatorem, etiam non concurrentibus ullis aliis indiciis, fidem meretur. 1021. 197.
Multo igitur magis, si etiam alia indicia & adminicula concurrant. 1021. 198.
Duo criminis hujus socii tertium denunciantes, ad decernendam torturam sufficiunt sine aliis adminiculis; unus verò etiam aliis argumentis concurrentibus. 1021. 1. 9. & seq.
Qualia adminicula pro sufficientibus haberi debeant, Judicis prudentiæ omninò relinquendum. 1021. 201.
Intrepida criminis hujus sociæ denunciatio sub gravibus, in actu confrontationis, obtestationibus, & divinæ vindictæ imploratione facta, contra denunciatam, ad omnia objecta, vel planè tacentem, vel sub simplici negatione respondentem, haud contemnendum indicium parit. 1026. 162.
Qui nullam cædis à se patratæ, vel attentatæ rationem allegare potest, imò ipsemet ab occiso, vel quem voluit interimere, insignibus beneficiis se mactatum fatetur, is, etiam nullo contra ipsum ulteriùs militante Assassinii indicio, nihilominùs torturæ subjici potest. 1023. 220. & seqq.
Cædis convictus, eamve confessus, de illius mandatore rectè interrogatur. 1023. 221.
Idque sive Assassinus sit vilis persona, sive honestior. 1023. 224.
Quænam Circumstantiæ in tali casu potissimùm veniant exploranda? 1023. 225. & seqq.
In crimine Assassinii etiam Inimicitia cum interempto, ad dictandam torturam, multum ponderis habet. 1025. 258.
Sed ad hoc, regulariter, *capitalis requiritur* inimicitia; quamvis *etiam levior*, cum aliis indiciis concurrens, *sufficiat*. 1025. 260. & seq.
Fuga statim arrepta etiam in hoc crimine haud exiguam indicinam parit. 1024. 235.
In crimine Assassinii conatus plenariæ ejus consummationi proximus seu immediatus, interdum rotæ, interdum gladii supplicio punitur. 1026. 270. & seqq.
Qualis conatus dicatur hic proximus? 1026. 271. & seqq.
Hujusmodi Conatus, hodienùm, pœna gladii, & ut postea cadaver rotæ imponatur, coerceri consuevit. 1026. 275.
Pœna Assassinii ordinaria ex eo, quòd Assassinus ab Assassinatore, eorum, quæ ipsi promissa fuere, nihil fuerit consecutus, haud cessat. 1016. 131.
An Jus aggratiandi in atrocissimo hoc crimine locum inveniat? 1030. 6. & seqq.
Quando hoc crimen non plenariè consummatum; veruntamen ad actum plenariæ illius consummationi proximum perductum, tunc multi dicunt, pœnam ult. supplicii hodiè cessare. 1030. 15. & seq.
Veneno alicui, in cibo, vel potu, per Assassinum, actualiter propinato; si tamen homicidium non fuerit secutum, utrum pœna ordinaria in mitiorem, etiam pecuniariam, converti valeat? 1030. 17. & seq.
In talibus terminis multa dependent ab arbitrio Medicorum, utrum talem personam, cui venenum

nenum propinatum, in totum, vel tantum reconvalituram, ſpes ipſis affulgeat, vel magis vereantur, venenum eidem vel ipſam mortem, vel irreparabilem ſanitatis jacturam conciliaturum. 1031. 21. & ſeq.
Priori in caſu tortura benè remitti, & pœna duntaxat fuſtigationis dictari poteſt. 1031. 24.
Non obſtante Cap. 1. de homicid. in 6. 1032. 25.
In poſteriore caſu nec torturæ, nec pœnæ ordinariæ remiſſio locum ſortitur. 1031. 26.
Recenſentur ſententiæ Italiæ, Hiſpaniæ & Germaniæ noſtræ Jurisprudentum, ſtatuentium, quòd in Crimine Aſſaſſinii, ob conatum ad actum proximum perductum, pœna capitalis dictanda veniat. 1032. 28. & ſeqq.
Ut propter hunc conatum pœna ult. ſupplicii dictari queat, quæ, & quot requiſita DDres efflagitent? 1033. 47.
Si cum tali Conatu concurrant alia atrocia crimina, de eodem effectui dando multoties habita deliberatio, cauſæ ad id perpetrandum moventis extrema levitas, ſumma Rei in optimè de ſe merita perſona veneno necanda ingratitudo, vita anteacta nullatenùs commendabilis, vilitas promiſſæ mercedis, Rei per torturam, vel aliter elicita Confeſſio, &c. pœna capitalis jure opt. max. locum obtinet. 1032. 33. & ſqq.
Sollicitatio alterius complicis ad hoc crimen perpetrandum etiam ſæpiùs repetita, pœnam non mitigat. 1033. 41.
Veneficii frequentia pariter mitigationem diſſuadet. 1033. 42.
Pœna gladii in crimine Aſſaſſinii dupliciter extraordinaria eſt. 1033. 43.
In quo crimen Aſſaſſinii cum crimine Latrocinii conveniat? 1014. 115. 1015. 128. & ſq. 1017. 145. & ſq.
Concurſus Aſſaſſinii cum Latrocinio an locum faciat pœnæ ſeveriori? 1017. 148.

ASSECURATIO.

De Juramento Aſſecurationis vid. Juram. Aſſecurationis.

ASSEVERATIO.

De Aſſeveratione ſub fide Jurisjurandi facta vid. Juramentum.
Perſpecti candoris Viri Aſſeveratio, ejus morte confirmata, multum roboris habet. 737. 263.
Principis, vel Comitis Aſſeverationi in ſcriptis factæ multum fidei tribuendum. 737. 264.
Imprimis ſi ejus morte obſignetur. 737. 266.

ATTENTATUM.

Attentata nullam manutenibilem poſſeſſionem conciliare poſſunt. 744. 342.
Lite pendente nemo in ſua poſſeſſione, ne quidem à Judice ſupremo, debet turbari. 748. 370.
In revocatione Attentatorum non ſaltem Prætoris; ſed & multo magis Principis, præcipuè ſupremi, majeſtas vindicatur. 748. 371.
Appellatione ad ſuperiorem legitimè interpoſita & introducta, & hac Judici inferiori etiam inſinuata, poſſeſſio, ſine vitio Attentati, ſequeſtrari non poteſt. 91. 833.
Quidſi poſt interpoſitam & introductam appellationem nova & juſta ſequeſtrationis cauſa emergat? 91. 834. & ſeq.
Vel in ſpecie Judex à quo ſequeſtrum, per modum proviſionis, in poſſeſſorio ſummariiſſimo, ad ſcandalum & armorum timorem evitandum, decernat? 92. 838.
Judex à quo expenſas parti, cui tale Attentatum præjudicavit, reſtituere tenetur. 92. 839.
Præcipuè tunc, quando ei non ſaltem interpoſita appellatio legitimè intimata; verùm etiam poſſeſſio, cujus ſequeſtrationem contra jura decrevit, ipſius præſcitu & cum ſpecifica ejus approbatione, ab aliquo apprehenſa fuit. 92. 840. & ſeqq.

AUCUPIUM.

Etiam Aucupiorum reditus ad Uſufructarium ſpectant. 680. 67.

AUGMENTUM.

De Augmento Valoris Monetæ vid. Moneta. Thalerus.

AURIFABER.

De Aurifabro criminis falſæ monetæ reo vid. Moneta.

AURIGA.

Aurigæ & Nautæ vina ſibi concredita adulterantes eadem pœna afficiendi. 589. 32.
Plura ad hunc tit. pertinentia vid. ſub voc. Rhedarius.

AUT. Conf. Et.

Particula, Aut, German. Oder, ponitur inter æqualia, & expoſitivè pro, id eſt, capitur. 231. 771.

AUTOR. AUTORITAS.

In Jure inſolens haud eſt, ut ſaltem unius, maximè fidem publicam merentis, Authoritas alicui actui valorem conciliet. 1499. 17.
An dominus directus emphyteutam propria Authoritate expellere poſſit? vid. Emphyteuſis.
De denuntiatione litis Autori, ab Emtore, faciendа vid. Denuntiatio.
Tranſactione à ſolo emtore ſuper tali lite, inſcio ejus Auctore, inita vid. Tranſactio.
Autore rixæ vid. Rixa.
Confeſſione defuncti Autoris vid. Confeſſio.
Jure Autoris, in judicio rei Vindicationis probando, vid. Vindicatio.
Subſcriptione inſtrumenti, Autoritatis ſaltem præſtandæ cauſæ facta, vid. Subſcriptio.

Executione privata seu propria Authoritate facta vid. Vis.
Apprehensione fideicommissi privata pariter Authoritate facta vid. Fideicommissum.

AUXILIATOR. AUXILIUM.

Qui in ipso delicto cooperatur, non tàm Auxiliator est, quàm criminis autor. 267. 109. & sq.
Idem obtinet in eo, qui crimini causam proximam dat atque immediatam, ita, ut sine hoc delictum non fuisset secutum. 267. 110.
Auxilium latum in ipso actu, & proximè ante actum cooperando, judicantur ad paria. 267. 112.
Auxilium, sine quo delictum committi haud potuisset, etiam proximam causam dare à DDbus dicitur. 268. 117.
Hanc Q. Quando aliquis, Auxilium delinquenti præstando, causam ipsi delicto præbuisse dicendus sit? DDres non uno modo definiunt. 1558. 20.
Adducitur optima ac compendiosa ejusdem Decisio ex Prosp. Farinacio. 1558. 20.
Eadem quoque ex aliis DDbus, & imprimis Daniele Clasenio firmatur. 1558. 21. & seq.
Auxilium cooperativum proximum præstantes eidem supplicio, cum criminis Autoribus, obnoxii sunt. 268. 118. & seqq. 1557. 11.
Etiam in casibus Auxilii ante delictum præstiti. 268. 125.
In pœna capitali, ob prædictum Auxilium cooperativum decernenda, omnes circumstantiæ exactissimè ponderandæ. 263. 75.
Utrum illi, qui, in aliquo crimine patrando, auxilio & opera aliorum, quovis modo utuntur, verè & propriè illud delictum patrasse dicendi? 265. 90.
Pactum ineuntes de rebus per furtum, rapinam, latrocinium, auferendis, secum dividendis, &, dum talia patrantur, in excubiis stantes, ordinariæ pœnæ reatum incurrunt. 267. 114. & seqq.
Quidsi de rebus ablatis nihil perceperint? 270. 135. & seq.
Hæc regula, quòd, qui proximum ac præsens Auxilium delinquenti tulit, causamq; criminis præbuit, regulariter, ordinaria pœna afficiatur, multis variorum criminum exemplis illustratur. 1557. 12.
Etiam propter Auxilium cooperativum in ipsa delicti consummatione præstitum non semper pœna ordinaria; sed quandoque saltem extraordinaria decernitur. 1557. 13.
Hæc tamen, in multis casibus, capitalis esse potest. 1557. 14.
Hæc Quæstio: Quando, propter auxilium cooperativum, pœna criminis ordinaria obtineat? variè à DDbus deciditur. 1557. 15.
Quidam illos quoque, qui in ipsa delicti perpetratione consilium & opem tulere, illis, qui ipsum delictum perpetrarunt, mitiùs puniendos esse, in genere statuminant. 1557. 16.
Alii pœnæ ordinariæ tùm demùm locum concedunt, quando Auxilium cooperativum scienter, dolosè, ac præcedente deliberatione præstitum, ipsi delicto causam, & quidem proximam præbuit. 1558. 17.
Hanc posteriorem sententiam Farinacius communiter receptam testatur. 1558. 17.
Quid de hoc puncto Ordinatio Criminalis Carolina constituat? 1558. 18.
De Auxilio in crimine Rapinæ, Latrocinii, Homicidii, Furti, &c. præstito vid. Rapina. Latrocinium. Homicidium. Furtum.

BACULUS.

An Senator ex eo, quod Baculi, post sententiam in causa capitali publicatam, à Judice confracti partem ipse, & alteram Carnifex sustulerit, à Collegio Senatorio excludi mereatur? vid. Senator.
Grandiores, & simùl graviores, ferreoque aculeo muniti Baculi, Steffts / steckhen / instrumentis lethiferis, citra dubium, aggregandi. 1343. 79.
Idem in specie quoque de Pedo, von einem Schäffer oder Hirten-steckhen asserendum. 1577. 35.
Asportationem talium Baculorum, eorumque, si opus sit, usum DDres communiter circumstantiis, rapinam, itemque nocturnam in publicis plateis deambulantium expilationem, furtum, & alia consimilia delicta, ad effectum dictandæ pœnæ capitalis, præcipuè aggravantibus, rectè annumerant. 1343. 80.

BANCUM.

De Banco-Thaleris vid. Thalerus.
Banci-ruptoribus vid. Mercator.

BANNUM. BANNITUS.

Statutum, quòd Contumax habeatur pro confesso, etiam locum habet in Bannito ob contumaciam. 1636. 116.
Banno proscribendus non citatur ut reus, nisi præcedentibus legitimis indiciis, quæ ferè torturæ locum facere possent. 1637. 118.
Ipsa Banniendi contumacia grave, adversus ipsum, indicium constituit. 1637. 118.

BAPTISMUS.

Crimen reiterati Baptismi in censum specierum criminis Falsi refertur. 1276. 5.
Repræsentatio corporis delicti in crimine reiterati Baptismi quomodo fiat? 1276. 5.
Testimonium Parochorum, de bis baptizato infante, in scriptis impertitum, concurrente vel facti notorietate, vel personæ inquisitæ confessione, etiam in ordine ad capitalem pœnam, sufficiens est. 1276. 10. & sqq.
Crimen reiterati Baptismi admodum grave est. 1278. 35.
Baptismum reiterans priorem fidem irritam facit. 1278. 36.
Et semel indutum Christum iterum exuit, primumque sacramentum verè incestat. 1278. 37.

Pœna Baptismi reiterati quæ de Jure Canonico? 1278. 38. & sq.
Jure Civili complures hoc crimen pœnæ expectant. 1278. 40. & sqq.
Quæ tamen ad adultos sunt restringendæ. 1278. 42.
Utrum hoc Jure etiam ultimum supplicium adversus Dibaphos locum obtineat? 1278. 44. & sqq.
Modernæ Imperii Rom. German. constitutiones pœnam gladii & ignis, adversus Anabaptistas, decernunt. 1279. 48.
Sed istæ pœnæ tantùm in illis locum sortiuntur, qui vel dolo malo alios rebaptizant, vel eadem malitia rebaptizantur. 1279. 51.
Non ex contemptu Sacramenti Baptismatis; sed solùm turpis quæstûs cupidine & spe ad talia commoti, non quidem cum illis æqualis criminis; tamen admodùm gravis, reatum incurrunt. 1279. 52.
Sive illud à Zingaris, isto crimine se frequenter polluere solitis, probetur patratum; 1279. 53. & sq.
Sive ab Ethnicis, Judæis, vel Christianis. 1279. 55.
Adfertur notabile de tali Judæo dibapho exemplum. 1279. 56.
Hoc crimen, regulariter, pœna fustigationis, & perpetuæ ex provincia relegationis coerceri consuevit. 1279. 59.
Talis Judæus, inusto stigmate, Tubingæ fustigatus, & perpetuò relegatus. 1280. 62.
An matris paupertas, spe pecuniæ lustricæ, à pluribus suæ prolis susceptoribus obtinendæ, eandem bis baptizati facientis, à dolo libereret? 1277. 20. & seqq.

BARO.

Baro immediatus in suo territorio tantundem juris habet, ac Imperator in toto imperio. 969. 719.
De Pactis Baronum vid. Pactum.
Consuetudine Baronum in scriptis contrahendi vid. Scriptura.
Donationibus eorundem vid. Donatio.

BARTOLUS.

A sententia Bartoli non facilè recedendum. 87. 791.

BELLUM.

De tempore Belli quoad pretium respiciendo, vel non, vid. Pretium.
Obligatione per vim bellicam illicitam extorta vid. Vis.

BENEFICIUM.

Commune juris Beneficium, regulariter, nemini debet auferri. 749. 379.
Invito non datur Beneficium. 1369. 22.
De Beneficio Competentiæ vid. Competentiæ beneficium.
Ordinis sive Excussionis vid. Fidejussor.
Renuntiatione Beneficii, in specie mulierum, vid. Renunciatio. Fœmina. Uxor.

BIGAMIA.

Bigamia est species criminis adulterii. 1776. 7.
Ad repræsentandum corpus delicti in crimine Bigamiæ quid requiratur? 1776. 4. & seqq.
Quando non tàm de copula carnali, quàm sacerdotali, quoad crimen Bigamiæ, probanda agitur, tunc solæ Reorum confessiones in vim sufficientis probationis accipi nequeunt. 1777. 13.
Si ad ordinariam Bigamiæ, tàm perfectionis, quàm consummationis probationem ipsius Bigami, ejusdemque primæ Uxoris propriæ, & nullatenùs suspectæ confessiones accedant, tunc illa tantò fortior & concludentior exindè efficitur. 1778. 20.
Pœna Bigamiæ de Jure Carolino quænam? 1781. 44.
Pœna capitis crimini Bigamiæ præfinita juri saltem positivo suam originem debet. 1781. 43.
An ignorantia juris ab eadem excuset? 1781. 46.
Ad fundandam hanc pœnam non præcisè necessarium est, ut secunda à Bigamo priori superinducta conjux sit alterius uxor. 1781. 47.
Ubi adulterium primâ vice non est capitale, ibi, regulariter, nec crimen Bigamiæ pœna ultimi supplicii vindicari solet. 1782. 48.
Aliud tamen dicendum, quando crimini Bigamiæ pœna capitalis indiscriminatim, per LL. illius loci, est præfixa. 1782. 49.
In Ducatu Würtembergico Bigamia, non minùs ac de Jure Communi Carolino, pœna gladii vindicatur. 1782. 49.

BLASPHEMIA.

Crimen Blasphemiæ, ceu horrendissimum; Divino, ac humano Jure, capitale est. 1568. 15.
Etiam in hoc crimine, ad effectum dictandæ pœnæ fustigationis, injurata testimonia, quoad probandum delicti corpus, sufficiunt, si, cum illis, propria Rei confessio concurrat. 1567. 3. & seqq.
In casu dictandæ pœnæ capitalis diversum obtinet. 1567. 4.
Ad præveniendam horrendissimi hujus criminis, & cum illo ad paria ferè judicandæ sanctissimi divini Nominis profanationis frequentiam etiam secundi gradus Dementibus pœna fustigationis jure decerni potest. 1570. 45.

BONA.

Particula, De, v. gr. de Bonis, in vernacula, Davon / id est, von solchem Guth / ipsam Bonorum substantiam significat. 729. 172.
Si alicui legatum de Bonis testatoris relictum fuerit, vel filiæ, per Statutum excusæ, de Bonis defuncti dos debeatur, talis dos vel legatum præcisè ex Bonis ipsius testatoris vel defuncti Parentis exolvi debet, nec pecunia pro illis obtrudi valet. 729. 173.

An & quatenus jus laudemium exigendi & percipiendi dicatur in bonis? 685. 135. & sq. 699. 326. & sq.

Bona nervus sunt omnium rerum gerendarum, & secundus quasi sanguis. 398. 213.

Sicut sanguis est vehiculum vitæ naturalis; ità Bona vehiculum sunt vitæ civilis. 398. 214.

Sine Bonis & divitiis illustres & nobiles familiæ in suo splendore conservari nequeunt. 966. 681.

Quænam Bona dicantur Stamm-Güther? 1063. 250. junct. 1070. 334.

Bona qualia in dubio præsumenda? vid. Libertas. Emphyteusis.

Bona non dicuntur, nisi deducto omni ære alieno. 1756. 19. 1762. 73.

De Communione Bonorum vid. Communio.

BONORUM POSSESSIO.

Si filius annum Bonorum possessioni, ex capite unde liberi petendæ præscriptum, elabi patiatur; nihilominùs adhuc ex capite unde legitimi seu Agnati, per C. dies, &, si etiam hos præterlabi passus fuerit, intra alios C. dies, tanquam cognatus, eandem prætendere non prohibetur. 1074. 378.

Hujus triplicis Bonorum possessionis necessitas etiam hodiè attenditur. 1074. 379.

Utrum idem de hæreditate ex Juris Civilis dispositione filio delata dicendum sit? 1074. 380. & sqq.

BRACHIUM.

De Vulneribus Brachialibus vid. Vulnus.

CADUCITAS.

De Caducitate emphyteuseos vid. Emphyteusis. Laudemium.

CÆCUS.

Si hæc ipsa exceptio, quòd quis alterum, animô saltem vulnerandi, percusserit, in casu cædis exindè, licet contra percussoris intentionem, secutæ, ad declinandam pœnam capitalem, perfecto oculorum visu gaudenti haud prodest, multo minùs illa Cæco, complures graviores ictus alteri, baculo grandiore, inferenti, ad dictum effectum prodesse poterit. 1589. 163. & sqq.

Si ejusmodi Cæcus, ictus à se illatos cum periculo conjunctos fuisse, constanter perneget; Correa autem persona, mediante tortura, contrarium asseruerit, quid tunc judici faciendum? 1589. 166. & seqq.

Cæcitas à tortura non liberat. 1585. 119.

CALCULUS.

Ubi Calculi errores commissi dicuntur, Judex facilis esse debet in concedendis dilationibus. 1248. 102.

De Calculatione Rationum vid. Ratio.

CALENDARIUM.

Etiam Calendarii ususfructus ad universalem omnium Bb. usufructuarium pertinet. 1738. 15.

De Calendario ecclesiastico vid. Liber.

CALUMNIA. CALUMNIATOR.

In claris omnis interpretatio est Calumniosa & cavillatoria. 78. 706.

Jus Civile non oportet Calumniari, & proindè nec ejus verba captare. 1306. 192.

Suspicio Calumniæ ex eo, quòd quis adversario Juramentum litis deciforium potiùs retulerit, quàm detulerit, justissimè excluditur. 1246. 85.

Præsumtio Calumniæ exclusiva imprimis ex arctissima sanguinis conjunctione colligitur. 1246. 86.

Eadem præsumptio in dubio semper pro Fisco, ejusdemque procuratore militat. 551. 61. 1381. 133.

Itemque pro Nobili. 291. 107.

De Juram. Calumniæ generali, vel speciali vid. Juram. Calumniæ.

Actio de Calumniatoribus an hodienum ad quadruplum competat? 139. 61.

CAMERA IMPERIALIS.

Processus Cameræ Imp. quousque, post Rec. Imp. novissimum de Anno 1654. in Principum & Statuum territoriis observandus sit? 1243. 43. & sqq.

Mensium & Terminorum computatio quomodo in Camera Imp. fiat? 1241. 21. 1242. 37. 1243. 41.

An & quat. Judæi ad juram. *in supplem.* in Judicio Camerali admittantur? vid. Judæus.

An de Jure Camerali filius, relicto creditoribus paterno allodio, in solo feudo succedere, seque à necessitate solvendi æris alieni liberare possit? vid. Feudum.

Præjudicia Cameræ Imp. quousque in causis decidendis attendenda? 240. 861.

De legitimatione Procuratoris per solam productionem Instrumentorum ad causam pertinentium, quousque illa in Camera Imp. admittatur? vid. Instrumentum.

CANDELABRUM.

Candelabra parietibus affixa num pro ædium pertinentiis haberi queant? 419. 484. sqq.

CANON.

De Canone emphyteuticô vid. Emphyteusis.

CAPTATIO. CAPTIOSUS.

Judaica verborum interpretatio & Captatio in omni dispositione sedulò evitanda. 76. 686. 1306. 193.

Incivile est, nisi toto contractu perspecto, de eodem judicare, vel verba captare velle. 413. 382.

De Captiosa Juramenti formula vid. Juram. judiciale.

CAPUT.

De percussione Capitis lethali vid. Homicidium.

De Vulneribus Capiti illatis vid. Vulnus.

CARCER.

Carcer mala est mansio. 1462. 211.

Debitor, Jure tùm Communi, tùm Würtembergico, regulariter, tamdiu in Carcere detinetur, donec solvat, vel caveat, vel bonis cedat. 1463. 216. 1469. 260.

De Fidejussione Uxoris pro marito, itemque pro Patre, vel aliis Consanguineis incarceratis, vel incarcerandis, vid. Uxor. Fœmina.

Pœna Carceris perpetui de Jure Canonico & Carolino nonnisi in certis terminis, nec ob aliud delictum, quàm ob quod pœna mortis naturalis dictari potest, decernitur. 1641. 154.

Hæc pœna cum capitali pœna eodem ferè passu ambulare censetur. 1641. 155. & seqq.

Hinc etiam comparatur damnationi in metallum, itemque servituti. 1641. 156.

Ubi Jus Civile pœnam mortis imponit, ibi Jus Pontificium clericali, v. g. dignitate exutum in perpetuum è contra Carcerem detrudit. 1641. 159.

Plurimi DDres perpetui Carceris pœnam morti solummodò civili æquiparandam, eaque de causa eandem ita temperandam esse statuunt, ne ad eam condemnatum intra paucos dies interire oporteat. 1641. 160.

Si, ob contumaciam, adversus supremi Principis præceptum pœnale mortis comminatorium, pro qualitate circumstantiarum, pœna ultimi supplicii decerni potest; tunc multo magis perpetui Carceris pœna, ob eandem, decerni, & ad effectum perduci poterit. 1642. 161. & seqq.

Ad evitanda majora mala, turbas publicas, & scandala publica, Princeps, præcipuè supremus, pro delictorum varietate, pœnam Carceris perpetui in custodiam perpetuam transmutare benè potest. 1642. 168.

Pœna confiscationis omnium bonorum adversus contumacem in non-respondendo aliter decerni nequit, quàm si etiam, propter crimen eidem imputatum, pœna capitis, vel perpetui Carceris locum sortiri posset. 1682. 24.

Magistratus, qui ipse, sine justa ratione, vel debita causæ cognitione, vel aliàs nullum salvum Conductum alicui concessit, eidem ipsemet non contravenire, vel impetrantem Carceri mancipare potest. 551. 54

Tùm in crimine furti, tùm in aliis, præsertim illis, quæ clàm committuntur, & nullum post se vestigium relinquunt, effractio ex Carcere, & fuga correi, rea confessionem, ad effectum dictandi morti proximam pœnam, valdè adminiculatur. 1276. 13. & sqq.

De pœna Carceris bimestris sub sola panis & aquæ alimonia Adulteris in Jure Würt. præfinita vid. Adulterium.

Ob adversam valetudinem Carceris pœna mitigari consuevit. 353. 52.

De Corpore delicti aliter constare debet ad effectum specialis inquisitionis, aliter ad Incarcerationem. 1019. 163.

Diuturna in Carcere detentio quatenùs Seni, attentati Uxoricidii Reo, ad liberationem à pœna quoque extraord. Corporis afflictiva prodesse queat? vid. Uxoricidium. Senex.

De Testamento in Carcere coram Commentariensi confecto vid. Testamentum.

Si quis aliquem in Carcerem detruserit, ut ei aliquid extorqueret, quicquid ob hanc causam factum, etiam inspectõ Jure Romano, nullius est momenti. 1613. 83.

Promissio incarcerati, in dubio, per vim & metum facta præsumitur. 1613. 84.

Hanc præsumtionem omnes DDres procul dubio à Judice approbandam esse dictitant. 1613. 87.

Diuturna Rei incarceratio ab ipso non conciliata non parum ad mitigandam pœnam extraordinariam contribuit. cons. 19. n. 90.

An, & quando domino directo emphyteutam, præstanda contumaciter non præstantem, jus incarcerandi competat? vid. Emphyteusis.

CARNIFEX.

Sola Conversatio cum Carnifice, si non sit conjuncta cum nimia familiaritate, non attrahit levis notæ maculam. 356. 19. & sq.

An Senator, ex eo, quòd baculi, post sententiam in causa capitali publicatam, à Judice confracti partem ipse, & alteram Carnifex sustulerit, à suo Collegio excludi mereatur? vid. Senator.

Opifices per manum Carnificis puniti se & suam familiam vix ampliùs honestè alere possunt. cons. 17. n. 63.

CASUS FORTUITUS.

De Læsione ab incerto fortunæ eventu vel casu fortuito dependente vid. Læsio.

CATASTRUM.

Nobilis Imp. immediatus burgensatica & in Catastrum pridem relata bona, ceu ab omnibus collectis immunia, possidens, illa ipsa Catastratione, licet plenè probari queat, insuper habita, tamen immunitati legitimè quæsitæ relinqui debet. 204. 486.

CAUPO.

Vid. Nauta. Rhedarius.

CAUSA.

Causa propinqua semper magis, quàm remota, debet considerari. 1126. 239.

Causa Causæ quousque sit Causa causati? 578. 53.

Limitata Causa limitatum producit effectum. 622. 119. 524. 174.

Cessante, vel durante Causa, cessat vel durat etiam effectus. 1618. 143.

Rationis seu Causæ identitas Juris identitatem pediſſequam habet. 870. 166. 404. 275.
Causa prima, principalis, ac finalis intuenda, & pro rei cujusvis fundamento ponenda eſt. 1126. 238.
Causa finalis illa ſola vocatur, ſine qua quis aliàs actionem vel planè non, vel non eo modo ſuſcepturus fuiſſet. 1126. 235.
Correſpectivorum unum alterius Cauſam finalem conſtituit. 394. 151. cons. 16. n. 539.
Causa finalis eſt fons omnium Cauſarum, & ab illa omnis humana diſpoſitio regulatur, ampliatur & reſtringitur. 1187. 44. 408. 320. & ſeqq. 84. 7. 59. & ſeqq. 595. 133. 1126. 236.
Causa potiùs impulſiva, quàm finalis, in dubio, præſumitur. 82. 741.
Alleganti Cauſam finalem legitima illius incumbit probatio. 83. 742.
Ceſſante ſolùm Cauſa impulſiva non ſtatim etiam ceſſat effectus. 83. 743.
Ceſſante Legis Cauſa finali tota etiam illius diſpoſitio ceſſat. 1187. 42. 595. 132. & ſqq.
Diſpoſitio vel conventio plures Cauſas finales habens, utrum, harum una vel altera deficiente, omnimodò deficiat? 390. 105.
Concurrentibus duabus Cauſis totum negotium juxta potentiorem & principaliorem dijudicandum. 1126. 226.
Cauſa à teſtatore in ipſa teſtamenti præfatione poſita intelligitur finalis. 84. 753. & ſq. 1124. 203.
Cauſa finalis, ex teſtamenti proœmio, collecta, in omnibus ſequentibus teſtamenti capitulis repetita cenſetur. 84. 755. & ſq.
Si teſtamentum in Cauſa finali errorem contineat, tunc totum teſtamentum, regulariter, annullatur. 84. 757. & ſeqq.
Teſtatoris voluntas, ex præfatione, inibique expreſſa Cauſa elucescens, etiam verborum ſignificationi anteferenda. 85. 770. & ſq.
Legatario contra verba enuntiativa; ſed tamen in modum Cauſæ teſtamento inſerta, aliquid petenti juſtiſſimè opponitur exceptio doli mali. 86. 778.
Si teſtator ſciviſſet, multa millia ex ſua hæreditate aliis ex cauſa fideicommiſſi reſtitui oportere, & propterea credibiliter non tanta legata relicturus fuiſſet, tunc Cauſa impulſiva pro finali habetur, & ob illius falſitatem legata pro non relictis habentur. 87. 790. & ſqq. 89. 815. & ſq.
Licet Cauſa legandi ſit erronea & falſa; tamen legatis modicæ quantitatis nihil indè detrahitur. 87. 793.
Secus eſt, ſi legata ſint valdè magna, ut ferè exhauriant hæreditatem. 87. 794. & ſqq.
Pactum absque ulla Cauſa initum non eſt obligatorium. 394. 143.
Gratuita & absque ulla Cauſa facta dominii translatio haudquaquam præſumitur. cons. 16. n. 548. Conf. Jactura.
Adjecta Cauſa quousque ampliet diſpoſitionem, ſi præſertim de illativâ diſpoſitione quæratur? 56. 489. & ſqq.
De verbis illativis per modum Cauſæ vel rationis adjectis vid. Ità.
In propria Cauſa nemo competens eſt judex. 1188. 52.
De Cauſa Renunciationis finali, ejusque effectu, vid. plura ſub voc. Renuntiatio.
De Cauſis criminalibus & civilibus vid. Criminale. Civile.
ſignificatu vocab. Cauſa, in materia Contractuum innominatorum vid. Contractus innominatus.
Cauſis ſummariis vid. Summarius. Executio.
Cauſa Legis vel Statuti vid. Lex. Statutum.

CAUSÆ COGNITIO.

Per quemcunque actum aliquis lædi poteſt, ille, ſine præcedenti Cauſæ cognitione, & illius, cujus intereſt, citatione non debet fieri. 549. 28.
Hinc & illa in caſu concedendi Salvi Conductus requiritur. 549. 26.
Vid. Salvus Conductus.
An emphyteuta, ſine Cauſæ cognitione, expelli poſſit? vid. Emphyteuſis.

CAUTIO.

Ubi majus falſitatum, fraudum, &c. periculum, ibi etiam majori opus eſt Cautione. 1188. 50. 389. 84. 721. 61. 973. 764.
Hanc regulam ipſa ratio *naturalis omnes homines* edocet. 973. 765.
Idonea Cautio ordinaria arreſti medicina vocatur. 1662. 54.
In admittenda Cautione ad effectum relaxandi arreſti multum intereſt, utrumid, quod ab aliquo petitur, aliqualiter illiquidum, & in juſtam controverſiam à debitore vocatum; an verò in liquido poſitum debitum ſit? 1662. 54. & ſeq.
Cautionem pro ſolutione, regulariter, nemo acceptare tenetur. 1661. 56.
Qualis Cautio in judicio præſtari debeat? ex ſtylo Curiæ addiſci oportet. 288. 77.
De actione redhibitoria ob Cautionem non præſtitam competente vid. Redhibitio.
An Cautio de lite celeriter proſequenda ſuffi, ciat, ut quis contra lapſum termini probatorii admitti debeat? 1247. 92.
De Cautione ratione Fideicommiſſi præſtandæ vid. Fideicommiſſum.
Reſcriptum moratorium impetraturus qualem Cautionem præſtare teneatur? cons. 16. n. 971. & ſeq.
Cautio ab Uſufructuario præſtanda qualis ſit? cons. 16. n. 973. & ſq.
Si quis, alieno nomine in judicio acturus, inſtrumenta ad litem inſtruendam faciencia producat, eaque ſibi ab ipſo Domino tradita eſſe probaverit, tunc ipſe, præſtita Cautione rati, admittitur. 1681. 6.

Idem dicendum, quando producens publico advocaturæ vel procuraturæ officio defungitur. 1681. 7.
Quousque talis procurator in, vel extra Cameram Imp. admittatur? 1681. 7. & seq.
De Instrumento Cautionis vid. Instrumentum. Cautione ex causa damni infecti præstanda vid. Damnum.

CELATIO.

Studiosa Celatio instrumentorum etiam alteri parti communicandorum quem habeat effectum? 1233. 98.
Ob instrumentum dolosè celatum & suppressum etiam jurata Transactio rescinditur. 1235. 129.

CENSUALIS. CENSUARIUS. CENSUS.

Census fundiarius, itemque impositicius quisnam dicatur? 1649. 61. & sqq.
Vocabulum, Census prædialis, Landgarb / sive Landacht/quid denotet, & quænam ejus sint synonyma? 1649. 65. & sqq.
Quando Census ex fundo, pro venditionis sub pacto de retrovendendo initæ securitate simùl oppignorato, alicui venditur, & ipse fundus emtori traditur, eo fine, ut ipse Censum inde percipiat, tunc ex ipso hoc pignoris contractu principalis contractus Impignoratio appellatur, &, ob pactum adjectum de retrovendendo, mixtus efficitur. conf. 16. n. 605. & sq.
Quando Census fundiarius communis ex pluribus prædiis debetur, tunc de Jure Würtembergico communis ejusdem Collector (ein Träger) ab omnibus Censuariis constituendus est. 1646. 20. 1647. 31. 1649. 71.
Fiscus ratione publici census, non minùs ac ratione aliarum publicarum ipensitationum, Jure Communi, omnibus hypothecariis, licet anterioribus, creditoribus præfertur. 1440. 8 & sqq.
Aliud tamen in privatis obtinet. 1440. 12.
Soli Censuarii obligati sunt ad mortuaria caducitatis. 234. 800.
Censuarii qui? 234. 802.
Frequentissimum hoc est, ut homines proprii, præter operas, quas præstant, etiam indefinitas, porrò annuum Censum, Leib / zinß / Leib-beeth / exsolvant. 243. 894.
Censûs agricolationis, deß Weiß- oder Leib-pfenings solutio indubitatum signum est agricolationis. 181. 235. 231. 775. & sq.
In quibus rebus talis Census consistat? 231. 775. & sq.
Census & Decimæ sunt duæ diversæ præstationes. 1645. 11.
De probatione dominii ex annua Censûs solutione vid. Vindicatio.
Censibus à vasallo redemptis vid. Melioramentum.
libris nobilium Censualibus vid. Liber.
feudo Censuali vid. Feudum.
Censuali Retractu, itemque de probatione Censualis prædii qualitatis vid. Retractus.

CENSITICA.

Cur bona, in dubio, potiùs Censitica, quàm feudalia præsumantur? 649. 56. & sq.
Etiam de bonis Censiticis eorundem possessores investituram & renovationem petere solent. 652. 162.
Juramentum fidelitatis etiam à Censuario præstari potest. 655. 150. & sq.

CEREBRUM.

Cur Cerebrum apud Philosophum membrum dicatur divinum? 1362. 62.
De percussione capitis circa Cerebrum facta vid. Homicidium. Vulnus.

CERTIORATIO.

Certus non debet certiorari. 1057. 172. 1402. 15.
Quando intercessio uxoris pro marito, etiam sine certioratione beneficiorum muliebrium, valida sit? vid. Uxor.
Nemo ad juramentum præstandum admittitur, quàm Certioratus. conf. 16. n. 982.
De Certioratione quoad fœminas renuntiatrices necessaria vid. Renuntiatio.

CESSIONARIUS. CESSIO.

An ex eo, quòd triens bonorum, alicui, à suo Agnato, in casum, si ipse ab ipsorum familia ante plurimos annos avulsa bona, ad aliquot auri tonnas, suo pretio, ascendentium, suis propriis sumptibus, suique solius laboribus, curis, vigiliis, & periculo, pro tota familia recuperaverit, absolutè premissus, & post actualem recuperationem simpliciter Cessus fuerit, ipsum dominium cessum debeat intelligi? 720. 43. usque ad 734.
Plus est, dimidiam alicujus dynastiæ, actualiter possessæ, quoad utile dominium, confestim cedere, quàm solam trientis, necdùm possessorum; sed cum maximis expensis, laboribus, molestiis, & gravissimo periculo amittendæ pecuniæ eapropter erogandæ, demùm reparandorum spem periclitari. 721. 58.
Verba: Uberlassen und cediren / in dubio, quid significent? 727. 136. & sqq.
Renunciationes filiarum illustrium, si sint translativæ juris hæreditarii, veræ sunt Cessiones. 970. 727. & sqq.
Cessio non potest fieri in eum, qui non habet requisitam cedentis qualitatem. 1078 422.
Jura personalia non sunt Cessibilia. 1078. 424. 1517. 30. & sqq.
Quoties jus retrahendi, reluendi, redimendi, personæ competit, non ex pacto, vel contractu, & sic Jure communi; sed de Jure speciali, consuetudine provinciæ, vel singulari etiam certæ alicujus familiæ, statuto, tunc illud haudquaquàm Cessibile est. 1078. 423. & 419.

Jus reluendi sequenti Agnato efficaciter ceditur. An etiam remotiori? 1078.425.
Spes debitum iri ex conventione conditionali resultans ex quacunque, tàm onerosa, quàm lucrosa, causa Cessibilis est. 870. 173. & sqq.
Etiam lucrosa actionum Cessio, si illarum objectum summam 500. solidorum excedat, insinuatione opus habet. 969.714.
Cessiones à personis illustribus, superioritate territoriali instructis, factæ nulla insinuatione opus habent. 970.715. & sqq.
De Cessione actionis in Legem Anastasianam impingente vid. Anastasiana Lex.
Utrum Cessio nominis à Judæo, contra Christianum, validè fiat, si illa magistratu, cui Cessionarius Christianus subjectus est, consentiente fiat? 1179.94. & seqq.
Constitutio Imp. Politica de Anno 1551. §. 78. & 79. Cessiones ejusmodi prohibens ad necessarias Cessiones non pertinet. 1179. 98.
Necessaria Cessio, etiam hactenùs, non solùm illa dicitur, quæ jure cogente; verùm etiam illa, quæ ex necessitate rei familiaris, & ad amoliendum gravius dispendium, vel ad longè majora, ex parata pecunia facienda, compendia, ob præsentissimam illorum spem, fit. 1179. 102. & sq.
Christiani debitoris expressus consensus, de nomine, quo ipse Judæo devinctus, alii Christiano, contra ipsum cedendo, si præcipuè ipse debitor hanc nominis cessionem, contra se faciendam, omni studio & sollicitudine procuraverit, ipsiusque consensus compluribus actibus geminatis roboretur, dictam Constitutionem Imp. Polit. excludit. 1179. 104. & seqq.
Qui geminata vice confitetur, daß die Juden ehr- und redlich mit ihme gehandlet/ pariter beneficio dictæ Constitutionis non gaudet. 1181. 114. & seqq.
Quando debitor Christianus, sæpedictæ Imp. Constitutionis contentorum probè gnatus, Cessionem, à Judæo, alii Christiano, contra se faciendam ipse studiosissimè & summa cum sollicitudine conciliat, tunc ipse à vero dolo malo ex proposito liberari non potest, & dehinc nec ejusdem constitutionis beneficio fruitur. 1182. 123. & sqq.
Licet debitor Christianus, tempore cessionis, à Judæo creditore, contra se faciendæ, dictæ constitutionis tenorem nesciverit; si tamen ex post ejus conscius factus, contra proprium suum factum, idemque geminatum, quo hanc ipsam Cessionem, enixissimo studio, ipse quæsivit, & per suas instantissimas sollicitationes ac persuasiones, conciliavit, atque conciliatam gratissima mente non solùm acceptavit; sed & pluribus, summi momenti, actibus porrò constabilivit, illam penitùs nullam, & se, ipso jure, ab omni suo debito liberatum declarari petat, à dolo ex re liberari non potest. 1182.134. & sqq.
Si ille, qui scit, se Sempronio nil debere, ei tamen actionem contra se, tanquàm suum debitorem, Octavio cedenti, consensum accommodet, tunc hanc exceptionem, quòd ipse Sempronio nec obolum debeat, Octavio, Cessi nominis solutionem urgenti, gratis opponit. 1180. 110. 1181. 113.
Etiam Cessionarius, tanquàm cessi debitoris verè & propriè sic dictus Creditor, in bona illius judicialem immissionem petere potest. 1183. 140.
Facultas contractum demùm post plures annos, pro arbitrio creditoris, interpretandi, etiam illius hæredibus reservata, ceu valdè irregularis & abnormis, ad Cessionarios minùs rectè porrigitur. 1307. 208. & seqq.
Feudum non ut Vasallus, vel Patris successor; sed ut creditoris Cessionarius possidens æs alienum solvere non tenetur. 1683. 22 & sqq.
Jus Cessionarii, regulariter, potentius est, quàm pro debitore creditori solventis. 1524. 91.
De Cessione privilegii vid. Privilegium.
Ususfructus vid. Ususfructus.

CESSIO BONORUM.

Beneficium Cessionis bonorum debitori obærato id tantùm præstat, ne judicatus detrudatur in carcerem. 1469. 260.

CHIRURGUS.

De Judicio Chirurgi quoad Vulnerum qualitatem requirendo vid. Vulnus.
Chirurgi imperitia quatenùs *Homicidam* à pœna ord. liberet, *vel non?* vid. Vulnus.

CHRISTIANUS.

Criminis Assassinii objectum nonnisi homo Christianus constituit. 135. 1012. 1016. 95. & seq.
De contractibus Christianorum cum Judæis vid. Judæus.
fraudibus, quas Judæi in contractibus cum Christianis committere solent, vid. Judæus.
Christiano facilius ad juramentum, quàm Judæo admittendo vid. Judæus.
Judæo ad testimonium contra Christianum non admittendo vid. Judæus.

CIRCUMSTANTIA.

Minima Circumstantia variat jus. 1221. 134. & sqq.
Præjudicia frequentissimè, ob unius vel alterius Circumstantiæ varietatem, allegari non possunt. 1221. 134. & sqq.
Idem de Responsis Facultatum, vel aliorum Collegiorum tenendum. 783. 175.

CITATIO.

A non competente Judice citatus sibi ipsi in faciem, vel per affixionem ad valvas suæ domûs insinuatam Citationem incidens, vel lacerans, gravi pœnæ, eapropter, obnoxius redditur. 548. 11.

Ad

Ad incompetentem Judicem citatus comparere tenetur, & sibi competentem exceptionem fori declinatoriam decenter opponere. 548. 12.

Alias contra illum locum sortiuntur pœnalia, & alia adversus contumaces præstituta remedia. 548. 13.

Nisi Judex notoriè sit incompetens. 551. 59.

Etiam Legati, & alii, qui jus habent domum revocandi, in jus vocati venire debent, privilegia sua allegaturi. 548. 14.

Per quemcunque actum aliquis lædi potest, ille, sine præcedenti causæ cognitione, & illius, cujus interest, Citatione, non deber fieri. 549. 28.

Hinc & illæ in casu concedendi Salvi Conductûs præcedere debent. 549. 26.

An emphyteuta sine Citatione expelli possit? vid. Emphyteusis.

Sententia partibus ad eandem audiendam non legitimè citatis; sed absentibus lata, nullitate laborat. 911. 54. & sqq.

An contrarium consuetudine induci possit? 911. 55.

In Pomerania Citationes, vel per juratum judicii nuntium, vel per Notarium immatriculatum, vel per nuncium privatum insinuari possunt. 1293. 3. & sqq.

Sed in hac ultima specie requiritur, ut talis privati nuntii relatio de insinuata Citatione, coram Notario immatriculato, loco jurisjurandi, asseveretur, & in publico documento ab eodem consignetur. 1294. 7. & sqq.

Jurato judicii nuntio de Citationum insinuatione quare plena à judice habenda sit fides? 1294. 14.

Nuntio privato, & non jurato, de Citatione à sese insinuata referenti, non aliter creditur, quàm si desuper corporale præstet juramentum. 1294. 14.

Vel, si Curiæ stylus hoc ità ferat, loco jurisjurandi id asseveret. 1295. 16.

Citatio, intra legalem terminum, adversæ parti insinuanda, & post plures demùm dies ei insinuata, regulariter invalida. 1295. 17. & seqq.

De Termino Citationis vid. Terminus. Mensis. Emphyteuta à domino directo citato non comparente vid. Emphyteusis.

CIVICUS. CIVIS. CIVITAS.

Officiales in aliquo loco commorantes nec Cives in illo, nec incolæ sunt. 551. 56.

Proditio Concivis detestabilior, quàm extranei. 276. 208. & sqq.

Urbs Roma communis omnium Civium Romanorum patria vocatur. 535. 315.

Quando Pater pecunia ab alio mutuò accepta filio Jus Civicum comparavit, tunc Creditori adversus filium utilis de in rem verso actio competit. 1414. 134.

Plurimæ Civitates Imperiales in Principum vicinorum protectionem se contulerunt salvâ immedietate, & omnibus juribus ejusmodi Imperii Statibus competentibus, imprimis quæ habent in homines suos proprios, sub illo ipso Principe protectore viventes. 181. 228.

Lex, Civitas, 27. ff. de reb. cred. ultra summam in usus Civitatis versam, eandem condemnari haud patitur. 1297. 46.

De jure, quo Civitates in Ducatu Würtemb. quoad debita boni publici gratia contracta, in processu edictali gaudent, vid Credd. concursus.

Testimonio Civium in causis Civitatum vid. Testis.

Stipendio in gratiam suorum Concivium, sub conditione, ordinato vid. Stipendium.

Restitutione in integrum Civitatis vid. Universitas.

CIVILE.

Causæ Civiles arduæ quænam habeantur? 493. 34.

An in his causis locus Juramento suppletorio? vid. Juramentum in supplem.

Causæ tùm civiles, tùm criminales, tàm arduæ, ut tortura in illis decerni valeat, ab uno solo Jcto non facilè definiri debent. 306. 3.

De Tortura in causis civilibus vid. porrò Tortura.

CLAM. CLANDESTINITAS.

Clandestinitas doli suspicionem, regulariter, fundat. 500. 31.

De delictis Clàm perpetrari solitis vid. Delictum. Assassinium. Magia.

CLARUM.

Clara non indigent interpretatione. 735. 244. 1228. 40. cons. 16. n. 850. 1153. 532.

In Claris omnis interpretatio est calumniosa. 78. 706. 1128. 40.

Claras scripturas ad alia extendere nemini fas est. 534. 283. 958. 588.

In Jure nostro nihil est tàm Clarum, ut non in aliquam dubitationem trahi valeat. 1084. 61.

CLAUSULA.

Clausulas cuicunque contractui adjectas semper ità debemus interpretari, ut omnia legibus, harumque regulis convenienter inter partes conventa intelligantur. 1306. 194.

Quomodo hæc Clausula: Wir die Schuldner wollen auch die willkührliche Obligation nicht anderst deutten / als sie im buchstaben lauttet / und vom Herrn Glaubiger und seinen Erben allein verstanden und gedeuttet wird / sit exaudienda? 1306. 185. & seqq.

Ista Clausula non est admodum infrequens. 1306. 188.

An etiam ad Cessionarios extendi possit? 1306. 208. & sq.

Clausulam, Omni meliore modo, Interpretes plus extendunt, quàm licet. 539. 373.

An ei, in ult. voluntatibus, major vis, quàm codicillari, attribui debeat? 539. 373. 540. 387.
Utrum illa testamentum à milite confectum in vim donationis inter vivos sustentet? 538. 372. & sqq.
Quando Clausula fideicommisso subjecta multos effectus producere potest, retento eodem themate, tunc ad exclusionem novi fideicommissi omnis illius interpretatio sollicitè facienda. 24. 263.
Sufficit, Clausulam illativam aliquid minimi operari, vel dubium tollere, quod poterat subesse. 24. 205.
Si Clausula generalis ponatur ante specificata, illa omnia subsequentia specialiter expressa sub se complectitur, sic, ut hæ species illam Clausulam generalem, tanquàm speciem, haud restringant. 414. 395.
Clausularum generalitas ad subjectam materiam semper restringi debet. 1131. 286.
Clausulæ reservatoriæ semper ità exaudiendæ, ne per illas præcedentia prorsùs tollantur. 35. 307.
Clausula reservatoria: Jedoch mir / meinem Gotteshauß / und meinen Nachkommen an aller Oberkeit / Herrlichkeit und Gerechtigkeit ohne schaden / etiam Jus operas indeterminatas exigendi illis conservat, ac loco protestationis fungitur. 203. 461. 218. 633. 219. 634. & seq.
Geminatio vim habet Clausulæ derogatoriæ. 14. 113.
Dispositio, quòd bona eodem pretio, quo comparabuntur, in certum casum, suo fratri, vel masculis illius descendentibus relinqui debeant, tacitam continet Clausulam: Rebus sic stantibus. 74. 672.
Hæc Clausula in omni obligatione, promisso, pacto, contractu, etiam jurato, locum habet. 74. 672.
Hæc Clausula: Supplentes de plenitudine potestatis omnes defectus tàm juris, quàm facti, quomodo exaudienda? 1234. 118. & sq.
Quales Clausulæ & cautelæ pactis nobilium & illustrium familiarum perpetui familiæ fideicommissi inductivis communissimè & crebrimè adjici soleant? 835. 148. & sqq.
De Clausulis Pactum resolutivum inducentibus vid. Pactum.
feudalibus vid. Feudum. Investitura.
Cum justitia, & salvo jure tertii vid. Rescriptum.
Bey Fürstl. Gräffl. oder Adelichen Ehren / Treu und Glauben / en homme d' honneur, vid. Promissio.
Ein vor alle mahl / vid. Renuntiatio.
Renunciatoriis vid. Renuntiatio. Exceptio.
Generali, & ex illa concedenda in integrum Restitutione vid. Restitutio in integrum.
Mir und meinen Erben ohne schaden / vid. Subscriptio.
Daß der schuldige Leibfall nach denen alten brieffen gethädiget werden solle / vid. Emphyteusis. Laudemium.
Codicillari vid. Codicillaris clausula.
Libelli salutaribus vid. Libellus.
Mit Leuthen vid. Homo proprius.
Ipso Jure & facto vid. Jus.
Ex certa Scientia vid. Scientia.
Relictorum in testamento privatoria vid. Pœna.

CLERICUS. Conf. Monachus

Manum in Clericum jocosè injiciens quousque teneatur? 578. 42.
Probrosum est Clericis, si forensium disceptationum peritiam affectent. 772. 8.
Etiam hoc Clericis summè probrosum censendum; si ipsi se à domesticis ægroti, verisimillimè ab intestato decedere cupidi, vocari & quasi conduci patiantur, ut in necem agnatorum, imò fratrum illius, in casu intestati ei successurorum, ipsum ad testamentum, uno solo ex illis hærede ex asse scripto, ordinandum instigent, & per suas suasiones diu continuatas instanter sollicitent. 395. 128. & seq. vid. porrò Testamentum.
Quot testes ad Presbyterum de delicto convincendum Jure Canonico, itemque Divino requirantur? vid. Testis.
Clerici regulares nec ad *feudalia*, nec ad fideicommissaria bona *admittuntur*. 967. 687. jupct. 985. 886.
Benè tamen seculares, ut Canonici, & similes: Itemque Equites Hierosolymitani, Teutonici, & alii. 985. 887. & seqq.
In Clerico seculari indubium est, quòd non requiratur licentia Episcopi ad perhibendum testimonium testamentarium. 919. 143.
Clerici à testium juramento, regulariter, haud immunes sunt. 1276. 6. & sqq.

CODICILLUS.

Codicilli etiam per meram nuncupationem confici possunt. 1490. 88.
In Codicillis quinarius tantùm testium numerus legitimus habetur. 862. 74.
Codicilli non privilegiati, tùm scripti, tùm nuncupativi requisita. 1488. 70. & seq.
An in scripto Codicillo subscriptio codicillantis sit necessaria? 1489. 80.
Etiam ille, qui intestatus decedere vult, tamen Codicillos ordinare potest. 1488. 66.
Hinc Codicilli communiter dividuntur in testamentarios & ab intestato factos; quorum hi per se subsistunt, illi verò omnem vim ex testamento accipiunt. 1488. 67.
Etiam plures Codicilli ab una persona relinqui possunt; modò sibi invicem non sint contrarii. 1488. 68.
In Codicillo nequit institui hæres. 1261. 88.
Donationes mortis causa etiam in Codicillis relinqui possunt. 578. 813.

Codicilli tempore Peſtis, vel à Ruſtico ruri confecti, itemque à Patre inter Libb. ordinati, præter binarium teſtium numerum, nullas requirunt ſolennitates. 1488. 72.
In Codicillis ad pias cauſas Jus Civile de ſolennibus nihil remiſit. 1488. 73. & ſeqq.
Jure Canonico, eidemque in hoc conformibus moribus modernis, Codicilli ad pias cauſas coram binario ſaltem teſtium numero validè conficiuntur. 1489. 77. & 78.
Etiam paganus cum teſtamento & pluribus Codicillis, præcedentibus, vel ſequentibus, decedere poteſt. 977. 793.
Codicilli, etiam plures, niſi in teſtamento poſteà condito expreſſis verbis revocati probentur, pro tacitè confirmatis haberi debent. 977. 794. & 799.
Si quis primò tantùm Codicillos conficiat, & multa in illis legata relinquat, vel particularia fideicommiſſa; deindè verò etiam teſtamentum ſequatur, in quo nulla illorum vel fideicommiſſorum mentio injiciatur, tunc hæc per tale ſubſequens teſtamentum pro revocatis nullatenùs habentur; etiamſi pars bonorum vel hæreditatis codicillis in talibus legatis contineatur. 977. 795.
Utrum idem dicendum ſit de fideicommiſſo univerſali in primùm factis Codicillis relicto, ſi etiam illius in ſequenti teſtamento nulla mentio fiat? 977. 796. & ſqq.
Legata in Codicillis relicta ſemper in teſtamento ſubſequuto confirmata cenſentur. 978. 808.

CODICILLARIS CLAUSULA.

Clauſula Codicillaris interdum in tanta latitudine concipitur: Daß das Teſtament/ als ein Codicill/ fideicommiſſ, donatio mortis cauſa, oder eine andere diſpoſition/ wie dies ſelbige ſonſten/ nach recht/ oder gewohnheit/ am eräfftigſten gelten könne/ oder möge/ beſtehen und gelten ſolle. 539. 374.
Imò etiam ſub hac verborum figura: Daß ſeine Verordnung alßdann das recht und crafft der Codicillen/ oder einer Ubergab auff den todfall geſtellt/ oder eines jeden andern ſchlechten willens/ ja auch einer freyen Schenckung von der hand/ wider männiglichs anfechten/ haben ſolle. 539. 375.
Clauſula Codicillaris non ulteriùs operatur, quàm ut teſtamentum ex ſe invalidum in vim codicillorum, legati, fideicommiſſi, vel m. c. donationis ſuſtineatur. 540. 393.
Multi DDres dubitarunt: An illa teſtamentum in vim mortis cauſa donationis tueri valeat? 540. 394. & ſq.
Sed ut illa teſtamentum etiam in vim donationis inter vivos ſuſtentet, ſicque hoc operetur, ut ſuprema voluntas in negotium inter vivos transmutetur, impoſſibile eſt. 540. 396.
Hæc Clauſula ſpecialis, quòd teſtamentum, ſi aliter valere non poſſit, ſaltem in vim donationis inter vivos valere debeat, cum Clauſula codicillari nihil commune haber. 541. 398. & ſeqq.
Et hæc Clauſula tùm demùm effectum ſortitur, ſi in invalido teſtamento relictum, ut donatio inter vivos, adhuc congruo tempore, id eſt, antequàm teſtator decedat, accepterur. 540. 397. & ſqq.
Clauſula codicillaris in quibus teſtamentis adjecta præſumatur? 963. 659. & ſq.
Ipſa militarium teſtamentorum natura refragatur huic aſſerto, quòd Clauſula codicillaris in iisdem præſumatur. 538. 364. & ſqq.
Clauſula codicillaris in talibus teſtamentis prorsùs otioſa eſt. 538. 369. 963. 650.
Idem de Teſtamento inter liberos privilegiario dicendum. 538. 369. 963. 650.
Clauſula codicillaris etiam in militari teſtamentis non ulteriùs operatur, quàm ut omnia obliquentur, & in vim codicilli vel fideicommiſſi accipiantur. 541. 405.
Clauſula codicillaris, à teſtatoribus non privilegiatis non expreſsè & ſpecificè adjecta, habetur pro omiſſa. 963. 650. 964. 653.
Quandocunque deficiunt ad codicillorum ordinationem neceſſaria requiſita, Clauſula codicillaris planè nihil operatur. 538. 371.
In dubio nemo, qui voluit teſtari, ſaltem codicillari voluiſſe præſumitur, ſicque nec ejus diſpoſitio jure Codicillorum ſubſiſtit, licet omnia Codicilli requiſita concurrant. 964. 652. & ſqq.
Ubi de voluntate à milite ordinata de hoc non conſtat, quòd illa in expeditione condita fuerit, fruſtra Qr. An in illa Clauſula codicillaris aliquem habeat effectum? 539. 381. & ſeqq.
Clauſula codicillaris non mutat naturam actus principalis. 541. 400.
Nec auget vires ultimæ voluntatis. 541. 401. & ſeq.
Hoc, ut ultima voluntas, ut donatio inter vivos, ſuſtineatur, non Codicillari; ſed aliis Clauſulis adſcribi debet. 541. 402.
Utrum Clauſulæ, Omni meliori modo, major vis, quàm Codicillari, ſit tribuenda? 539. 373. 540. 387.

COGNATIO. COGNATUS.

Quando lis inter Cognatos, præprimis tales, qui loco parentum vel liberorum ſibi invicem ſunt, verſatur, judex modis omnibus transactionem tentare debet. 1140. 4. & 6.
Quando actor & reus ſunt Cognati, tunc, regulariter, expenſæ litis compenſantur. 1332. 91. & ſeq.
Factum alterius Cognati alteri nocere haud debet. 1053. 135.
Heres Cognatus facta defuncti, regulariter, ignorare præſumitur. 494. 50.
Ex arctiſſimo Cognationis vinculo, cum coha-

bitatione conjuncto, aliquando ſcientia præſumitur. 873. 204.
Poſſeſſio hæreditatis, ne quidem ab heredis Cognatis, ipſius nomine, citra ejus mandatum, apprehendi poteſt. 1058. 199.
Cognatio, præprimis proxima, omnem Calumniæ ſuſpicionem, in dubio, excludit. 1246. 86.
Qui, ob nexum Cognationis, ſemet alterius fidem ſecutum eſſe, hacque de cauſa inſtrumentum à ſe ſubſcriptum non relegiſſe dicit, ei fides regulariter de hoc habenda. 333. 20.
Quando ceſſio nominis facta eſt in perſonam Cognationis, vel alio vinculo cedenti conjunctam, Legis Anaſtaſianæ diſpoſitio vix locum ſortitur. 1178. 85.
Inter perſonas arcto Cognationis vinculo junctas, contra regulam, faciliùs, quàm in aliis quibusvis, præſumitur donatio. 972. 749.
Quanto propinquior inter talem præſumptum donatarium & donantem intercedit Cognatio, tanto etiam major & fortior præſumptio donationis exindè colligitur. 972. 750.
Eademque ratione etiam ſolennis, ex fraterna pietate factæ, ejusdemque reciprocæ & remuneratoriæ, donationis, non expreſsè revocatæ, revocatio tanto difficiliùs præſumenda. 972. 751.
Idem de Donatione mortis cauſa dilectiſſimo fratri facta cenſendum. 972. 747.
Cognatio & dilectio legatarii præſumere faciunt, ut ex voluntaria rei legatæ alienatione legatum, contra regulam, non ademtum cenſeatur. 972. 748.
Qui immodicis & continuatis inſtigationibus nolens volens tandem cedit, ut aliquid quomodocunque diſponeret, de hoc ſub nullo colore dici poteſt, quòd etiam dilectiſſimo ſuo Fratri vel Cognato, reciprocè, ſolenniter & remuneratoriè, potiſſimam partem de bonis, ab ipſo illo Germano, vel Cognato profectis, factam donationem ingratiſſimè revocandi animum habuerit. 972. 755. & ſeqq.
Donatio proximis Cognatis facta in modum anticipatæ ſucceſſionis facta videtur, & juxta hanc regulanda venit. 971. 737.
Donatio notabilis & grandis ſummæ, ne quidem inter Cognatos, in dubio præſumitur. 725. 113.
Teſtatoris affectio ad quosvis potiùs Cognatos, & præprimis ei proximos, quàm ad quamlibet extraneam perſonam, dirigitur. 1138. 350. & ſeqq.
Legatum rei alienæ Cognato teſtatoris relictum, non obſtante teſtatoris ignorantia, rem relictam eſſe alienam, valet. 88. 806. & ſeq.
Niſi etiam hæres in eodem, vel proximiore gradu Cognatus ſit. 88. 808. & ſq.
Qui omnes ſuos Cognatos inſtituit, nullum excludit. 346. 30.
Teſtatoris Cognatos in pari gradu poſitos & lex naturæ, & omnium prudentum reſponſa ad ſucceſſionem vocant. 346. 31. 808. 164. 971. 763. 1138. 352.
Nemo ſuis Cognatis vel proprio ſanguini extraneos prætuliſſe credendus. 807. 163. 388. 72. 1138. 350. & ſqq.
Ex hac præſumtione, urgentiſſima, ad prudenter interpretandas dubias diſpoſitiones, conjectura pronaſcitur. 1138. 353.
De inſtitutione Cognatorum hoc modo facta, daß des Teſtatoris natürliche Hæredes zu Erben inſtituirt; jedoch die Catholiſche denen nicht Catholiſchen præferirt werden ſollen/ vid. Cons. XIII.
Utrum vi talis diſpoſitionis: Quòd omnes Agnati & Cognati ſimùl debeant ſuccedere; ſed agnati Cognatis præferri debeant, ab ipſomet Teſtatore, præprimis trina vice deſuper rogato, non facta expreſſa declaratione, de certo præcipuo Agnatis præ Cognatis præſtando, vel Magiſtratus, vel Executores ejus ultimæ voluntatis illis aliquod præcipuum conſtituere valeant? 347. 55. & ſeqq.
Jura Cognationis nullo Jure civili perimi poſſunt. 1079. 433.
De Subſtitutione Cognatorum illiteratorum quoad uſumfructum ſtipendii in gratiam ſtudioſorum ſuæ familiæ ordinati vid. Uſusfructus. Laudemium. Stipendium.

COHÆRES.

Vid. Heres.

COLLATERALIS.

Teſtatores ad fideicommiſſum favore Collateralium inducendum non tàm facilè moventur. 61. 539. 27. 236.
Jus repræſentationis in linea collaterali usque ad ſecundum ſaltem gradum obtinet. 921. 167.
Verba: Ohne Leibs-Erben oder Teſtament / ſi in §. de ſola Collateralium ſucceſſione agente inſerta legantur, tunc ad ſucceſſionem deſcendentium certo modo reſtrictam, & ultra bona ad collateralem ſucceſſionem ſpectantia, & ſpecificata, extendi non poſſunt. 1136. 334.

COLLATIO.

Legata filiæ renunciatrici, ultra dotem, relicta regulariter ab onere Collationis ſunt immunia. 1152. 507.
De Collatione Dotis vid. Dos.
Si de contraria Patris voluntate, nec ex diſertis ipſius verbis, nec ad hoc concludenter quadrantibus conjecturis conſtet, Liberi quoque prioris matrimonii, in caſu Legis 6. Cod. de ſec. nupt. omnia à Patre, tùm inter vivos, tùm in ultima voluntate accepta in hæreditatem ab illo relictam inferre tenentur. 1697. 83.
Quænam Conjecturæ hîc admittendæ? 1697. 83.

COLLECTA.

Fiscus ratione Tributorum & Collectarum tàm ordinariarum, quàm extraordinariarum, regulariter tacitam, cum absoluto prælationis privilegio conjunctam, hypothecam habet. 1417. 168.

Hypotheca, mutuam pecuniam in restitutionem Ædificiorum danti concessa, ad illum, qui bellicas Collectas pro alio solvit, justissimè porrigitur. 1416. 158.

Collectæ tàm ord. quàm extraord. de fructibus à malæ fidei possessore restituendis deducuntur. cons. 21. n. 129.

Qui prædium totum, ob defraudationem collectarum, auferre potest, ille à possessore, hoc ei relicto, multo magis certam pecuniariam quantitatem exigere potest. 619. 75.

Quatenùs prædia feudalia Collectis & tributis subjaceant, vel non? vid. Feudum. Vasallus.

De Immunitate à Collectis vid. Immunitas.

COLLECTIVUM.

De Hæredis institutione vel fideicommisso sub nomine Collectivo facto vid. Testator. Fideicommissum. Liberi.

COLLEGIUM.

De suspensione vel remotione è Collegio Senatorio vid. Senator.

Collegio Opificum vid. Opifex.

Responsis Collegiorum Juridicorum vid. Responsum.

COLONUS.

Colonus sua confessione domino prædii præjudicare nequit. 790. 93.

Vid. Locatio Conductio.

COMES.

Comitis assertio, in scriptis facta, multum fidei meretur. 737. 164.

Imprimis si morte ejus obsignetur. 737. 166.

Comes Imp. in suo territorio tantundem juris habet, quantum Imperator in toto imperio. 969. 719.

De promissione bey Gräfflichen Ehren facta vid. Promissio.

Pactis familiæ & aliis à Comitibus initis vid. Pactum. Scriptura.

Donationibus Comitum vid. Donatio.

COMES PALATINUS.

Dantur Comites Palatini, qui non solùm à Cæsare; sed etiam à Pontifice suam potestatem & privilegium habent. 1498. 10.

Facultas confirmandi testamenta, pacta dotalia, unionis prolium, & quantascunque donationes, aliosque voluntariæ jurisdictionis actus, regulariter, cuilibet Comiti Palatino concedi soler. 1498. 9.

Comitibus Palatinis sæpè datur facultas concedendi id, quod ad Regalia, & quidem majora, spectat. 1499. 13.

Non creditur facilè Comiti Palatino, asserenti, se hanc vel illam à Principe potestatem habere, nisi id ipsum, per literam Diplomatis expressam, demonstret. 1496. 7.

Quicquid ejusmodi Comes ex delegatione summi Principis facit, illud ab hoc ipso factum esse censetur. 1498. 10. juncto num. 12. & seq.

Testamentum Comiti Palatino oblatum vel coram illo ordinatum, non minùs validum est, quàm Testamentum coram Principe, Comite, vel alio Imp. Statu, sine interventu ullius alterius solennitatis confectum, vel eisdem oblatum. 1499. 11. & 12.

Comiti Palatino liberum relinquitur, num ordinario suæ familiæ, an verò peculiari sibi ipsi privatim formando sigillo, in perpetuum, vel ad tempus saltem, uti velit? 1501. 32.

Testamentum à Comite Palatino subscriptum ac confirmatum non minùs validum, ac apud acta Judicii solennissimè confectum. 1501. 34.

De legitimatione liberorum per Comitem Palatinum facta vid. Legitimatio.

COMMERCIUM.

Commercium quid? 472. 71.

Res Commercio exemtæ nec per præscriptionem acquiri possunt. 470. 44. 472. 71.

De rebus sacris in Commercio, &c. vid. Divinus. Templum. Sepulchrum.

COMMISSIO. COMMISSARIUS.

Sententia à Commissario, fines commissionis excedente, lata ipso jure nulla est. 555. 4.

Forma Commissionis strictissimi juris est, & regula totius commissionis ad unguem observanda. 555. 5. & seq. 556. 22.

Quoadusque Commissarii suæ commissionis fines excedunt, nulliter agunt. 555. 7.

Post causam per Judicis sententiam definitam Commissarii, regulariter, non alio fine dantur, quàm ut ea, quæ adhuc, ratione quantitatis, vel qualitatis, vel æstimationis, & sic deinceps, obscura sunt, ad certitudinem, per ipsos, revocentur. 555. 12. & seq.

Commissarius sententiam Judicis, in suis capitibus, alterare non potest. 556. 21.

Commissarius ad testes examinandos datus nec oculatem inspectionem sumere potest. 556. 23.

Nec super articulis reprobatoriis testes examinare. 556. 24. & 26.

Nec adversarii confessionem ab illo recipere. 556. 25. & 27.

De connexis & accessoriis Commissarii rectè judicant. 556. 29. & seqq.

Adversus juramentum purgationis & manifestationis, super ipsa veritate, à duobus Conjugibus solenniter præstitum, ipsorum adversariis perperàm juramentum in litem credulitatis à Commissario defertur. 557. 46.

De Sumptibus Commissionum, vulgò Commissions Kösten/ vid. Ratio.

COMMISSUM.

De Commisso Emphyteuseos vid. Emphyteusis.

COMMODATUM.

Vocabulum, Leihen/ etiam de contractu Commodati prædicatur. 1508.44. 1509.55.

Etiam pecunia numerata vel ad pompam & ostentationem, vel ad oppignorandum, alteri, sub titulo Commodati credi potest. 1508.41. & seq.

Etiam ob tale Commodatum, quo quis alteri suæ pecuniæ, in natura sibi restituendæ, usum concedit, donarium, salva illius substantia, promitti potest. 1508.45.

Creditor talis pecuniæ eandem in bonis debitoris obærati adhuc extantem justissimè vindicat. 1508.47.

Commodatarius re sibi commodata, invito domino, diutiùs, vel aliter, quàm concessum fuit, utens, vel eandem alteri commodans, ratione usûs, furtum committit. 1510.63. & seqq.

COMMODUM.

Quanto minus periculum de suo quidquam amittendi subest, & hoc ipso majus Commodum sperari potest, tanto etiam faciliùs idem illud, quod pro sumptuosè redimendo Commodo factum, etiam pro consequendo & non tanti redimendo eodem Commodo, pariformiter factum existimatur. 722.62.

Conventiones, in dubio, ita semper interpretandæ, ut oneri ab altero contrahentium suscepto par Commodum obveniat. 731.196.

Sibi debet imputare, qui spem majoris; sed incerti, & hucusque desperati, futuri Commodi, diffidentiùs concepit, & fortunam pro arbitra eligere noluit, atque ità, ob casus incertitudinem, minus quidem; sed tamen certum emolumentum paciscí maluit. 755.461.

Nihil tàm naturale est, quàm eum cujusvis rei Commoda sequi, quem ejusdem sequuntur incommoda. 66.599.

Et quidem eatenùs, quatenùs illa ipsum sequuntur. 69.628. & sq.

Nemo suo Commodo ita invigilare debet, ut justiori alterius petitioni detrahat. 1520.65.

COMMUNIO. COMMUNIS.

In re Communi neuter condominorum, invitis cæteris, quicquam facere potest. 320.33. 1443.44.

De sua tamen parte in re Communi quilibet pro libero arbitrio disponit, etiam invito condomino. 320.35. & sq.

In re Communi contradictio unius condomini vel socii majorem vim habet, quàm plurium concessio. 1443.45. & seqq.

In re Communi quivis condominus, in unaquaque illius particula, æquale jus habet. 320.37.

Quivis condominorum suam partem pro indiviso Communem, quocunque titulo, oneroso, vel lucroso, alienare potest. 320.32.&38.

Venditio solius partis ad unum spectantis non afficit rem totam. 321.39.

Nemo in Communione invitus manere compellitur. 1679.41.

Conventio de nunquàm dissolvenda bonorum Communione quousq; obliget? 321.41.sqq. 1679.42.

Utrum talis Communio juramento vallata unius voluntate dissolvi queat? 321.43.sqq. 1679.43.

Communio, bonorum nexu fideicommissi familiæ devinctorum ab uno Agnato dissolvi nequit. 321.48.

Utrum idem dicendum, si familia nobilis, per C. vel plures annos, certa aliqua bona, absque divisione in Commune possederit? 321.49.

Utrum ejusmodi bona, per consuetudinem, indivisibilia fieri possint? 321.48.&seqq.

Quidsi bona hucusque indivisa relicta ità sint comparata, ut vix separabiles aliorum bonorum pertinentias constituant? 322.54.

Utrum tacitus consensus in *perpetua bonorum* Communione inducenda, *præ expresso*, majoris efficaciæ sit? 322.55.

Provocare ad Communium rerum divisionem est res meræ facultatis, nullius temporis præscriptioni obnoxia. 322.56.

Rem cum minoribus pro indiviso Communem habens ad divisionem libertimè provocat. 322.62.

Idem etiam in minoris condomini tutoribus & curatoribus locum sortitur. 324.63.

Etiam res Communis vendi, & per illius traditionem dominium partis transferri potest. 1408.72.

COMMUNITER.

Ex iis, quæ Communiter contingere solent, validum ducitur argumentum. 657.184.

Veritas se ita habere etiam à lege præsumitur, prout frequenter & Communiter accidit. 835.156.& sq.

Sic, ut onus contrarium probandi in adversarium rejiciatur. 836.158.

COMPARATIO LITERARUM.

Quando contumax in non respondendo ad articulos inquisitionales, Literas, vel alias scripturas, contra sese productas, pro suis haud recognoscit, tunc, ad explorandam manûs certitudinem, regulariter, Comparatio literarum instituí debet, antequam tortura corporalis adversus ipsum decernatur. 1635.107.

Aliquando Reus etiam sine hac Comparatione, ex sua scriptura, condemnatur. 1635.108.

COMPENSATIO.

Exceptio Compensationis adversus depositum, regulariter, nullum sortitur locum. 1618. 144.

De Legato, animô Compensandi, relicto vid. Legatum.

COMPETENTIÆ BENEFICIUM.

Utrum Principum Vasallis, ceu in perpetuo procinctu versantibus, beneficium Competentiæ de jure, vel saltem nostris moribus, competat? 340. 38.

Recensetur Constitutio Electoralis Brunsuicensis hac de re. 340. 40.

Beneficio Competentiæ usurus Vasallus demonstrare tenetur, quòd, si suis creditoribus ex asse satisfacere adigeretur, se & suam familiam non ampliùs exhibere, & servitia feudalia præstare valeret. 341. 41. sqq.

In illis regionibus, ubi universalis in specie sic dicta Bb. communio inter conjuges obtinet, uxor pro debitis mariti etiam ante matrimonium contractis adeò tenetur, ut ne quidem Competentiæ beneficium adversus mariti creditores ei competat. 1762. 71. seq.

Idem etiam in illis obtinet locis, in quibus omnia Bona mobilia & acquisita inter conjuges jure societatis sunt comunia. 1761. 73.

COMPROMISSUM.

Quando Judex partes invitas ad Compromissum cogere possit? 496. 88.

COMPOSSESSIO.

Vid. Possessio.

CONATUS.

Conatus, ad actum proximum perductus; sed ab externo accidente, contra intentionem agentis, impeditus, jx. Ordinationem criminalem, semper quidem criminali; sed tamen, regulariter saltem extraordinaria pœna coërcetur. 1341. 57. cons. 19. num. 58.

Etiam in Criminibus atrocissimis. cons. 19. n. 59.

Pœna extraordinaria in criminibus atrocissimis, nonnisi ob circumstantias ejusmodi Conatum multùm aggravantes, ad ultimi supplicii pœnam extenditur. 1032. 27. 1041. 58. 1790. 63.

Quasnam circumstantias, ad decernendam pœnam ultimi supplicii, tali casu, prudens Judex potissimùm præ oculis habere debeat? 1341. 60. & sqq. 1790. 64.

Quando Conatus alicujus criminis ab ipsa lege specificè notatur, tunc etiam ob illum pœna mortis decerni valet, & debet. 1790. 73.

In classem ejusmodi criminum etiam crimen falsæ monetæ à plurimis refertur. 1791. 75.

An in specie ob nimiam eorundem frequentiam capitalis pœna dictari valeat? cons. 19 n. 64. & seqq.

Quid si per talem Conatum irreparabile damnum alicui illatum fuerit? cons. 19. n. 69.

Quatenus Ætas senilis ad liberationem à pœna Conatûs extraordinaria, vel ad mitigationem ejusdem prodesse queat? vid. Senex.

De Conatu Assassinii vid. Assassinium.

Sodomiæ vid. Sodomia.

Uxoricidii vid. Uxoricidium.

Veneficii vid. Parricidium.

Falsi vid. Falsum.

Latrocinii vid. Latrocinium.

Criminis falsæ monetæ vid. Moneta.

CONCEPTUM.

Scriptura, in quam magni ponderis negotium, inter illustres personas celebratum, relatum est, ob intermissam usitatam sigillorum impressionem, pro nudo Concepto, & non obligatoriâ punctatione habetur. 834. 133.

Unde, inter alia, colligi possit, scripturam merum Conceptum & non obligatoriam punctationem esse? 834. 138. & sq.

Quando de pactis & contractibus quæritur, dictio, Libellus, nihil aliud denotat, quàm brevem & rudem delineationem punctorum, de quibus inter partes convenit; qualem etiam Notarii in suis protocollis conscribere solent. 834. 141.

Talis brevis consignatio seu Conceptum à Notario factum non priùs obligatorium est, quàm si desuper solenne & omnibus numeris absolutum instrumentum confectum fuerit. 834. 142.

Quid ad hoc requiratur, ut hujusmodi instrumentum dicatur perfectum? 834. 143.

Ad hoc, ut hujusmodi simplex Conceptum seu punctatio fit obligatoria, specialis paciscentium requiritur conventio. 835. 145.

CONCILIATOR.

Si quis ipse contractum, quocunque modo, saltem conciliaverit, tunc contra propriam confessionem in illo factam venire, vel eundem ex capite simulationis impugnare, regulariter, haud potest. 36. 311. & sqq. 493. 29.

CONCLUSIO.

Perfectio negotii in ipsa demùm Conclusione & ultima clausula consistere censetur. 836. 163.

Quicquid antea à partibus dictum vel factum probari valeat. 836. 168.

Conclusio in causa à judice, vel partibus fieri debet. cons. 21. n. 3.

Post Conclusionem in causa, regulariter, nulla ampliùs instrumenta produci queunt. 1614. 96.

Nisi illud confessionem adversarii in se contineat. 1614. 97.

De universitatis, ad hunc effectum, ut post causam concluſam instrumenta producere ei liceat, in integrum restitutione vid. Universitas.

CONCUBINA. CONCUBINATUS.

Concubinatus hodiè, per publica Imp. jura, in totum est sublatus. 1255. 22.

Respectu Patris soli liberi ex Concubinatu suscepti propriè naturales appellitantur. 1257. 36.

An hodiè adhuc dentur liberi naturales illis, qui olim ex Concubina suscipiebantur, similes? vid. Liberi. Legitimatio.

CONCUBITUS.

An in casu, quando partus quinto mense est editus, illius parentes à præsumtione præmaturi Concubitus immunes sint? 996. 95.

CONCURSUS.

De Concursu plurium specialium in eodem articulo vid. Speciale.

De Concursu plurium Delictorum vid. Delictum.

CONDICTIO EX LEGE.

Ad revocandam partem meri imperii ab uno Agnato alienatam quatenùs competat Condictio ex Lege? 329. 148.

De Condictione ex L. 7. Cod. unde vi. vid. Vis.

CONDICTIO FURTIVA.

De hac vid. Furtum.

CONDICTIO INDEBITI.

An & quando si, post actualem portionis Conjugum Statutariæ exolutionem, demùm emergat æs alienum, illa pro rata, tanquàm indebitum per errorem solutum, condici queat? 131. 286. & seqq.

Ad repetendam à domino feudi erroneè factam requisitionem datur Condictio indebiti incerti; tametsi magis ex juris, quàm facti errore processerit. 639. 74. & seqq.

Cetrantes de damno vitando; etiam adversus juris errorem, Condictione indebiti, ad minimum juxta usum fori, rectè experiuntur. 639. 78.

Legata indebitè, ex errore, non facti; sed juris soluta, ceu indebitè soluta, Condici non possunt. 950. 491.

Utrum vero hæredi cum putativo, hæreditatem judicialiter dividenti, Condictio indebiti competat? 1265. 139. & seq.

Ex causa pietatis indebitè, tametsi per errorem, solutum; tamen, per indebiti Condictionem, repeti nequit. 1330. 75.

Hinc, si mater, vel avia, vel quandoque etiam extraneus indebitæ dotis titulo aliquid solverit, hoc ipsum, sub obtentu indebiti, condici nequit. 1331. 77.

Idem dicendum, si Pater, falsò existimans, se filiæ suæ debitorem esse, dotem ei solummodò promiserit. 1331. 78.

Si quis etiam filiæ supposititicæ, quam putavit suam esse, etiam amplissimam dotem exsolverit repetitio pariter cessat. 1331. 79.

Hinc item in specie in hoc casu, si frater sororì ex bonis feudalibus, vel gentilitiis, Stamm-Güthern/ dotem justò liberaliorem constituerit, licet postea grande æs alienum inopinatum emergat; tamen ne tunc quidem fratri indebiti Condictio; benè tamen è contra sorori, etiam adversus Creditores, non competentis actionis exceptio conceditur. 1331. 80.

An hæc doctrina, quòd adversus dotis solutionem non competat indebiti Condictio, etiam in Filiabus locupletibus locum obtineat? 1331. 81. & sq.

Quando causa solutionis pendet de præterito, vel de præsenti, major solutum condicere nequit; licet causa solvendi non fuerit efficax ad cogendum illum ad solutionem. 1332. 88.

Fidejussor indemnitatis, si, ex falsa persuasione, debitorem principalem jam esse excussum, creditori usuras vel sortem solverit, illud omne, ceu indebitum, condicere valet. 1731. 26.

Quidsi saltem solutionem promiserit? 1731. 27.

Indebitum ex re judicata solutum, regulariter, non condicitur. 1265. 142.

CONDICTIO OB CAUSAM DATORUM.

Modò in venditione conventò non adimpletò locum habet Condictio ob causam datorum; cont. 16. n. 512.

CONDICTIO EX MORIBUS.

Condictio ex moribus est actio stricti juris. 289. 79.

An hodiè Usuræ à tempore moræ judicialis in hac actione debeantur? 289. 80. & sqq.

CONDITIO.

Particulæ, Falls/ Auff den fall/ & Dann/ Als dann/ veram Conditionem important. 13. 100. 677. 30.

Hinc nec aliter verificantur, nisi Conditionibus in forma specifica impletis. 13. 101. 678. 42.

Modo dictæ particulæ omnem dispositionem ad casum sub illis conceptum restringunt, casumque contrarium adeò excludunt, ut ne quidem in dispositione summè favorabili aliud dicendum. 677. 32. 13. 102.

Particula, Quatenùs, in forma specifica implendam Conditionem importat. 521. 129. 955. 560.

Geminata, insimulque verbis relativis facta, Conditionis expressio parcissimam & strictissimam tùm testatorum, tùm pacisccntium voluntatem indigitat. 55. 481.

Latina & Germanica adverbia, Posteaquàm, & Postquàm, Nachdemmahlen und Nachdem, important modum vel conditionem. cons. 16. num. 515. & seq.

Sub spe rati aliquid promittens, hoc ipsum sub conditione, si ratificatio alterius subsequatur, facere censetur. 140. 31.

Conditio nihil ponit in esse. 40. 355.

Dispositio conditionalis totum actum suspendit. 678. 35.

Non adimpleta Conditione nihil ex tali dispositione prætendi potest. 40. 357. 678. 36.

Sed perindè habetur, acsi nulla dispositio in medio esset. 678. 37.
Ante Conditionis purificationem nihil dispositum existimatur. 40. 357. 678. 38. & sq.
Existentia Conditionis in forma specifica probari debet. 678. 40.
Conditio, præsertim ab homine posita, formam & causam finalem importat. 41. 361. 234. 797. 678. 41.
Neque aliter speratur, quàm si omnia illa, quæ debent præcedere, priùs fuerint nominatim impleta. 678. 43. & sq.
Privilegium, sub Conditione concessum, hac non impleta, juris communis dispositioni locum conciliat. 233. 795.
Ubi prædium alicui sub Conditione venditur, & traditur, dominium illius, existente demùm Conditione, regulariter transfertur. conf. 16. n. 519.
Hinc que, deficiente Conditione, tradenti, vel ejus hæredibus directa rei vindicatio competit. conf. 16. n. 520.
Conditio semel extincta non reviviscit. 40. 358.
Conditione deficiente totus actus ad non-actum ipso jure reducitur. 41. 358. sq.
In Conditionibus semper consideratur principium primæ existentiæ, non considerato, quid posteà sequatur. 43. 381.
In casu, ubi omnia à merè potestativa Conditione dependent, nulla retrotractio locum sortiri potest. conf. 16. n. 663.
Sive de ultimis voluntatibus, sive de negotiis inter vivos quæstio sit. conf. 16. n. 665.
Si præsertim de tertii præjudicio agatur. conf. 16. n. 666.
Ex tempore initi pacti conditionalis statim alter paciscentium creditor fit. 870. 175.
Spes debitum iri in omni Conditionali conventione in hæredes transit, & ex causa, tàm onerosâ, quàm lucrosâ, cessibilis est. 870. 173. & sqq.
Numerus pluralis in singulari etiam tunc verificatur, quando versamur in dispositione de aliquo futurô Conditionali. 63. 560.
Conditiones, quæ negotio alicui tacitè insunt, non faciunt actum conditionalem; sed in qualitatem diei resolvuntur. conf. 16. n. 672.
Verba hæc: Sein lebenlang / cum his etiam taxativis verbis: Und nicht länger / conjuncta vim Conditionis habent, & specificam conventionis formam, modumque & finem concessionis insinuant. 622. 119. & sqq.
Nemo incertum Conditionis, seu eventum, ratione tùm ipsius negotii in se suscepti difficillimum & dubium, tùm etiam ratione sibi promissi redhostimenti, ejusdemq; durationis extremè incertum, pro certissimè à se faciendis expensis, certissimè subeundis molestissimis laboribus, & per plurimos annos duraturis fastidiis & curis, cum supina in seipsum, suosque feudales & allodiales successores incuria & injuria, subiisse censendus. 724. 92.
Conditiones, regulariter, in forma specifica sunt adimplendæ. 41. 776. 776. 78.
De Conditione, si sine Liberis, itemque si sine Liberis masculis, vid. Liberi.
negotiis sub Conditione scripturæ seu in scriptis initis vid. Scriptura.

CONDOMINUS.

Defectus investituræ feudalis Condomino suam partem in alium transferenti incassum objicitur. 322. 64.
Vid. portò Communio.

CONDONATIO.

De Condonatione Adulterii ab innocente Conjuge facta vid. Adulterium.

CONDUCTIO.

Vid. Locatio Conductio.

CONFESSIO.

Confessio quid? 36. 318.
Nulla in mundo melior datur probatio, quàm propria adversarii Confessio. 34. 295. 194. 374. 1780. 34.
Hæc plus roboris habet, quàm publicum instrumentum, vel mille testes. 194. 376. & sqq.
Plusquàm plenissimam fidem facit. 194. 379.
Notorium inducit. 191. 344. 194. 379.
Adversus præsumptionem juris & de jure potentissimè operatur. 194. 379.
Si post litem contestatam demùm emanaverit, sola ad condemnandum sufficit. 194. 379.
Nemo contra propriam Confessionem, nisi probato errore, quidquam petere vel ipse venire potest. 34. 295.
Paria sunt, Reum habere Confessum, vel legitimè convictum. 1548. 115.
Probatio per Confessionem adversarii etiam post conclusionem in causa admittitur. 1614. 57. & seq.
Etiam per Confessionem debitoris, debitum, & super illo confectum instrumentum liquidissimum, & paratæ executioni obnoxium redditur. 1658. 12.
Confessio judicialis adversus Confitentem, & ejus hæredes plenissimè probat. 292. 118. sq. 292. 124.
Confessio, quæ coram Notario & testibus, vel coram duobus integræ fidei testibus facta est, plenissimè probat. 292. 125. & sq.
Confessio judicialis omnes alias probationes, etiam præsumtionem juris & de jure vincit; ipsa verò per nullam contrariam probationem infringitur. 985. 884.
Confessio coram publico Officiali, vel Notario facta pari ferè jure cum Confessione judiciali censetur. 191. 147.
Quicquid Pars in judicio non contradicit, meritò pro concesso & confesso habetur. 191. 349. & seq. 332. 17. conf. 19. n. 38. 1214. 57.
Deferens juramentum judiciale omnia, quæ ad-

versarius, mediante juramento, asseveraturus est, vera confiteri censetur.
conf. 18. n. 52.
Ille, qui aliquid in articulis probatorialibus, vel defensionalibus proponit, ità articulata non protinùs, ut vera, confiteri intelligitur.
866. 116.
Adversus se propositæ Negativæ, quòd hoc vel illud non adimpleverit, non contradicens, hanc ipsam Negativam confiteri intelligitur.
191. 351.
Idem etiam in eo, qui Affirmativæ sibi objectæ, quòd hoc vel illud præstiterit, non contradicit, locum sortitur. 191. 352.
Confessio geminata simplici fortior est.
291. 112. & seqq.
Licèt sit extrajudicialis, plenè tamen debitum probat. 1181. 117.
Contra illam nec falsitatis exceptio attenditur.
116. 58. & seq. 1181. 117.
Vim Confessionis judicialis habet. 292. 117.
Geminata judicialis & in scriptis facta omnem aliam probationem infringit & destruit; ipsa verò nulla alia probatione enervatur.
491. 5. & seq.
Nedum per juramentum personæ confessatæ.
491. 6.
Confessio in scriptis efficacior est orali.
conf. 21. n. 47. 292. 121.
Suam Confessionem in scriptis factam impugnare potest nemo. 290. 92.
Perspicua, spontanea, & in scriptis geminatim facta Confessio, quòd dominus pagi certa prædia, ideò, quòd complurium annorum collectæ, angariæ, & aliæ similes publicæ præstationes ab illorum possessoribus non fuerint solutæ, proprio ausu occupaverit, cum Coloniæ perpetuæ exoratione, & non modici canonis oblatione, dominii probationem ex parte Actoris potentissimè adjuvat, & possessionem ex parte Rei plenissimè comprobat. conf. 21. n. 52. & sqq.
Per partis adversæ Confessionem dominium rei in nos non transfertur. conf. 21. n. 65.
Benè tamen probatur, æquè ac possessio.
conf. 21. n. 66.
Hujus probationis efficacia crescit ex geminatione. conf. 21. n. 67.
Confessio in testamento facta, non obstante hujus nullitate, revocari nequit.
conf. 21. n. 92.
Error à confitente contra propriam Confessionem allegatus probari debet. conf. 21. n. 94.
Confessio non debet tertio nocere. 293. 137. sq.
Confessio defuncti nocet etiam hæredibus, præprimis liberis. 34. 296. 292. 100.
conf. 21. n. 101. 866. 117. 1613. 89.
Nec diversum de Hæredis Hærede dicendum.
34. 297.
Quid de successore in Fideicommisso, præprimis familiæ, statuendum? 34. 298. & sq.
Confessio paulo ante mortem facta, hac ipsa de causa, plus autoritatis habet. 291. 103. sqq.
291. 109.
Præsertim si confitens bonæ hactenùs famæ & existimationis semper habitus fuerit. 291. 106.
Emphyteuta, Colonus, & sic deinceps, non possunt domino, sua Confessione, præjudicare, vel aliam prædiis affingere qualitatem.
790. 93. & sq.
Qui rem aliquam alienare prohibetur, etiam Confessione sua id facere nequit, ex quo vel totalis, vel partialis sequatur rei alienatio.
790. 95.
Confessio emphyteuræ multis verisimilibus adminiculis suffulta etiam ad totius emphyteutici prædii alienationem sufficiens est.
791. 105.
Confessio adversarii in possessorio etiam pro Tituli colore & ad imponendum silentium sufficit. 194. 374.
Confessio adversarii etiam in probandis operis rusticorum omnium nobilissima probatio est. 194. 380.
Ob adversarii Confessionem manutentio possessori, etiam absque alia justificatione, debetur, tametsi Confessio sit qualificata, *vel dubitativa*, aut impugnativa. 194. 381. & sq.
Quando de gravi Ecclesiæ præjudicio agitur, regulariter, solum Abbatis sigillum, sine subscriptione, in vim Confessionis accipi nequit. 218. 627.
Hoc præprimis in *inferioribus Prælatis obtinet*, Principali dignitate non fulgentibus. 218. 630.
Et omnium maximè in talibus instrumentis, quibus Abbas ejusmodi vel Abbatissa aliquid in præjudicium sibi concrediti monasterii confitetur. 218. 631.
Hæc Confessio rusticorum: Daß Sie selbst/ auch Ihre Groß- und Vor-Eltern allerhand Frohnen/ so offt es des Gotteshauses nothdurfft erfordert/ demselben præstirt haben/ ad quasi possessionem plusquàm ducentenariam juris operas indefinitas exigendi probandam sufficit. 194. 383. & sq.
Ipsius Debitoris de unius vel alterius creditoris veritate Confessio, regulariter, cæteris Creditoribus, in concursu, non præjudicat.
1414. 137. 1492 117.
Aliud dicendum de Confessione ejusdem Uxoris, aliquid in sui quoque ipsius præjudicium asserentis, præsertim si de Summa valdè modica quæratur. 1414. 138.
Ad probandam mercedem famulis & ancillis debitam etiam simplex debitoris Confessio sufficit, modò non sit magna. 1414. 139.
Quando cum depositionibus testium, de auditu auditûs duntaxat deponentium, alia adminicula, imò etiam ipsa creditoris Confessio concurrit, tunc in probanda violenta debiti extorsione illis fides denegari haud potest. 1613. 90.
Confessio Advocati an præjudicet clienti?
167. 63. & seq.

Confessio adulti, cum consensu curatoris facta, haud dubiè subsistit. 1147.453.
An ei restitutio in integrum contra illam competat? 1147.453.
Minoris primæ ætatis Confessio sine tutore facta ipso jure nulla est; sed Confessio Minoris 2dæ ætatis, curatorem non habentis, ipso jure quidem tenet; verùm restitutioni in integrum obnoxia est. 1147.454.
Quando Venditor feudi paulo ante suum obitum, nullo teste adhibito, in scriptis declarat, quòd ipse pecuniam ex feudo redactam emtioni aliorum feudorum destinaverit, utrum talis declaratio in vim Confessionis accipi queat? 290 90. & sq.
Ubi omnis immodicæ sollicitationis, dolosæ persuasionis, & violentæ compulsionis præsumtio exulat, Confessio defuncti tanto tutius admitti potest & debet. 295.156. & sq.
Pacti alicujus conciliator & conditor in illo factam confessionem frustra impugnat. 36.311.
Quòd paterna & materna, à fratre fratri donata, bona nullo fideicommissi agnatitii nexu devincta sint, per judicialem Confessionem rectè probatur. 985.884.
Confessio ambigua in favorem confitentis est interpretanda. 947.453.
Eadem etiam ex Juris præsumtionibus adjuvanda, & secundum qualitatem personæ confitentis, præsertim si illa Legum sit imperita, supplenda. 947.454.
Certo fine facta confitenti non obest ad alios effectus. 947.461. 1653.24.
Spe præmii elicita nihil roboris habet. 1653.22. & seq.
Confessio qualificata vel in totum acceptari, vel in totum rejici debet. 197.400.
Sive qualitas adjecta in eadem, sive diversa oratione adjiciatur. 197.401.
Confessio Operarum indefinitarum, hâc adjecta qualitate, quòd illæ ex mera familiaritate præstitæ fuerint, an dividi valeat? 197.402.
Regula de non dividenda Confessione qualificata quibus casibus limitetur? 200.430. & seqq.
An Rei Confessio, quòd omnes homines proprii ad indefinitas operas teneantur, etiam jus recipere possit? 166.56. & sqq. junct. 227.732. & sqq.
Confessio non recipiens naturam & jus nullius, regulariter, momenti est. 167.69. 987.905. & seq.
Confessio, contra rei evidentiam, vel veritatem facta nullatenùs præjudicat. 167.71. 987.905. 1653.26.
Licet judicialis, vel planè jurata sit. 167.72.
De Confessione Hæredis ab intestato, Testamentum à defuncto conditum esse, an & quatenùs ei præjudicet? vid. Testamentum.
Hæc juris præsumtio, quòd bona in dubio potiùs emphyteutica, quàm feudalia censenda sint, tàm efficax est, ut etiam contra Confessionem, qua Filiæ feudalem prædiorum qualitatem confessæ jam fuerunt, & propterea suis fratribus multa prædia reliquerant, validissimè operetur. 649.61. & sq.
Illaque non facilè per quamlibet aliam præsumtionem subvertitur. 649.62.
Quomodo error in dicta Confessione commissus probetur? 650.70.
Error confitentis ex instrumento, ad quod ille se retulit, imprimis probatur. 35.305.
Commissarius ad testes examinandos datus adversarii Confessionem, regulariter, recipere nequit. 556.25. & 27.
Ad decernendam pœnam ult. supplicii nihil refert, an Reus illud ipse legaliter confiteatur, vel per sufficientes probationes convincatur. 759.29. 213.84.
Confessio sola, nisi aliundè de corpore delicti priùs constet, ad dictandam pœnam capitis regulariter haud sufficit. 1034.51. & 56.
Ob solam Rei confessionem quælibet pœna extraordinaria, licet morti proxima, nempe fustigationis, benè dictari potest. 1276.4. 1034.55. 424.9.
Confessio socio, delictum neganti, regulariter non præjudicat. 1034.52. & sq. 1022.207. & sq.
Nisi accedat tortura. 1012.207. & seqq.
Socium criminis denuncians, si contra seipsum confiteatur, denunciationi suæ multum verisimilitudinis hoc ipso conciliat. 1026.164.
Ad probandam copulam carnalem etiam libera & nullatenùs suspecta ambarum Partium Confessio, maximè judicialis, in omnibus delictis carnis sufficit. 1780 33.
In plerisque delictis carnis pœna ultimi supplicii non aliter decernitur, quàm si utriusque confessio suppetat. 1282.90.
Ad certitudinem corporis delicti in crimine Adulterii non sufficit unius saltem partis Confessio. 1033 49. 1034.58.
Confessio Rei spontanea in Adulterio reiterato, inter alia, accedente conjugis innocentis condonatione, ad remissionem pœnæ capitalis non parum confert. 1196.70.
Ad dictandam pœnam capitis ob crimen adulterii utriusque Coadulteri Confessio requiritur. 349.50.
De Confessione Bigamiæ vid. Bigamia.
Unum alterumve furtum Confessus utrum etiam, propter alia, torturæ subjici possit? 428.85. & seqq. 95. & seqq.
Solius mandatarii & mandantis Confessio ad corpus delicti Assassinii Judici repræsentandum sufficiens haud est. 1018.161.
Testimonium Parochi de bis baptizato infante, in scriptis impertitum, concurrente vel facti notorietate, vel personæ inquisitæ Confes-

tione, in ordine ad pœnam capitalem, ſufficiens eſt. 1276. 10. & ſqq.

Rei ſola Confeſſio, quòd ipſe revera venenum alicui propinaverit, ad dictandam pœnam capitalem cur non ſufficiat? cons. 19. n. 34.

In probando conatu criminis Veneficii, ad proximum quantumvis actum perducto, Reorum ſola Confeſſio ſufficit. cons. 19. n. 39. & ſqq.

De Confeſſione Infanticidii vid. Infanticidium.

Furti vid. Furtum.

Blaſphemiæ vid. Blaſphemia.

Delicto, in pœnam contumaciæ, pro confeſſato accipiendo vid. Contumacia.

CONFESSIONARIUS.

De Teſtamento coram Confeſſionario & duobus teſtibus ſecundum Jus Canon. ordinando vid. Teſtamentum.

CONFESSORIA ACTIO.

In actione Confeſſoria dominium tantùm incidenter & minùs principaliter in judicium deducitur, hinc & præſumptiva ſaltem ejus probatio ſufficit. conſ. 21. n. 26. & ſq.

Ad uſum ſepulchri hæreditarii tuendum etiam utilis Confeſſoria actio à DDbus conceditur. 481. 207.

CONFIDENTIA. Conf. Fides.

CONFIRMATIO.

Confirmatio ſuperioris, & præcipuè ſummi Principis, robur addit confirmato. 1229. 49.

In dubio, & generali Confirmatione Princeps negotium eo modo duntaxat, quo poteſt de jure communi; non ex poteſtatis plenitudine, confirmâſſe intelligitur. 1234. 117. & ſqq.

Confirmatio transactionis, qua filius naturalis ad æqualem cum legitimis liberis ſucceſſionem vocatur, ab inferiore magiſtratu facta nihil roboris ei confert. 1266. 160 ſqq.

Confirmationes ſuperiorum plerumque brevi verborum compendio adjici ſolent. 203. 462.

Ubicunque non valet ipſa rei conceſſio, ibi nec Confirmatio factæ conceſſionis ſubſiſtere poteſt. 213. 578.

Ad cujusvis negotii Confirmationem plena negotii confirmandi ſcientia requiritur. 216. 606.

Scientia eſt de ſubſtantia cujuslibet Confirmationis. 216. 607. & ſqq.

Hinc prævia de omnibus illius circumſtantiis certioratio neceſſaria eſt. 216. 610.

In quolibet confirmante negotii confirmati ignorantia præſumitur. 217. 620.

Ab illo, qui in tali Confirmatione ſe fundat, ſpecificam & plenam confirmantis ſcientiam probari oportet. 217. 621.

An ſola ſigilli appoſitio, ſine ſubſcriptione, ad hoc ſufficiat? 217. 624. & ſqq.

Clauſula reſervatoria: Daß die Frey Abtiſſin der Bauren Dorffbüchlein confirmirt haben wolle; aber Ihr / Ihrem Gottshauß / und allen Ihren Nachkommen an demſelben / an aller herrlichkeit / oberkeit und gerechtigkeit ohne ſchaden / omnia monaſterii jura conſervat. 218. 633. & ſq.

Confirmationes ſuperiorum Juris ſubditis competentis præexiſtentiam, regulariter, præſupponunt. 174. 152.

Confirmatio non dat eſſe rei confirmatæ; ſed tantùm benè eſſe, eandemque majoris facit autoritatis. 175. 154. ſq. 1267. 171.

De contractûs à Judæo cum Chriſtiano initi neceſſaria Confirmatione vid. Judæus.

Confirmatio circa illud, quod à ſui primordio inutile eſt, nihil operatur. 1234. 110. & ſq. 1267. 171.

Ne quidem ſummi Principis Confirmatio negotium ipſo jure nullum convalidat, niſi de omnium illorum, quos tale negotium quovis modo concernit, intereſſe & juribus ſpecificè informatus ſit. 1234. 112. & ſqq.

Confirmationes Principum non aliter valent, quàm ſi preces illorum, qui easdem exorant, veritate nitantur. 1234. 114.

Confirmationes Principum ſemper ità exaudiri debent, ut non vergant in cujusquam alterius injuriam, nec jus aliis competens intervertant vel minuant. 1234. 115.

Etiam ipſius Sacræ Cæſ. Majeſtatis Confirmationibus hæc clauſula ineſſe cenſetur: Cum juſtitia, & ſemper ſalvo jure tertii. 1234. 116.

Confirmationes pactorum, *jurium & privilegiorum* à quovis ſucceſſore in regimine ſolent fieri. 223. 690.

Pacta familiæ à Principibus, Comitibus, imò etiam Baronibus & Nobilibus omnimodam jurisdictionem habentibus condita, etiam ſine Cæſarea confirmatione, in vim legis, valent. 402. 254. & ſq. 412. 368. 827. 54. & ſqq.

Quando aliud dicendum? 828. 89. & ſeq. 839. 305. & ſeq.

Idem in ſpecie etiam in pactis, quòd bona paterna ad ſolos maſculos ſucceſſores pervenire, & è contra filiabus tantùm congruæ dotes exolvi debeant, obtinet. 402. 256.

De Confirmatione ſententiæ primæ inſtantiæ vid. Sententia.

Transactionis, præprimis ipſo jure nullius, vid. Transactio.

CONFISCATIO.

Cui totum prædium Confiſcandi facultas competit, ei multo magis facultas certam pecuniariam quantitatem exigendi competere cenſenda. 619. 74. & ſeq.

Quando territorio vel caſtro in uſumfructum conceſſo etiam jus confiſcandi, vel bona vacantia in fiſcum cogendi adhæret, tunc ejus commoda ad ſolum Fructuarium pertinent. 681. 76. & ſeq. 1739. 30.

Donarium, pro nominis ſemel, in damnum veritatis, ex aliqua ſcriptura eraſi reſtitutione ipſi reſtituenti oblatum & numeratum Confiſcationi obnoxium eſt. 501. 70.

De pœna Confiscationis adversus contumacem decernenda vid. Contumacia.

CONFRATERNITAS.

Pacta Confraternitatis Principum, &c. juxta quotidianam praxin, vix aliter, quàm in scriptis, celebrari consuevit. 831. 105.

Hinc & in dubio non aliter, quàm in scriptis, celebrata præsumuntur. 831. 107.

An opus habeant Cæsarea confirmatione? 827. 51. 828. 59.

Pactum Confraternitatis omnem testandi facultatem adimens an subsistat? conf. 16. n. 717. sqq.

CONFRONTATIO.

Confrontatio specialis inquisitionis pars est. 1378. 109.

Inquisitio specialis & Confrontatio præsupponit, Magistratum personas inculpatas de delicto suspectas habere. 1378. 110.

Illegitima, præprimis ab una saltem Lamia facta, denuntiatio ne quidem ad specialem inquisitionem & Confrontationem sufficiens est. 1378. 111.

Confrontatio cum sagis & magis an aliquam infamiam post se trahat? 1378. 108. & seq.

Inquisitus, sine præcedanea corporis delicti investigatione, vel absque alio criminis indicio, temerè confrontatus, adversus judicem, ex capite injuriarum fundatam actionem habet. 1379. 112.

Ad Confrontationem sine indiciis sufficientibus neutiquàm est deveniendum. 1379. 112.

Judex contrarium faciens non saltem ad pœnam; verùm etiam ad expensas tenetur. 1379. 113.

Adversus prægnantem, partu nondùm edito, Confrontatio decerni non potest. 1591. 3. & seq.

CONFUSIO.

Creditor debitori suo hæres factus, pro rata suæ partis hæreditariæ, per Confusionem, suum creditum amittit. conf. 20. n. 18. & sq.

CONJECTURA.

Vid. Præsumtio.

CONJUNCTIO.

Una oratione Conjuncti pariformiter juncti intelliguntur. 808. 179.

De Conjunctione sanguinis vid. Cognatio. Cognatus.

CONJUGIUM. CONJUX.

Vinculum connubiale utrumque Conjugem æqualiter ligat. 350. 17.

Inter Conjuges mutua obligatio ad reciprocam quandam, intellige liberalem, servitutem intercedit. 1690. 17. & sqq.

Officia Conjugum reciproca à connubiali potiùs amore, quàm à pretii vel præmii spe proficisci debent. 1690. 20.

Qua de causa Lex Romana donationes inter Conjuges prohibuerit? 1690. 21.

Conjuges demùm per matrimonii consummationem una caro fiunt. 1777. 8.

Legatum rei alienæ Conjugi relictum, non obstante testatoris ignorantia, valet. 88. 806. & sq.

Industrius Conjux nullam suæ industriæ pœnam luere debet. 112. 45.

Unius Conjugis fraudulenta machinatio non debet alteri damnosa esse. 112. 46.

Sua bona, vel corpora, per Conjugium alibi initum, sine domini speciali consensu, aliorsùm transferre prohibiti, in censum hominum propriorum rectè referuntur. 235. 807. & seqq.

De testimonio Parochi super legitimè contracto Conjugio impertito vid. Literæ. Liber.

Quo titulo statutaria Conjugum portio, an universali, an tantùm singulari, superviventi Conjugi obveniat? 129. 271. & sqq.

In specie secundum Jus Würtembergicum? 130. 279. & sq.

An, & quatenùs portio Conjugum statutaria præviæ æris alieni deductioni sit obnoxia præprimis secundum Jus Würtembergicum? 129. 263. 130. 278. & seqq.

Quidsi, post hujus portionis exolutionem, demùm emergat æs alienum? 131. 286. & sqq.

In Ducatu Würtemb. Legitima Conjugum, & Portio statutaria quàm maximè differunt. 131. 299.

An, & quatenùs portio Conjugum statutaria in totum, vel pro parte alicui adimi, vel legatis, fideicommissis, aut aliis modis gravari possit? 131. 291. usque ad 317.

Quidsi Imperator liberam testandi facultatem alicui concesserit? 132. 309.

Quidsi Statutum utatur verbis: Quòd Conjux superstes tantum debeat lucrari, sive verbo, Pertineat, Aigenthumblich behalten / Soll ihm zugehören? 132. 310.

Utrum Conjux, universalis defuncti bonorum usufructuarius constitutus, ejusdem æs alienum exolvere teneatur? 131. 290.

Qui omnium Bb. usumfructum Conjugi reliquit, non potest non etiam Laudemium relinquere voluisse videri. 683. 137. & seqq. Conf. Ususfructus.

De successione Conjugum in Foro Saxon. usitata vid. nonnulla sub voc. Mobile.

juxta statutum Liberæ Imp. Civit. Hailbronnensis vid. Statutum.

Societate Bb. conjugali vid. Societas Bb. conjugalis.

Conjugum successione in omnibus bonis mobilibus, & quæ eò spectant, vid. Mobile.

An, & quatenùs dispositio Legis. 6. Hac edictali Cod. de sec. nupt. in dispositionibus & donationibus Conjugum remuneratoriis locum habeat? aliaque eòdem spectantia vid. sub voc. Donatio.

De condonatione adulterii ab innocente Conjuge facta vid. Adulterium.

CONNEXUM.

De Connexis commissarii judicare benè possunt. 576. 29. & seqq.

CONSCIENTIA.

In foro Conscientiæ semper tutior via eligi debet. 996. 92.

CONSENSUS.

Præsens & tacens, quatenùs de ipsiusmet præjudicio, sicque etiam de obligatione & actione adversus ipsum quærenda agitur, pro consentiente haudquaquàm habetur. 1709. 79.

Quidū ipsi aliqua actio vel exceptio acquiratur? 1709. 80. & seqq.

Consentienti non fit injuria. 1183. 137.

Consensum semel præstitum nemini revocare integrum est. 1772. 63. & sq.

De tacito Consensu vid. porrò Tacitum. Scientia.

Consensu geminato vid. Geminatio.

CONSILIUM.

Pater optimum pro liberis Consilium suscipere præsumitur. 829. 83. 1769. 25.

De Consilio Furi dato, eique præstituta pœna vid. Furtum.

Consiliis Facultatum vel aliorum Collegiorum vid. Responsum.

CONSTITUTIO.

Constitutiones Principum non aliter valent, quàm si preces illorum, qui eisdem causam dederunt, veritate nitantur. 1234. 114.

CONSTITUTIO IMP. POLITICA.

De dispositione Const. Imp. Polit. quoad Contractus Christianorum cum Judæis initos vid. Judæus.

Const. Imp. Polit. A. 1512. Coloniæ promulgata vid. Testamentum militare.

CONSTITUTUM.

Debitor in nominis, quo alteri obstrictus est, alienationem ipsemet consentiens, si non ex nova stipulatione, saltem ex Constituto, cessionario obstringitur. 1176. 58.

Hæc promissio Advocato facta, daß Er en homme d' honneur versichere / daß / wann Herr A. wegen seiner / auff 517. Reichsthaler gestellten forderung / nur ein wenig sich billicher herauß lassen und finden wolle / alsdann / so bald nur Herr R. bey geld seyn werde / ihm seine schrifften und arbeit wohl bezahlt werden sollen / verissimum Constitutum obligatorium efficit. 1311. 7. & sqq.

Promittens mediante nudo pacto, se illud, quod ipse, vel alius debet, solvere velle, ex pacto legitimo prætorio, nempe ex Constituto, validissimè obstringitur. 1311. 12.

Sicut quodlibet pactum nudum; ità etiam Constitutum, per consensum quovis modo declaratum, perficitur. 1311. 13. & sqq.

Nihil refert, an quis debitum proprium, vel omninò alienum, vel sibi cum aliis commune constituat. 1311. 15.

Impersonaliter factum Constitutum nullius est momenti. 1311. 17.

Quando antecedentia vel subsequentia verba demonstrant, quòd debitum impersonaliter constituens de seipso senserit, tunc impersonalitas Constituti non vitiat. 1311. 20.

Prætor, dùm, edicto suo, Constituta consensu facta custodit, naturali æquitati favere verissimè dicitur. 1454. 133.

Etiam hoc, si quis alieno Creditori promittat, se, quod alius ipsi debet, soluturum, Constitutum obligatorium inducit. 1658. 19.

De Constitutis Fœminarum vid. Fœmina. Uxor.

CONSUETUDO.

Consuetudo contractuum interpres optima. 624. 159.

Concessio facta censetur secundum Consuetudinem concedentis. 624. 160.

Consuetudinis interpretatio etiam contra propriam verborum significationem, & contra Jus commune accipitur. 625. 165.

Ex illis duobus, quibus regitur orbis, potissima pars Consuetudo existit. 209. 537.

Consuetudines à Jure communi recedentes à loco ad locum, à provincia ad provinciam, à vicinia ad viciniam, nullam admittunt extensionem. 663. 40. & sqq.

Omnis Consuetudo est stricti juris. 663. 42.

Nec ullam à re ad rem, à persona ad personam patitur extensionem. 663. 43.

Consuetudo de ipso oppido vel loco, in quo lis ventilatur, cum suis requisitis probari debet. 664. 44.

Consuetudo Viciniæ tùm demùm attenditur, quando æquitas naturalis, & Jus Commune super re, de qua agitur, nihil disponit. 664. 46.

Statuta, inter alia, etiam ex vicinorum Consuetudine haud infrequentem interpretationem facilè recipiunt. 206. 503. 130. 282.

Quando de observantia vel Consuetudine in uno loco non constat, ad observantiam aliorum locorum in vicinia sitorum, & eidem domino subjacentium recurritur. 206. 506.

Etiam in materia onerosa & odiosa. 206. 507.

Consuetudo majoris populi partis ad pauciores extenditur. 206. 498.

In aliqua provincia Consueta quoad omnes familias & homines obtinent, donec contrarium legitimè probetur. 228. 739.

Diuturnæ Consuetudines etiam rusticis & hominibus propriis servandæ. 237. 826.

Consuetudo & Præscriptio tantam habent cognationem, ut, regulariter, vix à se invicem discerni valeant. 471. 53.

Consuetudo, tanquàm res facti, ab allegante legaliter probanda. 662. 17. & sq.

Qui, posthabitis aliorum exitiis & seriis deliberationibus, nihilominùs in sua delinquendi Consuetudine pergit, jure gravius punitur. 570. 77.

Actuum prohibitorum frequentia delinquendi Consuetudinem inducit, destinatam malitiam arguit, & omnem emendationis spem præscindit. 1201. 26. 572. 108. 1561. 58.
De Consuetudine tùm in genere, tùm in specie feras furandi vid. Furtum. Fericidium.
Consuetudine, vi cujus nobiles & illustres filiæ à successione excluduntur, vel ipso jure pro renuntiatis habentur, vid. Filia. Renuntiatio. Fideicommissum.
Jure Laudemium exigendi per Consuetudinem acquirendo & probando. vid. Laudemium.
Utrum, per Consuetudinem, bona indivisibilia fieri queant? 321. 48. & seqq.
An subsellia Templorum, per Consuetudinem, hæreditaria & patrimonialia reddi possint? 469. 18. 472. 72.
Consuetudo, quòd nemo simùl in duobus Collegiis opificiariis recipi debeat, an valida sit? 772. 7.
Consuetudo voluntatem testatoris haud rarò interpretatur. 411. 421.
An, & quatenùs prædia feudalia, per Consuetudinem, collectabilia fieri possint? vid. Feudum.
Nobiles Consuetudini & Moribus inter ipsos obtinentibus se conformare voluisse censendi. 833. 123. & seq.
Consuetudo restrictiva liberæ facultatis, circa ea, quæ ipsa meræ sunt facultatis, introduci non potest. 628. 205. 322. 57.
Etiamsi accedat lapsus M. annorum. 322. 58.
Ex eo, quòd dominus certa specie operarum per plurimos annos non opus habuerit, longæva Consuetudo, ab his operis liberans, extundi non potest. 237. 827. & seqq.
Quando aliud dicendum? 237. 832.
Consuetudo, quòd, altero sine masculis Liberis decedente, alii masculi de familia, filiabus exclusis, succedere debeant, legaliter probanda. cons. 16. n. 727. & seq.
Nec sufficit probari, fœminas à masculis exclusas fuisse; sed oportet, ut probetur, quòd exclusio facta fuerit vi istius consuetudinis. cons. 16. n. 729.
Quando constat, omnes filias alicujus familiæ suis doribus contentas, paternæ, maternæ, itemque fraternæ successioni renunciasse, sic, ut nulla in contrarium memoria exter, tunc Consuetudo inducta dicitur, ita, ut, licet in aliquo casu renunciatio per unam ex fœminis non fuerit facta, tamen perindè haberi debeat, ac si renuntiasset. cons. 16. n. 895.
Consuetudines fœminarum propter masculos exclusivæ non solùm in Hispania, Gallia & Italia; verùm etiam in Germania sunt usitatissimæ. cons. 16. n. 918. & seqq.
Consuetudines, in materia renuntiationum, utramque paginam facere dicuntur. cons. 16. 1006.
Vide porrò Renunciatio.
De Consuetudine in scriptis, contrahendi, pactiscendi, &c. Principibus, Nobilibus immed. &c. usitatissima vid. Scriptura.
In hac Quæstione? Cuinam onus ædium sacrarum extructionis, conservationis & reparationis incumbat? multum Consuetudini tribuendum. 163. 20.
Denunciatio transmissionis Actorum ad impartiales hodiè, per generalem ferè Consuetudinem, non ampliùs est necessitatis. 1370. 33.
Hæc Consuetudo, licet magis corruptelæ, quàm veræ Consuetudinis rationem habeat; Judici tamen, mododictam Denunciationem intermittenti, plenariam à pœna immunitatem præstat. 1370. 34. & seq.
Ex duabus personis adhucdum solutis, & non nimis arcto cognationis nexu conjunctis pronati liberi, per universalem ferè Consuetudinem, in omnibus, jure naturalium liberorum, hodiè censentur. 1256. 25. & seqq.
Quænam hujus Consuetudinarii juris sint rationes? 1256. 34.
Consuetudo Statuti interpretativa omnes alios illius intellectus prosternit. 115. 87.
Tametsi lapsu temporis longissimi non sit munita. 115. 88.
Observantia etiam unico actu introducitur, contra quàm juris est, in Consuetudine. 121. 163.
Quando de observantia Statuto, ex se jam satis claro & restrictè loquenti; sed per subsequens Statutum adhuc magis declarato derogante quæritur, tunc probatio omnium, ad probandam Consuetudinem necessariorum requisitorum, pariformiter requiritur. 121. 170.
Etiam in Consuetudine semper novissimorum habenda est ratio. cons. 16. n. 904.
Notoria, ac per actuum frequentiam, & lapsum plusquàm longissimi temporis semel validè introducta Consuetudo, per unum, vel alterum contrarium actum, haud abrogatur. cons. 16. n. 905.
Nisi denuò tempus diuturnum accedat, & omnia ad introducendam Consuetudinem necessaria requisita concurrant. cons. 16. n. 909.
Actus meræ voluntarii, & à libero cujusvis arbitrio pendentes, ad introductionem Consuetudinis haud sufficiunt. 840. 219. 322. 57. 628. 205.
Etiamsi accedat lapsus M. annorum. 322. 58.
Consuetudo adhuc introducenda, per unicum contrarium actum, in sua nativitate impeditur. cons. 16. n. 909.
Desuetudo nihil aliud est, quàm contraria consuetudo. cons. 16. n. 912.
Consuetudo duobus aut tribus contrariis judiciis non evertitur. cons. 16. n. 915.
De Consuetudinaria Bb. conjugalium societate vid. Societas Bb. conjugalis.

CONTERRANEUS.

Proditio Conterranei longè detestabilior est, quàm peregrini. 276. 208. & seqq.

CONTRACTUS. Conf. Pactum.

Facultas contrahendi ex Gentium communi jure profecta. cons. 16. n. 732.

Tàm latè patens fideicommissum, ut omnem de rebus suis contrahendi facultatem adimat, tanquàm insolitissimum, non præsumitur; sed exactè probari debet. cons. 16. n. 733.

Quatenus in Contractibus utile, per inutile, haud vitietur? 829. 774.

Argumentum à testamentis ad Contractus, & contra, validissimum est. 723. 76. 1144. 412. 683. 115.

An, & quatenùs Contractum in testamento inire liceat? vid. Testamentum.

Itemque an in Contractu hæres institui possit? vid. Hæres.

Possessio temporis immemorialis habet vim specialis Contractus. 219. 642.

Quænam diversissimi hujus juris, quòd ad Contractuum probationem duo testes sufficiant, & in ultimis voluntatibus è contra septem vel quinque testes necessarii sint, solida sit ratio? 912. 173. & seqq.

In omnibus Contractibus, &, quæ per illos fiunt, etiam transactionibus, semper animadvertendum, ne cum alia persona initus Contractus vel conventio in alia noceat. 1233. 105.

Renovatio Contractus semper facta præsumitur cum iisdem qualitatibus & conditionibus, quibus primordialis Contractus fuit initus. 1069. 326.

In investiganda cujusvis Contractus tùm natura, tùm efficacia ejusdem initium primariò respici debet. 263. 76. 1442. 31.

Regula: Quod quis per alium facit &c. etiam in Contractibus locum sortitur. 264. 83. & seq.

Pacta dant legem Contractibus. 624. 157. 1712. 103.

Consuetudinis interpretatio in Contractibus optima. 624. 159.

Iste Contractus celebratus præsumitur, quem ipsa verborum facies ostendit. 652. 94.

Quando dubium de Contractu celebrato oboritur, contrahentium mens præcipuè spectanda venit. 647. 14.

Contrahentium mentis haud postremum est indicium nomen à contrahentibus Contractui inditum. 647. 15. 1507. 30.

Etiamsi negotium inter ipsos celebratum ad alterius contractus naturam propiùs accedat. 647. 16.

Modò non Contractus à partibus denominati natura reclamet. 1507. 31.

Interpretatio Contractuum ipsarummet legum interpretationi conformatur tutissimè. 1306. 202.

In dubio ille Contractus præsumendus venit, qui in aliqua regione frequentior est. 658. 198.

In Contractibus nulla syllaba otiosè posita existimanda. 736. 258. 780. 134.

In dubio talis Contractuum interpretatio facienda, ut omnium Contrahentium conditio æqualis sit. 723. 82. 731. 198.

Omnis Contractus ita interpretandus, ut magis dilectus melioris, vel saltem cum minùs dilecto non inæqualis seu deterioris sit conditionis. 722. 71.

Unus Contractûs articulus, per alios ejusdem Contractûs articulos, explicandus & declarandus. 723. 75.

Unus Contractus etiam is intelligitur, qui ex pluribus articulis & capitulis constat, modò omnia simùl & semel conventa sint. 723. 79.

Unus idemque Contractus non debet diverso jure censeri. 423. 546. 723. 78.

Nemo geminum aleæ Contractum, in eodem negotio, celebrasse censendus. 723. 83.

Omnes conventiones & Contractus ita interpretandi, ne alteruter paciscentium damnum inde patiatur. 731. 193.

Et ut paciscenti utrique consulatur. 731. 194.

Hanc interpretationem etiam ipsa naturalis commendat æquitas. 731. 195.

Semper oneri ab altero Contrahentium suscepto par Commodum obvenire debet. 731. 196.

Nunquam Contractus hoc modo sunt interpretandi, ut in arbitrium alterutrius contrahentium ponatur, an, cum damno alterius, velit locupletari? 731. 197.

Verba Contrahentium sunt lex Contractus. 16. 189.

Interpretationi Contractus ab ipsis Partibus factæ modis omnibus standum. 35. 102.

In Contractibus rectè interpretandis semper ad id, quod est verisimilius, respiciendum. 807. 161. 723. 80. 735. 245.

Verba, quibus contrahentes sunt usi, adversus ipsos, & ipsorum hæredes sunt interpretanda. 1306. 203.

Quoties constat, à quo verba Contractûs ambigua prolata fuerint, hæc contra proferentem sunt interpretanda. 36. 318. & seqq. 408. 324. 735. 247. 1300. 96.

Qui per ejusmodi ambiguitatem, sibi ipsi, illius interpretationem reservare intendit, omnem interpretandi facultatem, hoc ipso, justissimè amittit. 735. 248.

Cautela Strykiana, ne quisquam contrahentium à se cum alio initum Contractum ipse concipiat. 1300. 58.

Nulla melior obscurorum verborum datur interpretatio, quàm quæ ex ipso instrumento Contractûs haberi potest. 736. 256.

Extra hanc frustra alia quæritur. 35. 104.

Unus solus ex pluribus Contrahentibus, vel pacisc entibus non potest ambiguam conventionem interpretari. 736. 261.
Contractus posterior derogat priori. 197. 182.
In omni Contractu clausula: Rebus sic stantibus, tacitè subintelligitur. 74. 672.
Voluntas contrahentium non ulteriùs attenditur, nisi quatenùs illa ex verbis apparet. 405. 288. & sqq.
Contractus in dubio ità interpretandi, ut nec verba ejus reddantur superflua, nec eluforia. 406. 300. & sqq.
Verba Contractus habentur pro textu, cui magis credendum, quàm glossæ & violentæ eorum detorsioni. 408. 322.
Etiam quodlibet minimum Contractûs verbum, in favorem illius, pro quo fuit appositum, aliquid operari debet. 408. 323.
Incivile est, nisi toto Contractu perspecto, de eodem judicare, vel verba captare velle. 413. 382.
Contractus ab initio sunt voluntatis; sed postea necessitatis. 425. 560. 1455. 142.
Hæc clausula Contractui adjecta: Wir/ die Schuldnere/ wollen auch diſe willkührliche obligation nicht anders deutten/ alß ſie im Buchſtaben lautet/ und vom Herrn Glaubiger und ſeinen Erben allein verſtanden und gedeuttet wird/ quomodo sit exaudienda? 1306. 185. & sqq.
Ista clausula Contractibus haud ratò adjicitur. 1306. 188.
Irregularis hæc & abnormis facultas Contractum, demùm post plures annos, pro arbitrio creditoris, interpretandi, etiam illius hæredibus reservata, an ad cessionarios rectè porrigatur? 1307. 208. & sq.
In dubio nemo se ultra ea, ad quæ, ex cujusvis Contractûs natura, de jure tenetur, obstringere voluisse censeri debet. 594. 104.
Interpretatio conventionum non ex talibus desumenda, ad quæ specialis & expressa contrahentium requiritur conventio. 1306. 201.
Jus commune Contractui tacitè inesse videtur, quocunque loco contrahatur. 73. 669. 414. 411. & sq. 1155. 545.
Statutis disposita perindè Contractibus inesse censentur, ac si pactum expressum, inter partes, de illis interpositum esset. 1154. 543. 1155. 546. 1281. 83. & sqq.
Contractus & delicta in statuminanda fori competentia æquiparantur. 571. 87. & sq. 1281. 85.
De Contractibus Principum & Nobilium immediatorum vid. Princeps. Pactum.
in scriptis celebratis vid. Scriptura.
Judæorum cum Christianis vid. Judæus.
ex capite simulationis impugnandis vid. Simulatio.
ex subsecuta observantia, & rebus postea gestis interpretandis vid. Observantia.
obligatione & actione ex Contractu alteriùs acquirenda vid. Obligatio.
Contractibus super bonis immobilibus celebratis, & quid in specie in Ducatu Würtembergico, quoad illos, Juris obtineat? vid. Immobile.
Quatenus tempus Contractûs, quoad restitutionem pecuniæ mutuatitiæ, &c. respiciatur? vid. Moneta. Thalerus.

CONTRACTUS INNOMINATUS.

Quando alicui pecunia statim ab initio mutuò datur, ut eadem in specie reddatur, sine dubio Contractus innominatus, Do, ut des, celebratus censeri debet. 1509. 52.
Hoc casu dominium pecuniæ indubitatò in debitorem transfertur. 1509. 53.
Utrum pecunia, ex tali Contractu, in alium translata adhuc in bonis debitoris obærati extans jure separationis ordinario auferri possit? 1509. 53. & seqq.
Quid, si illa ex titulo Contractûs innominati à faciendo incipiente in debitorem translata fuerit? 1509. 54. & seqq.
Vocabulum, Leihen/ etiam de Contractu innominato à faciendo incipiente prædicari potest. 1509. 55.
Contractus innominati etiam mixti esse possunt, simùl in faciendo & dando consistentes. 748. 371.
Etiam facta secutura in Contractibus innominatis, à faciendo initium sumentibus, causam obligationi præbere possunt. 750. 400.
Utrum Querela enormis læsionis etiam in Contractibus innominatis locum sortiatur? 749. 383.
In Contractibus innominatis, ante actualem rei traditionem, utrique contrahentium, tàm communi, quàm Würtembergico Jure, pœnitere permissum est. 1707. 54. & seqq.
Ei, qui ab ejusmodi, per realem traditionem, nondùm plenè perfecto, Contractu recedit, non magis, quòd fidem violaverit, objici potest, quàm ei, qui, antequàm scriptura plene perfecta, à Contractu in scriptis celebrando recedit. 1707. 56.
Hæc facultas pœnitendi quoad Contractus innominatos competens etiamnum in Foro Saxonico, Badensi, Solmensi, & Francofurtensi pariformiter obtinet. 1707. 58. & sqq.
Quid de illorum sententia, qui hodiè pacta Contractuum innominatorum præparatoria pro obligatoriis, & simùl actionis ad consequendum interesse productoriis venditant, haberi debeat? 1705. 36. & seqq. junct. 1707. 54. & sqq. 1709. 75. & sq.
Si Pacto futuri Contractus innominati præparatorio stipulatio, simplex, vel pœnalis, annectatur, tunc illud, regulariter, ab utraque parte irrevocabiliter adimpleri debet, sic, ut, etiam inspecto Jure Civili, contra nolentem vel ad interesse, vel ad promissam pœnam confestim agi possit. 751. 409. 1706. 39. & sqq.

Quando voluntas paciſcentium evidenter eò tendit, quòd ipſi ſimpliciter & abſolutè ad Contractum innominatum ineundum ſeſe invicem obſtringere voluerint, vel ſi ſibi invicem expreſsè promiſerint, daß keiner dem andern aufkünden wolle / item daß der unter den Partheyen nur mit worten abgeſchloſſene Contract ſteiff / ſteth und feſt gehalten werden ſolle / tunc ejusmodi abſolutum & ſimplex pactum, in excludenda facultate pœnitendi, modernis moribus, eandem vim habet, quam olim ſolennis ſtipulatio.
1709. 75. 1706. 41. & ſeqq.

Verba hæc: Er wolle den tod trincken / wann Er den Tauſch aufkünde / à permutatario prolata, tale pactum pœnitentiæ excluſivum procul dubio important, 1707. 46. 1709. 77.

Hæc ab una ſaltem parte facta declaratio, ſi non etiam ab altera vel verbis, vel factis acceptetur, ad ejusmodi abſolutum & pœnitentiæ totaliter excluſivum Pactum inducendum haud ſufficit. 1707. 48. 1709. 77. & ſeqq.

Quid, ſi is, in cujus commodum talis declaratio tendit, præſens fuerit, & tacuerit? 1707. 50. & ſeqq. junct. 1709. 78. & ſeqq.

Utrum promiſſio bey Adelichen Ehren / Treu und Glauben / cum ſolenniſſima omnium beneficiorum renunciatione, de ſervando contractu innominato facta, pœnitentiam excludat? 751. 410.

Si is, cui de contractu certò ineundo, per ejusmodi pactum abſolutum, vel alia ratione, efficax promiſsio facta eſt, nihilominùs pœnitentiæ ex poſt facto ab altero interpoſitæ ultrò locum fecerit, tunc ipſe per hoc ſuo juri quæſito omninò præjudicat. 1710. 84.

Quamdiu in contractibus innominatis, ex parte dantis, pœnitentia locum habeat? 752. 425. 749. 377. 751. 402. cons. 40. n. 58.

Utrum etiam ei, qui ex contractu innominato aliquid accepit, pœnitere ſit integrum? 749. 378. & ſeqq. 751. 402. & ſeqq.

Ad excludendam in hiſce contractibus pœnitentiam non ſufficit, alterum ad eundem implendum paratum eſſe, vel jam aliqua feciſſe præparatoria. 749. 380.

An hæc pœnitendi facultas per Jus Canonicum ſit ſublata? 750. 390. & ſeqq.

Ex parte ejus, qui aliquid dedit, pœnitendi licentia etiam Juri naturali conveniens eſt. 750. 393.

Inter nominatos & innominatos Contractus nulla, propriè loquendo, ratione pœnitentiæ, differentia intercedit. 751. 407.

Pœnitendi facultas excluditur non ſolùm per ſtipulationem; ſed & Jure Canonico inſpecto per juramentum. 752. 417. & 420.

Aliud obtinet ſecundum Jus Civile Romanum. 1711. 97. & ſeqq.

Quamprimùm Contractus innominatus utrinque impletus eſt, tunc ne quidem ille, qui ſua datione initium præbuit obligationi, amplius pœnitere poteſt, nedùm ille, qui rem ab hoc datam accepit. 752. 423. & ſeq.

In Transactionibus per modum Contractus innominati initis pœnitentia non habet locum. cons. 20. n. 57. & ſeq.

CONTRADICTORIUM. CONTRARIUM.

Impudenter quis id poſtulat, cujus Contrarium, in caſu contrario, poſtulaturus non eſſet. 755. 460.

Contrariorum eadem eſt diſciplina. 524. 173. 1618. 143. 1070. 330.

Contrarietas & repugnantia inter antecedentia & conſequentia in omni interpretatione ſollicitè declinanda. cons. 8. n. 839.

Contraria eidem ſubjecto ſimùl ineſſe nequeunt. 1230. 61.

Argumentum à Contrario, in LL. & Statutorum interpretatione, eſt efficatiſsimum. 1452. 118.

Contradictoria in judicio allegans non eſt audiendus. 1786. 15.

Contradictoria ſimùl ſtare nequeunt; ſed ſe invicem tollunt. 1786. 14.

CONTUMAX. CONTUMACIA.

Ad hunc effectum, ut adverſus Contumacem in non reſpondendo ad Articulos inquiſitionales pœna Confiſcationis, vel ſimilis, decerni poſſit, requiritur, *ut probationes*, vel indicia eidem imputati *criminis* tàm clara & indubitata ſint, ut ab ipſo probabiliter in dubium vocari, vel enervari nequeant. 1627. 23.

Quatenùs ejusmodi probationes etiam per literas & inſtrumenta fieri poſſint? 1627. 23.

Pœna confiſcationis omnium bonorum adverſus Contumacem in non-reſpondendo aliter decerni nequit, quàm ſi etiam, propter crimen eidem imputatum, pœna capitis, vel perpetui carceris locum ſortiri poſſet. 1628. 24.

Accedente ſpeciali Principis conſenſu eadem etiam contra ſuperioris regiminis Conſiliarium, in non-reſpondendo ad articulos inquiſitionales Contumacem, cæteris paribus, benè decerni poteſt. 1634. 88.

In criminibus levioribus Reus in non-reſpondendo Contumax, regulariter, captis pignoribus, vel mulctæ dictione, ad reſpondendum compellitur: In gravioribus verò, ſi omnem tùm de inferenda ſummi gradus tortura, tùm de imputato Crimine pro confeſſato accipiendo, nunquàm non præmittendam ſeriam commination pertinaci ſua Contumacia fruſtratoriam reddiderit, ille, cæteris paribus, torturæ rectè ſubjicitur. 1634. 89. & ſeqq.

Contumax in non-reſpondendo ad poſitiones, regulariter, pro confeſſo habetur. 1634. 91.

In causis tamen criminalibus propriè dictis hoc ad pœnam capitalem non sufficit. 1634. 92.
Quando adversus Contumacem in non-respondendo tortura decernitur, tunc illa, non tàm ad eruendam ipsius delicti confessionem, quàm potiùs ad extorquendam, eousque pertinaciter retardatam, congruam Responsionem adhibetur. 1634. 98. 100. & seqq.
Nec, regulariter, ei ad respondendum dilatio danda est. 1635. 99.
Tortura tamen in ejusmodi casu moderata esse debet. 1635. 101.
Ad torturam ex capite Contumaciæ decernendam etiam indicia non adeò violenta sufficiunt. 1635. 102. & seqq.
Imò hoc ipsum, quòd Reus ad articulos inquisitionales cathegoricè respondere recusat, sufficiens ad torturam indicium per se præber; ità, ut alio indicio opus haud sit. 1635. 103. & seqq.
Nisi adversus ejusmodi Contumaces tortura uti liceret, quilibet Reus promeritum supplicium facili negotio effugere posset. 1635. 104.
Quando Contumax in non-respondendo Criminis eidem imputati, sua propria & indubitata manu, plenariè convinci potest, tunc Judex, etiam sine prævia tortura, ad ordinariæ pœnæ executionem progredi valet. 1635. 106.
Sin ejusmodi literas, vel alias scripturas contra sese productas, pro suis haud recognoscat, tunc, ad explorandam manûs certitudinem, regulariter, comparatio literarum institui debet, antequàm tortura corporalis adversus ipsum decernatur. 1635. 107.
Aliquando etiam Reus, sine hac comparatione, ex sua scriptura condemnatur. 1635. 108.
Multi DDres generaliter asserunt, quòd in talibus casibus, si Inquisitus compluries admonitus, & per minas aliquoties repetitas conterritus, nihilominùs in sua in non-respondendo Contumacia perseveret, ipse omninò pro convicto & confesso haberi, & ad promeritam pœnam rapi valeat. 1636. 111.
Alii hoc simpliciter negant. 1636. 112.
Nonnulli ejusmodi pertinax silentium saltem in vim negationis accipiendum existimant, sic, ut indè Fiscus se ad probationem commissi criminis, quamcunque in promptu habet, accingere valeat. 1636. 113.
Plerique in hoc consentiunt, quòd, si vel in loco delicti commissi peculiare Statutum extet, quòd Contumax, seu in non-veniendo, seu in non-respondendo talis, præsertim quando non agitur de ultimo supplicio, pro confesso habendus sit: Vel si etiam in ejusmodi, ex suprema Principis autoritate decreto processu inquisitorio, consimile speciale præceptum comminatorium aliquoties interpositum; verùntamen illud ab Inquisito pertinacissimè contemtum fuerit, tunc ejusmodi Contumax, quoad omnia eidem proposita interrogatoria, jure optimo pro confesso haberi valeat. 1636. 114.
Statutum, quòd Contumax habeatur pro confesso, etiam in bannito in Contumaciam locum habet. 1636. 116.
Etiam delictum, quod ob Contumaciam pro confessato habetur, juris intellectu verè probatum dici potest. 1637. 118.
Ipsa Banniendi Contumacia grave, adversus ipsum, indicium constituit. 1637. 118.
Sicut Princeps, nullum superiorem recognoscens, Statutum, de delicto ob Contumaciam pro confessato accipiendo comminatorium, generaliter valiturum, procul dubio condere potest: Ita idem etiam, per præceptum speciale, concurrentibus iisdem requisitis, statuendi jus habet. 1637. 119.
Talis, per viam, ut loquuntur, Monitorii procedendi modus cumprimis in Tribunalibus Auditoris Cameræ & Gubernatoris Urbis Romæ ordinarius & valdè frequens est. 1637. 121.
Multi DDres Contumaciam pro vero & gravi delicto habent: Alii verò eandem nonnisi impropriè tale reputant. 1638. 128.
Hinc etiam quoad pœnæ, Contumaci alterutrius generis, infligendæ determinationem, diversimodè sentiunt. 1638. 129. & seqq.
Verior tamen est sententia, quòd hujusmodi Contumacia, quæ in contemptum supremi Principis, in non-veniendo, seu in non-respondendo committitur, præsertim ab illis, qui ob gravius delictum accusati vel inquisitioni subjecti sunt, pro gravissimô crimine haberi debeat. 1639. 134. & 138.
In tantum, ut illa non saltem in genere criminali arbitraria; sed etiam in specie capitali pœna coërceri valeat. 1639. 135. & seqq.
Hæc sententia Jure quoque divino comprobatur. 1639. 137.
Contumacia, adversus summum Principem, præprimis in non-veniendo commissa, quomodo Jure Saxonico puniatur? 1639. 137.
Pœna omnium bonorum confiscationis ob Contumaciam in non-respondendo, adversus summi Principis præceptum, pertinaciter commissam, etiam tunc decerni potest, quando nulla de eadem, in casum perseverantiæ, decernenda, præcessit comminatio. 1639. 139.
Idem etiam, præprimis in talibus terminis, quando Reus, post formatam accusationem vel inquisitionem legitimè citatus ad respondendum modis omnibus adigitur, & propter ipsius præfractam Contumaciam sententia condemnatoria fertur, quoad illos quoque Judices, qui superiori magistratui subsunt, locum obtinet. 1639. 140.
Modò hoc casu pœna hæc etiam crimini, ob quod dictatur, sit consentanea. 1639. 140.

Quando decretum vel Statutum alicui, ob delictum vel Contumaciam, pœnam confiscationis bonorum imponit, tunc dispositio Authenticæ, Bona damnatorum. nullum obtinet locum. 1639. 141.

Si in aliquo loco generalis Consuetudo, vel Statutum vigeat, quòd, ob Contumaciam adversus summum in illis terris Principem vel Dominum commissum, pœna omnium bonorum confiscationis ejusdem Reum manere debeat, tunc ipsa hæc pœna, existente hôc casu justissimè decernitur. 1640. 143.

Describitur, ex Farinacio, modus adversus Contumacem, in casu delicti, tùm capitalis, tùm non capitalis, procedendi Romæ usitatus. 1640. 144.

Adducitur remissivè Consuetudo Siciliæ, quoad hoc punctum obtinens, itemque Juris Saxonici, de eodem, sanctio. 1640. 145. & seq.

Si ob Contumaciam, adversus supremi Principis præceptum pœnale, mortis comminatorium, sive non-veniendo, sive non-respondendo commissam, pro qualitate circumstantiarum, pœna capitalis decerni potest; tunc multo magis adversus ejusmodi præfractum contumacem perpetui carceris pœna locum habere poterit. 1642. 161. & seqq.

Etiam in his delictis, quorum pœna, regulariter, tantùm est deportatio, Contumax sub pœna ultimi supplicii ad comparendum vel respondendum adigi, &, si non pareat, hæc ipsa effectui, adversus ipsum, dari potest. 1642. 162.

Sin delictum nec mortis, nec deportationis; sed aliam mitiorem pœnam promereatur; tamen pœna triremium, perpetua, vel temporalis, ob illud, dictari valet. 1642. 163. & seqq.

Ad evitanda majora mala, turbas & scandala publica, Princeps, præcipuè supremus, pro ratione circumstantiarum, pœnam carceris perpetui adversus se Contumaci dictandam in custodiam perpetuam transmutare benè potest. 1642. 168.

De Contumacia contra dominum directum commissa. vid. Emphyteusis.

CONVENTIO, Conf. Pactum. Contractus.

De Fideicommisso conventionali vid. Fideicommissum.

Pœna conventionali vid. Pœna.

CONVERSATIO. Conf. Familiaritas.

De crebra & diuturna Christiani cum Judæo Conversatione vid. Judæus.

Conversatione cum Carnifice vid. Carnifex.

COPIÆ.

Si documenta ad petitorii probationem facientia nondùm in originalibus; sed saltem in Copiis sint producta, &c. tunc Judex, regulariter, præcisè super solo possessorio judicare, & petitorium indecisum relinquere tenetur. 187. 296.

Extractus & simplices Copiæ, absque ulla ullius Notarii publici, vel alterius personæ fide dignæ subscriptione productæ nullam omninò probandi vim habent. 1678 33.

COPULA CARNALIS.

Ad probandam Copulam carnalem etiam liberæ & nullatenùs suspectæ ambarum partium confessio, maximè judicialis, in omnibus delictis carnalibus, & quoad omnes juris effectus, sufficit. 1780. 33. & seqq.

In materia Copulæ carnalis, ceu in se difficillimæ probationis, talis probatio, qualis haberi potest, admitti debet. 1780. 35.

CORIARIUS. CORIUM.

Lacus Coriarius, Germ. Leder-kuff / in solo alieno, consensu domini, promisso eidem annuo solario, defossus an efficiatur immobilis? 125. 224.

Et utrum Civitati, vel privato, tanquam dominis loci, cedat? 126. 233.

De simultaneo Alutariorum & Coriariorum opificii, Loh- oder Roth- und Weißgerber Handwercks / exercitio vid. Opificium.

An, & quando Corium Mercium nomine veniat? vid. Merx. Mercator. Statutum.

CORNU CERVINUM.

De gestatione, itemque inustione Cornu cervini vid. Fericidium.

CORRESPECTIVUM.

Correspectiva ea omnia censentur, quæ in continenti, unum nempe post alterum, confestim & immediatè celebrantur. conf. 16. n. 538.

Correspectivorum unum alterius causam finalem constituit. 394. 151. conf. 16. n. 539.

Correspectiva pro unô & eôdem, sive pro individuo à Dñbus habentur. 394. 152. & seq. conf. 16. n. 539. 837. 185.

Sive de negotio inter vivos, sive mortis causa quæratur. 837. 185.

Hinc, quod uni inest, illud etiam alteri inesse censetur. 394. 150.

Uno Correspectivorum deficiente etiam alterum deficit. conf. 16. n. 540. 837. 185.

De Fideicommisso correspectivo, itemque ejus proco vid. Fideicommissum.

Substitutione reciproca vid. Substituio.

Articuli de communione Bb. mobilium & solutione æris alieni habentur pro Correspectivis. 1761. 67.

CREDITOR.

Nemo sua, tametsi jurata, annotatione, vel summarum à se debitarum determinatione privata, suis Creditoribus ullatenùs præjudicare valet. 1492. 117.

Nemo partes Creditoris & Judicis simùl sustinere potest. 1494. 146.

Debitorum pactionibus Creditorum petitio nec minuitur, nec tollitur. 1762. 65.

Conditio Creditoris, ob debitoris nobilitatem, regulariter, non debet reddi deterior. 1692. 93.
Quatenus interfit Creditoris, tabulas Cautionis seu Instrumentum debendi sibi non surripi? 138. 42.
Si unus cohæres cum hæreditariis Creditoribus paciscatur, ut illi partem sui Crediti remittant, utrum ille cohæres, hoc lucrum cum suis cæteris cohæredibus communicare teneatur? 1167. 691. & seqq.
De Creditore conditionali vid. Conditio.
unius Creditoris successione in alterius locum vid. Credd. Concursus.
Creditore hypothecario vel pignoratitio vid. Hypotheca. Pignus.
Creditore Debitoris sui hærede facto vid. Heres.
CREDD. CONCURSUS. Conf. Hypotheca.
In Processu edictali Judici imprimis incumbit, ut, priusquàm de prioritate quid decernat, in jura Creditorum summariè inquirat, totumque negotium sollicitè pensiteri. 1403. 29.
An jus sepulchri in processu edictali à Creditoribus distrahi possit? vid. Sepulchrum.
Quatenùs ususfructûs, in computatione bonorum Debitoris obærati, ratio habeatur? 1411. 100. & seq.
Concursus Credd. nullibi inter modos paternum vel alium usumfructum extinguendi refertur. 1411. 105.
Ipsius debitoris de unius vel alterius crediti veritate Confessio, regulariter, cæteris Creditoribus, in concursu, haud præjudicat. 1414. 137.
Aliud dicendum de Confessione ejusdem uxoris aliquid in sui quoque ipsius præjudicium asserentis, præsertim si de summa valdè modica quæratur. 1414. 138.
Ad probandam mercedem famulis & ancillis debitam, etiam simplex debitoris confessio in Concursu Credd. sufficit, si illa sit modica. 1414. 139.
In processu edictali usuræ, tùm de Jure Communi, tùm Würtembergico, eodem, cum sorte principali, privilegio gaudent. 1439. 5.
Creditum in Concursu Credd. petens, etiam aliis remediis, extra concursum, illud persequi non prohibetur. 1511. 76.
Dominus rei, in bonis debitoris obærati adhuc existentis; omnibus aliis Creditoribus, in concursu, præfertur. 1394. 99. 1413. 126.
Nulla justior petitio est, quàm domini, rem suam, etiam ex massa debitoris obærati bonorum, vindicantis. 1413. 124.
Uxor res suas in bonis obærati Mariti adhuc extantes, tàm dotales, quàm paraphernales, & receptitias, extra concursum, jure separationis ordinario, aufert. 1413. 123. 1394. 98.
Etiam Liberi res suas maternas in paternæ substantiæ massa adhuc extantes, extra Credd. Concursum, vindicant; quoad consumptas verò processui edictali se immiscere necesse habent. 1408. 70. 1409. 84. & seq.
Creditor pecuniæ alteri ea lege, quòd eandem oppignorandi licentiam habere debeat; sed tamen, post certi temporis lapsum, eandem, una cum interesse, in natura restituere teneatur, traditæ, eandem in bonis Debitoris obærati adhuc extantem, sine dubio jure separationis ordinario, extra Concursum Credd. auferre potest. 1508. 47.
Quidsi illa sub titulo alicujus Contractus innominati in talem Debitorem fuerit translata? 1509. 51. & seqq.
Sine expressa Legis dispositione nemini absolutum jus prælationis in Concursu Credd. concedi potest. 1505. 12.
Sumptus in ultimum defuncti debitoris, ejusdemque uxoris & liberorum morbum impensi, æquè ac funebres, in prima Credd. classe collocantur. 1419. 195.
Quo Jure hoc ita constitutum? 1420. 196.
An illa etiam ad alios morbos, ex quibus Debitor, &c. reconvaluit, extendi queat? 1420. 197. & seqq.
Mercedes famulorum & ancillarum, de Jure Saxonico, Brandenburgico, Pomeranico, Borussiaco, Würtembergico, Francofurtano, Hamburgensi, Lubecensi, imò universali ferè Germaniæ consuetudine, statim post sumptus in ipsum processum edictalem factos collocantur. 1415. 141.
Quænam Juris hujus privilegiarii vera sit ratio? 1415. 147.
Hoc Mercedis privilegio, regulariter, ii saltem ministri gaudent, qui in ædibus & convictu debitoris existunt, vel extiterunt. 1415. 145.
Illud tamen etiam rectè extenditur ad agrorum & vinearum Cultores, Weingärtner und Ackersleuthe. 1415. 144. & seq.
Adducuntur specialia hanc in rem Statuta. 1415. 150.
Etiam ille, qui ad solvendas ejusmodi mercedes pecuniam mutuò dat, simili prælationis privilegio gaudet. 1415. 15. & seqq.
Utrum idem in eo sit admittendum, qui debitori frumentum sementarium, Saat-Frucht, ad conserendos agros vendidit, vel mutuò dedit? 1415. 154. & seq.
Quidsi aliquis non ipsum frumentum sementarium; sed tamen, ad id comparandum, pecuniam crediderit? 1416. 163.
Etiam illi, qui ad Fructus ultimi anni, in agris vel vineis natos, percipiendos, vel colligendos, pecuniam crediderunt, vel erogarunt, absolutæ prælationis privilegio gaudent. 1416. 159. & seqq.
Quid de hoc sentiendum, si quis pecudibus debitoris necessarium pabulum præbuerit, vel

ſua prata, pro earundem conſervatione, locaverit? 1416.157.

Omnes illi ſumptus, qui pro conſervatione bonorum Debitoris impenſi ſunt, abſoluto prælationis privilegio gaudent. 1416.162.

De probatione Mercedis famulorum &c. vid. Merces.

Opifices ratione ſuæ mercedis, regulariter, nullum jus prælationis, etiam in Ducatu Würtembergico, habent; ſed in ultima claſſe collocantur. 1419.191.

An idem de illis dicendum, qui, ex ſua materia, pro certo pretio, aliquid efficiunt, præprimis ſi opus vel res ab illis confecta adhuc in bonis ipſius Debitoris exiſtat? 1419.192.

Eccleſia, & alia pia Corpora, de Jure Civ. ne ſimplicem quidem hypothecam in bonis ſuorum adminiſtratorum, nedùm in aliorum Debitorum facultatibus habent. 1412.114. & ſeq.

Quid noſtris moribus, tùm in univerſum, tùm in una, vel altera Germaniæ provincia, ac præprimis in Ducatu Würtembergico, ſpeciatim quoad hoc juris obtineat? 1412.116. & ſeqq. 1516.24. & ſeqq.

Ab Hypotheca in bonis Adminiſtratorum Eccleſiæ, Civitatum, &c. ſingulariter conceſſa ad alios Adminiſtratores nec ex rationis paritate arguere licet. 1423.225.

Etiamſi de talibus neceſſariis Adminiſtratoribus, qui, in rebus ſuæ fidei concreditis, doloſè verſati ſunt, quæſtio ſit. 1423.226.

In Ducatu Würtembergico Hoſpitalibus & ſimilibus pauperum Æratiis ſaltem ratione reſidui, Rechnungs-Reſt / abſolutum prælationis privilegium in omnibus ſuorum Adminiſtratorum bonis conceditur. 1418.177. 1517.26. & ſeq.

Abſolutum jus prælationis de Jure Würtembergico Hoſpitalibus & ſimilibus Pauperum Æratiis, in bonis ſuorum Adminiſtratorum conceſſum, rectiſſimè etiam de omnibus Eccleſiarum, & ad illas ſpectantium Quæſturarum, Geiſtlicher Verwaltungen / Academiarum, Scholarum, Stipendiorum, & Monaſteriorum adminiſtratoribus exauditur. 1517.26.

Hoc debitum ſtatim poſt ſumptus funebres & mercedes famulorum, etiam ante tributa, & ſimiles præſtationes, exolvitur. 1423.118. 1517.26. & 32.

An hoc, ratione reſidui, in bonis ſuorum Adminiſtratorum, Eccleſiæ, vel aliis piis Corporibus de Jure Würtembergico competens Jus perſonale ſit, vel reale? & utrum illud alteri cedi poſſit? 1517.28. & ſeqq.

Multi DDres, etiam ratione Debitorum ex mutuo provenientium, piis Corporibus abſolutum prælationis privilegium attribuunt. 1418.175.

Adducuntur aliquot Statuta & Jura Provincialia, quibus, in ſecuritatem ejusmodi & ſimilium creditorum, vel ſimplex, vel privilegiaria hypotheca conceditur. 1418.176.

Tacita Hypotheca de Jure Würtembergico, Monaſteriis, Æratiis Pauperum, & Hoſpitalibus, itemque Civitatibus, Pagis, & Villis ſingulariter indulta, ſola Debita Boni publici gratia contracta pro objecto habet. 1418.177.

Quænam pro talibus ſint habenda? 1418.178.

Hæc Hypotheca ad debita ex mutuo, vel ſimili contractu deſcendentia extendi nequit. 1418.179. & ſeqq.

Ex contractu emphyteutico, vel alio conſimili, Quæſturis ſeculatibus, vel eccleſiaſticis, itemque Civitatibus ac Pagis, in Ducatu Würtemberg. debita, ex authentica Sereniſſimi interpretatione, abſoluto prælationis privilegio gaudent. 1418,183. 1440.13.

Hoc tamen ad alia debita conventionalia promiſcuè porrigere haudquaquàm licet. 1418.183.

Solus ſuperiorum juſſus de pecunia Hoſpitalis vel alterius pii corporis mutuò danda, ad ſtatuminandum tale jus hypothecæ vel prælationis, non ſufficit. 1419.184. & ſeq.

Etiam cenſus nummarii, vel frumentarii, Frucht- oder Weingülten / Æratiis Pauperum debiti, de Jure Würtembergico, in prima Credd. claſſe locantur. 1419.187.

Omnia Debita, ad Principem, ratione jurisdictionis ſpectantia, in Ducatu Würtembergico, abſoluto prælationis privilegio gaudent. 1506.22.

Eodem jure etiam cenſentur Expenſæ in proceſſum criminalem factæ. 1506.23.

In quam claſſem Creditorum ſumptus in examine vel reviſione alicujus Officialis rationum facti, vulgò Commiſſions-Köſten / collocari debeant? vid. Ratio.

Plura de Juribus Fiſci vid. ſub voc. Fiſcus.

In Concurſu Creditorum ille, qui privilegiariam habet hypothecam, ſimplices hypothecarios, imò etiam alios non planè excludit. 347.40 & ſeqq.

Liberi, cum ſuis curatoribus, paternæ ſubſtantiæ diviſionem, in proceſſu edictali factam hiſce formulis approbantes, daß ſie verhoffen / daß von dem Herrn Richter die æquität beobachtet ſeyn werde / in caſum contrarium omne ſuum jus eo ipſo validiſſimè reſervaſſe cenſeri debent. 1403.30. & ſeq.

Creditor, cujus pecunia mutuò accepta Pater obæratus filio jus civicum comparavit, jure deſiderat, ut ipſe in locum filii, cui ex ſui Patris maſſa bona materna debentur, pro tanto ſurrogetur. 1414.134.

Liberi ne quidem ſub titulo alimentorum, vel legitimæ, ex maſſa bonorum debitoris obærati quidquam petere poſſunt. 1414.129 & ſeqq.

Alimenta Uxori vel liberis debitoris obærati, durante proceſſu edictali à tertio præſtita, regulari-

gulariter, non ex massa bonorum; sed extra Concursum ab ipsa Uxore & liberis restitui debent. 1417. 170. & seqq.
Præsertim quando ejusmodi liberis bona materna vel avita suppetunt, ex quibus ipsis alimenta præstari possunt. 1417. 172.
Idem dicendum, si debitoris Uxor adhuc Patrem, vel liberi Avum adhuc superstitem habeant. 1417. 173.
Sin iisdem nihil horum suppetat, tunc ejusmodi Alimenta ad summum inter credita simplicia referri debent; tametsi à Corpore aliquo pio, vel ad speciale Magistratus jussum fuerint præstita. 1417. 174. & seqq.
De tacita hypotheca Minorum in bonis suorum Tutorum & Curatorum vid. Minor.
Venditori in re vendita competente vid. Venditio.
Ne quidem in bonis furum, raptorum, Judæorum, vel aliorum manifestorum usurariorum, nedum in aliorum, qui in contractu vel negotio cum ipsis celebrato dolum malum commiserunt, tacita hypotheca competit; sed omnes ejusmodi Creditores in ultima demùm classe collocantur. 1510. 71.
De procuratoribus, negotiorum gestoribus, aliisque Administratoribus privatis vid. Hypotheca.
Privilegia Creditorum personalia, regulariter, ex nulla planè causa alteri cedi possunt. 1517. 30. & seqq. Conf. Privilegium.
De exceptione Fisci ab hac regula vid. Fiscus.
Quando debitor obæratº uni ex chirographariis creditoribus solvit, vel aliquem fundum in solutum dedit, reliqui Creditores chirographarii illum revocare non possunt. 1510 74.
Tametsi Creditor sciens prudensque debitorem non solvendo esse, vel foro cedere velle, debitum exegerit. 1520. 55.
Creditor, tali casu, suum recipiens, à dolo immunis est. 1520. 56. & seq.
Sicut tali Creditori sibi ipsi vigilanti industria sua prodest; sic è contra negligentibus inertia sua justissimè officit. 1520. 58.
Modò solutio ante actualem immissionem Creditorum in bona debitoris facta fuerit. 1520. 59.
Semel facta hac immissione Debitor omni facultate de bonis suis disponendi penitùs exuitur. 1521. 60.
Talis præoccupatio unius Creditoris chirographarii cæteris quidem chirographariis; sed non etiam Creditoribus hypothecariis, vel personaliter privilegiatis, omniumque minimè singulari, vel planè absoluto prælationis privilegio munitis præjudicat. 1521. 61.
Hinc illud omne, quod uni vel omnibus Creditoribus chirographariis, etiam ante actualem immissionem, sive bona, sive mala fide, solutum fuit, à reliquis Creditoribus repeti potest. 1521. 62.
Creditor hypothecarius anterior etiam contra posteriores Creditores actionem hypothecariam intentare potest. 1521. 63.
Præventio quoad bona debitoris tantùm inter pari jure munitos Creditores locum habet. 1521. 64.
Creditor infirmiore, vel prorsùs nullo privilegio munitus, cum damno justiùs petentium, aliquid anticipans, suum recipere dici nequit. 1521. 66.
Quando solutio à debitore obærato per gratificationem fit, tunc etiam illa bona, licet à Creditoribus nondùm possideantur, tamen revocationi obnoxia sunt. 1522. 71.
Conf. Hypotheca.
Is, qui Creditorem privilegiatum, debitori à se credita pecunia, dimisit, regulariter, in Creditoris dimissi locum & privilegium succedit; licet nullum specificum pactum desuper initum fuerit. 1514. 4. & seqq. juncto n. 16.
Modò pecunia hoc specifico fine credatur, ut priori Creditori exindè satisfiat, eademque etiam priori Creditori reverà solvatur. 1514. 8.
Creditor extraneus, in locum & jus Creditoris hypothecarii, pro quo solvit, successurus, non aliter admittitur, quàm si inter ipsum & Creditorem primum, vel debitorem expressè conventum sit, ut (1.) idem pignus sibi obligetur, & (2.) ipse in locum ejus succedat. 1515. 9. & 15.
Utrum alterutrum horum sufficiat? 1515. 10.
Extranei Creditoris nomine quis hîc veniat? 1515. 9.
Modò dictum pactum quo tempore adjici debeat? 1515. 12.
Creditor chirographarius, in locum & jura Creditoris saltem privilegiarii successurus, à necessitate prædicti pacti specifici immunis est. 1515. 16.
Quando Creditor chirographarius debitori pecuniam non eo fine, ut Creditori privilegiato exindè satisfiat; sed simpliciter credit, tunc, licet illa postea huic Creditori soluta fuerit; ipse tamen in illius jura successionem frustra desiderat. 1515. 18. & seq.
Ad hunc effectum, ut pecunia ad satisfaciendum privilegiato Creditori tùm credita, tùm soluta dici possit, nihil refert, sive illa statim ipsi Creditori privilegiato, sive debitori, & dein per hunc illi, soluta fuerit. 1515. 19.
Si de hac Creditoris chirographarii destinatione non constet, unde illa, inter alia, probari valeat? 1516. 20.
Multi DDres ad fundandum jus successionis in locum ejusmodi Creditoris privilegiarii solam pecuniæ creditæ versionem, modò hæc non demùm ex intervallo sit facta, sufficere contendunt. 1516. 20.
Ad hunc effectum, ut in casu, quo quis Fisco, quod alius eidem debet, eô animô solvit, ut eapropter in ejusdem jura & locum succedat, privi-

privilegium fiscale in solventem transeat, specialis ejusdem cessio necessaria est. 1519. 46. & seqq.

Multi DDres ad hunc effectum, ut is, qui fisco, pro ipsius Debitore, aliquid solvit, in absolutum Prælationis, vel aliud personale privilegium succedat, etiam tacitam pactionem, vel ad minimum tales actus, ex quibus animus talis juris cessionem in alterum faciendi haud obscurè possit colligi, sufficere contendunt. 1522. 73. & seqq.

Hæc quæstio: Utrum, & quando is, qui Creditori vel hypothecario, vel privilegiario, id, quod alius eidem debet, solvit, in omnia Creditoris jura & privilegia succedat? diversimodè à DDbus deciditur. 1522. 76. & seq.

Adducuntur tres diversæ DDrum de eadem sententiæ, & quidem in specie quatenùs illa de Debitore fiscali, ac pro ipso facta solutione formatur. 1522. 78. & seqq.

Subnectitur sententia verior. 1523. 89. & seqq.

Quod nonnulli DDres de legali & tacito privilegii personalis transitu in eum, qui privato Creditori personaliter privilegiato id, quod alius debet, solvit, asserunt, ad inducendam eminentioris Juris fisco competentis transitionem non sufficit. 1524. 97.

Jus Cessionarii, regulariter, potentius est, quàm pro debitore Creditori solventis. 1524. 91.

CREDULITAS. Conf. Fides.

Operam rei verè illicitæ dans, si credat, se nullo modo delinquere, de eo, quod sequitur, regulariter non tenetur. 578. 49.

Etiam temeraria & injusta credulitas excusat à dolo. 1057. 178. & seqq.

Idem multo magis operatur rationabilis & justa Credulitas. 1057. 180.

Justa Credulitas excusat etiam à Culpa, & pœna. 1055. 160. 1057 181. & seq.

Illustratur hoc exemplo Legis 7. Cod. unde vi. 1055. 158. & mult. seqq.

Falsa relatio illorum, qui dicunt, possessionem non esse vacuam, de illius falsitate optimè informatum, in sua, de cætero, justissima Credulitate, quòd possessio verè adhuc vacua sit, adhuc magis confirmat. 1058. 186.

Qui, tempore possessionis proprio ausu apprehensæ, in justa fuit Credulitate, quòd illa sit vacua, per supervenientem contrariæ veritatis scientiam, ex hac antecedanea sua Credulitate, retrò neutiquàm punitur. 1059. 210. sqq.

Ad momentum illud temporis, quo quis aliquid fecit, & non ad secutum, quo demùm veriora ei innotuerunt, ipsius Credulitas præcisè referri debet. 1060. 211.

De juramento super Credulitate præstando vid. Juram. Credulitatis, Juram. in supplem.

Testis de veritate, non de sola Credulitate, deponere debet. 494 47.

A pœnis Legis 41. Cod. de transact. etiam injusta Credulitas excusat. 1061. 229.

CRIMEN. CRIMINALE. Conf. Delictum.

Causæ tùm criminales, tùm civiles, tàm arduæ, ut tortura in illis decerni valeat, ab uno solo Jcto non facilè definiri debent. 306. 3.

Condictio furtiva non tollit extraordinariam persecutionem criminalem. 373. 126. 141. 69.

De Processu criminali vid. Processus.

De necessitate consulendi peritiores in Causis criminalibus Judicibus incumbente vid. Responsum, Acta.

CULEUS.

De severissima Culei pœna vid. Infanticidium.

CULPA.

Lata Culpa est, non intelligere, vel non facere ea, quæ major pars, vel omnes alii intelligunt, aut faciunt. 604. 260.

Vel non prævidere ea, quæ alius Vir mediocriter prudens facilè prævidisset. 604. 261.

Vel non evitare illud, quod omnes communiter evitare solent. 604. 262.

Non faciens id, quod alii faciunt, & facere adsolent, à Culpa nullatenùs absolvi potest. 604. 259.

Culpam, præcipuè latam, allegans eandem liquidò probare tenetur. 877. 254.

In dubio præsumtio Culpæ latæ exclusiva prævalet. 877. 255.

Culpa levis quænam dicatur? 603. 243.

Merces pretiosas & nullius ferè ponderis per noctem in rheda relinquens, nec cauponi custodiendas tradens cujus Culpæ reatum incurrat? 603. 244.

Rhedarius, ex caupona discedens, & non priùs dispiciens, an omnes res suæ rhedæ impositæ adhuc sint præsentes? ad minimum levis Culpæ reus evadit. 604. 254.

Si præcipuè aliquem ex viatoribus non sine ratione suspectum habuerit, & merces pretiosas, specialiter diligenti custodiæ commendatas, nec per noctem cauponis custodiæ demandaverit, nec loris, ut non tàm facilè amoveri possint, constrinxerit; sed solùm inter medias valisias reposuerit. 604. 257.

In dubio nemo se, ad majorem, quàm ordinariè præstandam, Culpam obstringere voluisse censeri debet. 594. 104.

In jure ultima solummodò Culpa attenditur. 1669 47.

De Culpa in contractu Locationis Cond. præstanda vid. Locatio Conductio.

Nautarum, &c. levissima vid. Nauta.

à Nuntiis præstanda vid. Nuntius.

à Depositario præstanda vid. Depositum.

CURATOR. Conf. Minor.

Productio Curatorii coram Judice, qui ipsemet Curatorem constituit, necessaria haud est. 1402. 14. & seq.

Idem etiam de Curatore eleemosynarum à magistratu, coram quo lis versatur, constituto dicendum. 1412. 110. 1419. 187.

In bonis Curatoris bonorum absentis, ab hostibus capti, partus in utero materno constituti, hæreditatis jacentis, muti, prodigi, & similium personarum, nullum jus hypothecæ, imò ne quidem personale exigendi privilegium competit. 1422. 224.

Utrum Curator caducitatem emphyteuseos solus possit remittere? 619. 69.

Jura minorum non controversa nec obscura Curatores non possunt remittere. 1264. 128. & seqq.

Curatores non ad hoc dantur, ut Minores mergantur. 1264. 132. & seq.

Quousque domini loco habendi veniant? 1264. 130.

Mater non aliter ad suorum liberorum legitimam Curatelam admittitur, quàm si tùm Vellejano Sćto, tùm & aliis muliebribus beneficiis renuntiet. cons. 16. n. 962. & seqq.

Si hanc renunciationem mater facere renuat, liberorum Curatela ei neutiquàm committitur. cons. 16. n. 965.

Violenta ex prædio dejectio à Curatore nomine pupilli facta adultum pœnæ Legis 7. Cod. unde vi. haudquaquàm subjicit. 1053. 136.

Multò minùs hoc per Pro-Curatorem fieri poterit. 1053. 137.

Pro-Curator quis propriè dicendus? 1058. 195.

Curator, minoris nomine, possessionem omnium rerum apprehendere potest, vel hanc apprehensionem aliis mandare. 1058. 196.

Etiam illustrium personarum Curatores, absque autoritate & decreto magistratus, donare possunt. 969. 721.

De divisione rei Curatori cum minore communis vid. Communio.

donatione remuneratoriâ Curatori de bonis minoris permissa vid. Donatio remuneratoria.

Curatoribus Fœminarum vid. Fœmina. Uxor.

Curatore emphyteutico, Lehenträger / vid. Investitura.

CURSOR.

De Cursoribus publicis vid. Rhedarius.

CUSTODIA.

Promissio de Custodia, tametsi specialis, tegulariter, ad diligentiam exactissimam non obligat. 593. 89.

Simplex traditio à Patre filio facta, potiùs solius Custodiæ causa, quàm animo donandi, intelligitur facta. 848. 310.

De pœnæ Carceris perpetui in perpetuam Custodiam transmutatione vid. Carcer.

DAMNUM.

Damni occasionem proximam dans Damnum ipse dedisse existimatur; præprimis in delictis atrocioribus. 265. 87.

Operam rei verè illicitæ dans, si credat, se nullo modo delinquere, de Damno exindè secuto regulariter non tenetur. 378. 49.

Damnum, quod quis sentit sua culpa, sentire Damnum non videtur. 1678. 22.

Durum est, quenquam, ob delictum alienum, Damnum sentire. 1077. 412.

Certantes de damno vitando, etiam adversus juris errorem, condictione indebiti, ad minimum juxta Usum forensem, rectè experiuntur. 639. 78. & seq.

Nihil tàm naturale est, quàm ut Damnum inter eos sit commune, qui de lucro æqualiter participant. 1763. 84. & 86.

Omnes Conventiones ità interpretandæ, ne alteruter pacisćentium Damnum indè patiatur, neve in arbitrium alterutrius pacisćentium ponatur, an cum Damno alterius velit locupletari. 731. 193. & seqq. junct. 198.

Quod in alicujus commodum introductum, in Damnum ejus retorqueri non debet. 388. 69.

Actum dubium semper ita debemus interpretari, ut illegerenti minùs damnosus sit. 391. 109.

Nec ipsa natura, cum alterius Damno, quenquam locupletiorem fieri permittit. cons. 16. n. 571.

Hanc exceptionem, ceu nunquàm rejectam, Judex etiam ex officio supplere tenetur. cons. 16. n. 572.

A dolo liber non est, qui cum alterius Damno lucrum anhelat. cons. 16. n. 573.

De Damno in navi, caupona, vel stabulo dato vid. Nauta.

Dominium, ob non præstitam cautionem de Damno infecto, decretâ missione ex secundo decreto, acquisitum ad usufructuarium spectat. 681. 78. & seq.

DE.

Particula, De, De bonis, in vernacula, Davon/ i. e. von solchem Guth/ ipsam bonorum substantiam significat. 729. 172.

Si alicui legatum de bonis testatoris relictum fuerit, vel filiæ per statutum exclusæ de bonis defuncti dos debeatur, talis dos vel legatum præcisè ex bonis ipsius testatoris, vel defuncti Parentis exolvi debet. 729. 173

DEBITOR. DEBITUM.

Hæc verba, si Debitor à suo creditore interpelletur, ut, pro debita quantitate, certam aliquam rem, præ oculis positam, sibi in solutum det; Debitor autem respondeat: Wann ich will/ ea propter à Creditore con-

ceptam iram, & secutum homicidium haudquaquàm justificant. 761. 67.

Quoties de ipso Debito constat, ejus autem quantitas dubia est, tunc tota Q. actoris jurejurando determinari debet. 1315. 76.

Idem dicendum, si quidem de constituta hypotheca; sed non etiam de ipso Debito legitimè constet. 1315. 69.

Debitor obæratus, etiam inspecto Jure Wirtembergico, vel solvere, vel carceris squalorem, tamdiu, donec solvat, aut caveat, aut bonis cedat, sufferre tenetur. 1469. 260. 1463. 216.

Beneficium cessionis bonorum, Debitori obærato, etiam hoc Jure, id solummodò præstat, ne judicatus detrudatur in carcerem. 1469. 260.

Bona non dicuntur, nisi deductis omnibus Debitis. 1756. 19. 1762. 73.

Nemo pro alieno Debito tenetur. 1757. 26.

Hinc neque Uxor pro Marito. 1413. 125 1757. 26.

Limitat. vid. sub voc. Uxor, Societas Bb. conjugalis.

Soli successores universales ad exolvenda authoris Debita obstricti sunt. 742. 321. 950. 489.

Æs alienum ex propriis Debitoris bonis exolvi debet. 1413. 125.

An successor fideicommissarius defuncti possessoris debita solvere teneatur? 406. 296. & seq.

Etiam maximæ bonorum partis Donatarius singularis solummodò successor, ac proin ad exolvenda Donatoris Debita nullatenùs obstrictus censetur. 949. 488. & seq.

An Usufructuarius ad Debitorum solutionem obstrictus sit? vid. Usufructuarius.

Legitima non debetur, nisi deductis omnibus Debitis. 1414. 130, & seq.

Debitor, secundum naturam mutui, non plus reddere cogitur, quàm ipse à Creditore accepit. 341. 63.

Quoties creditor, propter suum, adversus Debitorem, commissum delictum, actionem suam perdit, illud totum, regulariter, Debitoris lucro cedit. 1182. 126.

Verus Debitor naturaliter & civiliter obligatus, per sententiam Judicis absolutoriam, vires licet judicati nactam, à nexu naturalis suæ obligationis non liberatur. 1079. 431.

De Debito constituto vid. Constitutum.

confessione Debitoris in processu edictali facta vid. Credd. Concursus.

Debitis feudalibus vid. Feudum.

Beneficio competentiæ Debitoribus quibusdam competente vid. Competentiæ beneficium.

Debitis de portione conjugum statutaria deducendis vid. Conjux.

Terminis solutionis Debitori indulgendis vid. Terminus.

Instrumento debendi vid. Instrumentum.

Debitis socialibus vid. Societas Bb. conjugalis.

Debito ex solutione usurarum per plures annos facta præsumendo vid. Usura.

Oblatione Debiti vid. Oblatio.

Cessione Debiti vid. Cessio. Anastasiana Ler.

Amissione Debiti ex causa violentiæ vid. Vis.

DECIMÆ.

Decimæ ad proventus ecclesiæ pertinent. 162. 11.

Distributio Decimarum in Jure Canonico facta, utrum hodiè observetur? 162. 10. 163. 15.

Utrum ille, cui competit jus Decimandi, etiam sumptus ad ecclesiam vel alias ædes sacras exstruendas, reparandas & conservandas conferre teneatur? 162. 8. & seqq.

In hac Quæstione cujuslibet loci consuetudines & pacta potissimùm respicienda sunt. 163. 20.

Etiam Decimæ sub pacto de retrovendendo coemptæ immobilibus accensentur. cons. 16. n. 640. & seqq.

Census, & Decimæ sunt duæ diversæ præstationes. 1645. 11.

DECLARATIO.

Declaratio nihil novi dat; *sed datum saltem* indicat. 741. 316.

Sententia in omni reali actione lata non novum jus tribuit; sed jamdudum acquisitum duntaxat declarat. 741. 315. & seqq.

De Declaratione sententiæ judicialis vid. Sententia.

Statuti vid. Statutum.

ultimæ voluntatis vid. Testator.

DECREMENTUM.

De Decremento monetæ vid. Moneta. Thalerus.

DECRETUM.

De Restitutione in integrum adversus Decreta magistratus executorialia, vel alia, vid. Restitutio in integrum.

De missione in possessionem ex Judicis Decreto vid. Possessio.

DEFENSIO.

Defensio adversus vim, etiam primo ictu non expectatò, omni jure permissa est. 579. 59.

Defensio subsequens ad præcedentem offensionem debet proportionata esse. 579. 66.

Ad probandum moderamen inculpatæ tutelæ seu justæ Defensionis quænam requisita circa causam ac modum probare oporteat? 579. 60. & seqq.

An is, qui, lapidibus ab altero petitus, ad hunc confestim cum risu accedit, in mortis ab illo imminentis periculo constitutus dici queat? 579. 64. & seqq.

Insultatus si commodè aufugere potuerit, in vitæ periculo constitutus dici nequit. 579. 67.
Qui primò flagello, per jocum, leviter aliquem percussit, si à percusso lapidibus petitus, hunc sibi cum lapide appropinquantem, à se amoliendi causa, inverso flagello, mit umgewandtem Geisel-Steckhen? percutiat, utrum in terminis justæ Defensionis constitutus dici queat? 578. 57. & seqq.
Mulieres, in aliquibus casibus, ad Defensionem aliorum admittuntur; sed non aliter, quàm si priùs beneficio Senatusconsulti Vellejani renuntient. cons. 16. n. 966. & sq.
De articulis Defensionalibus vid. Articulus.

DEFINITIO.

Definitio id ipsum est, quod res definita. 652. 93.
Accurata Definitio est solius substantiæ. 652. 91.
Cui non competit Definitio, ei nec definitum, & contra. 651. 90. 232. 789.

DEJECTIO.

Actio de dejectis vel effusis an hodienùm in duplum competat? 139. 55.

DELEGATIO.

Lex Anastasiana in Delegatione nullum sortitur locum. 1176. 59.
Si ille, qui non est meus creditor, vel ope perpetuæ exceptionis, à me convento, excludi potuisset, me, ceu suum debitorem, vel sibi efficaciter obligatum debitorem, alteri deleget, & huic Delegationi ego ipse consentiam, tunc mihi adversus hunc novum Creditorem, neque illa exceptio, me nihil debere, neque etiam hæc, me cum effectu conveniri non posse, ampliùs competit. 1180. 107. & seq.

DELEGATUS JUDEX. Vid. Commissarius.
Sententia à Judice Delegato, fines mandati excedente, lata ipso jure nulla est. 555. 4. & seqq.

DELIBERATIO.

Deliberata seu præmeditata Delicta graviora sunt illis, quæ ex animi levitate, ebrietate, & sic deinceps, committuntur. 272. 156. & seqq. 1342. 72.
Hincque etiam graviores pœnæ eisdem imponuntur. 1341. 73.
Tergemina Deliberatio enixissimam delinquendi voluntatem ostendit. 272. 165.
Philo id dimidiatum saltem facinus appellat, cui non accessit longa Deliberatio. 1342. 73.
Deliberatum seu præmeditatum Homicidium unde colligatur? vid. Homicidium.
De Deliberatione ex actûs geminatione præsumenda vid. Geminatio.
Scriptura indigitat longè pleniorem præmeditationem & maturiorem Deliberationem. 39 345.

DELICTUM.

Ad omne Delictum requiritur dolus malus. 499. 17.
In omni crimine ante omnia de corpore Delicti Judici constare debet. 1518 4. 1784. 3.
Ubi de corpore Delicti non certò constat, tortura decerni nequit. 1575. 7. 996. 97. & seqq.
Multoque minus pœna capitalis. 1627. 21. 758. 15. 1000. 134. 1784. 3.
Tametsi alicui libera facultas, nulla solennitate servata, in causis criminalibus procedendi concessa sit; tamen semper hæc conditio, dummodò de corpore Delicti constet, subintelligi debet. 999. 124.
Deficiente hoc omnis processus criminalis angulari quasi lapide & basi, universa, in illo, seu per specialem inquisitionem, seu incarcerationem, seu accusationem, seu torturam, & sic porrò peracta omnimodâ, eapropter, & immedicabili nullitate laborant. 1627. 22.
De corpore Delicti aliter constare debet ad effectum specialis inquisitionis, aliter ad capturam, multòque exactiùs ad torturam decernendam, omniumque plenissimè ad ultimum supplicium. 1019. 163.
De corpore Delicti per confessionem Rei probabili, vel non, vid. Confessio.
In Delictis, quæ nullum post se vestigium relinquunt, concurrentibus aliis Indiciis, ad repræsentandum corpus Delicti satis habetur, si is, cui per illud damnum illatum, vel alia ratione nocitum fuit, statim desuper conqueratur, suamque querelam juramento corroboret. 1338. 33.
Quando de corpore Delicti in crimine Homicidii, ex inspectionis relatione, non indubitanter constat, tutiùs integri Collegii Medici judicium requiritur. 1355. 4.
Præprimis eo casu, quo nulla, quoad criminis homicidii formale, dubitandi ratio suppetit. 1355. 4.
Defectus corporis Delicti in crimine homicidii ad pœnam solummodò extraordinariam dictandam solus sufficit. 1533. 53.
Quomodo corpus Delicti repræsentetur in Crimine Assassinii vid. Assassinium.
Infanticidii, præprimis circa Partum imperfectum commissi, vid. Infanticidium.
Veneficii vid. Veneficium.
Fericidii vid. Fericidium.
Furti, circa res ab alio amissas, commissi vid. Furtum.
reiterati Baptismi vid. Baptismus.
Adulterii vid. Adulterium.
Bigamiæ vid. Bigamia.
Latrocinii vid. Latrocinium.
Parricidii vid. Parricidium.
Homicidii vid. Homicidium.
Falsi vid. Falsum.

Falsæ Monetæ vid. Moneta.
Blasphemiæ vid. Blasphemia.

Priùsquàm de Delicto plectendo quæratur, de eodem satis priùs constare, sicque legitimè illud probari debet. 492. 25. 1017. 152.

Ad legitimam Delicti probationem jurata duorum, vel trium Testium depositio sufficit. 760. 31.

Etiam Jure Divino, ac Carolino. 760. 32. & seq.

Non obstat Constit. Crimin. Artic. 16. 760. 33.

In Delicto deprehensus, ex variis causis, pro plenè convicto statim haberi nequit. 760. 34.

Adversus deprehensum ab unico teste non statim decernitur pœna ultimi supplicii; verùm tortura. 760. 35.

Ad probationem Delicti indiciorum omni exceptione majores testes requiruntur. cons. 17. n. 111.

Tales testes non sunt in causis criminalibus XXV. annis minores. cons. 17. n. 112.

Vix per Statutum vel consuetudinem induci hoc potest, ut Testibus, præprimis quoad delicta, sine juramento credatur. 1024. 241.

Etiam in Delictis exceptis jurata testimonia requiruntur. 1024. 241.

Pontifices ad Presbyterum Delicti convincendum XLIV. & ad Præsulem convincendum LXXII. testes desiderant. 962. 626.

Apostolus Paulus in talibus casibus nonnisi duos vel tres testes requirit. 962. 628.

Si etiam Pontifex alicujus Delicti, per duos testes, convinci posset, tunc etiam ipsum, æque ac Diabolum, eapropter damnandum pronuntiat Glossa. 962. 629.

In Delictis exceptis etiam inhabiles testes admitti oportet. 1368. 11.

In Delictis, quæ valdè difficilis sunt probationis, talis admittenda est probatio, qualis potest haberi. 1368. 12.

Inter Delicta difficillimæ probationis & exceptâ cumprimis etiam abstrusissimum crimen Magiæ refertur. 1368. 10. & 13.

Quo periculosiùs in occultis ejusmodi Delictis versamur, quoque majori cum præjudicio illa sunt conjuncta, eo etiam cautiùs Judex in iisdem versari debet. 1376. 91.

Omnia Delicta in occulto perpetrari solita difficillimæ sunt probationis. 1019. 166. & seq.

Hinc etiam leviores, quàm alia crimina, probationes admittunt. 1019. 166. & seqq. 1020. 178.

In Delictis atrocissimis, ex multorum sententia, etiam testes in processu saltem informativo, & non citata parte adversâ examinati sufficiunt. 1338. 36.

Ad interrogatoria, ab inquirente Judice, proposita, talia respondens, quæ innocens nec scire, nec eloqui potest, de imputato eidem Delicto multùm suspectus redditur. 1025. 251.

Quale indicium Delicti fuga præbeat? vid. Fuga.

An Delicta per Instrumenta, & in specie per Epistolas probari queant? 560. 91. & seqq. 1617. 23.

De Delicto ob contumaciam in non-respondendo pro confessato accipiendo vid. Contumacia.

Delinquentes, non minùs, quàm contrahentes, Statutis & pœnis in loco Delicti perpetrati obtinentibus, se subjicere voluisse existimantur. 1281. 81. & seqq. 571. 87. & seq.

Hæres in Delictis non repræsentat defunctum. 1047. 59.

In quibus casibus, & ad quos effectus hoc limitetur? 1048. 67. & seqq.

Ubi pœna Statuto loci domicilii, etiam contra Delinquentes extra territorium, expressè est præfinita, illa semper irroganda. 1281. 88.

Statutum suos subditos etiam extra territorium Delinquentes ligare potest. 1281. 88.

Statutum simpliciter loquens ad subditos extra territorium delinquentes haud extendendum. 1281. 89.

In omnibus Delictis carnis, excepto solo crimine Sodomitico, ad dictandam pœnam capitalem, actualis sanguinis & seminis commixtio requiritur. 1192. 8.

Etiam in atrocioribus Delictis damno proximam occasionem dans ipsum damnum dedisse putatur. 265. 87.

Operam rei illicitæ dans de illis, quæ, præter ipsius intentionem, sequuntur, tùm demùm tenetur, quando id, quod agitur, est causa ordinata ad Delictum subsecutum, ita scil. ut agens vel cogitaverit, vel cogitare potuerit & debuerit de eo, quod facilè inde subsequi posset. 1356. 15. & seq. 578. 54. & seqq.

Quando factum per LL. prohibitum tale est, quod non potest regulari ex ipsius Delinquentis voluntate, vel ità comparatum, ut verisimiliter extendi possit ultra ejus sententiam, tunc delinquens etiam de majori exindè secuto Delicto tenetur. 1356. 17.

Operam rei verè illicitæ dans, si credat, se nullo modo delinquere, de eo, quod sequitur, regulariter, non tenetur. 578. 49.

Etiam in Delictis initium respiciendum. 265. 96.

Etiam in Delictis, quod quis per alium facit, idipse fecisse existimatur. 264. 84. & seq.

Delictum unius alteri non est imputandum. 1577. 41.

De Delictis per Mandatarios commissis vid. Mandatum.

eo, qui Delictum alterius ratificat, vid. Ratihabitio.

auxilio in Delicto committendo præstito vid. Auxilium.

Ex suo delicto nemo conditionem suam, ad præmium aliquod exinde consequendum, debet reddere meliorem. 1182. 132.
Etiam Delicta à feudi vel fideicommissi possessore commissa voluntariam alienationem involvere censentur. 1077. 410.
In Delictis semper mitior sententia amplectenda. 1550. 135.
An, ob delictum, alicui salarium auferri possit? vid. Salarium.
De delictis rerum vel jurium privationem inducentibus vid. Privatio.
Delicta præmeditata graviora sunt illis, quæ ex animi levitate, ebrietate, & sic deinceps, committuntur. 272. 156. & seqq. 1342. 70.
Hincque etiam majores jure meritòque illis pœnæ imponuntur. 1342. 73.
Tergemina deliberatio enixissimam delinquendi voluntatem ostendit. 272. 165.
In æstimatione Delicti ipsi quoque LLatores hoc imprimis considerant, utrum aliquis ex proposito, an verò ex impetu, vel casu delinquat. 1342. 70.
De frequentia & consuetudine delinquendi vid. Frequentia. Consuetudo.
Occasione delinquendi vid. Occasio.
Conatu delinquendi vid. Conatus.
Plurium Delictorum concursus, quorum quodlibet ultimi supplicii pœna coërcetur, utrum severiori supplicio locum pariat? 1017. 149.
Unius Delicti pœna haud ratò, propter aliud concurrens, augetur. 1280. 67.
Delictum sæpiùs commissum, ex tribus vicibus, appellatur justissimè. 1559. 33.
Temporis nocturni circumstantia Delictum, in ordine ad pœnam, haud parùm aggravat. 1243. 81. & seqq.
Quanto amplior & facilior est Delinquendi facultas, tanto etiam severior opponi debet animadversio. 1345. 101.

DEMENS. DEMENTIA.

Tres, à DDbus, constituuntur Dementiæ gradus; Quinam illi? 1570. 42.
Etiam personæ secundi gradus Dementia affectæ, pro ratione circumstantiarum, condignis pœnis coërceri debent. 1571. 84.
Tales personæ non quidem ex dolo; attamen ex culpa ad pœnam extraordinariam, etiam corporis afflictivam, obstringuntur. 1571. 49. & seq.
Plenaria earundem ab omni pœna absolutio Reipublicæ admodùm foret periculosa. 1571. 50.
Ad præveniendam horrendissimi criminis blasphemiæ, & cum illo ad paria ferè judicandæ sanctissimi Divini Nominis profanationis frequentiam, etiam secundi gradus Dementibus pœna fustigationis jure decerni potest. 1570. 45.
Præjudicia Scabinatus Lipsiensis de pœnis corporalibus, adversus personas dementes, non à carnifice; sed à servo publico, in ipso carcere, executioni mandandis, de quibus personis veniant exaudienda? 1571. 51. & seq.
An illa etiam specificè sic dictis secundi gradûs Dementibus sint applicabilia? 1571. 52.
In dubio quilibet sanæ mentis præsumitur. 1568. 14.
Dementia unde, & quomodo probetur? 1570. 39. & seq.
In casu, quando Dementia solummodò in genere probanda est, singularitas testium, tametsi diversificativa, nihil parit obstaculi. 1570. 41.
Testibus, contra Dementiam testimonium perhibentibus, in dubio, plus fidei tribuitur, quàm pro illa deponentibus. 1568. 13.

DENUNCIATIO.

Qui, propter crimen, aliquem denuntiat, regulariter, pro teste omni exceptione majore haberi non debet. 1544. 75.
In casu, quando Denuntians nullum ex sua Delatione commodum sperare potest, itemque in processu inquisitorio hæc regula suum officium perdit. 1544. 76.
Multi DDres vero hæredi majorenni, cum falso hærede judiciali autoritate hæreditatem dividenti, remedium Evangelicæ Denuntiationis concedunt. 1265. 146.
De litis Denuntiatione autori, ab emptore, facienda vid. Evictio.
Denuntiatione criminis Socii vid. Socius.
Transmissionis Actorum ad impartiales vid. Acta.
Denuntiatione Sagarum vid. Saga.

DEPOSITUM.

Si quis alicui certos nummos, ea lege, tradiderit, quòd pro usuali seu currente moneta, ab aliis mutuanda, illos oppignorandi licentiam habere; sed post certi temporis lapsum, unà cum interesse, in natura eosdem restituere debeat, tunc contractus Depositi celebratus censeri nullatenus potest. 1508. 43.
Depositarius, re penes se deposita, invito domino, utens, furtum committit. 1510. 63.
Exceptio retentionis, vel compensationis, adversus Depositum, regulariter, nullum locum sortitur. 1618. 144.
Necessitas aliorum custodiæ & fidei, tempore incendii, ruinæ, naufragii, suas res concredendi, talem Depositarium, ultra latam salem culpam, haudquaquàm obligat. 600. 186.
An actio depositi miserabilis hodiè ubivis locorum tantùm in simplum competat? 139. 51.
Quando Pondus tantùm depositæ cistæ incertum est, illud juramento benè probari potest. 1316. 78.

DEPUTATUS.

De actis coram Deputatis judicialibus vid. Judex. Testamentum.

DESCENDENTES.

Vid. Liberi.

DESTINATIO.

De pecunia prædiorum emtioni destinata, itemque de alia Destinatione rem mobilem constituente immobilem, vid. Mobile. Feudum.

DETERIORATIO.

Quid juris, ob deteriorationem prædii emphyteutici, domino directo competat? vid. Emphyteusis.

DETERMINATIO.

Una Determinatio, plura respiciens determinabilia, omnia æqualiter determinat. 110. 34. & seq. 809. 180.

Quæ in quarundam duntaxat rerum Determinatione non sunt determinata, adhucdùm indigent Determinatione. 202. 458.

Quæ in oratione separata tractantur, suam etiam singularem Determinationem exindè accipiunt. 109. 13.

DEUS.

Pollicitatio DEO vel Reipublicæ facta hoc singulare habet, ut ex illa agi possit. 543. 438.

DIABOLUS.

Vid. Magia.

DIES.

In conventionibus in Diem contractis quare Dies adjectus censeri debeat? 702. 370. & seqq.

Dies solutionis, regulariter, in gratiam debitoris adjicitur. 702. 380. Conf. Solutio.

Conditiones, quæ alicui negotio tacitè insunt, non faciunt actum conditionalem; sed in qualitatem Diei resolvuntur. cons. 16. n. 672.

De legatis ante Diem solutis vid. Legatum.

DIGNITAS.

Simulatio, tanquàm delicti species, inter personas in Dignitate constitutas non præsumitur; sed legitimè probari debet. 492. 26.

DILATIO.

Qualis Dilatio in mora constituat? 545. 461.

Ubi calculi errores commissi dicuntur, Judex facilis esse debet in concedendis Dilationibus. 1248. 102.

Conf. Terminus. Mensis.

DILECTIO. DILECTUS.

Testatoris Dilectio, tanquàm optima interpres ejus dubiæ mentis, in interpretanda ipsius ultima voluntate, primo omnium loco spectari debet. 1137. 348.

Præsumtio, ex majore Dilectione desumta, apud omnes DDres audit præpotens & præponderans. 1137. 347.

Testator illos, quos magis dilexit, semper aliis præferre voluisse censendus. 1138. 355.

Omnes particularis voluntatis quæstiones ex isto præcipuo fonte deductis præsumtionibus conformari oportet, & propterea in tractatibus ultimarum voluntatum affectio testatoris & favor dilecti utramque paginam facere dicuntur. 1138. 356.

Ordo prioris nominationis, sive illa sit generalis, sive specialis, etiam ordinem majoris, aut minoris Dilectionis designat. 1228. 36.

Primùm in scriptura nominatus intelligitur prædilectus. 1228. 37.

Quò propiùs aliquis vel secum pacisscentem, & testatoris personam attingit, tanto etiam magis intelligitur dilectus; & proindè non magis, quàm ille remotior; sed minùs gravatus. 722. 71. 723. 81.

Minùs Dilectus nunquàm debet melioris conditionis censeri, quàm magis Dilectus. 722. 71.

Omnis conventio ità interpretanda, ut magis Dilectus melioris, vel saltem cum minùs Dilecto non inæqualis, sive deterioris sit conditionis. 722. 73.

Etiam voluntas testatoris ex majori illius dilectione & affectione erga quasdam personas colligitur rectissimè. 807. 162. 85. 372. & seq.

In linea recta descendentium positi transversalibus magis censentur Dilecti. 804. 118.

Sexus fœmininus non debet magis dilectus censeri, quàm masculinus. 802. 99.

Quando testator plures personas, inter quas, sine aliqua necessitate illas instituendi, vel substituendi, solus ordo Dilectionis locum sortitur, per alternativam vocat, v. g. dicendo: Instituo Titium, meum fratrem, agnatum, aut prorsùs extraneum, vel ejus filios, qua ratione illæ vocatæ censeantur? 863. 88. & seqq.

Quidsi per copulam, Et, fuerint vocatæ? 868. 152. & mult. seqq.

Quoties eadem ratio Dilectionis militat in nepotibus, quæ viget in filiis, toties quoque sub nomine filiorum & filiarum nepotes & neptes in substitutione fideicommissaria comprehenduntur. 865. 109.

Etiam fideicommissariæ substitutiones secundum dilectionem, quam quivis testator, seu majorem, seu æqualem, erga personas arctissimo cognationis nexu sibi devinctas habuisse intelligitur, debent intelligi. 865. 110.

Æqualis dilectio & affectio erga patruum & nepotem non patitur nepotem per Patruum excludi. 866. 111.

Paritas Dilectionis ex eo colligitur, si omnes sub nomine collectivo liberorum vocentur. 866. 112.

Æqualis erga omnes testatoris affectio etiam hoc

hoc operatur, ut in ſucceſſione pariter omnium æqualis conditio ſit. 866. 112.
Ceſſante inſtitutionis, vel ſubſtitutionis neceſſitate, ſolus ordo Dilectionis nativam indolem copulativæ ſubſtitutionis haudquaquàm alterat. 869. 157.
Teſtatoris Dilectio ad quosvis potiùs cognatos, & præprimis ei proximos, quàm ad quamlibet extraneam perſonam dirigitur.
1138. 350. ſqq.
Etiam Renuntiationes ſecundum ordinem Dilectionis regulari debent. 1140. 370.
Præſumprio majoris Dilectionis filiarum, masculis, in quorum gratiam renuntiarunt, ſublatis, efficaciſſimè pro illis militat.
1139. 366. 1140 380.

DILIGENS. DILIGENTIA.

Specialis promiſſio de cuſtodia, regulariter, ad Diligentiam exactiſſimam non obligat.
593. 89.
Artifex ſuam operam ultrò ipse offerens utrum ad exactiſſimam teneatur Diligentiam?
602. 219.
Quilibet in ea arte. quam exercet, ſe ſedulum & Diligentem præſtare debet. 604. 249. ſq.
De Nautarum obligatione ad ſummam Diligentiam vid. Nauta.
Sua Diligentia nemini damno vel pœnæ eſſe debet. 112. 45. & ſq.
In rerum ſuarum adminiſtratione Diligens & exactus rerum ſuarum jacturam, ſine juſta & probabili cauſa, facere voluiſſe nullatenùs præſumitur. 724. 95. ſq.
Fures, quorum omne artificium in furando conſiſtit, & qui in eo habitum ſibi contraxerunt, etiam Diligentiſſimi patresfam. cavere non poſſunt. 1200. 15.
Quatenus ex conſueta alicujus Diligentia prælectio inſtrumenti ab eo ſubſcripti præſumatur? vid Subſcriptio.

DISPOSITIO.

Nemo credendus eſt, fruſtratoriam Diſpoſitionem ordinare voluiſſe. 345. 14.
Hinc omnes Diſpoſitiones ità ſunt interpretandæ, ne reddantur elusoriæ. 658. 200.
Et ut ſuum, quem perſonæ contrahentes, vel teſtator intendunt, ſortiantur effectum.
658. 201.
Nulla melior Diſpoſitionis datur interpretatio, quàm quæ ex ipſa Diſpoſitione haberi poteſt.
781. 144.
cons. 16. n. 833.
Omnis Diſpoſitio ità interpretanda, ut magis dilectus melioris, vel ſaltem non deterioris cum minùs dilecto ſit conditionis. 722. 73.
Itemque ut hominum ſapientum & Jurisprudentum, imò etiam communi ſaltem ſenſu præditorum reprehenſio penitùs excludatur.
81. 730.
Vel prout veriſimiliter Diſponens ordinaſſet, ſi de illo caſu interrogatus fuiſſet. 1153. 527.
1128. 249.
Verba enunciativa, regulariter, nullam Diſpoſitionem inducunt. 85. 774.
Omnis Diſpoſitio ita interpretanda, ut illud, quod principaliter intenditur, in tuto locetur, omnisque correctio & repugnantia inter antecedentia & ſequentia declinetur.
cons. 16. n. 839.
In omnibus humanis Diſpoſitionibus illorum, qui ipſimet aliquid dixerunt, vel ſcripſerunt, interpretationi modis omnibus ſtandum.
838. 192.
Extra & ultra talem interpretationem, ſeu expreſſam, ſeu tacitam, nulla alia quærenda.
838. 193.
Correctio alicujus Diſpoſitionis non eſt de facili præſumenda. 1069. 322.
Diſpoſitionem aliquam mutatam aſſerens hoc legaliter probare tenetur. 1069. 325.
De Diſpoſitionis cauſa finali, & quæ eò ſpectant, vid. Cauſa.
Diſpoſitionibus ex ordine verborum vel ſcripturæ, itemque ſubſecuta obſervantia interpretandis vid. Obſervantia, Actus. Scriptura. Verbum.
Diſpoſitionibus dubiis ex iis, quæ communiter fieri ſolent, & conſueta ſunt, interpretandis vid. Conſuetudo. Solitum.
Renuntiatione ſucceſſionis ſub hac Clauſula facta: Daß der Renuntiantin ihre Brüder von den verſtorbenen gütern frey zu diſponiren befugt ſeyn ſollen / vid. Renuntiatio.
Diſpoſitio pro parte poſſibilis, & pro parte impoſſibilis an ſubſiſtat? 829. 75.
Ubi deficit præſuppoſitum Diſpoſitionis, deficit etiam Diſpoſitio. 1050. 98.
Argumentum ab ultima voluntate ad Diſpoſitionem inter vivos in Jure validum eſt.
1747. 110.
Cui liberè de bonis diſponere permittitur, pro libero ſuæ voluntatis arbitrio, non obſtante cujusquam contradictione, hoc facere poteſt.
1746. 29. & ſqq. 1159. 598. & ſeq.
De clauſula, liberrimè de re diſponendi facultatis conceſſiva, pacto adjecta, vid. Pactum.

DIVERSUM.

A diverſis mala fit illatio. 1587. 145.
1457. 155.
Una eademque res diverſo jure cenſeri nequit.
1710. 83. 723. 78. 423. 546.

DIVINUS.

Quæ divini juris ſunt, de Jure Canonico, ſub reatu Simoniæ, emi-vendi prohibentur.
478. 166.
De turbatione Divini Cultus vid. Sacrum.

DIVISIO.

Pater liberis ſuis aliqua bona adhuc vivus aſſignans, vel inter eosdem univerſa, vel quædam ſaltem bona dividens, nulla facta dona-

donationis, vel præsentaneæ dominii translationis mentione, illa tantùm ad Usum & administrationem concessisse præsumitur. 1697. 78. & seqq.

Hinc & ipse de illis adhuc pro lubitu disponere potest. 1697. 78.

Liberi, cum suis curatoribus, paternæ substantiæ Divisionem, in processu edictali factam, hisce formalibus approbantes, daß Sie verhoffen / daß von dem Herrn Richter die æquität beobachtet seyn werde / in casum contrarium omne suum jus eo ipso validissimè reservâsse censeri debent. 1403. 30. & seq.

Quomodo Divisio hæreditatis defuncti conjugis inter conjugem superstitem & Liberos de Jure Würtembergico fiat? 1404. 34. & seqq.

Si cohæredes, facta Divisione sibi invicem promittant, daß / was sich für fehler / von errichteter Theilung wegen / über kurtz oder lang / hervor thun mögen / dieselbe alsdann verbessert werden sollen / tunc in Divisione commissorum errorum emendatio, quovis tempore, nulla, etiam plus quàm longissimi temporis, præscriptione obstante, rectissimè prætenditur. 780. 129.

Ad divisionem hæreditatis Cohæredi, quem alter non agnoscit pro tali, quando competat actio familiæ erciscundæ? & quando ipsi hæreditatis petitio necessaria sit? 1166. 675. & seq.

Quousque hoc verum sit, quòd interdictum quorum bonorum contra verum heredem nullum locum sortiatur? Et quòd inter cohæredes sola actio familiæ erciscundæ locum obtineat? 1167. 684. & sqq.

Hæc exceptio: Tu non es cohæres, est præjudicialis, & jus agendi actione familiæ erciscundæ prætenso cohæredi tollit. 544. 453.

In actione familiæ erciscundæ usuræ debentur ex mora, etiam extrajudiciali. 544. 447.

Si unus cohæres cum hæreditariis creditoribus paciscatur, ut illi partem sui crediti remittant, reliqui cohæredes Divisionem hujus lucri actione familiæ erciscundæ justissimè petunt. 1168. 698. sqq.

Ita tamen, ut cohæredi, qui illa suo sumptu vel opera quæsivit, aliquod præcipuum relinqui debeat. 1168. 702.

Etiam indebitum uni cohæredi solutum reliquis cohæredibus communicandum est, eoque nomine actio fam. erciscund. sine dubio competit. 1167. 695.

Pactum ex eo rectè validum judicatur, quòd omnes subsecutæ Divisiones eidem conformiter fuerint factæ. 831. 96.

Tametsi fratres, paternorum bonorum Divisionem in pacto ineuntes, insimùlque perpetuum, idemque reciprocum fideicommissum istis bonis imponentes ipsi Divisioni in se spectatæ acquiescere velint, ex hoc tamen talis pacti, in fideicommissi ordinatione commissa, Nullitas haudquaquàm corrigitur, nec jus exindè unicuique fratrum, ejusque hæredibus, quæsitum adimitur. 840. 211. & seqq.

Actio familiæ erciscundæ an & quando etiam filiabus renuntiatricibus, earumque heredibus competat? 1168. 703. & sqq.

De bonis pro diviso, vel indiviso communibus, eorumque Divisione vid. nonnulla sub voc. Communio.

Minorennes contra Divisionem judicialem, æquè ac contra aliam rem judicatam; in integrum restitutionem petere possunt. 1265. 138.

Verus hæres, cum putativo hæreditatem, judicialiter, dividens, neque rei vindicatione, neque condictione indebiti contra illum experiri potest. 1265. 139.

Sed in integrum restitutio illis, qui in sua minori ætate putativum seu falsum hujusmodi hæredem admiserunt, etiam in annis majorennitatis, si post longum demùm tempus hunc errorem resciscant, denegari non potest. 1265. 142.

Etiam vero Hæredi majorenni, cum falso hærede, judiciali autoritate hæreditatem dividenti DDres concedunt remedium in integrum restitutionis ex clausula generali. 1265. 144.

Vel remedium Legis 2. Cod. de rescind. vendit. 1265. 145.

Vel ad minimum Evangelicæ denuntiationis. 1265. 146.

Quæ de judiciali hæreditatis Divisione inter verum & putativum hæredem traduntur, non ad omnes hujusmodi Divisiones, ubi Judicis persona, vel autoritas intervenit, extendi; sed ad illas solas, quæ per ejus sententiam in contradictorio judicio latam peractæ sunt, restringi debet. 1268. 177.

Usus fori dispositionem Legis 36. ff. famil. erc. ipsis verbis hujus Legis convenienter, ad solas illas Divisiones, quæ vi rei judicatæ peractæ sunt, ex communi DDrum sententia, restringit. 1268. 179. & sq.

Talis Res judicata ex hærede putativo efficit verum. 1268. 181.

Diversum dicendum, si error in hæredis persona prætensus non plenè à Judice discussus fuerit. 1269. 183. & sq.

Idem est, si Divisio extra judicium facta per decretum magistratûs tantùm confirmetur. 1269. 184.

Vel hujusmodi Divisio actis judicialibus saltem insinuetur. 1269. 186.

Vel sigillo judicii convalidetur. 1269. 185.

Vel præsentibus aliquibus Magistratus Deputatis peracta fuerit. 1269. 187.

Vel præsentibus arbitris familiæ erciscundæ, denen Wayſen- und Theil-Richtern / ubi

nullam, ut in terris Würtembergicis, habent jurisdictionem, vel non in forma processus judiciarii tales lites terminantur. 1269. 188. & sq.

Beneficio Divisionis hodiè etiam Correi debendi gaudent. 1764. 80.

DOCTOR.

Juris Doctores, quà tales, publica instrumenta conficere haud possunt. 929. 260.

Feudum Doctori concessum, in dubio, nobile præsumitur. 1212. 26.

Doctorum dicta, secundum allegata, sunt exaudienda. 535. 304. 1760. 51.

Non considerandum, quis è Doctoribus dicat; sed quid dicat? 535. 305.

Veritas juris non ex Doctorum authoritate; sed ex textibus eruenda. 535. 306.

Rectissimè Zasius de se profitetur, quod Opinionum, quas vocant, procellæ ne minimam quidem autoritatem apud ipsum obtineant. 535. 308.

Textus expressus superat omnium DDrum authoritatem. 1376. 88. 1380. 128.

DOLUS.

Dolus quid? 138. 37.

Pacta & conventa non servans eapropter in Dolo est. 138. 36. & seqq.

Quando debitor Christianus, Constitutionis Imp. de A. 1551. §. 78. & 79. contentorum probè gnarus, cessionem à Judæo, alii Christiano, contra se faciendam ipse studiosissimè & summa cum sollicitudine conciliat, tunc ipse à vero Dolo malo ex proposito, & exinde proveniente generali Doli mali exceptione liberari non potest, & dehinc nec ejusdem Constitutionis beneficio gaudet. 1182. 123. & sqq. 1183. 138.

Licet debitor Christianus, tempore cessionis, à Judæo creditore, contra se faciendæ, dictæ Constitutionis tenorem ab initio nesciverit: Si tamen ex post ejus conscius factus, contra proprium suum factum, idemque geminatum, quo hanc ipsam cessionem enixissimo studio ipse quæsivit, & per suas instantissimas sollicitationes ac persuasiones, conciliavit, atque conciliatam gratissima mente non solùm acceptavit; sed & pluribus, summi momenti, actibus porrò constabilivit, illam penitùs nullam, & se, ipso jure, ab omni suo debito liberatum declarari petat, à Dolo ex re liberari non potest. 1182. 134 & seqq.

Si Christianus Judæo à se, sine autoritate magistratûs, venditi equi vitium ignoraverit quidem; verùm nulla Judæo, in non decenter tractato equo culpa imputari possit, tunc Christianus, loco satisfactionis, totum pretium retinere desiderans, à Dolo ex re haud foret immunis. 1188. 59. & seq.

Legatario, aliquid contra verisimillimam defuncti voluntatem petenti, justissimè opponitur exceptio Doli mali. 86. 776. & seq.

Idem etiam in verbis enuntiativis, in modum causæ testamento insertis, locum sortitur. 86. 778.

Sine Dolo nullum, regulariter, crimen commissum censetur. 499. 17.

A Dolo non liber est, qui sciens prudens ex alterius jactura lucrum anhelat. cons. 16. n. 573.

Si præsertim aliquid contra proprium suum factum petat. 1183. 137.

Dolosum homicidium unde colligatur? vid. Homicidium.

Dolum allegans eundem liquidò demonstrare tenetur. 877. 253.

In dubio error potiùs, quàm Dolus præsumitur, præprimis in homine integræ famæ, & in aliquo honorifico officio constituto. 500. 19. 291. 107. 877. 255.

A Dolo quælibet, etiam fatua, causa excusat. 427. 69.

Præprimis Fœminas. 615. 21.

Etiam temeritas & temeraria seu injusta credulitas à Dolo liberat. 1057. 178. & 181.

Multeque magis rationabilis & justa Credulitas, ex præsumtionibus, rationibus, argumentis, & inductivis, ad aliquid credendum etiam prudentes, pro arbitrio Judicis, commovere valentibus, à Dolo excusat. 1057. 180.

Quatenus Irâ excuset à Dolo? vid. Ira.

Provecta Senectus ad delirium declinans à Dolo immunem præstat. cons. 19. n. 50.

Cordata actuum geminatio, præsertim in omnium conspectu facta, omnem Doli & fraudis præsumtionem excludit. 485. 272. & seq.

Honesta personæ qualitas, in excludenda malæ fidei & Doli præsumtione, magnæ est efficaciæ. 486. 281. 1178. 83.

Dolus ex impetuoso calore exortus ei, qui intermedii temporis mora præmeditatus, exæquari non potest. 272. 160. & seq.

Quæ palàm, & in oculis magistratus, vel omnium hominum acta sunt, Dolo carere præsumuntur. 481. 272. 1457. 151.

Dolus suus nemini debet prodesse. 1182. 129. & 132. 1653. 20.

Dolo malo facientibus haudquaquam succurritur; sed Dolo alterius deceptis. 1182. 130. & seqq. 1188. 58.

Dolus alterius nemini nocere debet. 112. 46.

Ubi majus Doli est periculum, ibi majore etiam cautione opus est. 1188. 50.

DOMESTICUS.

De teste Domestico vid. Testis.

testamento ad persuasiones Domesticorum ordinato vid. Testamentum.

Legato, benemerito Domestico, pro præstitis servitiis relicto vid. Legatum.

Securitate domestica vid. Domus.

DOMICILIUM.

Valent Statuta, quòd in aliquo loco Domicilium figentes nexu agricolationis devincti esse debeant. 235. 805.

An hoc de Marchia Badensi asseri valeat? 178. 203. & seqq.

Si novelli tales incolæ hoc nexu afficiuntur, multo magis illi omnes, qui in tali loco jam pridem commorantur, pro talibus habendi. 235. 806.

Non minima agricolationis nota est, si quis Domicilium suum mutaturus, & in aliud territorium migraturus priùs domini consensum requirere, & à proprietatis nexu manumissionem decenter petere teneatur. 235. 809.

DOMINIUM. DOMINUS.

Qui certæ bonorum partis, ad se non saltem jure fructuario; sed dominii spectantis portionem alicui legat, vel donat, vel ex alia causa onerosa vel lucrativa promittit; nisi de usufructu speciatim loquatur, non utique hunc solum; sed ipsum illius portionis dominium legasse, donasse, vel promisisse procul dubio censendus. 726. 110. & seqq.

Verbum: Uberlassen / tantundem denotat, quantum ista Latina phrasis: Ex causa seu titulo Domini translativo rem alicui tradere. 727. 136.

Ad traditionem Dominii translativam significandam nulla magis apposita vocabula dantur, quàm Uberguab / Einraumung / Uberlassung. 727. 137.

Quid de verbis: Guthwillig überlassen / sentiendum? 727. 138.

Gratuita & absque ulla causa facta Dominii translatio haudquaquàm præsumitur. cons. 16. n. 547. & seqq.

Dominium, ob non præstitam cautionem de damno infecto, decreta missione ex secundo decreto, acquisitum ad usufructuarium spectat irrevocabiliter. 681. 78. & seqq.

Ubi aliquid ipso jure fit, ibi etiam Dominium sine traditione & possessionis translatione transire dicitur. 406. 304.

Quid tali casu quoad fructus juris? 407. 305.

Dominium fundorum jure fideicommissi ad aliquem venientium ipso jure transit. cons. 16. n. 667.

Ne quidem rei Hæredis propriæ, legati titulo alicui relictæ, Dominium recta via in legatarium transit. 1391. 61.

De Clausula Pacto adjecta: Quòd alicui licere & fas esse debeat de re, ceu de aliis, jure liberi & pleni Dominii ad ipsum spectantibus, rebus disponere, vid. Pactum.

De reditu Dominii legali vid. Fideicommissum. Feudum. Emphyteusis.

Quid intersit, quoad translationem Dominii, in casu venditionis sub conditione, vel modo, & ex illa factæ traditionis, vid. Venditio.

An in Venditione sub pacto de retrovendendo Dominium transferatur in Emtorem? vid. Pactum de retrovendendo.

Pactum commissorium Dominii translationem non impedit; tametsi contractum ipso jure dissolvat. cons. 16. n. 645.

Hoc, quòd die veniente, vel existente conditione, rei Dominium à me abire possit, non obstat, quo minùs interim ego sim Dominus. cons. 16. n. 650.

De traditione ex contractu dominii translativo, in Scriptis celebratô, facta vid. Scriptura.

An ex eo, quod triens bonorum alicui, à suo Agnato, in casum, si ipse, ab ipsorum familia, ante plurimos annos avulsa bona, ad aliquot auri tonnas, suo pretio, ascendentia suis propriis sumptibus, suique solius laboribus, curis, vigiliis & periculo, pro tota familia recuperaverit, absolutè promissus, & post actualem recuperationem simpliciter cessus fuerit, ipsum Dominium cessum debeat intelligi? 720. 43. usque ad 334.

Meum, tuum, suum, & sic etiam nostrum, illud propriè dicitur, cujus plenum, vel minùs plenum Dominium habemus. 725. 116.

Et in sensu latiore, quod Dominii, vel quasi, possessionis, vel obligationis jure ad aliquem pertinet. 726. 117.

De Dominio Fideicommissarii revocabili vid. Fideicommissum. Renunciatio.

Rem nemo consumere potest, nisi Dominus. 1407. 58.

Quælibet res perit suo Domino. 1406. 55.

Nemo ejusdem rei Dominium duabus ex causis acquirere potest. 401. 244.

Frustra quæritur, quis possessor sit? ubi constat, ad quem rei Dominium pertineat. 187. 294.

An exceptio Dominii actioni spolii opponi valeat? cons. 20. n. 37.

An dominium per Insignia rei incisa probari queat? 486. 296. & seqq.

Quatenus per vocabula, Fundus, Prædium, Hortus, plenum Dominium indigitetur? vid. Ususfructus.

De Dominio sepulchri vid. Sepulchrum.

Liberis in bonis suorum Parentum adhuc vivorum competente vid. Liberi.

Jure Separationis ordinario Dominis in concursu Credd. competente vid. Credd. concursus.

Dominii probatione, itemque de actione ex Dominio fluente in rem principali vid. Vindicatio.

Amissione Dominii ex causa Legis 7. Cod. unde vi, vid. Vis.

DOMINIUM DIRECTUM.

De Canone emphyt. in recognitionem Dominii directi præstando, ac reliquis Domini directi quoad Emphyteusin juribus vid. Emphyteusis.

DOMINUS DIRECTUS.

De Laudemio, Domino directo ab emphyteuta solvendo, vid. plura sub voc. Laudemium.

Reliqua huc spectantia vid. sub vocab. Feudum. Investitura. Vindicatio.

DOMINIUM UTILE.

Dominii utilis natura & effecta. 300. 50. & sq.

Sub hac expressione: Wie Lehens recht ist / satis clarè intimatur translatio utilis prædii Dominii. 651. 77.

Plus est, dimidiam alicujus Dynastiæ, actualiter possessæ, quoad Utile Dominium, confestim cedere, quàm solam trientis, necdum possessorum; sed cum maximis expensis, laboribus, molestiis, & gravissimo periculo amittendæ pecuniæ eapropter erogandæ, demùm reparandorum spem periclitari. 721. 58.

De Dominio Utili, quod Vasallus in Feudo habet, vid. Feudum. Vasallus.

quod competit Emphyteutæ, vid. Emphyteusis.

DOMUS.

Etiam Legati, & alii, qui habent Privilegium Domum revocandi in jus vocati venire debent, privilegia sua allegaturi. 548. 14.

Sua cuique Domus tutissimum refugium & receptaculum præstare debet. 1203. 54. 1344. 91. & seq. 1359. 39.

Latrocinium haud dubiè etiam in domo alterius privata committi potest. 1343. 87. & sqq.

Conatus Latrocinandi in ædibus privatis, ob simùl violatam domesticam pacem, & securitatem, gravior est illo, qui in publica via committitur. 1344. 90.

Ob securitatem domesticam violatam quodvis crimen atrocius & gravius redditur. 1344. 93.

Domi suæ, quàm in agro, hominem occidere, crudelius habetur. 1359. 39.

DONATIO.

Donatio, in dubio, non præsumitur; sed potiùs error, stultitia, vel oblivio. 200. 431. 216. 604. 388. 74. 75. 678. 80. 720. 424. 550. 848. 310. 1697. 79.

Præprimis in homine parco & tenaci. 80. 721.

Vel si sit notabilis quantitatis. 388. 74.

Qui in una parte pacti erga compaciscentem, valdè rigidum, parcum & tenacem se gerit, in alio majoris momenti articulo adeò liberalis, quòd omnia eidem donare voluerit, non præsumitur. 73. 670. & seqq. 80. 721.

Donationem prætendenti omnis præsumtio adversatur. 75. 679. 388. 75.

Qui facultatem prædium à se eousque possessum, pro pleno & integro pretio comparandi, alicui concedit, ejusdem augmenta & melioramenta majoris valoris donare voluisse, citra absurditatem, intelligi nequit. 77. 694. & seqq.

Donatio notabilis & magnæ summæ, etiam inter conjunctos, haudquaquàm præsumitur. 725. 113.

Etiam in Patre, adventitia sui filii administrante, si pro illo quid solvat, non donandi; sed reperendi animus præsumitur. 847. 303.

Quid si dotem constituat? 847. 304. 845. 274. & seqq.

Prædium à Patre, ad dotandum obstricto, filiæ simpliciter traditum, potiùs ex dotis, quàm Donationis simplicis causa traditum præsumitur. 848. 309. & seqq.

Simplex traditio, etiam à Patre filio facta, in dubio potiùs solius custodiæ causa, quàm animo donandi, intelligitur facta. 848. 310.

Donatio proximis Cognatis facta in modum anticipatæ successionis facta videtur, & juxta hanc regulanda venit. 971. 737.

Pater liberis suis aliqua bona adhuc vivus assignans, vel inter eosdem universa, vel quædam saltem bona dividens, nulla facta Donationis, vel præsentaneæ dominii translationis mentione, illa neutiquàm donasse; sed tantummodò in peculium, ad usum & administrationem concessisse præsumitur. 1697. 78. & seqq.

Hinc & ipse de illis adhuc pro lubitu disponere potest. 1697. 78.

Inter personas arcto cognationis vinculo junctas, contra regulam, facilius, quàm in aliis quibusvis, præsumitur Donatio. 972. 749.

Quanto propinquior inter talem præsumptum Donatarium & Donantem intercedit conjunctio, tanto etiam major & fortior præsumtio Donationis exindè intelligitur. 972. 650.

Eademque ratione etiam solennis, ex fraterna pietate factæ, ejusdemque reciprocæ, & remuneratoriæ Donationis, non expressè revocatæ, revocatio tanto difficiliùs præsumenda. 971. 751.

Qui immodicis & continuatis instigationibus nolens volens tandem cedit, ut aliquid quomodocunque disponeret, de hoc sub nullo colore dici potest, quod etiam dilectissimo suo germano, reciprocè, solenniter, & remuneratoriè, potissimam partem de bonis, ab ipso illo germano profectis, factam Donationem ingratissimè revocandi animum habuerit. 972. 755. & seqq.

Quo majorem Donatio summam continet, tanto etiam major, in eadem revocanda, sollicitudo ex parte Donatoris præsumi debet. 973. 761. & seq.

Donatio sine acceptatione, à Donatario, Donatore adhuc vivente facta, nullius momenti est. 539. 378.

Donatio etiam absenti, per epistolam, brevissima quantumvis chartula scriptam, itemque per nuntium, benè fieri potest. 539. 379.

Sed illa non priùs valida est, quàm si per Donatarium sit acceptata. 539. 380.

Et hæc ipsa acceptatio, Donatore adhuc vivo, fieri debet; aliàs Donatio evanescit. 539. 381. & sq.

Voluntas Donantis & Donatarii post obitum ampliùs uniri nequit. 539. 383.

Quando effectus Donationis post mortem Donationis dilatus fuit, illa etiam post ipsius decessum à Donatario adhuc acceptari potest. 540. 389.

De acceptatione Fideicommissi per Donationem constituti vid. Fideicommissum.

Scientia & patientia ejus, contra quem præscribitur, præsumtæ Donationis titulum constituit. 473. 87.

Qui certæ bonorum partis, ad se non saltem jure fructuario; sed dominii spectantis portionem alicui donat, nisi de usufructu speciatim loquatur, non utique hunc solum; sed ipsum illius portionis plenum dominium donasse censetur. 726. 120. & seqq.

Universalis Donatio illa demùm vocatur, qua quis omnia sua bona, præsentia & futura, alicui donat. 979. 828.

Donatio mortis causa, quâ integræ portiones paternæ & maternæ hæreditatis alicui donantur, non est universalis sive universorum bonorum Donatio. 966. 674. & seqq. junct. 980. 837. 980. 839. & seqq.

Idem dicendum, si alicui hæreditatem tertii ad me spectantem donaverim. 980. 833. & seqq.

Donatarius majoris aut maximæ bonorum partis non universalis; sed saltem singularis est successor, hincque ad exolvendum Donatoris æs alienum nullatenùs tenetur. 949. 488. & seqq.

Qui notabilem bonorum defuncti partem ex Donatione mortis causa consequitur, & propterea, erroneè, ad omnia legata, ab illo relicta, se obstrictum existimat, testamentum ipsius in totum agnoscere haud intelligitur. 949. 487. & seqq.

Error hæredis ab intestato eo ipso probatur, quòd sibi, ceu magnæ bonorum partis mortis causa donatario, legatorum præstationem incumbere crediderit. 949. 490.

In ambiguo Donator se ad evictionis præstationem haud obstringere voluisse existimandus. cons. 16. n. 551. & sq.

Expressa promissio, etiam Donatoris, de evictionis præstatione, servanda. cons. 16. n. 553. & sq.

Sed necesse est ante omnia, ut de Donatione etiam indubitanter constet. cons. 16. n. 555.

In quacunque Donationis specie substitutio fieri potest, æquè ac in legatis & fideicommissis. 864. 93.

De venditione, pro parte Donationis gratia, facta vid. Venditio.

Fideicommisso pactitio per Donationem constituto vid. Fideicommissum.

Donatio ultra 500. solidos, sine judiciali insinuatione haudquaquàm subsistit. 541. 407.

Quid per solidos hodiè intelligatur? 541. 408.

Donationes à Ducibus & Magistris, militibus factæ, quantæcunque illæ sint, nulla judiciali egent insinuatione. 541. 410.

Donationes à milite, tàm in expeditione, quàm extra illam, in quemcunque collatæ, si summam D. solidorum excedant, in quantum excessivæ sunt, sine judiciali insinuatione haudquaquàm subsistunt. 541. 411.

Donationes non solùm à modernis Imperii Principibus; verùm etiam à Baronibus & immediatis Nobilibus factæ, sine judiciali insinuatione subsistunt. 969. 715. & seqq.

Jure Civili solus Imperator hoc præcipuum habet, ut Donationes ab ipso factæ nulla indigeant insinuatione. 969. 717.

Etiam illustrium personarum tutores & curatores, absque autoritate & decreto magistratus, donare possunt. 969. 721.

Donatio summam 500. solidorum excedens, licet apud solum Civitatis defensorem, vel Provinciæ Moderatorem publicata fuerit, tamen Actis insinuata rectè dicitur. 1499. 16.

Personæ illustres benè simùl Donator & judex insinuationis esse possunt. 970. 723.

Etiamsi summa Donationis sit immensa. 970. 724. & sq.

De Donatione subsellii Templi vid. Templum.

Administrator Ecclesiæ an & quatenùs donandi licentiam habeat? vid. Ecclesia. Templum.

Donatio in se non satis valida, ad præscriptionem tanto magis colorandam & statuminandam non malè allegatur. 474. 115.

Donatio remuneratoria compensatio potiùs & promerita satisfactio, quàm Donatio est. 475. 125. 1693. 40. 1694. 59.

Magisque naturæ contractus onerosi, quàm lucrosi, accedit. 475. 126. 1695. 59.

Hincque etiam plura, ab ordinaria Donationum natura prorsus exorbitantia, singularia in eadem obtinent. 1695. 61.

Inter hæc non ultimum occupat locum, quòd, tametsi Donatio, generaliter, per legem vel statutum sit prohibita; tamen Donatio remuneratoria haud censeatur prohibita. 1695. 62.

Itemque quòd plures, regulariter, donare prohibitæ, personæ, tamen ex causa remunerationis donandi facultatem habere censeantur. 1694. 51. 54. & seqq. 1695. 63.

Nec non, quòd Prælatus, tàm inferior, quàm superior, ut & Princeps secularis benemeritis Ministris, Consiliariis, subditis, itemque militibus, ex dicta causa, feudum conferre possit. 1695. 64. & seqq.

Fideicommissa reciproca se habent instar Donationis ob causam seu remuneratoriæ. 401. 256.

Merita Donationem præcedentia hoc operantur, ut non saltem simpliciter præsumatur donatio; verùm etiam actus dubius pro donatione illorum remuneratoria habeatur. 485. 258.

Contrarium afferens hoc ipsum liquidissimè demonstrare tenetur. 485. 259.

Rerum alienarum administratores hoc modo donantes non tàm donare, quàm debitum persolvere existimantur. 475. 127. 1694. 51.

An Ædituis jus sacelli, ex capite Donationis remuneratoriæ, cuiquam dare liceat? 475. 128. & sqq.

Donationes, à Ducibus & Magistris, militibus factæ pro remuneratoriis à DDbus habentur. 541. 411.

Immunitates remuneratoriæ per Donationem alicui concessæ transeunt in successores tùm concedentis, tùm acquirentis. 774. 41. & sqq.

Etiam Minorum Tutores & Curatores Donationes remuneratorias validissimè faciunt. 475. 121. & 127. 1694. 55.

De Donatione remuneratoria nomine Ecclesiæ facta vid. Ecclesia. Templum.

Sepulchri vid. Sepulchrum.

Donationes à Patre in filiumfamilias collatæ, an, & quibus casibus, remuneratoriæ Donationis rationem recipere valeant? 1689. 13. & seq. junct. 1691. 29. & seqq.

Donatio à Patre in filiumfamilias collata, regulariter, est invalida. 1697. 80. & seq.

Quantum Liberis naturalibus, existente prole legitima, à Patre ipsorum donari possit? 1257. 46. & seq. 1259. 64. & seq.

Merita inter conjuges ordinariè præstanda, obsequialia communiter dicta, regulariter, propriè sic dictam Donationem remuneratoriam non recipiunt. 1689. 11.

Ad fundandam meritorum remuneratoriam tùm inter vivos, tùm mortis causa Donationem non præcisè merita actionem judicialem parientia necessaria sunt; sed etiam illa, quorum remunerationem, pro religioso Judicis arbitrio, magna & singularis æquitatis & gratitudinis ratio efflagitat, sufficiunt. 1991. 27. & seqq. 1693. 49. & seq. 1692. 36. 1695. 64. & seqq.

Etiam à Patre, ob similia merita, in suos filios-vel filias-familias collatæ Donationes, non obstante donationis inter hasce personas prohibitoria Legis dispositione, in vim remuneratoriarum Donationum validissimè subsistunt. 1691, 30.

Non solùm propter operas, quas vocant, industriales ponderosas seu magnas, à Patre, in filiumfamilias collata Donatio pro remuneratoria habetur; sed etiam de tali Donatione, quæ, propter operas obsequiales, diutissimè, magnaque cura & sollicitudine, in gravissima præsertim, vel diuturna Parentis vel Conjugis ægritudine, singulari patientia & pietate, nocturno non minùs, quàm diurno tempore, præstitas in filium familias vel conjugem collata est, idem judicium ferri debet. 1691 31. & mult. seqq. 1693. 47. & seqq.

Tali casu de meritis etiam per solas conjecturæ constare sufficit. 1691. 31.

Hujusmodi merita in omnibus, ut alia propriè sic dicta merita, judicare oportet. 1691. 32.

Hæc omnia multo magis in Uxore nobili, etiam ad vilissima & quasi ancillaria servitia, in multenni & gravi mariti ægritudine constanter se promptam & facilem exhibente, locum sibi vindicant. 1691. 33. & seqq.

Dispositio Legis 6. Cod. de sec. nupt. in Donatione remuneratoria nullum obtinet locum. 1689. 8. 1694. 52. & mult. seqq.

Ad hunc effectum, ut hæc ipsa dispositio excludatur, quænam merita requirantur? 1690. 26. usque ad 52.

Lex 6. Cod. de sec. nupt. Parenti binubo illam saltem Donationem interdicit, qua secundo conjugi plus, quàm uni ex prioris matrimonii liberis, cui ipse minimum donavit, vel reliquit, relinquitur. 1696. 72.

Hinc, si portiones utrinque æquales sint, illius dispositio penitùs cessat. 1696. 73.

Utrum in tali casu, liberis suam legitimam præcipere, & in eo, quod supereſt, vitricum vel novercam, demùm ad æqualem portionem admittere liceat? 1696. 73. & seq.

Si de contraria Patris voluntate, nec ex disertis ipsius verbis, nec ex concludentibus conjecturis constet, liberi quoque prioris matrimonii in casu Legis 6. Cod. de sec. nupt. omnia à Patre, tùm inter vivos, tùm in ultima voluntate accepta in hæreditatem ab illo relictam inferre tenentur. 1697. 83.

Quænam conjecturæ hîc sufficiant? remissivè ostenditur. 1697. 83.

Donationes remuneratoriæ à sanctione Legis 6. Cod. de sec. nupt. regulariter, non ulteriùs sunt exceptæ, quàm quousque merita conjugis donatarii se extendunt. 1698. 86.

Hoc ipsum tamen in remuneratoriis illustrium & nobilium personarum Donationibus non tàm rigorosè observatur. 1698. 87.

Quidsi Donatio ab ejusmodi persona facta merita conjugis donatarii notabiliter transcendat? 1698. 88.

Excessus in Donatione remuneratoria, regulariter, jure simplicis Donationis censetur. 1698. 92.

Sanctio Legis 3. Cod. de secund. nupt. in Donationibus remuneratoriis cessat. 1696. 68.

Qua de causa Donationes inter conjuges Lex Romana prohibuerit? 1690. 21.

Alienatio rei immobilis à marito uxori propter nuptias donatæ, cum speciali uxoris consensu facta, ipso jure nulla est. 1486. 50.

Quidsi Uxor post biennium priorem consensum denuò confirmaverit? 1486 50.

An per Donationem mortis causa portio conjugis statutaria aliquo onere gravari queat? 132. 308.

Donatio mortis causa suprems voluntatibus annumeratur. 978. 813.

Quicquid obtinet in legatis, etiam obtinet in m. c. Donationibus. 965. 666.
Etiam statutum de ultimis voluntatibus disponens ad Donationes m. c. porrigitur. 965. 667.
Donatio mortis causa & legatum adhuc in complurimis Juris articulis differunt. 976. 789.
Donationes mortis causa etiàm in codicillis relinqui possunt. 978. 813.
A juribus fideicommissi ad m. c. Donationem valida fit illatio. 966. 677.
Bona fideicommissaria mortis causa donari haud possunt. 967. 686.
Quando Clausula codicillaris testamentum in vim mortis causa Donationis sustentet? 540. 394. 538. 366.
Utrum Clausula, Omni meliore modo, testamentum à milite confectum in vim Donationis inter vivos sustentet? 538. 372. & seqq.
Ut Clausula codicillaris testamentum in vim Donationis inter vivos sustentet, sicque hoc operetur, ut suprema voluntas in negotium inter vivos transmutetur impossibile est. 540. 356.
Hæc Clausula specialis, quòd testamentum, si aliter valere nequeat, saltem in vim Donationis inter vivos valere debeat, cum Clausula codicillari nihil commune habet. 541. 398. & seqq.
Eaque tùm demùm effectum sortitur, si in invalido testamento relictum, ut Donatio inter vivos, adhuc congruo tempore, i. e. antequàm testator decedat, acceptetur. 540. 397. & seqq.
Hoc, ut ultima voluntas, ut donatio inter vivos sustineatur, non codicillari; sed aliis clausulis adscribi debet. 541. 402.
Utrum portio conjugum statutaria, per Donationem inter vivos, gravari possit? 132. 308. & seq.
Lex ipsa præsumit, quòd Donator mortis causa testamentum, post Donationem, conficiens, potiùs hæredem à se institutum ad ea, quæ ipse Donatario promisit, adimplenda adstringere, quàm Donationem in illum collatam revocare voluisse censeri debeat. 971. 738. & sqq. 976. E. & sqq.
Omnes Commentatores, Decisionistæ, & Consultatores intrepidè definiunt, quod per institutionem hæredis universalis, sive in universis bonis, antegressa Donatio mortis causa pro revocata haberi non debeat. 971. 741. & seq.
Mortis causa Donator, si in testamento, quod postea conficit, non expressè illam revocet, communissimæ huic regulæ, quòd antegressa mortis causa Donatio, per subsequentem universalis hæredis institutionem, haudquaquàm revocata censeri debeat, se conformare voluisse censendus. 974. 770.
Tametsi in hoc ipso testamento eidem Donatario omnium suorum bonorum usumfructum, adjecta clausula derogatoria omnis prius à se conditæ supremæ voluntatis, reliquerit. 975. A. 980. 845.
Idem dicendùm, si nulla pariter prioris donationis mentione facta, eidem aliud insigne legatum relinquat. 975. C. & seqq.
Si ei, qui maximam vel majorem bonorum partem mortis causa donavit, postea liberi nascantur, eidem remedium Legis 8. Cod. de revoc. donat. non competit. 974. 781.
Ab hoc, quod prius testamentum, per posterius perfectum, ipso jure revocetur, ad hoc, quod etiam priùs facta solennis mortis causa Donatio, per subsequens testamentum, nullam prorsùs illius mentionem injiciens, revocata censenda sit, non valet consequentia. 965. 665. & seqq. junct. 976. 788. & seqq.
Etiam paganus cum testamento & pluribus mortis causa Donationibus decedere potest. 977. 791.
Ne quidem geminata universalis hæredis institutio ad fundandam revocatæ mortis causa Donationis præsumtionem sufficiens est. 978. 815. & seqq.
Donatio mortis causa universalis, per universalem hæredis institutionem, omninò pro tacitè revocata habetur. 966. 678. 979. 812.
Ad revocationem mortis causa Donationis quinarius duntaxat testium *numerus requiritur*. 967. 691.
Ad revocandam talem Donationem nuda voluntas seu pœnitentia, modò testibus præsentibus V. declarata, sufficiens est. 967. 692. & seq.
Etiamsi decennium nondùm fuerit elapsum. 967. 692.
Ademptio mortis causa Donationis æquè ipsa cies est supremæ voluntatis, ac ejusdem ordinatio. 967. 694.
In ademptione talis Donationis æquè facilè fraudes committi possunt, ac in illorum ordinatione. 967. 696.
Etiamsi voluntaria rei m. c. donatæ alienatio ipso jure sit nulla; tamen etiam ex illa validissima m. c. Donationis ademtio colligitur. 968. 700.
Ad hunc effectum, ut Donatio, tanquàm inofficiosa, revocari queat, illa non demùm ex post talis fieri; sed ab initio statim talis esse debet. 1328. 54.
In Querela inofficiosæ Donationis fundandæ, Jure Communi, regulariter, sola, unicuique liberorum debitæ, Legitimæ quantitas in oculis habetur. 1328. 55.
In libero illius, qui rem maximi momenti inter vivos donavit, arbitrio residet, an, post liberorum supervenientiam, remedio Legis 8. Cod. de revoc. donat. uti velit, nec ne? 974. 781.
Multoque magis hoc à libertimo mortis causa Dona-

Donatoris arbitrio dependet, utrum talem Donationem in Donatarii manibus relinquere, vel ab illo repetere malit? 975.781.
Quòdsi, tali in casu, Donatio inter vivos, vel mortis causa, non apertè revocetur, tunc contraria voluntas Donatario eandem in perpetuum relinquendi jure indè colligitur. 975.784.
Si ei, qui omnia sua paterna & materna bona alicui donavit, postea liberi nascantur, &, post hanc illorum nativitatem, ab ipso quidem testamentum condatur, in quo universalem hæredem instituit; sed nulla illius Donationis, quòd eandem revocatam velit, mentio injiciatur, tunc Donatio haùdquaquàm ex dicta causa, liberorum videlicet supervenientiæ, revocata censetur. 975.785.
Multo igitur minùs Donatio remuneratoria, erga fratrem charissimum & beneficentissimum, ac potissimam partem de bonis, ab ipso illo fratre, paulo ante, inter vivos, simpliciter donatis, reciprocè & solenniter facta, non concurrente tali causa impulsiva, qualis est liberorum supervenientia, ex sola testamenti, in quo nulla omninò ejus mentio fit, ordinatione pro tacitè revocata haberi debet. 975.786.

DONEC.

Particulæ, Donec, Quamdiu, Wofern/ und Solang/ saltem suspensionem quandam inducunt, & testatoris vel paciscentium dispositionem ad illam restringunt. 805.128. 810.196.

DOS. DOTALIS.

Pater filiæ ad præstandam congruam Dotem de jure tenetur. 1125.218.
Ne quidem Pater suæ filiæ, aliundè sat bonorum habenti, Dotem dare tenetur, cons. 16.n.861. 844.268. & sqq.
Nec Frater consanguineam vel germanam sororem, præterquàm in subsidium, dotare tenetur. cons. 16. n. 863.
Multo minùs ergò Patruis hoc onus incumbit. cons. 16. n. 864.
Si Pater nominatim, de bonis maternis congruam Dotem suæ filiæ constituat, ipse nihil de suo ei dare tenetur. 845.273.
Quando Pater suæ filiæ, materna, vel alia bona habenti, generaliter & simpliciter Dotem constituit, tunc illam de suis, & non de filiæ propriis bonis constituere intelligitur. 845.274. & sqq. 847.302. & sqq.
Hanc præsumtionem nonnulli pro præsumtione juris & de jure habendam contendunt. 845.274.
Si Pater expressè de paternis & maternis bonis Dotem constituat, tunc copulativa disjunctivè accipitur, acsi Dos principaliter de solis paternis, & demùm in subsidium, si hæc non sufficiant, ex filiæ maternis constituta fuisset. 845.278. & seq.
Licet Pater, Dotem filiæ simpliciter constituens, ex post facto protestetur, quòd eandem de filiæ maternis constituerit, & hanc protestationem ejus gener agnoscat, nihilominùs dispositio L. ult. Cod. de dot. promiss. locum sortitur. 847.305.
Prædium à Patre ad dotandum obstricto simpliciter traditum, potiùs ex Dotis, quàm donationis simplicis causa, traditum præsumitur. 848.309. & sqq.
Pater ad filiam dotandam obstrictus, etiam filiæ quid legans, hoc ipsum legatum animo compensandi reliquisse præsumitur. 848.311.
Utrum filia, pro Dote sibi præstandâ, usuras demùm ex eô tempore, ex quo aliqua Dotis promissio ei facta, vel planè demùm, ex quo terminus promissæ Dotis numerationi præstitutus elapsus est, an verò confestim ex tempore matrimonii à filia contracti, prætendere valeat? 849.318. & sqq.
Quando Dos non est liquida, neque certum, quid & quantum, loco Dotis, debeatur? interesse non priùs, quàm demùm à tempore liquidationis prætendi potest. 849.321.
Si filiæ per statutum exclusæ de bonis defuncti Parentis Dos debeatur, illa præcisè ex bonis Parentis exolvi debet, nec pecunia pro illâ obtrudi potest. 729.173.
Pacta familiæ à Principibus, Comitibus, imò etiam Baronibus & Nobilibus omnimodam jurisdictionem habentibus, condita, quod bona paterna ad solos masculos pervenire, & è contra filiabus tantùm congruæ Dotes exolvi debeant, etiam sine Cæsarea confirmatione valent. 402.256.
Ex bonis feudalibus, itemque fideicommissi agnatitii nexu devinctis Dotes non aliter debentur, quàm si allodialia omninò deficiant, vel non sufficiant. 406.294. & sq. cons. 16. n. 865. & sqq.
Quando quantitas Dotis in illustri familia, speciali statuto, pacto, vel consuetudine determinata est, tunc quamlibet filiam, illâ sibi solutâ, acquiescere oportet. 411 367.
Valent talia pacta & statuta illustrium familiarum, quibus filiæ, quoadusque masculi superfuerint, suo statui convenientibus alimentis vel congrua Dote jubentur contentæ esse. 412.368.
Neque filiæ tali pacto vel statuto familiæ se opponere possunt. 412.369.
In multis illustribus familiis Dotes ad certam summam ità restrictæ sunt, ut ab illis recedere nefas existimetur. cons. 16. n. 750.
Sed ex hoc non evincitur, quòd omnia talis familiæ bona, etiam mobilia, universali fideicommisso devincta sint. cons. 16. n. 751.
Non est verisimile, Patrem suam filiam hæredem duplicis Dotis præstatione onerare voluisse. 396.93.

De Suevicæ Nobilitatis statuto; fœminarum, quoad masculinum Stemma duraverit, totaliter exclusivo, Anno 1653. concepto, quid quoad illarum Dotationem supremum Imperiale Aulicum Judicium senserit? 843.855.

Ne expressum quidem Pactum, quòd maritus prædium dotale propriis sumtibus meliorare teneatur, de novorum ædificiorum exstructione exaudiri; sed ad solas expensas refectionis restringi debet. 77.696. & seqq.

Nisi clausula de non repetendis quibuscunque expensis fuerit addita. 77.699.

Dotatio filiarum sæpè valdè onerosa est, si nimirum vel plures filias dotare oporteat, vel bellicæ, aut aliæ magnæ calamitates illustrem domum obruant. cons. 16. n. 801.

Enixè & verbis geminatis promittens, quòd nec suæ propriæ, nec defuncti fratris filiæ, majorem Dotem, quàm ter mille, vel in uno casu, sex millium florenorum dare velit, vel dandi facultatem habere debeat, per consequentiam indeclinabilem velle etiam videtur, quòd omnes illæ filiæ à reliqua hæreditate debeant esse exclusæ. cons. 16. n. 835.

Ex Dotium magnitudine facultates familiæ valdè exhauriuntur. 838.188.

Non facilè Dos, quam filiæ Pater pro congrua reputat, aliis incongrua videri debet. 829.82.

Modicitas Dotium, & quòd, unô saltem ante pacti familiæ ordinationem anno, quadruplo major Dos conventa fuerit, illius valorem destruere nequit. 829.81.

Dos à Patre filiæ promissa, regulariter, juxta pacta conventa, etiam ab hæredibus paternis exolvi, & in plena quantitate, nisi aliud quid obstet, præstari debet. 1323.7.

Filiæ hoc nomine, in bonis à Patre relictis, jus tacitæ hypothecæ haud dubiè competit. ibid.

Mododicta Dotem præcisè juxta Pacta conventa & in plena quantitate exolvendi, necessitas etiam successori feudali, secundum Jus feudale Pomeranicum, regulariter incumbit. 1323.8.

Si Pater adhuc vivus uni Filiæ certam Dotem determinaverit, regulariter, etiam reliquæ ejus Filiæ ejusdem quantitatis Dotes post ejus mortem exigere valent. 1323.9.

Tametsi, post Dotem uni Filiæ constitutam, magna, per bellicas, vel alias calamitates, in paternis facultatibus contigerit mutatio. 1324.10.

Tametsi nonnullæ Filiæ, certa Dote constituta, nuptui datæ fuerint; exindè tamen non semper inferre licet, quòd & cæteris Filiabus tantundem, pro Dote, exolvi oporteat. 1328.49.

Assignatio Dotis, sive congruæ & solitæ, sive solito majoris pactum regressûs ad successionem renuntiatam reservatorium in suis effectibus haudquaquàm impedit. 1125.212. 1116.225. 1161.623. & sqq.

Etiamsi Instrumentum Renuntiationis eandem ob solam dotem, interpositam pronuntiet, 1125.213. 1161.625.

In tali casu duæ sunt causæ, quæ Renuntiationem conciliasse creduntur, nempe dos & agnatio. 1125.214.

Dos, filiæ renuntiatrici, eum in finem numerari consuevit, ut æquitas pacti successionis renuntiativi tanto magis elucescat, & evidentior reddatur. 1125.215. 1126.222.

Renuntiatio sapit donationem, cum renuntiatricis læsione conjunctam, quæ proindè, per Dotis constitutionem, aliquatenùs corrigenda. 1125.216.

Non verò credendum, quòd vel filia renuncians, vel Pater renuntiationem ei præcipiens, vel ab illa recipiens, ob solam Dotem personis extraneis, in renunciatione nullatenùs spectatis, in casum extinctæ agnationis, paternam successionem concedere voluerit. 1125.217.

Ratio agnationis in splendore servandæ vincit Dotis rationem. 1125.219. 1162.626.

Etiamsi agnatorum nulla facta sit mentio. 1125.220. 1162.626.

Assignatio Dotis sola renunciationis causam principalem rarò constituit. 1126.221.

Acceptatio Dotis non aliter regressum ad renuntiata bona præcludit, quàm si evidenter constet, quòd nulla alia remunerationis causa adfuerit, quàm *Dotis acceptæ*. 1126.227.

Licet successionis renuntiationi, intuitu Dotis factæ, prægnantissimæ clausulæ fuerint adjectæ; tamen, masculis emortuis, etiam renunciatio pro totaliter emortua haberi debet. 1127.241.

Utrum juratæ filiarum nobilium & illustrium renunciationes, itemque statuta earundem exclusiva, tùm demùm, si Dos, in quantitate, legitimam exæquans ipsis præsteretur, subsistant & valeant? 829.84. & sqq. 830.87. 1114.76. & sq. 1150.488.

Statutum disponens, quòd filia exclusa, arbitrio propinquorum, dotari debeat, quomodo exaudiendum? 830.85. & 88.

Quatenus Dos in locum legitimæ succedere dicatur? 830.94.

In Suevia Dotes nobilium filiarum plerumque duorum saltem millium sunt, & rarò quater mille florenos excedunt. 831.95.

Si Pater filiam, cui renuntiationem in gratiam masculorum injungit, non vel in legitima, vel ad minimum in Dote hæredem instituat, ipsa tanquàm præterita, totum Patris testamentum, non obstante vel Dote eidem soluta, vel relicto legato, nullum dicere potest. 1150.489.

Multi DDres pro certo definiunt, quòd, si Pater suæ filiæ certam aliquam quantitatem, pro ipsius Legitima, vel Dote assignet, eiusmodi verbis satis clara hæredis institutio probetur. 1151.491.

Hinc

Hinc talis filia saltem ad supplementum agere potest. 1151. 494.

Hoc, quòd renunciatrix illustris vel nobilis, ultra congruam Dotem, nihil possit prætendere, non ulteriùs durat, quàm quousque conditio regressus reservati adhuc pendet, 1151. 493.

Quamprimum hæc ipsa conditio existit, tunc filia confestim vel omnia bona renunciata, vel ad minimum id, quod Legitimæ ejus deest, jure optimo prætendit; sed Legitimâ tùm demùm contenta essa cogitur, si Pater hoc ipsum disposuerit, quòd ipsa in sola legitima seu Dote in omnem casum, etiam agnationis totaliter extinctæ, debeat esse instituta. 1151. 494.

Renunciatrices ad sui Parentis priùs renunciatam successionem, per mortem masculorum, redintegratæ, suas Dotes acceptas conferre tenentur. 1152. 505. & sq.

Non etiam Legata in paterno testamento, ultra Dotem, relicta. 1152. 507.

Regulæ in legitima Filiarum dotatione communiùs observari consuetæ in Dotibus, quæ ex feudis præstari debent, indistinctè applicari nequeunt. 1324. 11.

Hinc in constituenda hujus generis Dote nec mariti, qualiscunque illa sit, conditio, nec simile quid; sed tantùm Feudi quantitas, conditio, & pretium respiciuntur, sic, ut ex isto major Dos non debeatur, quàm vires illius patiuntur. 1324. 12.

Hinc nec ita, ut, per illam, præcipua pars feudi absorbeatur, vel aliàs illud nimiùm oneretur, constitui potest. 1324. 12.

Ex inveterata Pomeraniæ Consuetudine quarta solummodo, vel, si major Filiarum dotandarum existat numerus, tertia feudi pars oneri dotandi obnoxia habetur. 1324. 13.

Novissima Ducatus Pomeranici Constitutio feudalis majorem successoribus feudalibus Dotem non injungit, quàm cujuslibet eorundem portionis, quam in feudo, detractis omnibus oneribus feudalibus, legitimè æstimato, unusquisque consequitur, quarta pars efficit. 1324. 14.

Sumptus tamen nuptiales, itemque Parapherna successor feudalis ex reliquis tribus, quas in feudo retinet, quotis eodem quoque jure præstare tenetur. 1324. 14. in fine.

Mododictæ constitutioni Pater neque per pactum, neque per ultimam voluntatem, neque alia ratione, majorem in feudo Dotem assignando, derogare potest. 1324. 15.

Si de facto Pater tale quid ordinaverit, modolaud. Constitutio Filios à necessitate illud adimplendi, contra ordinariam Juris feud. regulam, immunes pronunciat. 1324. 16.

Quamdiu de legitimo Feudi pretio nondùm constat, tamdiu, hoc Jure, nec certa & determinata Dos peti potest. 1325. 27. & sq.

Promissio majoris Dotis, quàm feudi, ex quo illa præstari debet, conditio patitur, Jure Feudali Pomeranico, adeò nulla & invalida habetur, ut nec ante præambulam legitimam feudi æstimationem interposita Cautio fidejussoria ulteriùs teneat, quàm quousque deinceps Dos congrua fuerit declarata. 1326. 31. 1329. 61.

Hinc eodem Jure etiam particularis immodicæ ejusmodi Dotis, tametsi à Patre constitutæ, solutio successori feudali, præprimis minorenni, nihil præjudicii parit. 1326. 31. & sq.

Feudi, tùm Pomeranici, tùm cujusvis alterius, ex quo Dos præstari debet, æstimatio quomodo fieri debeat? 1326. 30. & sqq.

In determinatione Dotis ex feudo præstandæ omnium, etiam innuptarum, filiarum, quoad calculum, ratio haberi debet. 1327. 42.

Dotes ex feudis præstandæ non debentur purè; sed sub conditione, si nuptiæ sequantur; & proindè, si filiæ, ex feudis dotandæ, innuptæ decedant, feudalia bona ab onere dotandi redduntur immunia. 1327. 42.

Si cæteris Filiabus non tanta, ex feudis legitimè æstimatis, Dos possit præstari, quantam uni vel alteri ex illis pater adhuc vivus assignavit, vel ipse exolvit, an, in Ducatu Pomeranico, illis, contra has, aliquis, quoad excessum, regressus detur? 1328. 50. & sqq.

In Dote ex feudo sumenda potior Agnatorum, quàm filiæ dotandæ, in Jure feudali Pomeranico, ratio habetur. 1329. 59.

Per immodicas & plures filiarum Dotes feuda facillimè exhauriri, & extra familias transferri possent. 1329. 58.

Si Agnatus à Patre factam Dotis promissionem, modum licet in Constitutione feud. Pomeranica noviss. præfinitum excedentem, approbaverit, vel in pacta, Dotis modum definientia, sciens prudens consenserit, tunc ipse eandem promissionem, regulariter, adimplere tenetur. 1330. 68.

Aliud tamen in Filio, vel etiam Agnato adhuc minorenni tunc dicendum, si de feudi qualitatibus, & annuis proventibus vel planè non, vel non satis fuerint informati, & exhinc se notabiliter læsos demonstrent. 1330. 69.

Ad corrigendam hanc ipsam læsionem, quoadusque talis dos necdùm soluta, utrique sine dubio competit beneficium restitutionis in integrum. 1330. 70.

Quidsi excessivæ Dotis constitutioni juramentum accesserit? 1330. 71.

Beneficium in integr. restitut. adversus immodicæ, ex feudo præstitam, Dotis solutionem, benè quidem Agnato minorenni, in commodum reliquarum, quibus talis solutio damnosa est, filiarum; non verò etiam in proprium ejus lucrum indulgetur. 1331. 85. & sq.

Ex causa Dotis, ceu pia, solutum, ceu indebitum, repeti non potest. 1330. 75. & seq. 1332. 89.

Hinc, si Mater, vel Avia, vel quandoque etiam

eraneus, indebitæ Dotis titulo aliquid solverit, hoc ipsum, ceu indebitum, condici nequit. 1334.77.
Idem dicendum, si Pater, falsò existimans, se filiæ suæ debitorem esse, Dotem ei solummodò promiserit. 1331.78.
Si quis etiam filiæ suppositititiæ, quam putavit suam esse, etiam amplissimam Dotem exsolverit, repetitio pariter cessat. 1331.79.
Promissio domini, conductori, vasallo, vel alii possessori facta, de omnibus jam factis, vel adhuc faciendis Expensis & Meliorationibus ei restituendis, juxta juris intellectum exaudienda. 79. 718.

Retrahens, reluens, reemens minores quidem in prædium, quod retrahit, reluit, vel reemit, factas Expensas restituere non cogitur; benè tamen majores. 80. 722. & sq.

Expensæ in ipsum prædium factæ ipso jure fructus diminuunt, nec ipsarum deductio ullatenùs recusari potest. 1415. 152. & sq.

Expensæ voluptuariæ, regulariter, tantùm abradi possunt ab eo, qui ad rei restitutionem tenetur. cons. 21. n. 134.

Ex magnitudine, per aliquot lustra, in pacis & belli artibus addiscendis, in Academiis, in peregrinationibus, functionibus militaribus, comparanda illustri militia, aliisque de causis in unicum filium factarum Expensarum, concurrentibus adhuc aliis magni ponderis rationibus, justissimè colligitur, quòd Fideicommissum ab ipso adornatum ab omni gravamine, etiam pretii, pro iisdem reluendis exsoluti, refusionis, libertimum esse debeat.
399. 222. sq.

De Cessione remuneratoria tertiæ partis bonorum, ab eorum possessoribus, unius Agnati curis, periculo & Expensis recuperandorum vid. Cessio.

Nemo summè incertam, fallacem, & ità nullatenùs considerabilem spem magnis sumtibus & Expensis redimere voluisse præsumi debet.
723. 84. & 93.

Nemo maximas Expensas & curas, pro solo paucorum annorum vel mensium usufructu, periclitaturus fuisse censendus. 723. 85.

Nemo, omnem in casum, utro modo res ceciderit, complurium annorum laboribus, Expensis, & innumeris molestiis semetipsum, sine spe remuneratoriæ, in casum, si scopum suorum laborum feliciter obtinuerit, ab aliis obtinendæ satisfactionis, subjugare voluisse censeri potest. 721. 87. & sqq.

Litis consortes ita invicem pacti, quòd litem communibus Expensis instruere, & tùm ejus periculum in commune subire, tùm & omnes ad ejus tractationem necessarias operas, vigilias & curas in se suscipere velint, æqualium lucri & damni partium inter ipsos conventam participationem declinare non possunt.
731. 201. & sq.

Etiam omnium bonorum usufructuario solæ modicæ refectionis Expensæ incumbunt.
739. 287.

Majores Expensæ, præsertim si ædes vetustate collapsas, vel flammis absumptas restaurare oporteat, dominum proprietatis solitariè sequuntur. 739. 288. & sq.

Quidsi usufructuarius novum solummodò tectum procuret? 739. 291.

Actum aliquem gerentes, personam illius, cujus bona administrant, concernentem, id, quod promittunt, vel Expendunt, ex illius patrimonio omnia facere censentur.
847. 301.

An & quatenùs hæc regula etiam in Patre, bona filiifamiliàs administrante, obtineat?
847. 302. & sqq.

De pecunia ad Expensas ædium refectionis mutuò data vid. Ædificium.

Quasnam Expensas malæ fidei possessor rei vindicatione conventus deducere valeat? vid. Vindicatio.

Victus victori, regulariter, in Expensas damnari debet. 1379. 114.

Impossibile est, ut ille, qui in principali succumbit, in puncto Expensarum victor evadat.
563. 134.

Quando quis unam, vel duas sententias pro se habet, tunc ipse, in judicio superiore succumbens, regulariter, in Expensas damnari nequit. 1307. 216. 1669. 50.

Nisi Judex superior ex actis prioris instantiæ deprehendat, quòd actor nullam planè agendi causam vel jus habuerit. 1732. 17. & sq.

Quando quis nullam justam litigandi causam habuit, tunc Judex ipsum de Jure Communi, non minùs ac Würtembergico, pro re nata, etiam non imploratus, & ex officio in Expensas condemnare potest; quamvis non teneatur. 1712. 111. & seq.

Expensæ Litis compensantur ob justam litigandi causam. 488. 321. 545. 463. 1061. 234. 1332. 93. 1675. 36.

Ut & propter victoriam in uno vel altero litis capitulo. 488. 322. 562. 127. 1713. 122.

Nec non ob causæ in judicio ventilatæ ambiguitatem. 488. 323. 1307. 215. 1713. 115.

Itemque ob præstitum in causa juramentum purgatorium, 462. 124.

Vel suppletorium, dicendæ veritatis, aut simile. 1317. 103. & sq.

Quando hoc cesset? 1317. 105. & sqq. 1318. 116. & sq.

Idem dicendum, si lis super articulo juris intricato vel dubio versetur, 1307. 215.

Litis Expensæ, regulariter, etiam ob cognationis nexum, qui inter actorem & reum intercedit, compensantur. 1332. 92.
An ex lapsu termini peremtorii acquisitum jus, per Expensarum refusionem, iterum auferri possit? 1247. 91. & sqq.
Qui pertinaci sua negatione testium productioni solus causam dedit, solus quoque in Expensas desuper factas justissimè condemnatur. 1713. 119. & sq.
Judex sine indiciis sufficientibus inquisiti confrontationem cum lamia suscipiens ad Expensas tenetur. 1379. 113.
De Expensis in casu mutati libelli refundendis vid. Libellus.
à Judice parti, per illicitam sequestrationem datis refundendis vid. Sequestrum.
à Commissario in revisione rationum Officialis alicujus factis, vulgò Commissions-Kösten/vid. Ratio.
in processu criminali vid. Processus.

EXPERIENTIA.

Autoritas Aristotelis, Hippocratis, &c. non tanta est, ut non cedere cogatur rationi & recentiori Experientiæ. 993. 55.

EXTENSIO.

Geminatio excludit omnem Extensionem. 622. 124.
Vid. etiam voc. Tunc.
Particula, Tantùm, omnem Extensionem ad diversa ac dissimilia excludit. 35. 309. 55. 481.
Ad certum eventum restricta voluntas nulli Extensioni obnoxia est. 55. 480.
Præprimis si talis relictio sit geminata. 55. 482.
Specialis ipsius legislatoris expressio, ad tollendam omnem dubitationem adjecta, omninò nullam patitur Extensionem. 958. 587.
Scripturas claras nemini fas est extendere. 958. 588.
De LL. exorbitantibus non extendendis vid. Lex.
Extensione fideicommissi à casu ad casum, vel à persona ad personam, in dubio non admittenda vid. Fideicommissum.

EXTRANEUS.

De admixtione personæ Extraneæ in testamento Parr. privilegiario vid. Testamentum.
revocatione Testamenti, in quò Extranei instituti fuere, novique in gratiam hæredum ordinati, & circa hoc obtinente jure speciali vid. Testamentum.
præsumtione pro cognatis, contra Extraneos, militante vid. Cognatus. Heres. Renuntiatio.
Quis, in materia Fœminæ pro alio intercessionis, nomine Extranei comprehendatur? 1485. 41.
Quis item, in materia successionis Creditoris simplicis in locum hypothecarii, nomine creditoris Extranei veniat? vid. Cred. concursus.

FACTUM.

Quilibet tantùm de suo proprio Facto tenetur. 1577. 40.
Nec Factum fratris vel sororis fratri vel sorori, nedum alterius cognati nocere debet. 1053. 134.
De Factis defuncti ab hærede præstandis vid. Heres.
Regula: Quod quis per alium facit, id ipse fecisse existimatur, tùm in contractibus, tùm in delictis, locum sortitur. 264. 83. & sq. 1787. 29.
Nemini suum proprium Factum impugnare fas est. 303. 76.
Quæ non ex ipso Facto, tanquàm unica & ad hoc ordinata causa, sequuntur; sed tantùm accessoriè, huic Facto ipsi imputari non possunt. 1528. 12.
Quando Factum est notorium, tunc sola negatio non facit rem dubiam. 1786. 20.
In iis, quæ tendunt ad animi declarationem, plus est, Facto, quàm verbo, voluntatem declarare. 485. 265. 831. 97.
Approbatio negotii ex Facto collecta ad illius Facti limites restringi debet. 949. 484.
Quæ fuerit intentio præcedanei pacti, præprimis demonstrat sequela Facti. 209. 538. 210. 550. Vid. Observantia.
Temporum diversitas etiam diversitatem Factorum inducit, sive de criminali, sive civili causa quæstio sit. 1060. 212.
Ex Facto oritur & moritur jus. 1221. 136.
Responsa Facultatum vel aliorum collegiorum non ulteriùs attendenda, quàm quousque cum Facti veritate conveniunt. 783. 175.
Evidentia Facti nulla tergiversatione retundi potest. 485. 266.
Quamdiu adhuc aliquid agendum superest, nondùm dicitur Factum. 749. 381. 836. 169. & sq.
Ad Factum invitus compelli nemo potest. cons. 16. n. 1009.
De ignorantia Facti vid. Ignorantia.
Teste de proprio Facto deponente vid. Testis.
protestatione Facto contraria vid. Protestatio.
De contractu innomin. à faciendo incipiente vid. Contractus innominatus.
clausula, Ipso jure & Facto vid. Jus.

FACULTAS.

Provocare ad communium rerum divisionem est res meræ Facultatis. 324. 56.
Simultaneum duorum opificiorum exercitium an sit res meræ Facultatis? 784. 176.
Exactio operarum res meræ Facultatis est; & ideò, licet tempore immemoriali omissa, neque immunitatem rusticis, illarum debitoribus, tribuit, neque domino facultatem eadem exigendi ullatenùs adimit. 237. 85. & seqq.
Etiam renuntiationes successionum à Filiabus nobi-

nobilibus & illustribus fieri solitæ rectè in censum actuum liberæ Facultatis referuntur. 841.221. & sqq.
Consuetudo restrictiva liberæ Facultatis, circa ea, quæ ipsa meræ sunt Facultatis, introduci non potest. 322.57. 628.205. 840.219.
Etiamsi accedat lapsus M. annorum. 322.58.
De rerum meræ Facultatis præscriptione vid. porrò Præscriptio.

FALCIDIA.

Hæres post litis contestationem super legato, si Falcidiæ locum competere apparuerit, non tenetur ad usuras. 545.466.
Quarta Trebellianica ad exemplum Falcidiæ introducta est, & passim Falcidiæ nomine notatur. 65.585.& sq.
Quatenùs ab una ad alteram argui possit? 65.588.
Falcidia arctiùs debetur, quàm Trebellianica. 65.590.
Falcidia quidem Trebellianicam; verùm hæc illam non facilè complectitur. 66.604.
Quo jure, & casu Quarta Falcidia, & Legitima, simùl detrahi possint? 64.578. & sqq. junct. 66.600. & sqq.
Tametsi hæreditas, post aditionem, per damna casualia, ita decrescat, ut ne quidem Falcidia hæredi superstit; hoc tamen non impedit plenorum legatorum exactionem. 83.744.& sqq.
Hæres unicum legatum, sine deductione Falcidiæ, solvens, etiam ad reliqua integra præstanda obstrictus est. 948.467. 951.505.& sqq.
Expressa testatoris prohibitio Falcidiæ detractionem, jure novo, haud dubiè excludit. 1493.123.& sqq.
Legata Ecclesiæ vel alii pio Corpori relicta, ab onere Falcidiæ, regulariter, sunt immunia. 1493.125.
Quando hæreditas neque ex testamento, neque ab intestato est adita; sed Fiscus bona defuncti, ceu vacantia, occupavit, tunc ille legata ad pias causas, etiam sine Falcidiæ detractione, exolvere tenetur. 1494.130.

FALSUM. FALSITAS.

Ad formalem criminis Falsi rationem quænam requirantur? 1548.109.& sqq.
Sola Legis Corneliæ & cujusvis alterius de Falsis conditæ legis notatio specificam inter crimen Falsi & stellionatus differentiam constituit. 1546.97.
Crimen Falsi communiter furtô gravius habetur. 1549.126.
Etiam Falsi crimen subdolum & occultum furandi genus constituit. 1550.131.
Ad crimen Falsi, in sensu generaliori, etiam oppignoratio falsarum margaritarum & catenarum deauratarum, aliorumque vasorum pro veris & aureis obligatorum rectè refertur. 1546.101.
Dolosa ejusmodi rerum, pro veris, venditio, etiam inspecta Ordinatione Carolina, propriè sic dictum Falsum constituit. 1547.102.
Tàm illa oppignoratio, quando quis, loco aureæ, quam primò ostenderat, totam æream, vel totam argenteam; sed tantùm inauratam catenam, vel pro genuina & vera gemma, creditori monstrata, aliam adulterinam subdolè subjicit, quàm hæc, si quis, non præcedente tali ostensione, Falsas catenas, margaritas, & similia, pro veris, simpliciter pignori subjiciat, propriè loquendo non Falsi; sed extraordinarium Stellionatus crimen inducit. 1547.103.& seqq.
Quando Notarius testatoris instrumenti formam, quam ex officio adhibere debebat, non observavit, Falsi suspicionem exindè incurrit. 931.280.
Crimen Falsi etiam sola rasura committi potest. 499.7.
Modò illa in loco substantiali & suspecto sit facta. 499.8.
Indè etiam circa Rationes diversis modis committi potest. 499.9.
Eradens nomen suum rationibus publicis, ceu legaliter redditis, approbatis, & justificatis subscriptum, nihil aliud, quàm solennis hujus redditionis & justificationis turbationem, & ut illa, post obitum suorum Collegarum, gravi suspicioni subjiceretur, sicque veritas falsò celaretur, dolo malo intendisse videri potest. 499.10. 500.27.
In dubio Falsum à nemine commissum censeri debet. 499.12.
Si præsertim de persona nobili vel in dignitate constituta quæstio sit. 291.107. 492.26. 400.227.& sq.
Falsi alium accusans, hoc, per concludentes & necessarias probationes, demonstrare tenetur. 499.13.
Ad hanc probationem requiritur, ut tria requisita probentur. 499.14.
Primò, quòd veritas sit perversa. 499.15.
Secundò, ut ista veritatis perversio facta sit dolo malo. 499.16.& sq.
An dolus præsumptus ad hoc crimen sufficiat? 499.18.
In ambiguo error potiùs præsumitur, præprimis in homine integræ famæ, nobili vel in aliquo honorifico officio constituto. 500.19. 291.107.
Tertiò illa veritatis immutatio talis esse debet, ut vel reipsa alteri noceat, vel adhucdùm nocere possit, nisi impediatur, 500.20. seq. 1789.55.

Raſura in locò, in quò tota ſcripturæ ſubſtantia vertitur, Falſi ſuſpicionem ſine dubio generat. 500. 30.
Clandeſtinitas raſuræ iſtam ſuſpicionem juſtiſſimè adauget. 500. 31.
Ad commiſſæ Falſitatis probationem quot præſumtiones ſufficiant? 500. 32.
Falſi ſuſpicio pro ipſa veritate commiſſi hujus criminis tamdiu habetur, donec contrarium à perſona ſuſpecta legaliter probetur. 500. 33.
An ſuſpicio Falſi ad condemnandum ſufficiat? 500. 34.
Eraſio principalis Principis Conſiliarii, approbatis rationibus ſubſcripti, nominis graviſſimam de ipſis rationibus ſuſpicionem, quòd vel illæ non ſint fideliter redditæ, daß es mit den Rechnungen nicht richtig zuſtehe/ vel quòd illarum ſubſcriptiones illicitis artibus ſint procuratæ, daß der Fürſtl. Räthe ſubſcription nicht redlich und richtig zuwegen gebracht worden / facilè parere poteſt. 500. 36. & ſqq.
Præprimis ſi ipſe Rationarius, der Rechnungs-Führer/ fato concedat, & ipſius hæredes, ipſius actiones probabiliter ignorantes, de illis non ampliùs, ſicut ipſe, reſpondere queant. 500. 39.
Multoque magis, ſi etiam cæteri Principis Conſiliarii, qui omnium in redditis rationibus contentorum, ſoli, plenam & perfectam notitiam habuerunt, etiam fato fungantur. 500. 40.
Quando ſcriptura falſificata nocere non poteſt, ceu maturè detecta, tunc, autorem talis Falſi non poſſe puniri, tradit Paulus de Caſtro. 501. 42.
Aliique complures ne quidem pœnæ extraordinariæ locum concedere volunt. 501. 43.
Hæc ſententia procedit, quando negotium, in quo Falſitas commiſſa, ipſo jure nullum eſt. 501. 44.
Non verò in illis, quæ ipſo jure valida ſunt, ex quibus, ſi Falſitas non maturè detecta fuiſſet, grave damnum alicui obtingere potuiſſet. 501. 45. & ſq.
In hujusmodi negotiis ſatis eſt, quòd alicui noceri potuerit. 501. 47.
Qui nomen ſuum, ſolenniter approbatis rationibus ſubſcriptum, ſemel eraſit, licet illud deinceps, acceptò inſigni donariò, reſtituat, tamen Falſi reus eſt, imò duplicis Falſi reatum incurrit. 501. 48. 502. 57.
Qui pecuniam ad dicendum, tametſi verum, vel non dicendum teſtimonium accipit, criminis Falſi & Legis Corn. de Fals. reus eſt. 501. 49. 53. & ſq.
Conatus in hoc crimine quali pœna plectatur? 502. 67.
Donarium pro nominis ſemel eraſi reſtitutione, eradenti & poſtea id reſtituenti, oblatum & numeratum, confiſcationi obnoxium eſt. 502. 70.
Falſa ſubſcriptio, ad doloſum alterius juſſum facta, jubentem in Falſi reatu conſtituit. 1537. 18.
Falſas literas dimiſſorias, Abſchieds-Brieffe/ itemque ſigilla, in fraudem & damnum aliorum, vel ipſe conficiens, vel ab alio ſibi confici procurans, ut ultimo ſupplicio proximæ pœnæ ſubjici valeat, qualis, inter alias, probatio ſufficiat? 1537. 17. & mult. ſqq.
Qui in damnum aliorum, ne ipſorum fraudes & Falſitates, in contractibus cum aliis celebratis commiſſæ, tàm facilè detegi queant, Falſum militis titulum, vel cujusvis artificis, vel opificis, miniſtri, aut alium ſibi adſcribunt, eo ipſo non ſaltem mendacii; ſed, ſi alii exindè damnificentur, etiam criminis Falſi reatum incurrunt. 1540. 50.
Reus, plurium aliarum Falſi ſpecierum, legitimè convictus, etiam quoad aliud ipſi noviter imputatum, Falſi crimen, ſi præſertim cum prioribus aliquam affinitatem habeat, & per alias concurrentes probationes adjuvetur, efficaciſſimam juris præſumptionem ſibi adverſam habet. 1541. 57.
In Epiſtola ad alium transmiſſa *hujus* nomen eradens, & ſuum inſerens, *Falſum* committit. 146. 131. & ſqq.
De crimine reiterati Baptiſmi, ceu ſpecie criminis Falſi, vid. Baptiſmus.
Falſæ Monetæ vid. *Moneta.*
Teſtamenta innumeris *Falſitatibus & fraudibus* obnoxia ſunt. 921. 169.
Ad hunc effectum, ut, ob crimen Falſi, pœna fuſtigationis, cum perpetua relegatione & ſtigmatis inuſtione, decerni valeat, ante omnia de corpore delicti conſtare debet. 1536. 6.
Quomodo inter alia de eo conſtare poſſit? 1537. 8. & mult. ſqq.
Criminis Falſi, ceu ſatis difficilis, probatio utplurimum ex meris; veruntamen urgentibus & concludentibus, præſumptionibus & indiciis petitur. 1541. 58. 1545. 86.
Ex hoc, quòd contrarium ejus, quod in aliquo inſtrumento continetur, diu fuerit obſervatum, non minima Falſi conjectura pronaſcitur. 119. 63.
Querela perſonæ honeſtæ atque integræ famæ, de damno ſibi, per Falſum vel Stellionatum dato, corporali juramento firmata, ad reprezentandum corpus delicti in crimine Falſi vel Stellionatus, concurrentibus præcipuè aliis ad miniculis, ſufficiens habetur. 1544. 79.
Quando duo Falſa, plenariè, contra aliquem, ſunt probata, tunc etiam reliqua, tametſi per ſingulares ſolummodò teſtes probata Falſa, ob concurſum aliorum adminiculorum, pro ſic ſtratis haberi poſſunt. 1546. 96.
Falſi ſuſpicio, quoad actus geminatos, vix locum ſortitur. 166. 58.
Pœna criminis Falſi hodiè eſt arbitraria. 502. 44. 1550. 117.

Malè Ant. Faber ordinariam Falsi pœnam mortem statuit. 1550.128, junct. 1787. 37.
Etiam Falsi pœna, ob circumstantias eidem annexas, ultimum supplicium esse potest. 1790. 69.
Nisi facti atrocitas diversum efflagiter, Judex hoc crimen, ex sententia B. Carpzovii, severiùs, quàm relegatione, vel fustigatione, coërcere nequit. 1550. 129.
Quare pœna laquei vel gladii adversus saccularios justiùs locum sibi vindicet, quàm contra Falsarios? 1550. 133.
Ad hunc effectum, ut ob crimen Falsi pœna ultimi supplicii dictari possit, tàm gravis & atrox Falsitas necessaria est, ut cum hominis, capitaliter puniendi, vita proportionem habeat. 1510. 114. & seq.
Qua ratione stigmatum inustio hodiè, præprimis in Saxonia, adversus Falsarios decernatur? 1551. 149. & sqq.
Utrum propter crimen Falsi, de quo ex solis vehementibus conjecturis & indiciis constat, etiam pœna capitalis, vel ei proxima decerni valeat? 1541 59. & 60.
Inter crimen Falsi & stellionatus, quoad pœnam, non magnum intercedit discrimen. 1546. 100.
Quando Damnum ex crimine Falsi, in Rempublicam vel privatos redundans, magnum est & notabile, tunc, ob illud, etiam ultimi supplicii pœna decerni potest. 1548. 118.
Idem etiam de frequenti hujus criminis Reiteratione, pro qualitate circumstantiarum, asserendum. 1549. 120.
Si non de una tantùm Falsitate; sed de multis, ab eadem persona, ac præcipuè adhibitis aliis personis, in grave aliorum damnum, repetitis agatur, tunc etiam capitalis pœna dictari solet. 1549. 122.
Ob Falsum, quod nemini nocuit, pœnæ solummodò extraordinariæ locum facit Carpzovius. 1789. 56.
In pœna delicto Falsi commensuranda, inter alia, etiam damni illati, ejusque quantitatis ratio haberi debet. 1202. 49.
Restitutio damni an in hoc crimine pœnam mitiorem operetur? 1203. 58.
Ubi majus Falsitatum periculum, ibi etiam majore opus est cautione. 1188. 50.
Valdè inverisimilia justam præbent Falsitatis suspicionem. 310. 67.

FAMA.

Famæ requisita quænam sint? 1379. 119.
Notabile effatum de nimia horum requisitorum multitudine. 1379. 120.
Fama res admodùm fallax & fragilis, valdeque pernitiosa est. 1379. 116.
Hinc Judex, præcipuè criminalis, sollicitè in ejusdem originem inquirere tenetur, num illa personas fide dignas, vel an vanum saltem vulgi rumorem habeat authorem? 1379. 117. & sqq.
Fiscalis, sine justa causa, processum inquisitorium, contra aliquem instituens, prætextu communis Famæ, si non priùs in ejusdem originem & qualitates sufficienter inquisiverit, non excusatur. 1379. 121.
Princeps etiam publici criminis reo Famam & honorem in sententia condemnatoria expressè reservare potest. 502. 62.
Non facilè indulgendum, ut probi viri Fama omniumque de ipso honestorum virorum existimatio in discrimen adducatur. 560. 88.
In dubio error potius, quàm dolus, de persona hactenus bonæ Famæ præsumitur. 500. 19.
Confessio paulo ante mortem, ab homine bonæ eousque Famæ & existimationis facta, multum autoritatis habet. 291. 106.

FAMES.

Pro præterito tempore nemo Fame laborat. 1237. 147.

FAMILIA. FAMILIARITAS.
Conf. Agnatio. Conversatio.

Quoties agnationis conservatio intenditur, Familiæ nomine fœminæ non veniunt. 398. 204.
Germanicæ dictiones: Stamm und Nahm/ de solis masculis, non etiam Fœminis prædicantur. 398. 207.
Quænam bona dicantur Stamm-Güther/ item Altvätterliche Stamm-Güther? 1063. 250. junct. 1070. 334.
Splendor & dignitas Familiarum sine opibus & divitiis conservari haud potest. 398. 212. & sqq. 966 681.
Diminutio bonorum post se trahit Familiæ, dignitatis & virium imminutionem, sive ipsamet bona nexu Familiæ fideicommissi devincta, sive pretium illorum ad fœminas, & per has, ad extraneas Familias transferantur. 399. 216.
Magnates suarum Familiarum conservationem, naturali impulsu, avidissimè quærunt. 399. 220. & sq. 967. 684.
Interest reipublicæ, illustres Familias in perpetuo splendore & flore servari. 445. 799.
Qui hunc sibi scopum proponit, ut ex omnibus agnatis unum solum sui stemmatis propagatorem & hæredem ex asse, hoc fine, scriberet, ut Familia, per ipsum, in majori splendore conservari valeret, ille suæ ultimæ voluntatis ordinationem non ad novissima vitæ suæ momenta differre voluisse censetur. 981. 853. & sqq.
Non ità Familiæ conservationi favere debemus, ut ad alios exindè injustitia redundet, vel ingratitudo. 983. 869.
Neque terminos à testatore præscriptos transilire debemus. 983. 870.
Non adeò magnus Familiæ splendor est, si unus solus ditissimus sit, & cæteri omnes humi repere cogantur. 983. 872.
De Actione Familiæ erciscundæ vid. Divisio.

De conventa perpetua Familiæ communione vid. Communio.
Familiæ fideicommissis vid. Fideicommissum.
Familiari sepulchro vid. Sepulchrum.
Stipendio in commodum Familiæ ordinato vid. Stipendium.
Pactis & Statutis Familiarum, præprimis illustrium, &c. vid. Pactum. Fideicommissum.
In cujusvis testatoris Familia, ipsomet teste, fieri consueta; in dubio, pro factis haberi debent. 1146. 435. Conf. Consuetudo.
In dubio potiùs Familiaritas, quàm servitus præsumitur. 169. 85.
De nimia Familiaritate cum carnifice vid. Carnifex.
operis à rusticis ex mera Familiaritate verè, vel prætensivè præstitis vid. Operæ.
possessione ex jure Familiaritatis vid. Possessio.

FAMULUS.

Negligentia Famuli non obligat dominum, nisi illum, probè gnarus ipsius morum, in suum famulitium, dolosè, vel imprudenter, receperit. 605. 264. & sq.
Testimonium publici officialis de Famuli diligentia ejus dominum valdè relevat. 605. 266.
Ut dominus ex facto sui Famuli teneatur, hæc duo conjunctim concurrere debent, ut primò, in illo recipiendo dominus peccaverit, &, 2dò, talis Famulus in partibus Famulitii sibi commissi dolum, vel culpam commisisse probetur. 605. 268. & sqq.
Idem est, licet dominus ab initio non peccaverit, in recipiendo inepto, improbo, vel noxio Famulo; sed tamen ex post, de illius improbitate, vel negligentia, verbi grat. in igne non sollicitè tractando, ab aliquo admonitus, eum tamen in suo Famulitio retinuerit. 605. 274.
Si Famulus communiter pro bono & diligenti habitus fuerit, hoc dominum relevat. 605. 277.
Idem est, si dominus de illo verisimiliter confidere potuerit. 606. 279.
Sufficit, ut Famulus tempore receptionis suæ ab aliis bonum testimonium habuerit. 606. 283.
Hæc jura etiam illis Famulis applicantur, quorum opera aurigæ, muliones, postarum magistri, aliique vectores & cursores utuntur. 606. 285.
De Mercede Famulorum vid. Merces. Salarium.
De Furto rationum mercatoriarum, Facturen und Wahren-Rechnungen / deren Ausrechnungen / aliorumque Literalium à Famulo mercatorio commisso vid. Furtum.
Servos & Famulos imprimis decet, ut erga suos dominos fideles sint & candidi. 138. 40.
Utrum Famuli in testamento sui domini testes esse possint? 530. 237. 920. 154.

FAVOR.

Etiam quodlibet minimum verbum in Favorem illius, pro quo fuit appositum, aliquid operari debet. 408, 323.
Quod in alicujus Favorem introductum, in ejus odium retorqueri non debet. 388. 69.
Favori suo quilibet validè renuntiat. 1264. 116.

FERA. FERICIDIUM.

Fericidæ, edicta vel alia similia mandata venationis prohibitoria, etiam à nostri Imperii Principibus publicata, præfracto contemptu spernentes, ob hunc ipsum contemptum, nostris moribus, ultimi supplicii pœna justissimè plectuntur. 1642. 163. & sqq.
Ut pœna capitalis ob hoc crimen dictari queat, judici ante omnia de hoc, ceu corpore delicti, legitimè constare debet, quòd tot Feræ ab aliquo ex banno ferino ablatæ sint, ut valor illarum ad summam XV. florenorum adscendat. 566. 5.
Jam semel, ob crimen Fericidii, punitus, si etiam aliorum correorum exemplo & honestorum virorum dehortationibus se à criminis *hujus* continuatione absterreri non patiatur, pœna ultimi supplicii coercetur justissimè. 566. 7. & sqq.
Propter crimen Fericidii prima vice punitus, Jure Würtemberg. ob ejusdem reiterationem, secunda vice ad numellas ponendus, fustibus subjiciendus, digitisque resectis denuò confinandus. 566. 10.
Feripeta, ob hoc crimen, priùs nunquàm punitus, quali pœnâ, ob illud multorties commissum, sit subjugandus? 566. 11. 573. 116. & seq.
Expenditur hac de re in Ducatu Würtemb. prostans Ordinatio die Wilderer-Ordnung & Rescripta Ducalia de Anno 1680. & 1694. 566. 12. & sq.
Utrum Feripetæ veri sint fures? 567. 18. & sq.
Hæc allegatio, quòd Feripetæ ferè semper cum telo ambulent, & furta Ferarum cum armis committant, ad dictandam vel laquei, vel gladii pœnam, non sufficit. 567. 24. & sqq.
Cur hoc, quòd abigei cum ferro deprehensi capitaliter puniantur, malè ad Feripetas extendatur? 567. 28.
Expenditur articulus V. VI. & X. Ducalis Würtemberg. Ordinationis de Fericidis. 567. 29. & sqq. 40. & 41.
Qui furtum Ferarum, per plures annos, tanquàm artem, exercet, severæ seipsum coërcitioni obnoxium reddit. 569. 53.
Quodnam Fericidium, in ordine ad pœnam, iteratum dicatur? 569. 56. & sq.
Adversus forenses seu extraneos Fericidas quælis pœna imprimis in Ducatu Würt. decernenda? 566. 14. 569. 60. & sq.
Etiam Forenses, etiamsi in ipsorum civitate seu patria venatio omnibus promiscuè libera sit; tamen

tamen legibus & pœnis, adverſus Feripetas alibi ſtatutis parere tenentur. 571. 89. & ſq.
Propter concurrens ſortilegii crimen etiam crimen Fericidii redditur qualificatum. 569. 65.
Per pœnas contra Fericidam gradatim decretas ipſius animus, an adhuc aliqua emendationis ſpes ſuperſit? à Judice tentatur & exploratur. 570. 71.
Illi gradus pœnarum etiam per æquipollens ſuppleri poſſunt. 570. 73. & ſq.
Quando malitioſa Feras furandi conſuetudo demonſtrat, Feripetam pœnæ gravioris formidine haud emendari, tunc ad ſevericres pœnas procedi poteſt, tametſi leviores nondùm fuerint adhibitæ. 570. 75.
In oculis & auribus Principis officialium, & ſaltuariorum, Feras venantes, ob protervam & maximam ſuam audaciam, ſeveriùs puniuntur. 570. 78.
Multitudo Feripetarum pœnarum exaſperationem efflagitat. 570. 81. & ſq.
Receptatio aliorum Fericidarum Fericidii crimen aggravat. 572. 103.
Conſuetudo ſeu habitus Feras furandi omnem ſpem reſipiſcentiæ præſcindit. 572. 108.
Et propterea non pœnæ mitigationem; ſed potiùs exaſperationem efflagitat. 572. 109.
Poſſeſſio villæ prope Principis ſaltum majorem hoc delictum committendi occaſionem præbet. 573. 114.
Civicorum commodorum fruitio Feripetæ delictum, ſua ratione, etiam gravius reddit. 573. 115.
Quando Feripetis rectè inuratur ſtigma? 571. 93.
Non tamen in fronte; ſed ſaltem in dorſo. 571. 94.
Jus Saxonicum ſtigmata maxillæ, vel frontiinuri jubet. 571. 96.
Hodiè aliter ſervatur. 571. 97.
Fericidis aliquando in Saxonia Geſtatio cornu cervini pœnæ loco dictata fuit. 572. 98.
Feræ, in ædibus Fericidarum adhuc repertæ, non minùs ac jacula, ipſis jure auferuntur. 573. 123.
Etiam tales venatores, æquè ac alii ad hoc authorati, Feras, quas capiunt, Principis faciunt. 573. 124. & ſq.
Quatenùs ſeductio aliorum Fericidarum pœnam hujus delicti imminuat, vel augeat? 568. 43. & ſeqq.

FERIÆ.

De ſententia tempore Feriarum lata vid. Sententia.

FEUDUM. Conf. Vaſallus.

Feudum unde ſuum nomen habeat? 648. 48.
In quonam ejusdem forma eſſentialis conſiſtat? 648. 42. & ſqq.
An dominus feudi tenetur procuratorem admittere? 648. 30. & ſqq.
Prima Feudi natura ſemper inſpici debet. 325. 102. 621. 97.
Contractus feudalis ſpecialibus paciſcentium placitis multis modis alterari & informari poteſt. 654. 146.
Dominus Feudi antiqui nova de illo ſtatuta in necem Agnatorum, poteſt condere vel minimè. 325. 103.
Feudum, in dubio, ſemper præſumitur proprium. 325. 108. & ſeq. 329. 156.
An Feudum ſit univerſitas? 283. 20. & ſq.
An in re mobili Feudum conſiſtere poſſit? 284. 25. & ſq.
An pecunia ex Feudo vendito redacta ſit feudalis? 283. 15. & ſq. 284. 32.
Quidſi alterius Feudi comparationi jam pridem deſtinata ſit? 285. 37. & ſqq.
Utrum conventio inter fratres, aliosve Agnatos, quòd pecunia ex Feudo vendito redacta in alterius Feudi emtionem collocari, & de illo coëmpto etiam cæteri fratres vel agnati inveſtiri debeant, valida ſit? 285. 42. & ſqq.
Pactum ità conceptum, quòd pro pecunia ex Feudo redacta aliud Feudum emi debeat, fœminas ab illa directò non excludit. 286. 46.
Veruntamen fœminæ in tali pecunia ſuccedentes ſuis fratribus vel agnatis ad intereſſe tenentur. 286. 47.
Sive dominus Feudi conſentiat, ſive non. 286. 53.
In quonam illud, quod intereſt, tali caſu conſiſtat? 286. 54. & ſqq.
An etiam uſuræ illius pecuniæ, vel alii reditus ſub eo comprehendantur? 287. 57. & ſq.
Pactum ità conceptum, daß die aus dem Lehen erlößte Gelder dem Manns-Stammen verbleiben/ und zu ſeinem beſten gerathen ſollen/ fœminas ab omni ſucceſſione in tali pecunia omninò excludit. 287. 59.
An hujusmodi pactum Legi fin. Cod. de pact. adverſetur? 287. 60. & ſqq.
Pactum de pretio ex Feudo redacto in alterius Feudi emptionem convertendo non eſt pactum ſucceſſorium; ſed potius obligatoria conventio, cujus effectus ſaltem in caſum mortis absque maſculis differtur. 287. 65. & ſeqq.
Utrum in caſu, quando venditor Feudi, paulo ante ſuum obitum, nullo teſte adhibito, in ſcriptis declarat, quod ipſe pecuniam ex Feudo redactam emtioni aliorum Feudorum deſtinaverit, talis declaratio in vim confeſſionis accipi valeat? 290. 90. & ſeqq.
Sorores, ſuo fratre adhuc vivente, tùm in Feudis ipſis, tùm in pecunia ex illis redacta, nihil juris habent. 294. 139.
Hincque dici non poteſt, quòd modò memorata confeſſio ipſis verè præjudicet. 294. 140. & ſqq.
Ex eo, quòd frater ſuum Feudum invitus vendiderit, neque aliter illud alienare valuerit, quàm

quàm suis fratribus, simultaneè investitis, consensum suum accommodantibus; & quòd ipsi hi fratres consensum suum sub certo modo impertierint, haud obscurè colligitur, quòd ipse nec voluntatem, nec facultatem etiam sorores suas ad hoc pretium vocandi habuisse videri queat. 494.142. & sqq.

Simultaneè investitis Possessor Feudi, nec per illius alienationem, nec alia ratione, præjudicare potest. 294.147. & sq.

Jus fratribus ex simultanea investitura quæsitum, & commodi ex illa aliquando obtinendi magnitudo, hujusmodi pacti, quòd pretium ex illo redigendum non debeat in alia Feuda converti, celebrationem reddit verisimillimam. 294.149. & sqq.

Ex eo, quòd frater Feudum divendens nullas alias facultates, quàm pretium ex illo redactum, habeat, magna oritur præsumtio, ipsius fratres suo juri ex simultanea investitura quæsito, absolutè & simpliciter haud renuntiasse. 295.155.

An etiam subsellia templorum Feudo annumeranda? 472.69.

Feudum comparatur servituti. 649.57.

Qualitas prædii feudalis quomodo, inter alia, probetur? 452.30.

In dubio res potiùs allodialis, quàm feudalis præsumitur. 649.56. & sqq.

Hæc præsumptio juris tàm efficax est, ut etiam contra confessionem, qua, verbi gr. filiæ feudalem prædiorum qualitatem confessæ jam fuerunt, & propterea suis fratribus multa prædia reliquerunt, validissimè operetur. 649.61. & sqq.

Eaque non facilè per quamlibet aliam præsumtionem subvertitur. 650.64.

Dùm non apparet, bona esse feudalia, de errore, quòd illa in divisione hæreditatis, pro feudalibus erroneè habita fuerint, hoc ipso constat. 650.70.

In nostra vernacula, & præprimis in Suevia, tàm emphyteutica, quàm feudalia bona, Lehen appellitantur. 652.95. Conf. Emphyteusis.

In lingua Latina Feudum & emphyteusis ipso nominis sono à se invicem distinguuntur. 652.106.

Sententia Wehneri de Abbatiæ Fuldensis prædiis, quæ vulgò Fuldische Lehen appellant. 652.98.

Jus istud in prædiis Abbatiæ Fuldensis valdè varium est. 652.99. & sqq.

An Juramentum fidelitatis necessarium Feudi indicium constituat? 653.127. & sq.

In feudali prædiorum qualitate indaganda etiam qualitas personarum valdè consideratur. 656.172. 1213.34. & sqq.

Nobiles, in dubio, potiùs feudalia, quàm solùm emphyteutica præsumuntur. 656.173. 1213.35.

Solorum masculorum admissio ad prædium aliquod non evincit illorum feudalitatem. 657.189. seqq.

Juramenti fidelitatis, vel potiùs Fidelitatis præstatio ad substantialem Investituræ feudalis formam pertinet. 740.302.

Nec à Vasallo declinari potest. 459.975. & sqq.

Quando in finibus alicujus territorii major etiam prædiorum pars feudalis est, inde etiam reliqua proximè adjacentia prædia ejusdem, in dubio, præsumuntur conditionis. 206.501.

Feuda censualia tantam cum emphyteusi habent affinitatem, ut planè à multis in emphyteusin degenerare dicantur. 646.3.

In rei veritate tamen essentialiter à se invicem differunt. 646.4.

In hac ipsa Quæst. tota collegia in transversum rapi possunt. 646.9.

Argumentum à Feudo ad emphyteusin, & vicissim, validum est. 620.91.

In determinanda hac Q. Utrum prædia nobilium, in dubio, pro feudalibus vel emphyteuticis haberi debeant? qualitatis personarum magna ratio habetur. 1213.34.

Etiam rustici verorum Feudorum capaces sunt. 656.171. 1210.121.

An etiam in Saxonia? 300.42.

Prædia à rusticis possessa in dubio potiùs emphyteutica, quàm feudalia præsumuntur. 656.176.

Tametsi sub nomine *eines Lehen ea* possederint. 656.170.

Clerici seculares Feudorum omninò capaces sunt; non etiam regulares. 985.886. & sqq.

Feudum, quod datur propter pecuniam, an hoc ipso Feudi naturam amittat? 651.89.

Dominus Feudi, qui jus canonem emphyt. à suis emphyteutis quotannis exigendi nobilibus vasallis in Feudum concessit, illum annuum canonem in recognitionem dominii directi præstandum, per hos ipsos Vasallos, percipere intelligitur. 300.46.

Ex quo tales Vasalli emphyteusin ejusmodi, ex. gr. titulo emtionis, ipsi acquirunt, tunc ipsi illum canonem jam suo quidem proprio facto, sive propria fructuum perceptione, acquirunt; sed quamprimum ipsum prædium, ex quo ille præstandus, rursus in emphyteusin alii conceditur, pristina jura revivisc unt. 300.48.

Etiam Prælatus, tàm superior, quàm inferior, ut & Princeps secularis, benemeritis personis Feudum remuneratorium conferre potest. 1695.64.

Nomen nobilis Feudi in Jure feudali Longobardico nusquàm occurrit. 1210.4.

Feudum nobile unde, & quodnam dicatur? 1210.5. 1212.31. & sqq.

Feudum nobile complures & illud reputant, in quo aliqua jurisdictio, mixtum, aut merum imperium, cum certo districtu, castro, vel pago, aliicui in Feudum à Principe concedatur. 1210 5.

Hujus generis Feuda Henricus à Roſenthal appellat Feuda jurisdictionis. 1210.6.
Complures DDres & illa Feuda, quæ ab aliquo Principe Nobilibus conceduntur, pro nobilibus reputant. 1211.11.
DDres Feuda etiam à ſola immunitate ab oneribus publicis nobilia appellitant. 1211.14.
Hanc nobilitatem eapropter feudalem appellat Eybenius. 1211.15.
Et hujusmodi Feuda etiam à noſtri Imperii Principibus concedi poſſunt. 1211.16.
Ita uſu ſervari teſtatur Itterus. 1211.18.
Frey Schild-Lehen / und Frey-Lehen pro Feudis nobilibus accipiunt Dnni Antecc. Tubingenſes. 1211.19.
Ein Rittermäſſiges / und ein anderes Adeliches Lehen-Guth an unum & idem ſint? 1218.99.
Ein Rittermäßiges oder Ritter-Lehen / und Adelich Lehen à Feudiſtis & aliis pro ſynonymis habentur. 1218.100.
Secundum communem loquendi uſum ſub appellatione der Ritter-Güther / ut & Ritter-Lehen-Güther tantùm Feuda nobilium; non etiam Baroniæ, vel Feuda regalem dignitatem annexam habentia ſignificantur. 1218.101.
Feuda à Principibus Imp. conceſſa gradu quodam ab aliis nobilibus Feudis differre dicit Itterus. 1212.20.
Ritter-Lehen / quibus onus militiæ adjunctum, ab aliis è contra ad plebejos ſpectantium bonorum oneribus, majores noſtri, ſolius militiæ favore, liberarunt. 1212.21.
Feudum quanto antiquius, & de quo conſtat, quòd illius poſſeſſores ſervitia militaria, per longiſſima retrò tempora, Principibus præſtiterint, tanto etiam faciliùs præſumitur nobile. 1212.22. & ſq.
Feudum, in genere, ſemper aliquid nobilitatis ſapere intelligitur. 1212.24.
Præprimis ſi etiam antiquitatem, vel jurisdictionem, aut aliquam nobilem præſtationem annexam habeat. 1212.25.
Feudum nobile etiam ex eo præſumitur, ſi non ruſtico vel plebejo; ſed viro patricio, Doctori, & benè de republica merito conceſſum fuerit. 1212.26.
Qualitas Nobilitatis, præſertim antiquæ, etiam hoc operatur, ut Feudum exinde non plebejum ſeu ruſticum; ſed nobile præſumatur. 1212.29. & ſqq. 1213.37. & ſqq.
Nobiles etiam plebeja & burgenſatica Feuda poſſidere queunt. 1212.30.
Utrum Feudum nobile ex eo dicatur, quòd poſſeſſorem ſuum nobilitet, vel potiùs, quod Nobili detur? 1212.31. & ſq. 1213.40. ſq.
In Saxonia ſola regalia Feuda nobilitant: ſed tamen antiqua nihilominùs nobilia, Adeliche / oder Ritter-Lehen / ex eo, vocantur, quòd verè nobiles de iſtis, ut nobiles, inveſtiantur. 1213.33.
Nobiles burgenſium & plebejorum duntaxat Feudorum poſſeſſores omnibus tàm extraquàm ordinariis oneribus ſubjacent. 1212.30. 1219.121. & ſqq.
Feuda nobilia ad popularem penſitationem haudquaquàm trahenda. 1220.130. 1213.43. & ſqq. Vide porrò Vaſallus.
In Conſtitutionibus Ducatus Luneburgico-Calenbergenſis omnia prædia, quæ Roßdienſtpflichtig / à contributionibus libera pronuntiantur. 1214.54.
Roßdienſt-pflichtig nihil aliud inſinuat, quàm equeſtrium ſeu feudalium ſervitiorum præſtationi ſubjacentia prædia. 1214.55.
In Calenbergenſis Ducatûs ſanctionibus etiam die Sattel-freye Höfe und Güther ab oneribus collectarum immunia dicuntur. 1215.60.
Ab immunitate der Sattel-freyen Güther / argumento à minori ad majus deducto, multo magis die Sattel-Güther in cenſum immunium referri debent. 1215.62.
Nomina Sattel-Güther / und Sattel-freye Güther / varium recipiunt ſignificatum. 1215.63.
Sub nomine der Sattel-Güther nonnulli non talia prædia intelligunt, pro quibus ſervitia feudalia præſtanda; ſed penitùs libera, immunia & franca, quæ immediatè Imperio ſubſunt; etiamſi illorum poſſeſſores ſint Landſaſſii. 1215.63.
Alii ſub nomine der Sattel-Güther / & Sattel-Lehen Feuda laudemialia contineri aſſerunt, pro quibus vaſallus equum inſtructum præſtare teneatur. 1215.64.
Alii cum Feudis ſcutorum illa æquiparant. 1215.67.
Feuda ſcutifera, vel ſatellitia an ab ephippio vel equo ephippio inſtructo dicantur, an à ſatellitibus, Trabanten-Hatſchierern? 1215.68.
Schildlehen-Recht quid in ſucceſſione iſtius generis Feudorum operetur? 1215.69.
Communior ſententia eſt, quòd Sattel-Güther ex eo dicantur, quòd ſervitia militaria vel per ipſos Vaſallos, vel illorum ſubſtitutos, pro illis præſtentur. 1215.70.
An ex eo, quòd oneri contributionum ſubjaceant? 1215.71.
Clauſula: Zu Sattel-Guth / nach Zutphoniſchen Lehen / quid inſinuet? 1215.66.
Sattel-freye Güther illa communiùs dicunt, quæ ab omnibus ſervitiis immunia ſunt. 1215.72.
Non tamen ubivis ab omnibus in univerſum oneribus. 1215.73. & ſqq.
Herm. Conringius Sattel-freye Güther potiùs Saal-freye Güther dicenda exiſtimat. An recte? 1215.75. & ſqq.
Quatenùs prædia feudalia collectis ſubſint, vel non? vid. Vaſallus.
An jus meri imperii ad immediatum Sueviæ Ordinem Equeſtrem, ejusq; membra, jure proprii Feudi maſculini pertineat? 324.85. & ſqq. Vid. porrò plura de hoc ſub voc. Equeſt. Ordo.

Filius Patri ſuo in Feudis ſucceſſurus, regulariter, omnia ejus Facta præſtare tenetur. 1324. 16.

Filius, Patris ſui hæres, alienationem Feudi, etiam antiqui & pactionati, à Patre factam non minùs, quàm ipſemet Pater alienator, impugnare prohibetur. 1065. 281. & ſq. 1747. 114. 1749. 127. 1750. 138. & ſqq.

Filius, Patri in Feudis ſucceſſurus, ſimul ejus allodialem hæreditatem neceſſariò adire tenetur. 1747. 115. & ſqq.

Filius ne quidem Feuda pactionata & antiqua ſola retinere, & reliquam Patris hæreditatem repudiare poteſt; ſed vel omnia retinere, vel omnia repudiare tenetur. 1749. 128.

Hinc etiam Filii, reſpectu feudalium bonorum, paſſim hæredes patris appellitantur, & per hoc ipſum ab aliis Agnatis ſucceſſoribus diſtinguuntur. 1749. 129.

Feudum ad filium non aliter, quàm ex perſona patris; ad alios verò agnatos jure ſanguinis defertur. 1749. 130. & ſq. 1750. 147.

Feudum à Vaſallo licitè alienatum, vel oppignoratum, non magis, quàm ob delictum patris amiſſum, à filio revocari poteſt. 1749. 133. & ſeq. 1750. 147.

Licet filius, tempore alienationis, adhuc minorennis fuerit. 1749. 135.

Hæc ſententia etiam in Facultate Juridica Tubingenſi eſt receptiſſima. 1749. 136. & ſqq.

Hæc jura in magnis & dignitatem annexam habentibus Feudis faciliùs, quàm in minoribus, locum obtinent. 1750. 148.

Hæc regula, quòd filius vel alius Agnatus, defuncti Vaſalli hæres, alienationem, vel aliud ejusdem factum impugnare nequeat, etiam in hæredum hæredibus procedit. 1750. 141. & ſeqq.

Filius in bonis feudalibus ſuccedens creditoribus paternis ſatisfacere cogitur. 1073. 362. & ſq. 1075. 389.

Etiamſi cum beneficio legis & inventarii adierit. 338 6.

Imò planè à paterna hereditate ſeu allodio abſtinere paratus ſit. 338. 7. 1073. 362. & ſq.

Cur filius non poſſit in ſolis Feudis, etiam ex pacto & providentia, ſuccedere, & paternum allodium creditoribus relinquere? 338. 8.

De contraria obſervantia Cameræ Imp. & nonnullorum aliorum Tribunalium. 338. 10.

In terris Brunſuico - Luneburgenſibus veritas Juris feudalis, circa hoc punctum, Hodienùm obſervatur. 338. 11.

Succeſſio in Feudis filium æri alieno paterno ſubjugat, licet illa à Fratre, qui illa primùm & immediatè à patre obtinuerat, adipiſcatur. 338. 13.

Non ordo feudalis ſucceſſionis; ſed cauſa ejusdem in talibus attenditur. 339. 15.

Filius cum ſuo Patre ſimultaneè inveſtitus, jus ſuccedendi non tàm ſuo Patri, quàm huic inveſtituræ, acceptum fert. 339. 16.

Et tamen talis filius ab alio agnato, ſimultaneè inveſtito, talis Filii Patre conſentiente, contracta debita agnoſcere cogitur. 320. 17. ſq.

Feudum non ut vaſallus, vel Patris ſucceſſor; ſed ut creditor, vel creditoris ceſſionarius poſſidens, æs alienum ſolvere non tenetur. 1683. 22.

Talis poſſeſſor pro ſucceſſore feudali, ſub nullo colore, haberi valet. 1683. 24.

Jus hypothecæ in feudo legitimè conſtitutum etiam in creditoris hypothecarii hæredes transmittitur. 1683. 24. & ſq.

Ex bonis feudalibus alimenta & dotes non aliter debentur, quàm ſi allodialia omninò deficiant, vel non ſufficiant. 406. 294.

Idem multo magis de aliis non ità privilegiatis debitis ſentiendum. 406. 297.

De Dote ex Feudo præſtanda vid. plura ſub voc. Dos.

Quousque hæc regula, quòd filiabus ex Feudo non debeatur legitima? ſit exaudienda? 1329. 57.

Filius Patris ſui factum impugnare non poteſt, ut filius & hæres; benè tamen ut agnatus, itemque proximus. 1071. 349. junct. 1074. 387. & mult. ſqq. 1076. 39.

Utrum prædium feudale à Patre venditum, à filio illius retrahi valeat? 1071. 354. & ſqq. junct. 1073. 372. & ſqq.

Agnatus defuncti Vaſalli hæreditatem invitus adire haudquaquàm cogitur. 1073. 365.

Jus feudale ad Retractum omnes proximiores agnatos admittit. 1073. 373.

Quæ lex feudalis in genere proximis agnatis concedit, & doctrinalis interpretatio ad fideicommiſſa agnatitia porrexit, etiam filiis, non qua talibus; ſed qua proximis agnatis, denegari non debent. 1074. 376. & ſq.

Filii Retractum feudalem exercentes nullam ſuo patri inferunt injuriam. 1074. 386.

Filius jus Retractus, depoſitâ hâc ipsâ qualitate & nomine, jure agnationis proprio exercet. 1075. 389.

An hoc jus Retractus, itemque perpetuæ reluitionis, ſit ceſſibile? 1078. 418. & ſqq.

Sub nomine hæredum tùm in feudali Longobardico Jure, tùm & quoties illud in materia feudali profertur ab homine, regulariter, ſoli ſucceſſores feudales indigitantur. 326. 110. 329. 157.

Etiam in feudalibus inveſtituris per iſta verba: Leibs-Lehenbare Erben / ſoli quidem maſculi liberi indigitantur; verùm non ſoli filii Feudum ſic acquirentis; ſed etiam ſeri illius nepotes, omnesque ejus poſteri ex corpore primi illius parentis deſcendere dicuntur. 776. 69.

In feudalibus ſub nomine der Erben / oder Leibs-Erben / omnes maſculi deſcendentes, nepotes, pronepotes, & ulteriores comprehenduntur. 776. 70.

Feudum masculinum Principi oblatum, vasallo, sine masculâ sobole, moriente; usque adeò extinguitur, ut filiæ, ex stricta Juris ratione, nihil quicquam à domino repetere valeant. 420. 94.

Idem etiam obtinet in Feudo prò masculis successoribus coempto. 620. 94.

Jura domino directo, ex Feudo, competentia sunt duplicis generis, alia honoratiora, alia pecuniaria. 687. 168. & sqq.

Ad illa pertinet etiam Investitura, aliaque similia; & hæc propriè in fructu esse negantur. 687. 169.

Nec in alium transferri & cedi possunt. 687. 170.

Vasallus in Feudo nonnisi revocabile dominium habet, & ideò regulariter nihil, quod ultra vitam ipsius perduret, circa feudum disponere potest. 1747. 108. 1749. 137. & seq.

Ne quidem in præjudicium suorum liberorum. 1747. 109. 1749. 137.

Limitatio hujus regulæ. 1750. 139.

In Jure feudali certæ & plurimæ causæ recensentur, ob quas dominus Feudum, tanquàm caducum, ad se trahere potest. 655. 162.

Hinc ex certarum duntaxat causarum, ob quas prædium aliquod debeat caducum fieri, determinatione, inter alia, rectè colligitur, prædium potiùs emphyteuticum, quàm feudale, esse. 655. 162. & sqq. 656. 168. & sq.

An feudi usufructuarius, dominum offendens, suum jus amittat? 741. 307.

Totius castri, Agnato & Successori feudali cum Domino comunis, occupatio propria authoritate facta, illiusque præclusio à totali ejus usu speciem spolii constituit, actionique spolii locum facit. 744. 344. & sqq.

Vasallus Feudum, ne quidem cum domini directi consensu, nisi etiam agnatorum consensus accedat, alienare potest. 655. 154.

Quatenùs vasalli conditio, quoad hoc punctum, deterior sit, quàm emphyteutæ? 655. 155. & seqq.

Dominus directus, invito vasallo, dominium Feudi directum in alium transferre nequit. 655. 160.

Vasallus, regulariter, Feudum antiquum nullo titulo, vel modo, alienare potest. 1740. 32.

Quid de Feudo novo & hæreditario sentiendum? 1740. 33.

Etiam constitutio juris Feudo utendi-fruendi est species prohibitæ alienationis. 1740. 34.

Vasallus post suum obitum, regulariter, ne quidem uxori victalitium, vel alimenta in Feudo constituere valet. 1740. 35. & sq.

An ad convalidandam ususfructus in Feudo antiquo constitutionem agnatorum in eodem successurorum specificus consensus solus sufficiat? 1740. 37. & seq.

Vasallus, ne quidem ad dies vitæ, usumfructum in Feudo constituere potest. 1740. 38.

Nisi specialiter feudalium bonorum mentio facta, & à domino directo licentia de illis testandi vel disponendi concessa sit, sub omnium bonorum usufructu Feuda non continentur. 1741. 40. & seq.

Si vasallus jus aliquod reale in Feudo, tametsi solùm ad dies vitæ, transferre valeret, tunc res illo nexu semel devincta ad posteros cum eodem onere facillimè transmitti, vel super eadem ex manu fructuarii extorquenda gravissimæ lites oriri possent. 1743. 51.

Tametsi vasallus, cum specifico omnium agnatorum consensu, usumfructum formaliter & propriè sic dictum, suæ uxori, vel alii constituere nequeat; tamen commoditatem utendi-fruendi seu facultatem fructus percipiendi, etiam sine consensu domini directi, quocunq; titulo, in aliũ transferre potest. 1741. 42. & sqq.

Præprimis si ipse alia bona habeat, ex quibus servitia domino præstare possit. 1746. 97. & seq.

Facta hujus facultatis translatione usufructuarius non solùm ipsum Feudum possidere; verùm etiam omnes omninò, tàm naturales, quàm civiles, Feudi fructus, & dehinc quoque omnia patrimonialis Jurisdictionis emolumenta suo proprio quidem facto, & sine ullo ipsius concedentis vasalli concursu; veruntamen ex jure & persona ejusdem, ipsè percipere & immediatè acquirere valet. 737. 272. & sq. 1741. 44. & sqq.

Idem obtinet in casu ususfructus uxori in omnibus mariti, etiam feudalibus bonis, præprimis cum speciali agnatorum consensu, constituti. 1744. 79. & seq.

Fructus ejusmodi feudales separandos, respectu separationis futuræ sic dictos, burgensaticam naturam habere, & in commercio esse non malè scribit Camerarius. 1742. 48.

Si vasallus alteri fructus feudales concedens aliis bonis non sit instructus, ut servitia feudalia exindè præstare queat, tunc ipse, quantum ad hæc opus, sibi reservare tenetur. 1746. 100.

Jus percipiendi fructus Feudi, etiam sine consensu domini directi, ad longum tempus, vel quamdiu vasallus Feudum habebit, benè concedi potest. 738. 276.

An per hanc concessionem aliquod jus in re transferatur? 738. 277. 1742. 54. 1746. 99. 1751. 150.

An ab usufructu differat? 738. 278.

Ad constituendum formale jus utendi fruendi in prædio feudali consensus domini omninò requiritur. 738. 281. 740. 298.

Verus prædii feudalis usufructuarius etiam ad servitia feudalia benè potest adstringi. 740. 299.

Verùm usufructuarius prædii feudalis eodem investiri potest haudquaquàm. 740. 301.

Usumfructum in Feudo habens, eapropter, vasallus vel minimè fit. 740. 304.

Non obstante usufructu, in prædio feudali, alteri concesso utilis dominii proprietarius tamen

men vasallus manet, & dehinc quoque Feudum ipse solus recognoscit. 740.305.
Vasallus ipso dominii utilis jure, sine caducitate, se abdicare nequit. 1741.45.
Quo sensu Feudum à JCto Feudista appelletur ususfructus? 1744.77. & seqq.
Feudi usufructuarius, dominum offendens, suum jus haud amittit. 740.306. & sq.
Ex bonis feudalibus, quacunque de causa in commissum cadentibus, usufructu durante, proveniens reditus, tametsi vel maximè extraordinarius, ad usufructuarium pertinet. 680.74.
Vasallus, vel alius dominus utilis longè potentius & plenius jus in feudali vel emphyteutico prædio habent, quàm fructuarius in re fructuaria. 1744.76.
Hypotheca, cum consensu Domini, in Feudo constituta, publica censeri debet. 1410.99.
Commoditate fructuum feudalium à vasallo in in alium translata sola possessio naturalis, ratione modi sic dicta, in fructuarium transit. 1751.151.
Heres Vasalli usumfructum à defuncto in prædio feudali constitutum impugnare nequit. 1748.118.
Idem multo magis quoad filium Vasalli heredem obtinet. 1748.114. & mult. sqq.
Agnati, qui semel suas, quas in feudali prædio habuerunt, portiones vendiderunt, nihil juris ulteriùs, licet emtor absque mascula prole decedat, prætendere possunt. 636.25.
Ex hisce verbis: Daß der Verkäuffer eines Guths dasselbige nutzen und niessen solle/ malè colligitur, quòd solus ususfructus prædii feudalis ei venditus sit. 636.30. & sq.
Quo fine hæc verba instrumento venditionis utplurimum inseri soleant? 636.31.
Jus utilis dominii, quod Vasallo in bonis feudalibus competit, longè plenius & efficacius est, quàm solum jus utendi fruendi. 725.109.
Ille, qui totum Feudum à fratribus comparavit, respectu ipsorum ceu Vasallus vicarius, porrò nequit investiri. 639.68.
Facultas alicui concessa das Guth in Lehenweiß inn zuhaben/ zunutzen/ und zuniessen/ als Lehens- und Landrechtist/ non usumfructum saltem; sed utile dominium indigitat. 651.76. & sq.
Fundi vel prædii nomine in bonis feudalibus utile dominium significatur. 728.148.
Si Agnatus Feudum, cum domini quidem directi consensu; sed cæteris Agnatis dissentientibus, vendiderit, hi, tùm illô vivente, jure retractus seu protimiseos; sed pretio refuso, tùm illo defuncto, jure feudalis successionis, nec obolo refuso, revocandi jus habent. 323.70. & sq. 392.122.
Textus II. Feud. 26. §. Titius. utrum de retractu feudali, an verò de Feudi revocatione, quæ, jure devolutæ successionis, & quidem gratis, agnatis conceditur, sit accipiendus? 1075.392. & sqq.
Dominus Feudi suo consensu agnatis nequit præjudicare. 323.71.
Nec Vasallus alienans, cùm Agnati ab eo non habeant causam, jus ipsis ex primi concedentis beneficio, & primi acquirentis contractu quæsitum, sua alienatione, intervertere potest. 323.74.
Ut subscriptio Agnatorum, quoad venditionem Feudi, ipsis præjudicet, declaratio requiritur, se subscribere ut Agnatos. 323.79.
Pars meri imperii, ab uno Agnato alienata, per retractum feudalem, à cæteris Agnatis illicò revocari potest, modò pretium emtori restituatur. 329.148.
Isto nomine competit Condictio ex Lege. 329.148.
Tempus anni & diei, huic retractui præstitutum, de circumstantiis venditionis non plenariè informatis haud currit. 329.150.
Minores XXV. annis, contra lapsum illius, in integrum restituuntur. 329.150.
Hæc in integrum restitutio, pro *individua* retractus natura, etiam prodest *majorennibus* litis consortibus. 329.151.
Feudum totum, vel pro parte alienatum, ex causa delatæ successionis, mediante actione revocatoria, sive ipsa directa rei vindicatione, per integrum *tricennium, nec obolo refuso*, repeti potest. 329.152. & sq.
Pactum de Feudo in unum ex Agnatis vel Filiis transferendo, à nobilibus jurisdictionem habentibus, utplurimum & vix aliter, quàm in scriptis, iniri solet. 832.111. & sq.
Eandem doctrinam etiam pacto, quo quinque nobiles fratres feuda paterna inter se diviserunt, adjecta hac lege, quòd, si Feuda divisa ab alterutro fratrum alienentur, illa uni ex cæteris, eodem pretio, quô fuêre æstimata, vendi & quasi restitui debeant, applicat Cothmannus. 833.122.
Quando de ipsis Imperii Feudis & interesse quæstio est, etiam Principum, nedùm nobilium immediatorum, aliorumq; omnimodam jurisdictionem habentiũ, pacta Familiæ Cæsarea confirmatione opus habent. 827.52. 828.59. & sq.
A fideicommissis familiæ ad Feuda validè arguitur. 1747.111.
De investituris feudalibus vid. Investitura.
Meliorationibus Feudi vid. Melioratio.

FICTIO.

Retrotractio est species Fictionum juris, quæ sine expresso textu non admittendæ. cons. 16. n. 661.

FIDEICOMMISSUM.

Fideicommissum, in dubio, non præsumitur. cons. 16. n. 699. 25.215. 26.226. 37.335. 1063.258. 1063.255. & seqq.
Contra juris & æquitatis rationem esse creditur, ut Fideicommissum facilè præsumatur. cons. 16. n. 700. 1064.265.

Ubi verba importare possunt, vel non importare Fideicommissum, credendum est posterius. 26. 226. 54. 473. 860. 49. & sqq.

Fideicommissum ab eo, qui se fundat in illo, per verba clarissima, in jure & facto certa, & de necessitate id inferentia, ostendi debet. 26. 223. & sqq. 860. 48. 861. 52. & sqq. 1115. 93.

Verba: Permaneat, & Perpetuò, non inducunt Fideicommissum, ubi non est. 57. 502.

Adserens Fideicommissum, vel ex verbis testamenti, vel pacti familiæ, vel ex præsumtionibus ad hoc sufficientibus, id probare tenetur. cons. 16. n. 706. & seq. 1064. 265.

Conjecturæ pro Fideicommisso, etiam familiæ, urgentes, graves, concludentes, necessariæ esse debent. cons. 16. n. 708. 861. 57. 1164. 266. 1115. 93.

Neque hominis conjecturæ ad hoc sufficiunt; sed à lege approbatæ & receptæ requiruntur. cons. 16. n. 709. 861. 57.

Pro Fideicommisso tùm demùm pronuntiandum, si dispositio nullo alio modo salvari possit. 27. 237. 860. 49.

In Fideicommissis sola fideicommittentis voluntas spectanda & sollicitè sectanda. 1770. 51.

Fideicommissa nudo etiam nutu, & sic quoque omni verbo ad declarandam disponentis voluntatem idoneo & habili, relinqui possunt. 1771. 54.

Fideicommissa familiæ, tanquàm favorabilia, faciliùs, quàm alia, præsumuntur. cons. 16. n. 701. & 702.

In dubio ità interpretanda sunt, ut potiùs extent & valeant, quàm pereant. cons. 16. n. 703. 1063. 260. & sqq.

In Fideicommissis familiæ benigna & lata interpretatio fieri debet. 1070. 328.

Talia Fideicommissa excellenter favorabilia à DDbus appellantur. Quo respectu? 1070. 329. 1769. 34.

Eorundem destructio reputatur odiosa. 1070. 330.

Quo respectu etiam ipsa familiæ Fideicommissa odiosa censeantur? 25. 212. 29. 249.

Non temeraria etiam pro tali Fideicommisso capi debet præsumtio. cons. 16. 704. 1064. 263.

Consuetudo, quòd, altero sine masculis liberis decedente, alii masculi de familia, exclusis filiabus, ut in Fideicommissis agnatitiis aliàs juris est, succedere debeant, legaliter probanda. cons. 16. n. 727. sq.

Nec sufficit, probari, fœminas à masculis exclusas fuisse; sed oportet, ut probetur, quòd exclusio facta fuerit vi istius consuetudinis. cons. 16. n. 729.

Quòd paterna & materna, à fratre fratri donata, bona nullo Fideicommissi agnatitii nexu devincta sint, per judicialem confessionem, rectè probatur. 985. 884.

Ex sola testatoris, vel pacisentium dispositione, quòd bona non debeant à se invicem dividi, constitutio Fideicommissi agnatitii vel familiæ non semper concluditur. 1066. 289.

Diversum dicendum, si expressè adjectum sit, quòd ad conservandum splendorem familiæ, vel ad avertendam familiæ ruinam nulla talis divisio, vel alienatio fieri debeat. 1066. 290.

Recensentur plures aliæ æquipollentes loquendi Formulæ, quibus Fideicommissum familiæ inducitur. 1066. 292. & sqq.

Ad statuminandum tale Fideicommissum non sufficit, dispositionem vel conventionem à prohibitione alienationis non incepisse; sed propterea, ut bona in familia perpetim conserventur, illorum alienationem prohiberi. 1066. 296. & sq.

Nulla fortior in probando tali Fideicommisso familiæ probatio datur, quàm quæ propria partis adversæ confessione, scripto maximè comprehensa, atque judiciali constat. 1067. 301.

Etiam nuda patris intestati, de rebus suis non alienandis, quomodocunque facta, voluntatis declaratio ad inducendum perpetuum familiæ Fideicommissum sufficere creditur. 1769. 25. & sqq.

Sola prohibitio alienationis prædii, territorii, &c. extra familiam, & è contra injuncta conservatio bonorum in familia seu Agnatione, bey dem Mannlichen Stammen/ regulariter, Fideicommissum familiæ constituit. 1769. 27.

Hæc Patris ab intestato disponentis verba: Daß seine Söhne/ so lang müglich/ das Guth N. bey dem Stamen erhalten sollen/ efficacissimè obligatoria sunt, & ad inducendum Fideicommissum familiæ sufficientissima. 1770. 40.

Idem etiam de paterna admonitione: Daß er seine posteritât ernstlich ermahnet haben wolle/ das Guth N. ohne äusserste noth/ nicht von dem Stammen zualieniren. 1769. 25. junct. 1770. 39.

Ad constituendum, etiam familiæ, Fideicommissum non saltem precaria, vel pro precariis vulgò accipi solita; sed etiam talia verba sufficiunt, quæ enixum alicujus desiderium ac votum, quid ipse post mortem suam fieri exoptet, evidenter significant. 1770. 44. & sqq. 1771. 53.

Idem etiam de hac verborum figura dicendum, si defunctus sic dixerit: Scio, te daturum; Scio, omnia, quæ tibi relinquo, ad filios meos perventura. 1770. 48.

Etiam verba enunciativa, modò certæ in illis voluntatis vestigium de Fideicommisso relinquendo appareat, ad hunc effectum sufficiunt. 1770. 49.

An verba spei, præsumptionis, & confidentiæ ejusdem habenda sint efficaciæ? 1770. 50.

Etiam hæc verba: Te, Fili, rogo, ut prædia, quæ ad te pervenerunt, pro tua diligentia

diligas, & curam eorum habeas, ut possint ad filios tuos pervenire, in vim Fideicommissi accipi debent. 1770. 52.

Vocabulum, Stamm-Guth / non saltem bona nexu Fideicommissi familiæ devincta; sed & hæreditaria & avita bona denotat. 1063. 250. junct. 1070. 334.

Altväterliche Stamm-Güther etiam illa dici possunt, quæ à Fideicommissi agnatitii vinculo immunia sunt. 1070. 337.

Fideicommissa familiæ etiam à nobilibus mediatis, imò etiam ab omnibus non nobilibus & privatis condi possunt. 6. 47. & sq.

Nobilium & illustrium familiarum Fideicomissa perpetuam illarum conservationem pro fine habent. 398. 203.

Conditores familiæ Fideicommissi, si de longè minoris momenti articulis specialiter prospiciant, & multò majoris momenti articulum nec verbulo tangant, quoad hunc non debemus ipsorum voluntatem, omni verisimilitudine adversante, somniare. 405. 285.

Universale Fideicommissum in aliqua familia vigens, quòd omnia, etiam mobilia bona, ei debeant subjacere, liberam tàm contrahendi, quàm testandi facultatem adimit. 438. 711. cons. 16. n. 730.

Tàm iniqua conditio nec per Statutum, vel pactum familiæ, cuiquam inferri potest. cons. 16. n. 712. & sq.

Vix ullum illustris, vel illustrissimæ familiæ exemplum adduci potest, in quo universale, omnia in universum bona afficiens, Fideicommissum obtineat. cons. 16. n. 714.

Hinc etiam talis Fideicommissi inductiva conventio à paucissimis agnoscitur. cons. 16. n. 717. & sq.

Tàm latè patens Fideicommissum, ut etiam res mobiles eò comprehendantur, ab ordinaria Fideicommissorum familiæ natura enormiter recedit. cons. 16. n. 734.

Fideicommissa familiæ perpetuò durare debent; in mobilibus verò rebus ferè nihil perpetuò durabile effici potest. cons. 16 n. 735.

Hinc talia Fideicommissa in solis immobilibus, & quæ his æquipollent, constituuntur. cons. 16. n. 736.

Quibus casibus etiam Fideicommissa familiæ in bonis mobilibus constituantur? cons. 16. n. 737. & sq.

Talia Fideicommissa in pecunia numerata, auro, argento, argentea, vel aurea massa, catenis aureis, argenteis credentiis, regulariter haud constitui solent. cons. 16. n. 740.

Sed specifica & expressa voluntatis declaratio ad hoc requiritur. cons. 16. n. 741.

Ex hoc solo, quòd in multis illustribus familiis dotes ad certam summam ità restrictæ sint, ut ab illis recedere nefas existimetur, non evincitur, quòd omnia ejusmodi familiarum bona, etiam mobilia, universali Fideicommisso devincta sint. cons. 16. n. 750 & sq.

Qui scit, suæ filiæ universa clinodia & alia pretiosa, pecuniam numeratam, capitalia, & alia (exceptis solis fideicommissariis & feudalibus bonis) ex certa familiæ consuetudine, deberi, ille, citra stultitiam, pauca saltem mobilia eidem stipulari vel paciscinon potest. cons. 16. n. 873.

Licet omnia bona alicujus illustris vel nobilis familiæ Fideicommissi perpetui nexu devincta sint; tamen indè non sequitur, quòd alia specialis, de certo illius familiæ pago, dispositio vel conventio sit abrogata. 1068. 313.

Monachi, Religiosi, & Clerici regulares ad bona nexu familiæ Fideicommissi devincta non admittuntur. 967. 687. junct. 985. 886.

Benè tamen seculares, ut Canonici, & similes: Itemque Equites Hierosolymitani, Teutonici, & alii. 985. 887. & sq.

In bonis Fideicommisso familiæ obnoxiis fœminæ non priùs ad successionem admissibiles sunt, quàm omnibus ejusdem familiæ agnatis omninò extinctis. 1771. 570.

Fœminarum à Fideicommissis familiæ exclusio, totaliter extinctò stemmate masculino, simul tota extinguitur, sic, ut illæ postea ad successionem admittantur. 804. 111. & sqq.

Etiam in illis provinciis & regnis, in quibus statuta, extantibus masculis, fœminarum exclusiva vigent, tamen, masculis deficientibus, fœminis locus aperitur. 804. 124.

Filiæ à successione in *agnatitio Fideicommisso* præcipuè tunc non excluduntur, si in illius erectione particulæ suspensivæ, Quamdiu, vel Donec masculi superterunt, wofern / und so lang Mannliche Erben oder einer des männlichen Stammens vorhanden / so sollen die Töchtere / zu allen zeiten / excludirt seyn / adjectæ legantur. 804. 127. & sq. 807. 157.

Fœminæ sub tali suspensiva verborum figura, à successione non perpetuò exclusæ; sed masculis prorsùs deficientibus, ad eandem modis omnibus vocatæ censendæ. 805. 129.

Tametsi conditor Fideicommissi simùl hisce verbis usus fuerit, quòd fœminæ, eousque, in infinitum exclusæ esse debeant. 805. 130.

Si conditor talis Fideicommissi, quòd, quamdiu masculina agnatio duraverit, ipsius Filiæ, & ex his descendentes, à suis bonis excludi debeant, adhuc interrogari posset, annon, in casum sublatorum masculorum, suas proprias filias, earumve descendentes ad Fideicommissum admittere voluerit, quàm personas extraneas, ipse verisimillimè affirmativè & per consequens, quòd nec ultimo masculo superstite extraneos ad illud vocandi competere debeat, respondurus præsumitur. 807. 158. & sqq.

Hoc, quòd, post masculorum totalem defectum, descendentes ex fœminis vocati consentire, pro expresso habetur. 808. 171.

An ex eo, quòd in casum totaliter extincti stemmatis masculini, fœminæ non specialim & expresè

expreſsè vocatæ ſint, diverſum ſentiendum? 809. 182. & ſeq.
An fœmina ſemel à Fideicommiſſo excluſa in perpetuum excluſa cenſenda veniat? 798. 32. & ſqq. junct. 812. 224.
Quando nulla ampliùs perſona ſupereſt, cujus contemplatione teſtator ſua bona Fideicommiſſo ſubjecit, tunc ultimus maſculus, tùm inter vivos, tùm in ultima voluntate, pro arbitrio, de illis diſponere poteſt. 800. 69. ſqq.
Modò, poſt maſculos, nemo alius ad illud vocatus ſit. 812. 226.
Utrum fœminæ ad Fideicommiſſum agnatitium vocatæ, extincto Stemmate maſculino, illud totum; an verò tantùm illam partem, quam ipſæ in caſu non conditi teſtamenti habituræ fuiſſent, prætendere valeant? vel quis ordo ſuccedendi talí caſu obſervetur? 800. 72. & mult. ſqq. junct. 812. 228. & mult. ſqq.
Si Filiæ, in caſu teſtamentô inducti Fideicommiſſi, ſublatis maſculis, ad ſolam illam portionem admittendæ eſſent, ad quam ipſæ, in caſu non conditi teſtamenti, in omnibus, ceu, hoc caſu, à nexu Fideicommiſſi liberis, bonis admitti debuiſſent, tunc, illæſa veritate, dici non poſſet, quòd, maſculis ſublatis, etiam fœminæ in nobilium familiarum Fideicommiſſis ſuccedant. 807. 154. & ſqq. 809. 181.
Utrum, ſub fœminarum, & ab illis deſcendentium tantùm temporali, ſeu ad tempus florentis ſtemmatis maſculini duntaxat ſuſpenſa excluſione, præprimis per ſtatutum factâ, ipſarum vocatio intelligi debeat? 809. 182. & ſqq.
Utrum Fideicommiſſum, quoadusque maſculina agnatio duraverit, fœminarum excluſivum, in ultimo maſculo; an verò demùm in fœminina deſcendentia extinguatur? An item, extinctis maſculis, illud ſtatim liberè alienari poſſit? 810. 205. & ſqq.
Fideicommiſſorum interpretatio, regulariter, ità facienda, ne hæredes graventur in infinitum. 776. 75.
Fideicommiſſa, tanquàm oneroſa, & dehinc odioſa, nullam admittunt extenſionem. 29. 249. 37. 325. 777. 79.
Quales conditiones Fideicommiſſis, etiam familiæ, tacitè inſint? 814. 244. & ſqq.
Ad Fideicommiſſum familiæ inducendum ſufficiunt verba: Quòd bona in domo vel familia conſervari, vel extra familiam, auſſer Stammen und Nahmen / alienari non debeant? 1769. 27.
Verba hæc: Daß das Guth N. bey beyder Brüder linien erblich verpleiben ſolle / & ſpecifica prohibitio alienationis extra familiam, ſunt æquipollentia. 53. 466. & 468.
Quousque ex eo, quòd inſtitutor Fideicommiſſi ſuæ agnationis conſervationem per illud intendit, ejusdem repetitio etiam in aliis perſonis & caſibus, præcipuè in caſu ſub verbis geminatis & relativis ſollicitè expreſſo, colligi valeat & debeat? 16. 135. & ſqq.
Multum refert, an Teſtator ſuæ agnationis in flore ſervandæ per modum rationis, & in oratione omninò ſeparata; an verò tantùm per verba illativa, continuativa & conſecutiva mentionem injecerit? 17. 139. & ſqq.
Adducuntur elegantia exempla de hoc ex Surdo, Fuſario, & Giovagnonio. 17. 139. & ſqq.
Ratio evitandæ ſuperfluitatis ad inducendum novum Fideicommiſſum nihil operatur. 23. 197.
Ratio, à conditore Fideicommiſſi conſiderata, non ulteriùs id ampliat, quàm quatenùs in mente ipſius reſedit. 56. 495.
Effectus augmentativus Fideicommiſſi quoad perſonas ſubſtitutas, ſive circa activam ſubſtitutionem, non debet extendi etiam ad paſſivam ſeu perſonas illo Fideicommiſſo gravatas. 24. 201.
Quando clauſula Fideicommiſſo ſubjecta multos effectus producere poteſt, ſetentô eôdem themate, tunc ad excluſionem novi Fideicommiſſi omnis illius interpretatio ſollicitè facienda. 24. 203. 54. 473.
Sufficit, clauſulam illativam aliquid minimi operari, vel dubium tollere, quod poterat ſubeſſe. 24. 205.
Hinc, quoties Fideicommiſſum, ſine extenſione à caſu ad caſum, expreſſo caſui è diametro adverſum, vel ab eo diverſum, & ab una perſona nominatim gravata ad alias perſonas longiſſima ſerie ab illa diſtantes, intelligi poteſt, tunc nulla hujusmodi extenſio admittenda. 54. 469. & ſqq. 878. 262.
Ubi verba, Fideicommiſſi extenſionem præ ſe ferentia, non tantam ex ſe habent veriſimilitudinem, ut contrarium à nemine credi valeat, vel niſi eorundem ſignificatûs neceſſitas extenſionem vel multiplicationem Fideicommiſſi extorqueat, tunc pro Fideicommiſſi excluſione, absque dubitatione, pronuntiandum. 54. 474. & ſq. 860. 51.
Qui Fideicommiſſi extenſionem, ultra expreſſa ejus verba, prætendit, illam ſufficienter probare debet. 861. 54.
Ad Fideicommiſſum illi ſoli vocati intelliguntur, qui poſſunt legi; non qui ex verbis tantùm illativis porrò poſſunt intelligi. 27. 233. & ſq. 27. 228. 29 248. 45. 398. & ſqq. 48. 416. 860. 45. 861. 54.
Nec diverſum hic operatur agnationis favor, vel adjectio verborum perpetuitatis indicativorum. 47. 408. 47. 414. & ſqq. 57. 502.
Poſſeſſor bonorum, tali caſu, ſemper poteſt objicere: Subſtitutio fideicommiſſaria de te non loquitur. 27. 235. 860. 47.
Si præſertim quæratur de transverſalibus. 27. 236.
Propter Fideicommiſſum ab altero conventus ſemper poteſt excipere, verba Fideicommiſſi non

non complecti hunc casum, quem ille prætendit, donec hic illud probet. 860. 46. 861. 54.

Quando Testator in honoranda verbi grat. tota linea fraterna liberalissimus; sed in filio gravando parcissimus est, tunc ab activa substitutione fideicommissaria ad passivam nullatenùs concludere licet. 28. 239. & sqq.

Quod maximè procedit in Fideicommisso in collateralium gratiam ordinato. 28. 243.

Fideicommissum etiam familiæ, sub particula restrictiva, Tunc, seu Alßdann/ relictum, ad casum, qui casui in illo expresso è diametro contrarius, nullam admittit extensionem. 28. 244. 29. 250. & sqq.

Talia verba limitativa excludunt omnes limitationes, quæ consilio Oldradi 251. à DDbus solent adjici. 29. 245. 47. 409.

Personalis restrictio Fideicommissi imprimis colligitur ex verbis: Tunc & eo casu. 29. 245.

Licet nobis non constet de ratione, ob quam testator à se injunctum Fideicommissum ad hunc vel illum casum restrinxerit; tamen ejus voluntati præcisè standum. 29. 246.

Nec ob rationis majoritatem fideicommissaria substitutio extendi, vel duplex Fideicommissum induci debet, si præsertim testator per particulas restrictivas, Tunc, Eo casu, Ut supra, &c. suam mentem satis clarè expresserit. 29. 253. 48. 416.

Substitutio fideicommissaria in omnem perpetuitatem, & per omnes subsecutivos gradus facta, semper ita exaudiri debet, si casus eveniat primæ substitutionis. 43. 378. & sqq. 44. 390. & sqq.

Etiamsi præsumtio apud nos sit, testatorem planè aliam voluntatem habuisse. 44. 390.

Verba: Also daß/ Ita quod, Adeo quòd, an & quatenùs Fideicommissum augeant & amplient? 23. 189. & sqq. 47. 413. 56. 493.

Etiam reciproca, sub illativa & continuativa verborum figura facta, fideicommissaria substitutio tantummodò in casum, si eveniat conditio primæ substitutionis, effectum sortiri potest. 45. 399. & sq. 50. 436.

Expressa prohibitio alienationis Fideicommissi, sub illativa oratione & accessoriè, post substitutionem, tametsi verbis amplissimis, & in favorem agnationis facta, juxta conditionem, sub qua ipsa substitutio facta proponitur, præcisè regulanda, & limitanda. 53. 467. 57. 498. & sqq.

Evanescente prima substitutione fideicommissaria per defectum adjectæ conditionis, etiam omnes sequentes saltem per illativam continuationem subordinatæ, nec de per se, sive in separata ac dispositiva oratione positæ, omnimodò pereunt. 43. 378. & sq. 54. 476. sq. 59. 519. & sqq.

Non obstantibus amplissimis, temporis infinitatem, infinitam descendentiam, vel hæredis hæredum successionem à gradu ingradum, à descendente in descendentem, à linea ad lineam, perpetuam familiæ & bonorum in illa conservationem, &c. importantibus verbis. 43. 380. 55. 478. & sqq. 60. 530.

Eadem doctrina rectè quoque huic casui, si Testator disponat: Si filius meus sine filiis morietur, substituo fratrem, & ejus filios, & ità de herede in hæredem, applicatur. 56. 487.

Voluntas conditorum Fideicommissi ab hujus verbis & conditione non debent recedere. 55. 483.

Quando verba Fideicommissi tractum successivum involvere censenda? 60. 535. & sqq.

In Fideicommissis hoc argumentum: Testator gravavit proximiorem. Ergò multo magis remotiorem, benè concludit. 61. 538.

Testatores ad Fideicommissum favore transversalium inducendum non tàm facilè moventur. 61. 539.

Hæc duo, quòd Fideicommissum sit conditionale, & tamen perpetuum, invicem non pugnant. 61. 541.

Voluntas testatoris in Fideicommissis prædominatur. 9. 69. & sqq.

An in Fideicommissis testamentariis filii, nepotes, &c. in conditione positi, pro vocatis, & respectivè iterum gravatis habendi veniant? 32. 273. & sqq.

Annon ob conservationem agnationis, Fideicommissi perpetuitatem, perpetuam masculorum vocationem, & constantem fœminarum exclusionem, à testatore factam hoc affirmandum? 33. 287. & sqq.

Quinam sub nomine Liberorum, Descendentium ex corpore, German. Leibs-Erben/ in materia Fideicommissorum exaudiendi veniant? vid. Liberi.

Utrum alternativa hæc institutio: Meum fratrem, (vel meam sororem) aut ejus liberos hæredes instituo, pro Fideicommissaria haberi debeat, sic, ut frater, vel soror talem hæreditatem, in casum suæ mortis, suis liberis jure Fideicommissi restituere teneantur; vel an illa directam, nimirum vulgarem substitutionem operetur, sic, ut, fratre vel sorore hæreditatem adeunte, liberorum substitutio prorsùs expiret? 863. 83. & sqq.

Quando testator plures personas, inter quas, si ne aliqua necessitate illas instituendi, vel substituendi, solus ordo charitatis sive affectionis locum sortitur, per alternativam vocat, verbi grat. dicendo: Instituo Titium, meum fratrem, agnatum, aut prorsùs extraneum, vel ejus filios, quomodo hæc vocatio sit exaudienda? 863. 88. & sqq.

Etiam fideicommissariæ substitutiones secundum charitatem & affectionem, quam quivis testator, seu majorem, seu æqualem, erga personas aretissimo cognationis nexu sibi devin-

deviactas habuiſſe intelligi, debent dijudicari. 865. 110.
Quando teſtator inſtituit fratrem & ejus filios, tunc pro ſimultaneè, non ſucceſſivè vocatis habendi veniunt. 868. 148. & ſqq.
Idque ſive quæratur de teſtamentario, ſive pactitio Fideicommiſſo. 868. 150. & ſqq.
Si Pater teſtator ita fidei filiæ ſuæ committat: Peto, cùm morieris, licet alios quoque filios ſuſceperis, tamen Sempronio, nepoti meo, in honorem nominis mei, plus tribuas, tunc filia illi nepoti ad præcipuum obſtringitur. 347. 51.
Fideicommiſſum univerſale etiam illud vocatur, quando aliquis partem hæreditatis reſtituere rogatur. 966. 675. 979. 831.
Etiam talis Pars fideicommiſſaria hæreditas vocatur. 980. 832.
Si quis Tertii alicujus hæreditatem, ſibi delatam, jure Fideicommiſſi, alteri jubeat reſtituere, hoc non univerſale; ſed particulare eſt Fideicommiſſum. 980. 834.
Si quis legitimis ſui filii impuberis hæredibus injungat, ut, ſi filius in impubere ætate deceſſerit, ipſi ſuam (nempe Patris) hæreditatem pauperibus reſtituant, hoc pariter non univerſale; ſed particulare ſaltem Fideicommiſſum reputatur. 980. 838.
Objectum SCti Trebelliani ſola univerſalia Fideicommiſſa conſtituunt. 980. 835.
Fideicommiſſum, etiam univerſale, in epiſtola relinqui poteſt. 536. 331. & ſq. 977. 804. & ſqq.
In Fideicommiſſorum, tàm particularium, quàm univerſalium, ordinatione quinarius teſtium numerus requiritur. 538. 360. 978. 807.
Eundemque & tunc adhiberi oportet, quando Fideicommiſſum in epiſtola relinquitur. 538. 361. 978. 807.
Ne quidem binarius teſtium numerus ad validitatem Fideicommiſſi, in ſcriptura ad Fideicommiſſarium directa relicti, ſufficit. 538. 362.
Regula Legis 12. de teſtibus hic pedem figere nequit. 538. 363.
De Clauſula codicillari in vim Fideicommiſſi operante vid. Codicillaris clauſula.
Etiam per Pacta, contractus, & alias conventiones, Fideicommiſſa conſtitui poſſunt. 867. 124.
Et propterea etiam per Transactionem. 867. 126.
Per hanc etiam perpetuum & ſucceſſivum, à linea ad lineam devolutivum, Fideicommiſſum conſtitui poteſt. 867. 129.
Adferuntur tales caſus de Fideicommiſſo per transactionem inducto. 867. 130. & ſqq.
Conventionale Fideicommiſſum etiam quaſi, ſeu improprium, à DDbus vocatur. 805. 135. 867. 124. 1774. 90.
Tale Fideicomiſſum inducitur quoq; per Pactum regreſſus ad bona renunciata reſervatorium. 806. 142. 805. 125.
Per renunciationem Filiarum nobilium, &c. duplex Fideicomiſſum conventionale conſtituitur. Quodnam illud? 1162. 632.
De hac Fideicommiſſi conventionalis ſpecie vid. plura ſub voc. Renuntiatio.
Ad Fideicommiſſum conventionale, ſub nomine collectivo plurium perſonarum vocati, cum perſona ſimpliciter, vel proprio nomine vocata, id non in partes viriles dividunt; ſed hæc ſola unàm dimidiam; illi reliqui verò omnes ſimùl alteram ſolummodò dimidiam accipiunt. 870. 165.
Fideicommiſſum conventionale & teſtamentarium in plurimis conveniunt, ac proindè ab uno ad alterum arguere licet. 5. 38. 408. 328. 870. 167.
Pactum Fideicommiſſi conſtitutivum in teſtamento vel actu teſtandi validè initur. 5. 38. & ſqq.
Verba Fideicommiſſi conventionalis in ſtricto & grammaticali ſenſu accipienda. 78. 708.
In Fideicommiſſis conventionalibus ſtrictior interpretatio fieri debet, quàm in teſtamentariis. 25. 217. & ſqq.
In conventionalibus Fideicommiſſis nulla unquàm à caſu ad caſum extenſio locum ſortitur, ſicut interdum in teſtamentariis. 26. 221.
Hoc multo magis de Fideicomiſſo conventionali conditionato, ab ipſo illius conditore ſollicitè reſtricto, in commodum Transverſalium relicto, adeoque ex tot cauſis rigidiſſimè reſtringendo, aſſerendum. 30. 261. & ſqq.
Conſultius eſt, Fideicommiſſa, etiam familiæ, per ultimas voluntates, quàm per pacta, conſtitui. 26. 222.
Utrum in Fideicommiſſis conventionalibus filii in conditione poſiti cenſeantur vocati? 31. 270. & ſqq.
Qui circa pactum Fideicommiſſi conſtitutivum, ut id rectè & perſpicuè conciperetur, neceſſariam ſollicitudinem non adhibuit, pati cogitur, ut illud, in paſſibus ambiguis, adverſus ſe & ſuos heredes, exaudiendum ſit. 36. 318. & ſeqq.
De Fideicommiſſo conventionali certo pretio redimendo vid. Liberi.
Teſtatores & Paciſcentes, familiæ Fideicommiſſum ordinantes, omnia prudenter & conſideratè ordinaſſe credendi. 398. 201.
Quales clauſulæ & cautelæ pactis nobilium & illuſtrium familiarum, perpetui familiæ Fideicommiſſi inductivis, communiſſimè & creberrimè adjici ſoleant? 835. 148. & ſqq.
Quatenus in pactis Fideicommiſſorum, præprimis familiæ, conſtitutivis ſcriptura requiratur? vid. Scriptura.
An talia pacta opus habeant Cæſarea confirmatione? vid. Pactum.
Ad inducendum Fideicommiſſum conventionale omnium fratrum conſenſus neceſſarius eſt. 837. 174.
Uno fratrum, priusquàm etiam alius frater ſuum conſenſum, ſubſcribendo, vel alio modo declaret, diem obeunte, alterius con-

ſenſus demùm poſtea ſine effectu ſubſequitur. 837.176. & ſqq. 827.44.

Utrum filiæ hunc defectum, tanquàm ex tertii jure pendentem, objicere valeant? 827.45. & ſqq. junct. 839. 203. & ſq.

An conſtitutio perpetui talis familiæ Fideicommiſſi etiam fœminarum eo tempore viventium conſenſu indigeat? 828. 61. & ſqq. junct. 839. 208.

Si frater, qui non ſubſcripſit, poſitivè declaret, ſe ante plenariam inſtrumenti, ſuper pacto hoc Fideicommiſſario, confectionem nolle obligari, tunc hoc pactum tanto minus pro obligatorio haberi poteſt. 837. 179.

Natura Fideicommiſſorum familiæ correſpectivorum, præprimis conventionalium, eſt individua. 837. 182.

Hinc uno illorum deficiente etiam alterum corruit. 837. 183. & ſqq.

Perpetua omnium fœminarum excluſio, ob ſtemmatis maſculini conſervationem, in bonis familiæ Fideicommiſſo ſalutariter ſubjectis enixiſſimè inducta, & è contra totius horum pretii ſolutio fœminis facienda, tanquàm fini hujusmodi Fideicommiſſi è diametro adverſa, ſimùl nequeunt ſubſiſtere. 397. 192. & ſqq. 399. 216. & ſqq.

Paria ſunt, ſive fœminæ ad ipſa Fideicommiſſa familiæ admittantur, ſive plenum illorum pretium conſequantur, aut majorem hujus partem. 398. 208. & ſq. 399. 216. & ſqq. 407. 312. & ſqq.

In Fideicommiſſis conventionalibus utriusque contrahentis, paciſcentis, vel tranſigentis conſenſus requiritur. 872. 189.

Ad Fideicommiſſi, talis præſertim per donationem conſtituti, acceptationem ſola etiam præſentia alterius partis, vel ab alio, ejus nomine, facta acceptatio ſufficere creditur. 872. 191. 873. 214. & ſqq.

In Fideicommiſſo conventionali, ad quod plures vocati, etiam unius ſolius acceptatio, tùm etiam abſentium nomine facta, ſufficiens habetur. 873. 200.

Dummodò ratificatio illorum abſentium ex poſt facto accedat. 873. 201.

Etiam hæredes abſentis Fideicommiſſarii talem acceptationem ab uno factam adhuc ratificare queunt. 873. 202.

Imò etiam tacita abſentium ratificatio, ex ſola ipſorum ſcientia & ſilentio inducta, ſufficere creditur. 873. 203.

Et hæc ipſa ſcientia, ex cohabitatione & arctiſſimo vinculo cognationis, inter matrem & liberos de pane ipſius adhuc viventes, juſtiſſimè præſumitur. 873. 204.

In Fideicomiſſis conventionalibus, regulariter, ſtrictior interpretatio locum habet. 878. 263.

Hinc, quoties verba, quibus uſi ſunt paciſcentes, abſque novi & ulterioris, in caſum, à caſu in litera pacti expreſſo omninò diverſum, locum conſecuturi, ſeu extendendi Fideicommiſſi, ſuum effectum plenè conſequi poſſunt, nunquam per illa novum, vel aliud Fideicommiſſum inductum cenſendum. 878. 262. & ſqq.

Secùs ac in teſtamentariis nonnunquam contingit. 878. 264.

Fideicommiſſum conventionale etiam ex conjecturis urgentibus, gravibus, & neceſſariis, & à lege approbatis admitti debet. 1064. 167. junct. cons. 16. n. 708. & ſq.

In ſolis Fideicommiſſis conventionalibus locum habet jus transmiſſionis. 870. 163. & ſqq.

Hinc, quando perſona tali Fideicommiſſo honorata, pendente adhuc illius conditione, vel ante perſonam oneratam, vel eam, quæ illud ſuis bonis impoſuit, decedit, illud non corruit; ſed in hæredes tranſit. 870. 170. & ſqq. 871. 185. & ſq.

Idem etiam in improprio Fideicommiſſo, quod filia nobilis renuntiatrix, in bonis à ſe renuntiatis, expreſſa vel tacita conventione, in ſui ipſius favorem conſtituit, locum ſibi vindicat. 871. 184.

Et non ſaltem hoc obtinet in Fideicommiſſis per bilateralem contractum conſtitutis; verùm etiam in illis, quæ per qualemcunque donationem inducta. 871. 183.

Quoad ceſſibilitatem inter Fideicommiſſum conventionale & teſtamentarium nulla eſt differentia. 870. 174.

Latiùs patenti ſeu generali *Pacto Fideicomiſſi familiæ conſtitutivo, per aliud ſpeciale, antiquius licet, pactum, multoque magis per plura hujusmodi ſpecialia pacta derogatur haud dubiè.* 1068. 314.

Verba: Mit guthem wiſſen/ willen/ und zuthun ſeiner Adelichen verwandſchafft/ Gemächt und Maaß anſtellen/ magis conventionale, quàm teſtamentarium Fideicommiſſum indigitant. 3. 19.

Utrum talis diſpoſitio: Daß/ da ſich der fall zutrüge/ daß der Knab Theobaldus, ledig/ oder verehlichter weiß/ ohne mannliche Leibs-Erben abſterben ſolte/ alsdann des Diſponenten Hieronymi Bruder Philippus Jacobus, oder deſſen nachlaſſende Mannliche Erben/ den Hoff und Sitz N. wie der heut zutag erbaut/ und was mehrers daran erbauen werden möchte/ umb 3195. fl. käufflich an ſich beziehen mögē; Und da auch Herr Philippus Jacobus, vor dem knaben Theobaldo, dieſes zeitliche verlaſſen/ und dann Er Theobaldus, wie vorſtehet/ ohne Mannliche Stammens-Erben/ abſterben würde/ ſein Herrn Philippi Jacobi verlaſſende Mannliche Stammens-Erben/ zu ſolcher des Hoffs zugerechtigkeit/ oder außlöſung fug und recht haben ſolle; alſo/ daß ſolcher Hoff und Sitz in ihrer/ derer von W. Linien/ (von beeden brüdern/ Hieronymo und Phil. Jacobo, herrührend) erblichen pleiben/ und zwiſchen den Erben/ auch dero Erbens-Erben alſo gehalten wer-

den

den ſolle/ &c. pro Fideicommiſſo familiæ, & quali haberi debeat? 3. 17. & mult. ſqq.

Utrum modò relatum Fideicommiſſum, eo ipſo, dùm filius eodem gravatus, relictis maſculis liberis, deceſſit, pro ſtatim extinctô habendum ſit? 7. 53. usque ad 573.

Plura notatu digniſſima de Fideicommiſſo ſub conditione: Si ſine Liberis, vel ſi ſine Liberis maſculis deceſſerit, ordinato, vid. ſub voc. Liberi.

Utrum Pactum univerſalis Fideicommiſſi familiæ conſtitutivum etiam ad bona Uxorum dotalia & alia ſeſe extendat? 829. 72.

Utrum tale Pactum fideicommiſſarium, hoc reſpectu nullum, nihilominùs quoad propria ipſorum paciſcentium bona utile & validum cenſendum ſit? 829. 73. & ſqq.

Modicitas dotium, & quòd, uno ſaltem anno ante talis Pacti ordinationem, quadruplo amplior dos conventa fuerit, illius valorem deſtruere nequit. 829. 81.

In Fideicommiſſis correſpectivis atque reciprocis, quod uni ineſt, etiam alteri ineſt. 394. 150. & ſqq.

In conditionali & reciproco Fideicommiſſo nulla iniquitatis, vel inæqualitatis, ſicque etiam læſionis querela attenditur. 395. 166.

Reciproci Fideicommiſſi conſtitutio inſtar aleæ emtionis ſe habere intelligitur. 395. 167. 401. 237. & ſqq.

Fideicommiſſa reciproca magis ad emtionis, vel permutationis, quàm negotii lucrativi naturam accedunt. 400. 235.

Nec pro puris donationibus; ſed potiùs ob cauſam & pro quadam remuneratione factis habentur. 401. 236. & ſqq.

Reciprocum familiæ Fideicommiſſum non debet claudicare, & proindè, extincta alterutra linea, non debent filiæ ex illa ſuperſtites meliori & alio jure cenſeri, quàm, ſi altera linea primùm expiraſſet, filiæ ex illa ſuperviventes habituræ fuiſſent. 394. 146.

Tametſi fratres, paternorum Bb. diviſionem in pacto ineuntes, infimùlque perpetuum, idemque reciprocum, Fideicommiſſum iſtis bonis imponentes, ipſi diviſioni in ſe ſpectatæ acquieſcere velint; ex hoc tamen talis pacti, in Fideicommiſſi ordinatione commiſſa, Nullitas haudquaquàm corrigitur, nec jus exindè unicuique Fratrum, ejusque hæredibus quæſitum adimitur. 840. 214.

Dominium fundorum jure Fideicommiſſi ad aliquem venientium ipſo jure tranſit. cons. 16. n. 667.

Incertus ſecuturæ reluitionis ex pacto de retro vend. eventus jus ſemel ex pacto Fideicommiſſario quæſitum alterare non poteſt. cons. 16. n. 668.

Ad Fideicommiſſum familiæ vocatus, ſi omnia ſint liquida, etiam privata authoritate ejus poſſeſſionem apprehendere poteſt. 1056. 166.

Hæres fiduciarius hæreditatem adire recuſans perindè habetur, ac ſi illam adiviſſet, & univerſali Fideicommiſſario reſtituiſſet. cons. 16. n. 958.

Etiam in fideicommiſſariis ſucceſſionibus tempus mortis ejus perſonæ, de cujus ſucceſſione quæritur, reſpici ſolet. cons. 16. n. 658.

Per mortem perſonæ Fideicommiſſo teſtamentario honoratæ, ante obitum perſonæ oneratæ contingentem, Fideicommiſſum illi relictum ſimùl intercidit. 864. 98. 870. 168. 871. 184.

Fideicommiſſi familiæ poſſeſſor, regulariter, reliquis ad illud vocatis ſuo facto præjudicare nequit. 1747. 111. & ſeq.

Venditio bonorum nexu Fideicommiſſi familiæ devinctorum nullius momenti eſt. 321. 47.

Communio bonorum nexu tali devinctorum ab uno Agnato diſſolvi nequit. 321. 48.

Ad Fideicommiſſum ſub conditione vocatus, ſi bona ejusdem nexu devincta, creditori, iſtius nexûs ignaro, hypothecæ ſupponi ipſe procuret, ſibi præjudicat. 38. 332. & ſq.

Quando teſtator, erroneè perſuaſus, ſe omnium bonorum à ſe poſſeſſorum plenum dominum eſſe, multa magnæ quantitatis legata reliquit, utrum, ſi poſtmodùm onus fideicommiſſarium majori bonorum parti innexum emergat, ob hanc erroneam ejus opinionem, legata alicui diminutioni obnoxia ſint? 82. 739. & ſqq.

Teſtatoris dubitatio, an hæres ipſius hæreditatem, ceu multis legatis gravatam, aditurus ſit? evidenti argumento eſt, quòd, ſi ipſe ſciviſſet, majorem bonorum ſuorum partem onere Fideicommiſſi gravatam eſſe, tot & tanta, quæ reliquit, legata haudquaquàm relicturus fuiſſet. 86. 781. & ſqq.

Si teſtator ſciviſſet, multa millia ex ſua hæreditate aliis ex cauſa Fideicommiſſi reſtitui oportere, & propterea credibiliter non tanta legata relicturus fuiſſet, tunc cauſa impulſiva pro finali habetur, & ob ejus falſitatem legata pro non relictis habentur. 87. 790. & ſqq.

Ex capite probabilis & invincibilis ignorantiæ facti in integrum reſtitutio etiam ad bona nexu Fideicommiſſi devincta petenda, non ſolùm per longiſſimum tempus conceditur; verùm etiam poſtea, ita, ut nec integri ſeculi decurſus obſtet. 1232. 90. & ſqq.

Perſonæ ad Fideicommiſſum vocatæ confeſſio, de quo caſu illius conditor ſenſerit, omnem contrariam probationem, regulariter, excludit; niſi errorem legitimè docere poſſit. 34. 295.

Hæc confeſſio etiam ſucceſſori in Fideicommiſſo familiæ, ſi ſimùl hæres, vel etiam hæredis heres ſit, nocet. Aliàs verò non. 34. 296. & ſqq.

Hæres fiduciarius jus novum emphyteuſtam laudandi & inveſtiendi habet. 617. 165.

Utrum ſtatutaria conjugum portio Fideicommiſſo gravari poſſit? 132.306.
De Quarta Falcidia, itemque Trebellianica, vid. Falcidia. Trebellianica.
Utrum bona nexu Fideicommiſſi agnatitii devincta ex unius agnati proprtiis facultatibus, vi Pacti de retrovendendo, redempta, ab ultimi maſculi unius lineæ relicta ſorore tùm demùm, ſi pretium redemtionis ei priùs refundatur, an verò ſimpliciter agnatis in Fideicommiſſo ſuccedentibus reſtitui debeant? vid. Pactum de retrovendendo.
Bona nexu Fideicommiſſi devincta à poſſeſſore alienata, illo mortuo, per maſculos in illis ſuccedentes, jure ſucceſſionis, gratis revocantur. 392.122.
Neceſſitas alia bona vendendi, vel iisdem impoſitô grandi ære alienô, ea oppignorandi, ut bona familiæ Fideicommiſſo ſubjecta ex manibus filiarum relui poſſint, maſculinam proſapiam non conſervat; ſed deſtruit. 397.194. junct. 398. 210. & mult. ſqq.
Bona Fideicommiſſaria nec mortis cauſa donari poſſunt. 967.686.
Bona Fideicommiſſi familiaris nexu devincta nihilominùs poſſeſſoris, licet ſaltem revocabilis dominii jure, propria ſunt. 1071.339.
Per Fideicommiſſum libera alienandi, diſponendi & teſtandi facultas adimitur. 1063.257.
Qui prior, contra defuncti voluntatem, bona fideicommiſſaria alienavit, aliud prædium ejusdem Fideicommiſſi nexu devinctum ab alio agnato poſtea alienatum vindicare nequit. 1064.275. & ſqq.
Utrum liberis, ſui patris hæredibus effectis, ab illo facta alienatio etiam prædii fideicommiſſarii obeſſe poſſit? 1065.281. & ſq.
Heres factum defuncti etiam in Fideicommiſſis præſtare tenetur. 1065,282.
Poſſeſſor prædii fideicommiſſarii nec contrahendo, quocunque titulo, ſive contractu fiat alienatio, nec delinquendo, agnatis præjudicare poteſt. 1077.408. & ſq.
Delicta à Fideicommiſſi poſſeſſore commiſſa magis ſunt odioſa, quàm venditio, vel alii, ab illo, cum tertio celebrati contractus. 1077.411. & ſq.
Transactio ſuper Fideicommiſſo, mala fide, inita, nec ex Principis confirmantis ſumma autoritate convalidatur. 1235.126.
An, & quatenùs filiæ ex bonis Fideicomiſſo, præprimis agnatitio, obnoxiis congruam dotem & alimenta petere valeant? 406.296. 802.98.
An ſucceſſor in Fideicommiſſo æs alienum defuncti poſſeſſori exolvere teneatur? 406.297.
An in bonis Fideicommiſſo, præprimis agnatitio, obnoxiis, ab eorundem poſſeſſore alteri uſusfructus conſtitui poſſit? 1742.58.
Hæres facta defuncti, etiam quoad alienationem bonorum Fideicommiſſo familiæ ſubjectorum, præſtare tenetur. 1748.116. & ſqq.
Utrum prædium Fideicommiſſi familiaris nexu devinctum à Patre venditum, à filio illius, retrahi valeat? 1072.355. & ſqq. junct. 1073.372. & ſqq. 1075.394. & ſqq.
Utrum prædium fideicommiſſarium, cujus reluitionem pater, per illius violentam invaſionem, amiſit, licet patris ſui hæres ſit, ſicque illud ut Filius reluere nequeat; nihilominùs tanquàm proximus in familia Agnatus, & alterius prædii, cum quo hoc ipſum reluibile prædium, in perpetuum & ſemper, in commodum familiæ, unitum eſſe debet, poſſeſſor reluere valeat? 1072.352. & ſqq.
Inter Retractum propriè ſic dictum, & jus perpetuæ reluitionis, per ſtatutum, pactum, vel ultimam voluntatem inductum, ingens eſt differentia. 1072.359.
Filius Patris ſui factum impugnare non poteſt ut filius & hæres; benè tamen ut Agnatus, itemque proximus. 1072.348. junct. 1074.387. 1075.394. & ſqq.
Jus Retractus gentilitii, itemque perpetuæ Fideicommiſſi reluitionis utrum ſint ceſſibilia? 1078.418. & ſqq.
Pro marito tùm ex hoſtibus redimendo, tùm ex carcere liberando Fideicommiſſum, etiam familiæ, validè alienari poteſt. 1465.235.
De bonis ab onere Fideicommiſſi immunibus quilibet pro ſuo arbitratu diſponit. 858.17.
Parens liberis ſuis, ad præſtandum Fideicommiſſum, ex ſuprema alterius voluntate, vel conventione, obſtrictus, *ipſis, ceu creditoribus, hujusmodi relictum, tanquàm æs alienum*, exolvere cogitur. 858.19.
Unde etiam, in concurſu Fideicommiſſariorum & Legatariorum à Patre relictorum, illi præferuntur. 858.21.
Tale Fideicommiſſum liberis in legitimam imputari nequit. 858,22. & ſqq.
Bona à Teſtatore profecta ad perſonam Fideicommiſſo honoratam, gratis; ſed à filiis, fideicommiſſo oneratis, emta, itemque Bonorum melioramenta, nonniſi refuſo illorum pretio, ad illam perveniunt. 69.631.
In æſtimandis melioramentis prædiorum Fideicommiſſo obnoxiorum tempus reſtitutionis faciéndæ attenditur. 73.664. & ſqq.
Quidſi meliorationes eo tempore, quo factæ ſunt, ob bellum, vel aliam quamcùnque cauſam, longè minoris pretii fuerint, & poſtea augeantur? 73.667. & ſq.
Diſpoſitio, quòd melioramenta Fideicommiſſi eodem pretio, quo comparabuntur, in eodem caſum, ſuo fratri vel maſculis illius deſcendentibus relinqui debeant, intelligi debet, rebus ſic ſtantibus. 74.672.
Si bona hæc ex titulo emtionis gratioſæ, vel meræ & meræ donationis acquirantur, tunc, inſuper habitâ mododicta diſpoſitione, plenum & verum bonorum pretium nihilominùs à fratre, vel ipſius maſculina deſcendentia exſolvendum. 74.673. & ſqq. 75.680. & ſqq.

Poſſeſſor bonorum Fideicommiſſo ſubjacentium, æquè ac fructuarius, & alii ſimiles, expenſas quidem modicæ refectionis repetere nequit; benè tamen notabiles meliorationes. 79. 709. & ſqq.

Etiamſi ejusmodi bonorum reſtitutio ei jam per ſententiam injuncta fuerit; tamen tales majores à ſe factas expenſas, tùm per viam actionis, tùm exceptionis, repetere poteſt. 79. 711.

Fideicommiſſi poſſeſſor illud tamdiu retinet, donec ei, ratione melioramentorum, ad ultimum obolum ſit ſatisfactum. 81. 733.

Etiam noviter acquiſita, exſtructa & reſtaurata ſunt Fideicommiſſi melioramenta. 403. 267.

Nihil intereſt, an bona Fideicommiſſaria aliis oppignorata, vel ſub pacto de retrovendendo vendita, ab aliquo agnato reemantur, ſive nova emantur, nova Principis vel Comitis reſidentia exſtruatur, vel exuſta aut collapſa reſtauretur, &c. 403. 270.

Non extante ſpeciali familiæ Pacto, omnia hujusmodi melioramenta à defuncti poſſeſſoris filiabus deduci queunt. 403. 271.

Et in caſu non extantis hujusmodi pacti etiam pretia reluitionis agnati filiabus vel aliis hæredibus reſtituenda ſunt. 388. 68. & ſq. 389. 86. & ſq. junct. 404. 272. 412. 370. & ſqq.

Quatenùs Fideicommiſſum etiam in hæredis, vel alterius à teſtatore honoratæ perſonæ bonis conſtitui poſſit? vid. Teſtator.

An legitima Fideicommiſſo gravari queat? vid. Legitima.

A juribus Fideicommiſſi ad mortis cauſa donationem valida fit illatio. 966. 677.

Si quis primò tantùm codicillos conficiat, & multa in illis Fideicomiſſa particularia relinquat; deindè verò etiam teſtamentum ſequatur, in quo nulla illorum Fideicommiſſorum mentio injiciatur, tunc hæc per tale ſubſequens teſtamentum pro revocatis nullatenùs habentur; etiamſi pars bonorum, vel hæreditatis, in tali Fideicommiſſo codicillis relicto contineatur. 977. 795. & ſqq.

Utrum idem dicendum de Fideicommiſſo univerſali in primùm factis codicillis relicto, ſi etiam illius in ſequente teſtamento nulla mentio fiat? 977. 796. & ſqq.

Quidſi Fideicommiſſum, præſentibus quinque teſtibus, inter amicos, vel in epiſtola primùm relictum fuerit? 977. 804. & ſqq.

Ad hunc effectum, ut ejusmodi Fideicommiſſa revocata cenſeri queant, expreſſa voluntatis declaratio requiritur. 878. 809.

Fideicommiſſum ſemel inductum præſumitur durare. 1070. 327.

Autoritas Rotæ Romanæ in cauſis fideicommiſſariis. 60. 524.

A Fideicommiſſis familiæ, regulariter, ad feuda validè arguitur. 1747. 112.

FIDEJUSSIO. FIDEJUSSOR.

Fidejuſſor indemnitatis quisnam dicatur? 1729. 13.

Quamdiu non conſtat, quòd Reus principalis in totum, vel pro parte non ſit ſolvendo, tamdiu etiam Fidejuſſor indemnitatis nec naturaliter, nec civiliter obligatus cenſeri; ſed ſaltem ſpes, ipſum aliquando, ſi nimirum de hac ipſa principalis debitoris inſolventia conſtiterit, obſtrictum iri, concipi poteſt. 1730. 15. & 16.

Ut de hac inſolventia legitimè conſtet, neceſſe eſt, ut debitor principalis priùs ad peram & ſaccum usque, per judicem, excutiatur. 1730. 15.

Creditor, ante ejusmodi excuſſionem, contra talem Fidejuſſorem, de facto agens, nulliter agere dicitur. 1730. 17.

Hinc etiam Fidejuſſor ità conventus, mediante hac ſola allegatione: Tibi nulla adverſus me competit actio, ſe potentiſſimè tueri poteſt. 1730. 18.

Creditor, contra Fidejuſſorem indemnitatis, pendente inſolventiæ Debitoris principalis conditione, de facto agens, etiam ex officio à limine judicii repelli poteſt. 1730. 21.

Etiamſi Fidejuſſor indemnitatis ſub corporali jurejurando ſeſe obligaverit, tamen ante exiſtentiam mododictæ conditionis efficaciter conveniri nequit. 1730. 22. & ſeq.

Idem dicendum, tametſi generaliter omni legum auxilio, vel in ſpecie beneficio ordinis renuntiaverit. 1730. 24.

Quidſi hæc ipſa renuntiatio mediante corporali jurejurando facta fuerit? 1731. 25.

Fidejuſſor indemnitatis, ſi, ex falſa perſuaſione, debitorem principalem jam eſſe excuſſum, creditori uſuras, vel ſortem ſolverit, illud omne, ceu indebitum, condicere valet. 1731. 26.

Quidſi ſaltem ſolutionem promiſerit? 1731. 27.

Filius minorennis non reſtituitur in integrum contra Fidejuſſionem pro patre factam; licet crediderit, ſe de jure ad hoc obſtrictum eſſe. 1332. 90.

In claſſem earum cauſarum, in quas, præ aliis, in dubio, à debitore ſolutio facta præſumitur, an & illa referenda, pro qua etiam Fidejuſſor ſe obſtrinxit? 1731. 31.

De Fidejuſſione fœminæ pro alio vid. Fœmina. Uxor.

FIDES. FIDUCIA.

Qui ex magna Fiducia & amicitia alterius Fidem ſequi ſolitus fuit, & hac ipſa de cauſa inſtrumentum à ſe ſubſcriptum non relegiſſe dicit, ei Fides, regulariter, de hoc habenda. 331. 21.

Frequens & diuturna Chriſtiani cum Judæo converſatio, & compluribus annis Chriſtiano à Judæo ſervata Fides facilè nimiam Chriſtianî

ſtiani de Judæi candore credulitatem & Fiduciam generare queunt. 333.20.
Fidem fallere graveeſt. 138.34. & ſqq. 1454.133.
Fidelitas imprimis ſervos & famulos decet. 138.40.
Perſpectæ Fidei & candoris, ejusdemque illuſtris viri aſſeveratio, ejus morte firmata, multum roboris habet. 737.263.
Quæ palàm & in omnium, præſertim magiſtratûs, conſpectu fiunt, bonæ Fidei præſumtionem pro ſe habent. 485.272.
Perſonæ qualitas, in excludenda Malæ Fidei præſumptione, magnæ eſt efficaciæ. 486.281.
De bona Fide ex lapſu temporis præſumta vid. Præſumtio. Præſcriptio. Poſſeſſio.
malæ, vel bonæ Fidei poſſeſſoribus vid. Poſſeſſor.
Quatenùs bonæ vel malæ Fidei ratio in præſcriptione habenda? vid. Præſcriptio.
De Promiſſione bey Adelichen Ehren/ Treu und Glauben vid. Promiſſio.
De juramento Fidelitatis vid. Juramentum fidelitatis.

FILIUS. FILIA. Conf. Liberi.

Privilegium alicui conceſſum pro ſe & ſuis Filiis ac nepotibus etiam Filiabus illius prodeſt. 778.105. & ſqq. Vid. Opificium.
Præſumtio majoris dilectionis Filiarum, ſublatis maſculis, efficaciſſimè contra quosvis extraneos, pro illis militat. 1141.380. Conf. Renuntiatio.
Alexander ab Imola pro magno abſurdo hoc reputat, ut in parentis ſtipulatione pro ſe & maſculis ſuis hæredibus facta, his deficientibus, ipſiusmet Filia non comprehendatur, & è contra Extraneus comprehenſus cenſendus ſit. 1139.365. & ſq. junct. 1134.321.
De Filiarum ſucceſſione in feudis & fideicommiſſis vid. Feudum. Fideicommiſſum. Renuntiatio. Fœmina. Liberi.
Dotibus Filiarum, præcipuè illuſtrium & ſuperilluſtrium, vid. Dos.
Etiam in caſu, quando pater, pecunia ab alio mutuò accepta, Filio jus civicum comparavit, creditori, adverſus Filium, utilis de in rem verſo actio competit. 1414.134.
Filius minorennis non reſtituitur in integrum contra fidejuſſionem pro patre factam; licet crediderit, ſe de Jure ad hoc obſtrictum eſſe. 1332.90.
Filius, patris ſui hæres, alienationem ſuorum bonorum adventitiorum à patre factam impugnare nequit. 1748.120. & ſeq.
De Filio, patris in feudis vel fideicommiſſis ſucceſſore, vid. Feudum. Fideicommiſſum.
Quatenùs Filius facta patris ſcire vel ignorare præſumatur? vid. Ignorantia. Scientia.
De jure Bb. poſſeſſionem petendi Filio competente vid. Bonorum poſſeſſio.
Jure hæreditario ejusdem vid. Heres.
Filio naturali vid. Liberi.

FINIS.

Omnes actus humani certum aliquem Finem & effectum pro ſcopo habent. 500.26. 693.260.
Ipſa ratio communis hoc omnes edocet, ut, ſi aliquem Finem intendant, etiam media ad eundem obtinendum ſervientia, omniumque facillima, ſtudioſè conquirant. 693.249. 693.261.
Verba hæc: Sein Lebenlang / und nicht länger / Modum & Finem conceſſionis indigitant. 618.119. & ſqq.
Plura de cauſa finali vid. ſub voc. Cauſa.

FISCALIS. FISCUS.

Ne Fiſcus quidem ex ſuis privatis annotationibus ullius ſui juris probationem efficere valet. 1648.43.
Fiſcus ſemper pro ſe juris præſumtionem habet, quòd nemini improbam vel calumnioſam litem inferat. 511.61.
Exceptio inimicitiæ teſti objecta etiam à Fiſcali probari debet. 1368.14.
Fiſcalem Judicis inquirentis miniſtrum non malè vocat Ant. Teſſaurus. 1630.55.
Fiſcus, ratione commiſſi delicti, ad pœnam pecuniariam agens, de mero lucro captando certat. 1506.18.
Aliter ſe res habet, quando is ad refuſionem ſumptuum inquiſitionis in doloſam vel culpoſam Officialis adminiſtrationem agit. 1506.19. De his vid. porrò Ratio.
Fiſcalis, ſine juſta cauſa, proceſſum inquiſitorium, contra aliquem, inſtituens, præterea communis famæ, ſi non priùs in ejusdem originem & qualitates ſufficienter inquiſiverit, non excuſatur. 1379.121. & ſeqq.
Idem dicendum, ſi ipſe Judicem criminalem ex capite ſyndicatus conveniat; ſed tamen poſtea nonniſi leviores quosdam, & vix cenſura dignos exceſſus vel defectus probare queat. 1380.113.
Proceſſus ab initio nullus, ex poſt facto, regulariter, haud convalidatur; licet probationes ſuperveniant, ex quibus Fiſcalis evincere valeat, ſe non omninò ſine juſta ratione proceſſum moviſſe. 1380.119.
Quando conſtat, proceſſum ſyndicatûs non ſine omni ratione à procuratore Fiſci inſtitutum, tunc, regulariter, actio injuriarum locum non habet. 1381.132.
Fiſci procurator nihil calumniandi vel injuriandi animo agere præſumitur. 1381.133.
Procurator Fiſci non ſaltem in cauſa pecuniaria, verùm etiam criminali, modò non capitali, rectè prætendit, ut pars adverſa ad ipſam ſuæ actionis fundamentum originaliter inſtruendum,

dum, omnia ſua documenta & acta plenariè edat. 1380. 124. & ſqq.
Fiſcus ratione tributorum, tàm ordinariorum, quàm extraordinariorum, regulariter, tacitam, cum abſoluto prælationis privilegio conjunctam, hypothecam habet. 1417. 168.
Hoc Fiſci jure hodiè non ſaltem publicum Imperatoris, vel Imperii ærarium; verùm etiam aliorum Imperii Statuum Rationes publicæ & privatæ, Landſchafft s Caſſa und Cammer-Guth/ gaudent. 1417. 168.
Fiſcus, ratione canonis emphyteutici, vel publici ſolarii, Bodenzinſes/ non minùs, quàm ratione aliarum publicarum penſitationum, jure Communi, omnibus hypothecariis, licet anteriorem hypothecam habentibus, Creditoribus præfertur. 1439. 7. & ſeqq.
Omnia privilegia Fiſco in concurſu Credd. conceſſa ſunt perſonalia. 1517. 31.
Etiam perſonalia privilegia Fiſco competentia in nominum ejusdem Ceſſionarios transferri poſſunt. 1518. 41. & ſeq.
Notatur remiſſivè varius Legis ult. God. de privil. fiſc. intellectus, & ſimùl tùm verior, tùm uſualis ejusdem interpretatio annectitur. 1519. 43. & ſq.
Ad hoc, ut perſonalia Fiſci privilegia in ceſſionarium nominis transferantur, ſpecialis eorundem ceſſio requiritur. 1519. 45. 1524. 95. & ſqq.
Hinc etiam in caſu, quo quis Fiſco, quod alius eidem debet, eo animo ſolvit, ut eapropter in ejusdem jura & locum ſuccedat, idem pariter actum & expreſſum eſſe oportet. 1519. 46. & ſqq.
Multi DDres ad hunc effectum, ut is, qui Fiſco, pro ipſius debitore, aliquid ſolvit, in abſolutum prælationis, vel aliud perſonale privilegium ſuccedat, etiam tacitam pactionem, vel ad minimum tales actus, ex quibus animus talis juris ceſſionem in alterum faciendi haud obſcurè colligi poſſit, ſufficere contendunt. 1522. 73. & ſeqq.
Hæc Quæſtio: Utrum, & quando is, qui creditori vel hypothecario, vel privilegiario, id, quod alius eidem debet, ſolvit, in omnia creditoris jura & privilegia ſuccedat? diverſimodè à DDbus deciditur. 1522. 76. & ſqq.
Adducuntur tres diverſæ DDrum de eadem ſententiæ, & quidem in ſpecie quatenùs illa de debitore Fiſcali, ac pro ipſo facta ſolutione formatur. 1522. 78. & ſqq.
Subnectitur ſententia verior. 1523. 89. & ſqq.
Quod nonnulli DDres de legali & tacito privilegii fiſcalis tranſitu in eum, qui privato creditori perſonaliter privilegiato id, quod alius debet, ſolvit, aſſerunt, ad inducendam eminentioris juris Fiſco competentis tranſitionem non ſufficit. 1524. 97.

FLAGELLUM.

De percuſſione Flagello facta vid. Jocus.

FLORENUS. Conf. Moneta. Thalerus.

Quid ſub nomine der Gulden in Q. de furto magno in Ord. Criminali Carolina intelligatur? cons. 17. n. 14.

FOEMINA.

Conf. Uxor. Societas Bb. conjugalis.
Jure Romano Fœminæ à neceſſitate curatorem adhibendi immunes ſunt. 1658. 16.
Idem etiam de moribus modernis dicendum, quoadusque contraria conſuetudo vel ſtatutum demonſtrari non poteſt. 1658. 16.
Fœminæ majorennes in Pomerania, nec in actibus judicialibus, nec extrajudicialibus, neceſſariò curatorem adhibere tenentur. 1658. 15. & 17.
Sicut in terris Pomeranicis arbitrio Fœminarum hoc relictum eſt, an curatorem petere velint, necne? ità etiam iisdem liberum relinquitur, num, ſi quem acceperunt, ipſius conſilio ac conſenſu uti velint, vel non? 1658. 15. & 17.
Curatela Fœminarum maritatarum legitima, marito in nonnullis locis hodiè competens, demùm à tempore connubii, per ſacerdotalem benedictionem perfecti, momento ſuum capit initium. 1659. 19.
Etiam abſenti Fœminæ curator ad litem, à judice competente, conſtitui poteſt. 1474. 305.
Fœminarum curatores ad litem validum, pro illis, teſtimonium ferre non poſſunt. 1473. 299.
An & quatenùs Fœminæ ad defenſionem aliorum admittantur? cons. 16. n. 966. & ſq.
Sententia pro Fœmina lata nihilominùs ſubſiſtit; licet ſine curatore in judicio ſteterit. 1414. 140.
In contractibus, communis ſocietatis gratia ab utroque conjugum celebratis, de Jure Würtemberg. ex parte Fœminæ tùm demùm alterius extranei curatoris conſenſus, &, ſi ſumma C. Florenos excedat, judicis cognitio requiritur, ſi ſuſpicio adſit, uxorem vi metuve, aut doloſa mariti perſuaſione ad talem contractum fuiſſe inductam. 1421. 214.
Fœmina in bonis ſui curatoris ne tunc quidem tacitam hypothecam habet, quando ei pecuniam, vel alias res, doloſa ejusdem perſuaſione ad hoc inducta, mutuò dedit. 1422. 222. junct. 1423. 228. & ſq.
Ad hoc, ut Sctum Vellejanum locum habeat, requiritur, ut Fœmina interceſſerit inſtrumento publicè confecto & à tribus teſtibus conſignato. 1483. 24. & ſqq.
Deficiente alterutro horum requiſitorum tota Fœminæ interceſſio ipſo jure nulla eſt, ſic, ut ipſa, vel ejus hæredes exceptione Sti Velleja-ni nullatenùs indigeant. 1483. 25. & ſeqq.
Quot modis Fœmina pro alio intercedere dicatur? 1482. 18.
Quando ipſa Fœminæ interceſſio omnimoda nullitate laborat, tunc exceptio renunciation. Sti Vellej. præprimis ex verbis tantummodò generalibus elicita, prorsùs Domitiana eſt. 1483. 28. & ſeqq.

Ad excludendum Sti Vellejani exceptionem generalis renunciatio omnium exceptionum, vel omnium in commodum sexus inductorum Juris remediorum, aller und jeder Weiblich- oder Fräulicher Gerechtigkeit/ &c. non sufficit; sed specifica ejusdem renunciatio requiritur. 1484. 31. & seq.

Ad validam Sti Vellej. renunciationem imprimis etiam hoc requiritur, ut mulier priùs in specie de beneficio Sti Vellejani sufficienter certioretur. 1484. 33. & 35.

Multi DDres etiam generalem Sti Vellejani renuntiationem sufficere contendunt. 1484. 34.

Alii è contra hanc Q. Utrum huic singulari beneficio ullo modo efficaciter renuntiari queat? pro admodum dubia habent. 1484. 36.

Plerique in hoc unanimes sunt, quòd hæc ipsa Renunciatio non aliter subsistat, quàm si Fœmina intercedens, tùm de mente Sti Vellejani, tùm de ipsa renunciatione, ejusque effectu, antea sufficienter fuerit certiorata. 1484. 37.

Renunciatio Sti Vellejani absque prævia tali certioratione facta, regulariter, nullius inomenti habetur, nisi corporali jurejurando sit roborata. 1484. 38.

Idem dicendum, si Fœmina majorennis, post biennium, iteratò sese pro extraneo obligaverit. 1484. 39. & seq.

Quis in hoc casu Extranei nomine veniat? 1485. 41.

Quænam verba, inter alia, ad fundandam fidejussionis à muliere pro extraneo præstitæ confirmationem sufficiant? 1486. 52.

Sctum Vellejanum intercessiones Fœminarum non ipso jure nullas reddit; sed tantùm quoad effectum easdem in totum irritas efficit. 1482. 18.

An exceptio Sti Vellejani etiam Fœminæ hæredibus competat? 1483. 17.

Quando exceptio Sti Vellej. etiam à successore singulari, in specie Legatario, opponi possit? 1483. 20. & seqq.

An conjugalis Bb. societas excludat beneficium Sti Vellejani Fœminis concessum? 1442. 27. 1452. 114.

Si Fœmina, ne ipsius Pater à judice condemnatus, propter solutionem, vexetur, pro ipso fidejusserit, vel solverit, Sctum Vellejanum excluditur. 1463. 220. & 222.

Etiam Fœminæ de constituto tenentur, si non intercesserint. 1451. 109.

Quando Fœmina suum proprium debitum constituit, tunc neque Sti Vellejani, neque novæ Constitutionis dispositio locum obtinet. 1451. 110. 1455. 145.

Idem dicendum, si illa prima quidem facie alienam; in rei tamen veritate suam propriam obligationem suscipiat. 1451. 111.

Quando Fœmina mandati actione obligata est, tunc ipsa in rem suam obligari videtur, & propterea à beneficiis muliebribus excluditur. 1452. 113.

Ubi nulla est Fœminæ intercessio, ibi nulla quoque Sti Vellejani, vel beneficii novæ Constitutionis renunciatio pedem figere, nedùm exigi potest. 1453. 123. junct. 1454. 130.

Quando Fœmina se obligat in rem communem, quam sua interest totam conservari, tunc etiam de Jure Württemb. Sctum Vellejanum locum non habet. 1455. 145. & sqq. 1461. 208.

Fœminæ præsumuntur tenaces. cons. 16. n. 1007.

Fœminas quælibet levis causa à dolo excusat. 615. 21.

Etiam Fœminæ torqueri possunt. 1027. 277.

An etiam senes? 314. 121. & sqq.

Fœminæ lactantes non tàm acriter fustigantur, ut aliæ Fœminæ. 1285. 134.

In incestu Juris Civilis Fœminæ non eadem pœna plectuntur, quæ maribus infligitur. 1285. 132.

An, & quibus casibus, ad defensionem aliorum admittantur? cons. 16. n. 966. & seq.

Etiam Fœminæ criminis assassinii, ad effectum fundandæ ordinariæ ejus pœnæ, reæ fieri possunt. 1016. 133.

Etiam Fœminæ pœnæ Legis 7. Cod. unde vi, reæ fieri possunt. 1053. 140.

Quando agnationis conservatio intenditur, Familiæ nomine Fœminæ *non comprehenduntur.* 398. 204.

Fœminæ agnationem *non* conservant; sed destruunt. 398. 205.

Nec diversum in Magnatum & Principum Filiabus hîc obtinet. 398. 206.

Germanicæ dictiones: Stamm und Nahm/ Fœminas haud complectuntur. 398. 207.

Masculinus sexus, regulariter, Fœmininum sub se continet. 778. 106.

Posteris indultæ Immunitates an etiam ad Fœminas extendi queant? 778. 108.

An sub Lineæ appellatione illæ quoque contineantur? 40. 354.

Extranei non debent melioris conditionis esse, quàm Fœminæ arctissimè defuncto conjunctæ. cons. 16. n. 715.

Statutum Fœminarum, propter masculos exclusivum, tùm Juri divino, tùm omni humano convenientissimum est. cons. 16. n. 809. & seq.

Talia statuta Fœminarum exclusiva sunt æquissima, reique tùm publicæ, tùm familiarum privatæ saluberrima, hincque omni favore digna, & præcisè servanda. cons. 16. n. 814. & sqq.

Hincque etiam Camera Imperialis, in suis judicatis, sæpe talia statuta & pacta confirmavit. cons. 16. n. 818.

Hinc etiam in plerisque illustribus familiis, non solùm in Hispania, Italia, Gallia; verùm etiam in Germania ejusmodi Statuta, Pacta, & Consuetudines sunt usitatissimæ. cons. 16. n. 918. & seqq.

Omnia Statuta, fœminarum, in casu extantium masc-

masculorum, exclusiva, omnesque ejusdem generis consuetudines, privilegia & pacta ità, in dubio, exaudienda sunt, quòd, nisi expressa reclamet litera, vel consuetudinis indubia certitudo, fœminæ, masculis sublatis, indubitatò admitti debeant. 1122. 176. 1155. 554.

Præceptum paternum testamentarium de suis filiabus, per Renunciationem, ein vor alle mahl excludendis, non potentiùs operari debet, quàm hujusmodi statutum, pactum, vel privilegium, etiam efficacioribus clausulis munitum. 1122. 176.

Licet talia statuta, privilegia, pacta, consuetudines, testamenta de Fœminis in perpetuum & generaliter excludendis loquantur; tamen semper hic casus, nisi Stemma masculinum expirare contingat, pro tacitè excepto haberi debet. 1122. 177. & sqq.

Probatur hoc de statutis, tùm certæ alicujus familiæ propriis, Erbeinigungen / tùm in tota provincia, vel regno obtinentibus. 1122. 179.

Item de Privilegiis Fœminarum exclusivis. 1123. 181.

Et de tali Consuetudine, imprimis in Regno Neapolitano. 1123. 181.

Consuetudo hujusmodi masculos vocat, & Fœminas excludit; sed non præfert Fœminæ tantisper exclusæ, vel potiùs suspensæ, alias Fœminas. 1123. 182.

Cessante masculorum favore etiam Fœminarum exclusio cessat. 1123. 183.

Dispositio talis testamentaria, quòd filiæ ein vor alle mahl renuntiare debeant, non majoris est potentiæ, quàm DDres de tali consuetudinaria, privilegiaria, statutaria, pactitia, etiam prægnantioribus clausulis munita, renuntiatione communiter tradunt. 1123. 186.

Plura de tali paterna Dispositione vid. sub voc. Renuntiatio.

In illis locis, in quibus statutum fœminarum prædicto modo exclusivum viget, tàm Renuntiatio, quàm Patris stipulatio de illa præstanda, in dubio non aliter, quàm juxta illius statuti formam, facta censetur. 1143. 404.

De successione Fœminarum in feudis & fideicommissis vid. Feudum. Fideicommissum. Renuntiatio.

Descendentibus Fœminini sexûs vid. Liberi.

Dotibus Fœminarum vid. Dos.

FORCEPS.

De Forcipibus pollicum, Daumschrauben / vid. Tortura.

FORENSIS.

Forenses delinquentes non minùs, quàm contrahentes, statutis & pœnis in loco delicti obtinentibus se subjicere voluisse existimantur. 571. 87.

Hæc omnium Civitatum immota Lex est, ut, qui alterius territorium ingreditur, tantisper se etiam illius legibus conformem exhibeat. 571. 90.

Forensium coercitio est arbitraria, &, pro ratione circumstantiarum, facilè severior, quàm indigenarum. 569. 62.

De pœnis feripetatum Forensium in Ducatu Würtembergico vid. Fericidium.

FORMA.

Cui essentialis alicujus rei Forma competit, etiam res formata seu species competit. 648. 45.

Conditio Formam dispositionis importat. 678. 41.

Forma est aliquid individui, & nullum defectum, vel in minimo, patitur. 528. 214.

FORUM.

In causis Fori mixti locus est præventioni, neque à judice ecclesiastico ad secularem, vel contra, appellare licet. 1495. 144.

Omnes litigantes illius loci & Fori legibus, in quo lis ventilatur, obnoxii sunt. 1630. 44.

De competentia Fori ex causa delicti vel contractus vid. Delictum. Contractus.

FRATER. Conf. Cognatus.

Frater consanguineam vel germanam sororem, præterquàm in subsidium, dotare non tenetur. conf. 16. n. 863.

Nec factum Fratris Fratri nocere debet. 1053. 114.

De renunciatione fraternæ successionis vid. Renuntiatio.

FRÆNARIUS. Vid. Opifex.

FREQUENS. FREQUENTIA.

In dubio ile præsumitur contractus, qui in aliqua regione frequentior est. 658. 198.

Quod Frequenter contingit, lex ipsa præsumit. 657. 182. 835. 156. & sq.

Sic, ut onus probandi in adversarium rejiciatur. 836. 158.

Frequentia delicti exasperationem pœnæ deposcit. 570. 82. 1345. 104.

Etiam ob solam abigeatus Frequentiam valdè invalescentem pœna gladii decerni potest. 1345. 103.

Idem etiam in crimine Latrocinii fieri posse nullum est dubium. 1345. 103.

De Frequentia Veneficii vid. Assassinium. Veneficium.

Fericidii vid. Fericidium.

Furti vid. Furtum.

Uxoricidii vid. Uxoricidium.

Abigeatus vid. Abigeatus.

FRUCTUS.

Si fundum stipulanti Fundus, detracto usufructu, præstetur, promissor à sua obligatione non liberatur. 637. 36.

Cùm quid ipso jure fit, etiam Fructus confestim,

ſtim, ex eō tempore, reſtitui debent, non ſpectatâ ullâ petitione, vel litis conteſtatione. 407. 305.

Ad quos Fructus teneatur malæ fidei poſſeſſor in actione in rem principali? & quomodo æſtimentur? vid. Vindicatio.

Regula, qua Fructus pendentes pars fundi dicuntur, quomodo ſit exaudienda? 123. 195. & ſq.

In Foro Saxon. Fructus pendentes ad maritum, uxori ſuperviventem, ceu ſucceſſorem in mobilibus, pertinent. 124. 196.

Fructus prædiorum ipſo jure diminuit, quicquid in hæc impendii factum eſt. 1415. 152.

Proventus frugum diverſis annis diverſiſſimi ſunt. 679. 60.

Etiam rariſſima, unius, vel plurium annorum fertilitas jura non variat. 679. 61.

De venditione Fructuum pendentium vid. Venditio.

Quinam Fructus ſpectent ad uſufructuarium? vid. Uſusfructus.

De Fructibus annuis legatis vid. Uſusfructus.

Fructus civiles quinam ſint? 701. 348. 738. 274.

Ad quem pertinent Fructus, ad eundem quoque mercedes pro illis ſolvendæ ſimiliter pertinent. 701. 350.

Alia Fructuum naturalium ratio eſt, & alia uſurarum. 545. 468. & ſeq.

Etiam illi, qui ad Fructus ultimi anni, in agris vel vineis Debitoris bonis cedentis natos, percipiendos, vel colligendos pecuniam crediderunt, vel erogarunt, abſoluto prælationis privilegio in proceſſu edictali gaudent. 1416. 159. & ſeqq.

De Fructibus feudalibus vid. Feudum.

differentia inter Facultatem Fructus percipiendi, & Uſumfructum propriè ſic dictum vid. Uſusfructus.

FRUMENTUM.

De Contractu ita celebrato, daß man auf Früchten etwas gelds zuvorgibt auff den gemeinen/ oder auf eine benahmſte zeit ſich ergebenden ſchlag und werth/ oder auff Rechnung/ vid. Venditio.

De Frumenti ex propriis fundis collecti Venditione, an negotiationi quæſtuariæ accenſenda? vid. Quæſtuaria negotiatio. Statutum.

Quo jure is, qui ad agros Debitoris obærati conſerendos Frumentum ſementarium, Saatkorn/ vendidit, vel pecuniam, ad id comparandum, mutuò dedit, in Concurſu Credd. gaudeat? vid. Credd. Concurſus.

FRUSTRA. FRUSTRANEUS.

Nemo credendus eſt, fruſtratoriam diſpoſitionem ordinare voluiſſe. 345. 14.

In contractibus nulla ſyllaba fruſtranea eſſe debet. 736. 258. 780. 134.

De jactura rerum ſuarum fruſtranea non præſumenda vid. Jactura.

FUGA.

Inſultatus, ſi commodè aufugere poterit, in vitæ periculo conſtitutus dici nequit. 379. 671.

Effractio ex carcere & Fuga correi, Rei confeſſionem, ad effectum dictandi pœnam morti proximam, tùm in crimine furti, tùm etiam in aliis, præſertim verò illis, quæ clàm committuntur, & nullum poſt ſe veſtigium relinquunt, valdè adminiculatur. 1276. 13. & ſqq.

Fuga ſtatim arrepta haud exiguum criminis alicui imputati indicium parit. 1024. 235.

Fuga remotum & commune criminis incendii indicium præbet. 278. 221.

FUNDUS.

Fundi appellatione quid in contractibus & legatis veniat? vid. Uſusfructus.

Nomina, Fundus, & Prædium, regulariter, idem denotant. 637. 39. 728. 147.

De animalibus Fundi inſtruendi cauſa paratis vid. Mobile.

FUNUS.

De ſumptibus in Funus Debitoris obærati, ejusdemq; liberorum factis vid. Credd. Concurſus.

FURIOSUS. FUROR.

An, & quatenùs Furioſi, intervallato Furore laborantes, torturæ ſubjici valeant? Et quænam, quoad hoc punctum, ſingularis planè fuerit Taboris ſententia? 1557. 143. & ſqq. 1586. 135. & ſeq.

Vindicatur Bocerus malè à Tabore, pro erronea ſua ſententia, allegatus. 1587. 148. & ſeqq.

Furioſa propemodùm hæc nonnullorum deciſio audit, quòd, ſi crimen ab aliquo, ante Furorem, commiſſum fuerit, ejus autor, deindè in furorem delapſus, in ipſo Furore, ad ultimum ſupplicium nihilominùs raptari queat. 1587. 148. & ſeq.

Hoc, quòd Furioſus, in omnibus, abſentis & quieſcentis, imò mortui loco habeatur, non de Furioſo, qui intervallato; ſed de eo, qui perpetuo Furore laborat, ſolitariè exaudiendum venit. 1588. 150.

Furor intervallatus non impedit, quo minus, per tempora perfecti intervalli, pœna capitalis, contra reum eodem laborantem, executioni mandari poſſit. 1588. 152.

Talis Furor, regulariter, ne quidem ad obtinendam pœnæ mitigationem prodeſt. 1588. 153.

Ejusmodi Furore laborantes, per dilucida intervalla, eodem, in plerisque, tùm odioſis, tùm favorabilibus, capitibus, cum ſanæ mentis hominibus, jurè cenſentur. 1588. 154.

FURTUM.

Qui re ſibi commodata, locata, pignorata, depoſita, invito domino, diutius, vel aliter, vel ſimpliciter utuntur, ratione talis uſus, Furtum committunt. 1516. 63.

Idem dicendum, quando commodatarius rem ſibi

ſibi commodatam rursùs alii, invito commodante, commodat. 1510. 65.

Toties Furtum fit, quoties quis uſum rei alienæ in ſuum lucrum convertit, vel quoties res in eam cauſam non eſt accepta. 1510. 66. & ſq.

Etiam falſi crimen ſubdolum & occultum Furandi genus conſtituit. 1550. 131.

Actio Furti etiam nautis, cauponibus, aurigis, aliisque vectoribus de rebus ex navi, caupona, curru & rheda ablatis competit. 601. 203.

Idem de nuntiis publicis & privatis dicendum. 601. 206.

Frequentia furandi nec contra privatos, nec contra publicos alienorum bonorum adminiſtratores actionem de recepto producit. 601. 213. & ſq.

Qualis actio Mercatori, contra perfidum ſuum famulum, libros Rationum, Facturen- und Wahren-Rechnungen, item deren Ausrechnungen/aliaque literalia ei ſurripientem competat? 137. 29. & ſqq.

Quatenùs interſit creditoris, tabulas cautionis ſeu inſtrumentum debendi ſibi non ſurripi? 138. 42.

Furtum etiam in tabulis, cautionibus, rationibus, aliisque inſtrumentis, publicis & privatis, committi poteſt. 139. 45.

Exiſtentia talium inſtrumentorum in & ſub manibus ea ſurripientis à Furti reatu & actione ipſum non liberat. 139. 46. & ſqq.

Etiam Tutor, pecuniam pupillarem in proprios uſus vertens, non ſaltem tutelæ; ſed & furti actione pulſari poteſt. 139. 48.

Actio Furti nec manifeſti etiam hodienùm in duplum competit. 140. 57.

Expenditur vera & genuina hanc in rem ſententia Ord. Crim. Carolinæ, Art. 157. 140. 60. & ſqq.

Evincitur, quòd duplum in eodem præſtitutum ſit mera pœna. 140. 61. & ſqq.

In Furto tabularum & inſtrumentorum an duplum illorum pretii poſſit exigi? 140. 65.

Utrum etiam duplum ejus, quod intereſt, Rationes, vel alias Tabulas non eſſe ſurreptas, peti valeat? 141. 70.

Illuſtratur hoc exemplo inſtrumenti ſeu Chirographi obligatorii. 141. 71.

Quidſi debitum, quod ex illo probari poterat, fuerit ſolutum? 141. 74.

Qualis actio Debitori, facta ſolutione, ad recuperandum inſtrumentum debendi competat? 141. 73.

Si inſtrumentum guarentigiatum creditori auferatur, ob interverſas promptas probationes, ipſius intereſt. 142. 77.

Quando creditor ſuum creditum aliter probare poteſt, tunc propter inſtrumentum ei Furto ablatum ipſius non intereſt, nec ipſe propterea ad duplum intereſſe agere poteſt. 142. 78.

Etiam apochâ ſurreptâ agi poteſt in duplum? 142. 81.

Quando hoc limitetur? 142. 82. & ſq.

Rationes mercatoriæ, Facturen- und Wahren-Rechnungen/ ſi ſurripiantur, item Mercium aliundè allatarum ſupputationes, Wahren-Außrechnungen/ Muſter von Wahren/ an ipſæ illæ merces objectum duplationis conſtituant? 143. 88.

Quomodo talis mercatoris, cui tales ſcripturæ & tabulæ ſurreptæ, revera interſit? 143. 90. & ſqq.

In Furti actione actori præcisè probandum incumbit, quòd tempore Furti commiſſi ipſius interſit, vel interfuerit. 143. 95.

Etiamſi quis debitum, eô tempore, quô ipſe, tanquàm creditor, agebat, vel debiti, ob quod ipſe iteratò conveniebatur, ſolutionem probare nequiverit; ſi tamen vel tabulas obligationis, vel apocham creditoris ſibi Furto ſurreptam, ex poſt facto nactus fuerit, tunc Furti actionem ad duplum illius, quod exinde probare poteſt, ſua intereſſe, intentat juſtiſſimè. 143. 98. & ſqq.

In bonis Furis tacita hypotheca non competit. 1423. 227.

Qui, ad res Furto ablatas recuperandas, remediis ſuperſtitioſis, citra tamen expreſſum cum Diabolo pactum vel colloquium, utitur, extraordinaria eapropter pœna affici poteſt. 568. 51.

De Furibus ferarum, aliorumque animalium, vid. Fericidium. Abigeatus.

Furtis in navi, caupona, ſtabulo, vel rheda commiſſis vid. Nauta. Rhedarius.

Ob crimen Furti competens condictio furtiva non tollit extraordinariam perſecutionem criminalem. 573. 126.

Condictionis Furtivæ cauſa efficiens minùs principalis eſt Furtum. 306. 10.

Pœna Furti, prima vice commiſſi, hodiè, plerubique locorum, non eſt capitalis. 1550. 130. & ſqq.

Furtum tertia vice commiſſum pœnâ ultimi ſupplicii, & quidem regulariter ſuſpendii, plectitur. 566. 9. 567. 16. 1199. 11.

Et hanc Juris Carolini diſpoſitionem etiam Sereniſſ. Würtemb. LLator, ſingulari Reſcripto, Anno 1698. ad Facultatem Juridicam transmiſſo enixè repetiit. 1200. 12.

Tria Furta conſuetudinem & habitum furandi inducere, & rarò locum reſipiſcentiæ atque emendationi relinquere cenſentur. 567. 16. 1200. 14. & ſqq. 1559. 34. 1561. 58.

Hujus furfuris Fures, quorum omne artificium in furando conſiſtit, etiam diligentiſſimi Patresfam. cavere non poſſunt. 1200. 15.

Multitudo Furum pœnarum exaſperationem efflagitat. 571. 84.

Salus itaque, quies & ſecuritas publica, ut tàm malis hominibus provincia purgetur, magiſtratûs

ſtratûs officium inclamare intelligitur. 1200.16. 1562.62. & ſeqq.

Afferuntur complures utriusque juris loci, ad ſeveritatem adverſus hujusmodi præfractos Furciferos ſtatuminandum proficientes. 1200.17. & ſqq.

Furti cauſa non ſimpliciter pro privata haberi debet. 1561.53.

Tertium Furtum, absque ullo rerum furtim ablatarum valoris reſpectu, ipſiusque furtivæ contrectationis circumſtantiarum, ubivis terrarum illius autores patibulo ſubjugat. 1200.20. 1561.54. 1562.62. & ſqq.

Talis Fur pro inſigni, incorrigibili, ad furandum aſſuefacto & famoſo habetur, imò planè graſſatori ab ipſis LLbus æquiparatur. 1561.55. & ſqq. 1200.22. & ſqq.

Per pœnas gradatim contra Furem decretas ipſius animus, an adhuc aliqua emendationis ſpes ſuperſit? à judice tentatur & exploratur. 570.71.

Illi gradus pœnarum etiam per æquipollens ſupleri poſſunt. 570.73.

Ex tertii Furti probatione etiam incorrigibilitas Furis probata, & ipſe veniâ indignus cenſetur. 1201.27. 1562.59.

Hinc ultimi ſupplicii, & in ſpecie laquei pœna eisdem de conſuetudine generali juſtiſſimè irrogatur. 1562.59.

Reſpondetur remiſſivè autoribus, iſtam pœnam nimiæ duritiei hinc inde incuſantibus. 1562.60.

Propter tria, vel plura ſaltem levia, Furta, hodiernis quoque moribus, non dictari pœnam mortis contendit Farinacius. 1201.33. & ſqq.

Ben. Carpzovius ad ſtatuminandam pœnam ultimi ſupplicii, propter tertium Furtum, ad minimum hoc requirit, ut tria illa Furta V. aureorum Hungaricorum valorem efficiant. 1201.35.

Hanc ſententiam B. Dn. Stryke non ſaltem æquiorem; ſed etiam communiorem appellat. 1564.78.

Idemque hodiè, plerisque in locis, receptum eſſe autor eſt Hoppius. 1201.36.

Plures alii Germaniæ JCti diverſæ ſententiæ patrocinantur. 1201.37.

Etiam in Ordinatione Crim. Carolina nulla, quoad pœnam laquei Furi famoſo dictandam, rerum valoris mentio occurrit. 1201.38. & ſqq. 1562.65.

Hinc nec Interpretum eſt aliquam diſtinctionem hîc comminiſci. 1562.64.

Hæc ſententia, quòd ob Furtum tertia vice commiſſum pœna laquei, ſine reſpectu rerum valoris, obtineat, communiſſimo DDrum ſuffragio nititur. 1563.66.

Multi hanc ſententiam de pœna laquei ob Furtum tertium dictanda ſic temperant, quòd illa tùm demùm locum habeat, ſi Fur jam antea ſemel, vel planè bis punitus fuerit. 1564.81. & ſeqq.

Talis conſtitutio obtinet in Ducatu Magdeburgico. 1564.82.

Furtum plus aggravatur ex actuum frequentia, quàm ex magnitudine rei ſubtractæ. 1202.40. 1563.66.

Etiam extranei JCti, ob tria Furta, quantumvis levia, pœnæ ultimi ſupplicii locum aſſignant. 1202.41.

De crimine Furti ſepties reiterato, & tamen non capitaliter punito vid. Cons. 54. per tot.

In quibus Provinciis, ob tertium Furtum, pœna ultimi ſupplicii non ſemper dictetur? 1202.42. & ſqq.

In pœna Furto commenſuranda etiam rei interverſæ ſive damni illati habenda eſt ratio. 1202.47.

Furtum tertia vice reiteratum non ob trium Furtorum accumulatorum magnitudinem; ſed ob publicæ quietis & ſecuritatis violationem pœnam mortis operatur. 1202.50. 1562.62. & ſeqq.

Publica pax, ſecuritas & tranquillitas, præcipuè in ædibus, & tempore nocturno, quo illæ cuilibet tutiſſimum, pro ſua quiete, refugium & receptaculum præſtare deberent, per Furum audaciam, valdè labefactatur. 1202.53. & ſqq.

Incertum eſt, qua mente Fur, præprimis nocturnus, ædes effringat, ſpoliandi, an & occidendi animo? 1561.63.

Hinc etiam lex divina Furem nocturnum occidi permiſit. 1561.63.

Proportio inter Furtum tertia vice commiſſum & pœnam patibuli quomodo conſiderandal 1203.56.

Furibus rectè inuritur ſtigma. 571.93.

Non tamen in fronte; ſed ſaltem in dorſo. 571.94.

Jus Saxonicum ſtigmata maxillæ, vel frontî inuri jubet. 571.96.

Hodiè aliter ſervatur. 571.97.

Ad pœnam fuſtigationis ob delictum Furti dictandam etiam ſola Reorum confeſſio ſufficit. cons. 17. n. 9.

Idem multo magis dicendum, ſi cum confeſſione effractio ex carcere & fuga correi concurrat. 1276.13. & ſqq.

Unum alterumve Furtum confeſſus utrum etiam, propter alia, torturæ poſſit ſubjici? cons. 17. n. 85. & 95.

Si dominus rei, per Furtum ablatæ, ſtatim deſuper conqueratur, ſuamque querelam juramento corroboret, tunc corpus delicti, ſi ipſum honeſtas vitæ commender, pro ſatis probato habendum venit. 1338.32. 1544.78.

Hæc domini Furtum paſſi querela tàm ſufficiens reputatur, ut, tametſi res furtiva non amplius extet; tamen etiam ultimi ſupplicii pœna, ceteris paribus, benè dictari queat. 1545.91. & ſq.

Quando

Quando contra saccularios, Beuttelschneider/ saltem unum, duo, vel tria Furta legitimè probantur, tunc, ad alia plura pro sufficienter probatis habenda, etiam sola ipsorum, tametsi non aliter adminiculata, confessio, etiam ad decernendam pœnam laquei, sufficit. 1546. 95.

Tametsi ob illa nunquàm fuerit punitus. 1549. 124.

Hæc doctrina non saltem in Italiæ; sed etiam in Germaniæ foris receptissima est. 1546. 95. & 96.

Quare pœna laquei vel gladii adversus saccularios justiùs sibi locum vindicet, quàm contra falsarios? 1550. 133.

Quænam actiones cum actione Furti cumulativè concurrant? 141. 69.

Inventor rerum alienarum, easdem celando, de animo furandi tàm suspectum se reddit, ut nec juratæ ejus assertioni, quòd non habuerit furandi propositum, fides habeatur. 308. 28.

Inventio rerum alienarum, an, ob annexum Furti crimen, torturæ locum faciat? vid. Tortura.

An inventor rerum ab alio amissarum, propriè loquendo, rem contrectare dici possit, ità, ut pœna laquei decerni valeat? 308. 30.

Pro gradu doli, à tali inventore commissi, pœna extraordinaria exasperari potest. 308. 31.

In Furto ejusmodi quomodo corpus delicti repræsentetur? 308. 34. & sqq.

Furtum consulens, & locum pecuniæ asservatæ ostendens, pœnæ laquei subjugatur. 266. 107.

Etiam Furtum non solùm ratione Quantitatis pecuniæ, vel aliarum rerum surreptarum; sed etiam Qualitatis, Loci & reliquarum circumstantiarum aggravatur. 275. 197. & sqq.

Sub nomine der Gulden in Q. de Furto magno, Nemesis Carolina de Scutatis, & non usualibus florenis intelligenda. cons. 17. n. 14.

Etiam in Furto magno condignè puniendo omnes circumstantiæ exactissimè pensitandæ. cons. 17. n. 31.

Etiam Furtum secundum, tametsi magnum, non semper pœna ultimi supplicii coercetur. conf. 17. n. 34 & sqq.

Præcipuè in Ducatu Würtembergico. cons. 17. n. 36. & sq.

Pœna suspendii, ob crimen Furti, haud paucis valdè dura reputatur. cons. 17. n. 39.

Mitiorem sententiam & pœnam eligentes à Juris Comm. ratione non recedunt. cons. 17. n. 40.

In hac Q. An Furtum sit magnum, nec ne? potissimùm ad eam personam, cui Furtum factum, respectus haberi debet. 1548. 117.

Furtum per effossionem commissum, si quidem adhibito instrumento lethifero, ceu periculosum, pœnæ laquei locum facit. cons. 17. n. 17.

Effossio rerum furtim contrectatarum ab allegante legitimè probandæ. cons. 17. n. 43.

Pactum inuntes de rebus per Furtum auferendis inter se dividendis, &, dùm illud committitur, in excubiis stantes ordinariæ pœnæ reatum incurrunt. 267. 114. & sqq.

Licet de pecunia per Furtum ablata nihil perceperint. 270. 135. & sqq.

An in casu, quando duo, prævia dolosa deliberatione, invicem paciscuntur, quòd conjunctis viribus, & communi periculo ac lucro, Furtum committere velint, si dein unus saltem res alienas contrectet, alter verò eidem, ad consummationem Furti, auxilium reale & cooperativum præstet, sine cujus adjumento primus vel planè non, vel non tàm facilè Furtum committere potuisset, uterque eadem; an verò posterior mitiore pœna sit afficiendus? 1556. 2. & mult. sqq.

Etiam ille, qui, dùm Furtum committitur, excubias agit, dummodò de rebus furtivis, ultra V. aureos Hungaricos, participet, Jure Saxonico, pœnæ suspendii obnoxius est. 1557. 9. & seq.

Si quis ex incendio, vel propter incendii trepidationem, vel ex prædiis adjacentibus, dolo malo quid rapiat, vel sine vi auferat, hæc ablatio inter Furta graviora refertur. cons. 17. n. 21. & sqq.

Qualis pœna hîc obtineat? cons. 17. n. 23.

Tales Fures in Marchia Badensi, ut & aliis in locis, pœnæ patibuli subjiciuntur. cons. 17. n. 25. & sq.

Hoc tamen multis in locis non obtinet. cons. 17. n. 48.

Promiscua ablatio, ab hostibus civitatem tenentibus facta, etiam à civibus factam contrectationem aliquatenùs excusat. cons. 17. n. 68.

Asportationem armorum lethiferorum, eorumque, si opus sit, usum DDres commr. circumstantiis Furtum, ad effectum dictandæ pœnæ capitalis, præcipuè aggravantibus, rectè annumerant. 1343. 80.

Pœnæ adversus Furti qualificati, vel magni reos in Ordinatione Carolina præstitutæ, regulariter, nullam extensionem admittunt. 567. 17.

Restitutio damni per Furtum dati, vel majoris ejusdem partis pœnam mitiorem, regulariter, operatur. cons. 17. n. 50. 1103. 59.

Restitutio rerum furtim ablatarum non aliter pœnam mitiorem meretur, quàm si illa fiat ante incarcerationem & formatum processum. 1103. 61. & sqq.

In Furto periculoso illa nihil operatur. 1104. 67.

An etiam in Furto ter vel pluries reiterato? 1103. 60. 1104. 68. 1106. 90. & sq.

In pœna patibuli Furibus adjudicanda exactissima omnium circumstantiarum habenda est ratio. 1105. 87

In hoc delicto imprimis judex, undecunque ca-

ptatâ occasione ; acerbitatem humanitate temperet. 1205. 88.
Insignis rei simplicitas, vel planè fatuitas multum etiam ad pœnæ imminutionem tribuit. 1205. 89.
Itemque vita ipsius honestè eousque transacta. 426. 52. 1205. 82. 1206. 92.
Nec non tempore commissi furti tolerata gravissima paupertas. 1205. 89. & 83. 1564. 85. & seqq.
Itemque Furis minorennitas. cons. 17. n. 53. & sq.
Etiamsi circumstantiæ commissum Furtum aggravantes concurrant. cons. 17. n. 55.
Spes futuræ emendationis in remittenda pœna capitali pariter multum operatur. cons. 17. n. 58.
Quatenùs Furem minorennem fustigare permissum ? cons. 17. n. 80. & sq.
Rescriptum Ducale Johann- Fridericianum de Anno 1627. Furi, si sit opifex, & cætera sint paria, in Ducatu Würt. pariter ad pœnæ mitigationem prodesse prodest. 1206. 95.
Etiam in crimine Furti ingenua rei confessio ad pœnam imminuendam haud parùm proficit. 1564. 88.
Præprimis si per eandem aliud majus ab ejusdem complicibus demùm committendum Furtum detectum sit. 1564. 89.

FUSTIGATIO.

Pœna Fustigationis est morti proxima. 1000. 139.
Pœna Fustigationis etiam ob solam Rei confessionem dictari potest. 414. 9. 1034. 55. 1276. 15. & sqq.
Præprimis in delictis clam committi solitis. 1276. 18.
Idem multo magis obtinet, si, cum tali confessione, etiam effractio ex carcere & fuga rei concurrat. 1277. 18.
Pœna Fustigationis omnium Gg. judicio infamat, & delinquentibus ad perpetranda graviora facinora viam quasi sternit. cons. 17. n. 71. & sq.
In opere publico laborantes diutiùs alios, suo exemplo, à flagitiis absterrent, quàm Fustigati. cons. 17. n. 76. & sq.
Ubi neque confinatio, neque pecuniaria pœna, neque condemnatio ad operas publicas, neque etiam relegatio temporalis, vel similis pœna pedem figere potest, ibi supplicio modicæ Fustigationis cum perpetua relegatione locus faciendus. 1599. 67.
Modica Fustigatio quænam dicatur? 1599. 68.
In casu exequendæ modicæ Fustigationis carnifex, à Judice, in absentia rei, de modo circa illam adhibenda, priùs in specie monendus est. 1600. 74.
In casibus, ubi, ob concurrentes singulares facti circumstantias, pœna relegationis dictari nequit, rei sæpius ex foro usque ad ædes suas fustigantur. 1570. 45.
Pœna Fustigationis, & perpetuæ relegationis nihilominùs aliquando locum habere potest; tametsi reus in tortura nihil fuerit confessus. 1578. 48. & seq.
Etiam in crimine infanticidii, tametsi persona de illo suspecta omnia contra se militantia indicia per torturam purgaverit; tamen ob culpam latam ab ipsa commissam, pœna Fustigationis & perpetuæ relegationis locum habere potest. 1599. 66.
Ubicunque Fustigatio locum habere potest, ibi quoque Tortura. 307. 14. 307. 20. & sqq.
Ubi sola Fustigationis & perpetuæ relegationis pœna locum habere potest, ibi tortura, summi præsertim gradus, reiterari nequit. 1724. 35. & sqq.
Ad præveniendam horrendissimi criminis Blasphemiæ, & cum illo ad paria ferè judicandæ sanctissimæ divini nominis profanationis frequentiam etiam secundi gradus dementibus pœna Fustigationis jure decerni potest. 1570. 45.
Crimen reiterati baptismi, regulariter, pœna Fustigationis & perpetuæ ex *provincia* relegationis coeceri consuevit. 1279. 59.
Marito adulterii iterati reo etiam Fustigatio & perpetua relegatio, favore matrimonii, liberorum & conjugis, *in operas publicas aliquot* mensium converti *potest; licet correa fustigetur*, & perpetuò relegetur. 1197. 85.
Pœna positionis ad numellas, Fustigationem aliàs præcedens, personis epilepsia laborantibus plerumque remittitur. 1570. 47.
Fœminæ lactantes non tàm acriter fustigantur, ut aliæ fœminæ. 1285. 134.
Ex quibus, inter alias, rationibus etiam pœna Fustigationis in casu partus immaturi clanculariè editi, fœminæ, ob infanticidium, suspectæ, remitti possit? 1000. 140. & sq.
Fustigatio senibus, regulariter, remitti solet. cons. 19. n. 83.
An hoc tùm demum obtineat, quando metus subest, Fustigationem absque vitæ periculo non posse decerni? cons. 19. n. 84. & sq.
Pœna Fustigationis cum perpetua relegatione ex causa provectæ ætatis à Principe in condemnationem ad operas publicas haud dubiè mutari potest. 1363. 74.
Quatenùs furem minorennem Fustigare permissum? cons. 17. n. 80. & sq.

GEMINATIO. GEMINATUS.

Geminatio quid sit? 979. 821. & sq.
Tùm verborum, tùm actuum Geminatio majorem animi deliberationem atque enixiorem voluntatem & consensum demonstrat. 14. 111. 55. 482. 291. 113. & sqq. 303. 86. 390. 97. & sqq. 414. 406. 485. 270. 481. 119. 1658. 11.

Præcipuè ſi Geminatio ex notabili temporis intervallo ſit facta. 292.114. 73. 178.
DDres eidem etiam effectus jurisjurandi communiter tribuunt. 1181.121.
Tali Geminationi nihil adverſum opponi poteſt. 14.116. 292.116.
Hincque, regulariter, nec exceptio doli, læſionis, erroris, vel ſimilis obtinet. 292.115. 485.273. cons. 21. n.98. 1181.117. & ſq.
Geminatio excludit omnem extenſionem, habetque vim clauſulæ derogatoriæ. 14.112. 55.482. 622.124.
Geminata reſtrictio vim ſpecialis nominationis habet. 774.39.
Itemque clauſulæ: Ex certa ſcientia, æquiparatur. 390.100.
Ignorantia facti proprii Geminati non præſumitur. 229.750.
Geminatio omne dubium excludit. 14.115. 1181.122.
nunquam ſine cauſa fieri exiſtimatur. 390.96.
& propterea ſemper in oculis habenda. 390.96.
illius effectus non, niſi in ſola re geminata, locum ſortiuntur. 415.427.
Geminata voluntas haud facilè mutata præſumitur. 1142.397.
Geminatio, regulariter, etiam actui invalido firmitatem conciliat. 1486.53.
Contraria DDrum regula, quòd Geminatio actum ipſo jure nullum non convalidet, de quibus negotiis & caſibus ſit exaudienda? 1587.54. & ſqq.
Quotiescunque in actu Geminato idem vitium ſubeſt, quod erat in ſimplici, tunc Geminationis, etiam à majorenni factæ, nulla ratio habetur. 1326.33. 1485.43.
An conſenſus Geminatus querelam exceſſivæ læſionis excludat? 1661.45.
Ratificatio negotii in minorennitate geſti, poſt majorennitatem completam, ſuperveniens, beneficium quidem in integrum reſtitutionis excludit; ſed non etiam intra minorem ætatem, aliquoties licet facta, conſenſûs Geminatio. 1326.34.
Quando verba Genus denotantia ſunt Geminata, tunc enumeratio etiam plurium ſpecierum illud nunquam reſtringit. 414.403.
Ad Geminationis effectus fundandos neceſſe eſt, ut illa fiat ex intervallo. 979.821. & ſq.
Tergemina deliberatio enixiſſimam delinquendi voluntatem oſtendit. 272.165.
Delicti Geminatio delictum multùm aggravat, & ad malè agendum obfirmatum animum redarguit. 1561.50.
Sæpè delictum ex ſe non capitale, per Geminationem, capitale evadit. 1561.51.
De confeſſione Geminata vid. Confeſſio.

GENERALIS. GENUS.

Conf. Species. Speciale.

Generali ſanctioni, tùm antiquiori, tùm recentiori, per antecedentem, vel ſubſequentem ſpecialem derogatur. 328.144. 1068.314.
Quando in aliqua, præſertim favorabili, diſpoſitione primò ponitur Genus, & poſtea ſpecies, tunc, tametſi hæ omnes non enumerentur; tamen illa præcedens diſpoſitio Generalis, per ſpecificè expreſſas, haudquàm reſtringitur. 413.388. 414.395. & ſq.
Copula, Und / Lat. Et, ſi cum talibus, v. grat. dictionibus: Ohne eintzige beſchwehrde / totum Genus deſignantibus, connectatur, Genus illud ad ſola ſpecificata haudquaquàm reſtringit; ſed tantùm abundantem quorundam ſpecificationem deſignat, & regulam. 413.392. & ſq.
Quando Genus & ſpecies inter easdem perſonas ponuntur, tunc ſpecies tantùm demonſtrationis cauſa poſita intelligitur. 414.397.
Generi, per ſpeciem, tùm demùm derogatur, quando agitur de diverſis diſpoſitionibus, & inter diverſas perſonas. 414.398.
Aliquarum ſpecierum enumeratio, ne quidem in dubio, Genus præcedens reſtringere cenſetur. 413.388. 414.402.
Præprimis ſi verba, Genus denotantia, ſint geminata. 414.403.
De clauſulis generalibus, earumque reſtrictione vid. Clauſula. Renuntiatio.

GENERATIO.

Plures hominum Generationes quomodò juridicè ſint computandæ? 195.384.

GERMANICUS.

Unum idemque Germanicum nomen, in diverſis ſcripturis, & diverſis temporibus, diverſimodè effertur. cons. 21. n. 39.
De variis nominibus, verbis & particulis Germanicis, earumque ſignificatu vid. Verbum.

GLOSSA.

Gloſſæ autoritas. 1052.119.

GRAVAMEN.

In controverſiis Gravamen ſucceſſivum & perpetuò recurſurum continentibus legaliter probandis irrefragabiles probationes requiruntur. 663.34.

GUARENTIGIA.

De inſtrumento Guarentigiato vid. Inſtrumentum.
furto in inſtrumenti Guarentigiati ſurreptione commiſſo vid. Furtum.

HÆMORRHAGIA.

De crimine Homicidii propter Hæmorrhagiam extraordinariè punito vid. Cons. 75.

HAILBRONNA.

De ſucceſſione conjugum jx. Statutum Liberæ & immed. Civitatis Hailbronnenſis vid. Statutum.

HELVETIA.

Alemanniæ olim magna pars fuit Helvetia. 181. 230.

HÆREDITAS. HÆRES.

Conf. Teſtamentum.

Hæredis inſtitutio extra teſtamentum fieri haud poteſt. 1261. 88.
Hinc nec in codicillo, vel in alia ultima voluntate. 1261. 88.
Et omnium minimè in pacto, contractu, vel transactione. 1261. 89. & ſqq.
Talia pacta bonis moribus contrariari cenſentur. 1262. 96.
Aliquem in contractu Hæredem ſuum nominans eundem propterea non cenſetur inſtituere. 1262. 98.
Quatenùs Hæreditas per pacta deferrì poſſit? vid. Dos, Pactum.
An ad Hæredis inſtitutionem ſufficiant verba: Omnia reliqua mea bona meo ex fratre nepoti ceſſura ſunt? 915. 97. & ſqq.
Inſtitutio hæredis quibusvis verbis fieri poteſt, modò indè voluntas teſtatoris Hæredem deſignandi ſatis liqueſcat. 915. 98.
Hæc verba: Daß ſein natural-kind / neben ſeinen ehelichen Kindern / auch ein rechtmäſſiger Erb ſeyn ſolle / Hæredis inſtitutionem citra dubium important. 1261. 87.
Utrum filia renuntiatrix in ſua Legitima vel Dote præcisè Hæres inſtitui debeat? vid. Legitima.
Etiam filius per reſcriptum Principis vel à Comite Palatino ad ſucceſſionem legitimatus, à patre præcisè Hæres inſtituendus, vel exhæredandus eſt. 1270. 202.
Quænam remedia ipſi in caſu præteritionis, vel iniquæ exhæredationis competant? 1270. 203. & ſqq.
Vocabuli, Erben / ſignificatus latiſſimè patet. 865. 108.
Germanicum nomen, Erben / eſt collectivum, ac generaliter omnes Heredum Heredes, quantocunque ſint gradu, notoriè ſignificat. 780. 140. 868. 144.
Verba: Daß es alſo zwiſchen den Erben / und dero Erbens-Erben gehalten werden ſolle / quomodo exaudienda? 53. 463.
Verba hæc: Daß das guth N. bey beyder Brüder Linien erblich verbleiben ſolle / & ſpecifica prohibitio alienationis extra familiam, ſunt æquipollentia. 53. 466. & 468.
De verbis: Erben / Leibs-Erben / Leibs-lehenbahren Erben / Heredibus ex corpore noſtro natis, Ehelich-gebohrnen Leibs-Erben / vid. portò Filius. Nepos. Liberi. Feudum.
De Hærede ſub conditione, ſi Heres inſtitutus ſine Liberis deceſſerit, ſubſtituto vid. Liberi.
Si quis prius teſtamentum, in quo extraneos hæredes inſtituit, per aliud teſtamentum, coràm quinque ſaltem teſtibus confectum, revocat, in quo Heredes ab inteſtato ſucceſſuros inſtituit, tunc hoc ultimum teſtamentum, ut voluntas ab inteſtato, ſuſtinetur. 942. 402. & ſq. 964. 657. & ſqq.
Generalis inſtitutio in bonis univerſis non trahenda eſt ad bona non duratura in teſtatoris Hæreditate, etiamſi de illis diſponere potuiſſet. 971. 744.
Hujus generis etiam mortis cauſa donata communiſſimè reputantur. 971. 744.
Prout in toto Jure generi per ſpeciem derogatur; ſic & univerſalis hæredis inſtitutioni per mortis cauſa donationem, adhibitis ſolennibus, ſpecialiter factam. 972. 746.
Donatio mortis cauſa dilectiſſimo fratri facta, ob ipſam hanc ſanguinis neceſſitudinem, tanto minus revocata præſumi debet. 972. 747.
Plura de Hæredis inſtitutione vid. ſub voc. Teſtamentum.
Hæreditas jacens perſonam defuncti domini repræſentat. cons. 20. n. 24.
Limitatur hoc in illis, quæ animum & affectionem habendi deſiderant. cons. 20. n. 25.
Benigna ſaltem LL. interpretatione Hereditas jacens defuncti poſſeſſionem retinere intelligitur. cons. 20. n. 26.
Res hæreditarias vacuas occupans ipſam Hæreditatem ſpoliare quodammodò exiſtimatur. cons. 20. n. 27.
Occupatio rei hæreditariæ, *jacente adhuc Hereditate facta, ſubjacet interdicto unde vi; ſed* non ea, quæ *fit poſt* Hæreditatis additionem, tametſi poſſeſſio rerum hæreditariarum ab Herede nondùm apprehenſa ſit. cons. 20. n. 30. & ſq.
Jure Romano poſſeſſio rerum hæreditariarum ne quidem in ſuum Heredem, ipſo jure, transfertur; ſed opus habet apprehenſione. cons. 20. n. 15. 1058. 197.
Et, niſi contrarium adferatur Statutum, hæc ipſa apprehenſio hodienùm neceſſaria eſt. 1058. 198.
Anne hodiè contrarium generali conſuetudine introductum dici valeat? cons. 20. n. 16.
Ne quidem ſui hæredis Cognati, Affines, vel Amici rerum hæreditariarum poſſeſſionem, ipſius nomine, ſine ejus mandato, apprehendere poſſunt. 1058. 199.
Defuncto poſſeſſore an ſaltim ſervi ab illo relicti ipſius poſſeſſionem continuent? 1059. 108.
Uſucapio, vivente adhuc domino inchoata, per tempora Hæreditatis jacentis, à ſervis illius continuari, & ex cauſa peculii etiam de novo poſſeſſio ab illis acquiri poteſt. 1059. 201.
Demortuo poſſeſſore nec ipſius Coloni, vel conductores, ab ipſo habitam poſſeſſionem, nomine hæredis, continuare queunt. 1059. 202. & ſq.
Hæredes mei rem à me ipſo alteri locatam, & quoad vixero, per colonum poſſeſſam, non

aliter possident, quàm si ipsi illius possessionem adipiscantur. 1059. 204.
An, & quare diversum in usucapione locum habeat? 1059. 206. & sqq.
Nemo præcisè ad Hæreditatis aditionem compelli potest. cons. 16. n. 959.
Desiderans, ut bona, post obitum conjugis superviventis, sibi restituenda sub juramento manifestationis specificentur, mensurentur, æstimentur, an hoc ipso actum hæreditarium exercere, & Hæreditatem sibi delatam adire intelligi queat? 129. 267. & sqq.
Hæreditatis petitionem instituens hoc ipso sibi delatam Hereditatem adiisse præsumitur. 129. 268.
Per obsignationis rerum hæreditariarum permissionem defuncti Hæreditas adita præsumi nequit. 948. 474. & sqq.
Defuncti rationes, calendarium, libros, & instrumenta sibi edi desiderans pariter hæreditatem nondùm adivisse præsumitur. 948. 475. & sq.
Multo minùs confectio inventarii rerum hæreditariarum istum animum demonstrat. 948. 476.
Eo ipso, dum filia illustris renunciat, etiam adit paternam Hæreditatem, vel aliam, & aditam cedit. 970. 728. & sq.
Aditio Hæreditatis agnitionem & approbationem voluntatis defuncti, & ex hac oriundam actionem personalem ex testamento generat. 67. 617. 131. 293.
Per Hæreditatis aditionem hæres omnium à defuncto relictorum bonorum dominium consequitur. 797. 23.
Per eandem Hæreditas nomen suum amittit, & proprium hæredis patrimonium efficitur. 68. 619. 798. 25. cons. 16. n. 764. & sqq.
Bonaque heredis cum bonis defuncti confunduntur. 798. 25. 1390. 58.
Testatoris & Heredis bona, in oppositione ad res alienas, conjunguntur. 68. 620.
Hæc ex Jure communi ordinario deprompta regula, quòd per Hæreditatis aditionem bona defuncti cum bonis hæredis idem patrimonium constituant, in materia renunciationis filiarum nobilium, tanquàm exorbitante, limitationem recipit. 1163. 639. & sqq.
Per Hæreditatis aditionem inter testatorem & hæredem etiam personarum unio inducitur. 68. 618. 1165. 655. 1748. 116.
Per Hæreditatis aditionem omnia jura defuncti, tàm passiva, quàm activa, in Heredem transeunt. 129. 269. 1390. 54.
Hinc eodem modo, quo defunctus obligatus fuit suis creditoribus, ejus etiam successor pariformiter obligatur. 1390. 55. 1748. 122.
Eædemque, quæ adversus defunctum competebant, Actiones, etiam contra Hæredem competere dicuntur. 1390. 56.
Hoc ipsum tamen solummodò quoad actiones personales; non etiam quoad actionem hypothecariam, in ordine ad bona hæredis propria, procedit. 1392. 75. & sqq. 1393. 84.
Actiones personales, ex defuncti persona, adversus ipsius hæredem competentes Cardinalis de Luca malè in universum ex quasi contractu descendere existimat. 1392. 78. & seq.
Quasi contractus Hæreditatis aditionis non plus operatur, quàm ipse contractus à defuncto initus. 1393. 81.
Cur à transitione actionis personalis contra defunctum competentis ad hypothecariam concludi nequeat? 1393. 82.
Bona Hæredis non possunt dici bona defuncti. 1393. 83.
Quousque Heres à testatore etiam in propriis bonis, per modum legati, fideicommissi, &c. gravari possit? vid. Testator.
De hypotheca in bonis Hæredis constituta vid. Hypotheca.
Facta defuncti licita ipsius Heredis propria existimantur, & proinde ab ipso quoque, & quidem, regulariter, in solidum præstanda sunt. cons. 16. n. 1003. 288. 74. & seq. 303. 77. 624. 142. 1392. 74. 1750. 146. cons. 16. n. 561.
Idem etiam procedit in Hæredum Heredibus. cons. 16. n. 1004.
Etiam in fideicommissis. 1065. 282. 1743. 116.
An etiam in feudis? vid. Feudum.
Filius patris sui Heres alienationem suorum Bb. adventitiorum à patre factam impugnare nequit. 1748. 120. & seq.
Heres facta defuncti etiam in bonis primogenituræ vel majoratui obnoxiis præstare tenetur. 1749. 126.
Paciscentes suis quoque Heredibus prospexisse, & eosdem obligare voluisse credendi. 79. 717. 391. 110. 774. 46. 870. 172.
Nemo suos Heredes nimiùm onerare voluisse præsumitur. 80. 725.
In dubio quilibet voluisse præsumitur, ut Hæres suus faciat id, quod ipse facturus esset. 81. 728.
Hæres Hæredis, quantocunque gradu sit, etiam Hæres testatoris, vel cui ille primus Hæres successit, esse censetur. cons. 16. n. 999. & sqq. 1750. 153.
De vocabuli Heredum in materia feudali significatu vid. Feudum.
confessione defuncti, quatenùs Heredi præjudicet? vid. Confessio.
Quilibet, etiam extraneus, futuris suis Hæredibus obligationem & actionem acquirere potest. 872. 194. & sqq.
Hæredes in voluntate, in qua defunctus perseveravit, acquiescere debent. 1307. 207.
De facultate contractum à defuncto celebratum interpretandi etiam Hæredi reservata vid. Contractus.
Hæres, in delictis, non repræsentat defunctum. 1047. 59.
In pœnis, quæ ipso jure committuntur, illarum

executio ab ipsa lege fieri intelligitur, ut dehinc illæ etiam ab Hæredibus delinquentis exigi valeant. 1048. 67.
Illustratur hoc exemplo Legis 41. Cod. de transaction. 1048. 68.
Ubi lis cum defuncto delinquente contestata, ibi etiam merè pœnales & mixtæ actiones adversus illius Hæredes transeunt; cum eodem effectu, qui etiam adversus ipsum defunctum locum habiturus foret, excepta sola infamia. 1048. 69. & sq.
Utrum filius Hæreditatem ex Juris Civilis dispositione sibi delatam, per totum triceñium, jure Filiationis, & per aliud triceñium jure Agnationis, & per tertium tricennium, jure Cognationis, ad eandem adspirare queat? 1074. 380. & sqq.
De filio, patris in feudis vel bonis fideicommissariis successore, eodemque Herede allodiali vid. Feudum. Fideicommissum.
Pater pro se & Hæredibus suis stipulans non tàm de extraneis Hæredibus; quàm de illis solis, qui ab ipso descensuri sunt, sensisse censeri debet. 1134. 321.
Alexander ab Imola pro magno absurdo hoc reputat, ut in stipulatione patris pro se & suis Hæredibus masculis facta, his deficientibus, ipsiusmet Filia non comprehendatur, & è contra Extraneus comprehensus censendus sit. 1139. 365. & sq.
Quousque hoc, quòd Hæres testamentum, per Hæreditatis aditionem, approbans illud postea improbare nequeat, sit exaudiendum? 947. 464. & sqq. junct. 951. 502. & sqq.
Quid in specie de aditione Hæreditatis ex legatorum solutione colligenda dicendum? vid. Legatum.
Consensus liberorum legitimorum de naturali filio ad æqualem cum ipsis successionem admittendo, ex Hæreditatis aditione solumodò præsumptus, an ipsis præjudicet? vid. Liberi.
Liberi legitimi patris hæreditatem simpliciter adeuntes, contra legis expressam prohibitionem ab illo disposita non censentur approbare. 1266. 153.
De approbatione ultimæ voluntatis ab Herede semel tacitè vel expresè facta non revocabili vid. Legatum. Voluntas ultima.
Hæreditas sub conditione delata, hac ipsa pendente, nec acquisita, nec in alios transmissa dici potest. 799. 60.
Res judicata ex Hærede putativo efficit verùm. 1268. 181.
Heres factum defuncti, juris præsumtione, ignorare præsumitur. 494. 49.
Etiamsi illius consanguineus sit. 494. 50.
Secus, si filius sit, & cum patre simùl habitaverit. 494. 51.
An & quat. Heredes ad Juramentum in supplem. admittantur? vid. Juramentum in supplem.
Quilibet Hæres, ad expungenda debita defuncti, pro hæreditaria sua parte, tenetur. 129. 270.
Hæres sine beneficio legis & inventarii hæreditatem adiens, etiam ultra vires Hæreditatis, in solidum, defuncti debita solvere tenetur. 1392. 79. & 76.
Spes debitum iri ex conditionali conventione resultans in Hæredes transmissibilis est. 870. 271. & sqq.
Quatenùs fideicommissum transmittatur in Hæredes, vel non? vid. Fideicommissum.
Pœna commissi emphyteuseos, si nulla ante domini directi vel emphyteutæ obitum declaratio desuper facta fuerit, an demùm ab Hæredibus domini directi, vel adversus emphyteutæ successores & Hæredes decerni possit? vid. Emphyteusis.
De Clausula: Mir und meinen Erben ohne schaden/ vid. Clausula.
Creditor debitori suo Hæres factus, pro tota suæ partis hæreditariæ, per confusionem, suum creditum amittit. cons. 20. n. 8. & sqq.
Tametsi Hæreditas, post aditionem, per damna casualia, ità decrescat, ut ne quidem Falcidia Hæredi supersit; hoc tamen non impedit plenorum legatorum exactionem. 83. 744. & seqq.
Viventis nulla est Hæreditas. 811. 219. 819. 69. 868. 143.
Hæreditatis necdùm delatæ nulla pura & simplex datur renuntiatio. 811. 219. & sqq.
Sicut viventis nulla est *Hæreditas, sic nec liberi* duorum, adhuc *viventium, parentum Hæredes* esse, vel *jus in bonis* illorum quæsitum prætendere possunt. 819. 69.
De Hereditatis divisione, & ad illam competente actione familiæ ercisc. vid. Divisio.
Restitutione in integrum contra hæreditatis aditionem vid. Restitutio in integrum. Minor.
Inventario Hæreditatis vid. Inventarium.
Nemo suo impendio, periculo, & omnigeno fastidio, in gratiam & commodum remotioris suæ Agnationis, magni pretii bona recuperaturus, & è contra suos proprios, tùm allodiales, tùm feudales Heredes ab omni bonorum sua propria pecunia recuperatorum, proprietaria participatione submovere voluisse intelligi debet. 723. 86.
An & quatenùs semel ab Hereditate exclusus in perpetuum cum omnibus suis descendentibus excluſus censeri debeat? 798. 37. & sqq. junct. 812. 224.
Si unus cohæres cum hæreditariis creditoribus paciscatur, ut illi partem sui crediti remittant, utrum ille cohæres hoc lucrum cum suis coheredibus communicare teneatur? 1167. 691. & sqq.
Quænam actio hoc nomine competat? 1168. 696.
Omnia commoda hæreditaria cohæredem pro rata sequuntur. 1168. 699.
Præcipuè si certæ res, v. grat. nomina, &c. fuerint assignatæ. 544. 449.

Sicut fructus ex rebus hæreditariis ab uno cohærede percepti; sic & alia lucra occasione cõmunis hæreditatis quæsita cohæredibus cæteris sunt communicanda. 1168. 700. & sq.

Veruntamen cohæredi, qui illa non sine incommodis & sumptibus quæsivit, aliquod præcipuum relinqui debet. 1168, 702.

Sicuti petitio Hæreditatis cohæredi adversus alterum cohæredem, pro illa parte, quà Hæres non est; ità etiam compossessio, & cum hac omnia remedia possessoria ei pariter conceduntur. 1165. 663. & sqq.

Cohæres, nondùm nactus possessionem, interdicto quorum bonorum experitur rectissimè. 1166. 669. & sq.

Cohæres pro ea parte, quæ ad ipsum non pertinet, non verus est Heres; sed illam tantùm pro Herede possidet. 1166, 672.

Hereditatis petitio, & interdictum quorum bonorum, regulariter, pari ambulant passu. 1166. 678.

Quando cohæredi Hæreditatis petitio adversus alterum necessaria sit? 1166, 676.

Cohæredi, contra alterum, etiam remedium Legis ult. Cod. de Edicto D. Hadr. toll. competit. 1166. 680.

Quousque hoc verum sit, quòd interdictum quorum bonorum contra verum hæredem nullum locum sortiatur? Et quòd inter cohæredes sola actio familiæ erciscundæ locum habeat? 1167. 684. sqq.

Quanto tempore Hæreditatis petitio præscribatur? 800. 66.

Qui nihil de Hæreditate possidet, si cohæres ab aliis esse negetur, ante omnia decenter probare tenetur, quòd sit cohæres, & quidem in judicio Hæreditatis petitionis. 544. 451, & seq.

Hæc exceptio: Tu non es cohæres, est præjudicialis, & jus agendi actione familiæ erciscundæ prætenso cohæredi tollit. 544. 453.

Usuræ, ex nominibus hæreditariis, ab eo, qui possidet pro Hærede, perceptæ veniunt sub nomine præstationum personalium, quæ Hæreditatis petitionis objectum constituunt. 544. 456.

Hæres post litis contestationem super legato, si Falcidiæ locum competere apparuerit, non tenetur ad usuras. 545. 466.

De subselliis templorum Hæreditariis vid. Templum.

sepulchris Hæreditariis vid. Sepulchrum.

Juribus personalibus in Hæredes non transeuntibus vid. Jus.

Renunciatione Hereditatis, itemque pacto Hæreditatis renuntiatæ, in casum existentis certæ conditionis, reservativo vid. Fideicommissum. Renunciatio.

Herede fiduciario & fideicommissario vid. Fideicommissum.

HOMAGIUM.

Uhralte Vogtbüchlein/ in quibus Homagii formula præscribitur, propter antiquitatem & alia adminicula, plenam fidem merentur. 229. 746.

Qui se ipsos, in Homagii præstatione, proprios homines nominant, & in specie se obligant, daß sie ihr leib und guth nicht entfremdden oder veräussern wollen/ & tamen negare audent, se non esse homines proprios, nullatenùs audiendi sunt. 229. 753.

HOMO.

Vocabulum, Homo, in textu L. 38. §. 5. ff. de pœn. obvium quomodò exaudiendum? 1361. 52. & sqq.

HOMO PROPRIUS.

Homines proprii in antiquis diplomatibus sæpè vocantur Gepöver. 230. 760.

Frequentiùs Arme/ Arme Leuth/ Arme Innwohner. 230. 759. & sqq.

A domino manumissi nuncupantur Arm-Gefreyte. 230. 761.

Utrum ex eo, quòd rustici seipsos des Gotts-hauses Arme Leuth/ in suorum pagorum propriis libris, in Dorffbüchern appellent, jus agricolationis adversus ipsos satis probetur? 164. 38. & sqq. junct. 238. 837. & sqq.

Moribus Germaniæ subditi in viros & Homines dividuntur, sicut Jure Romano in liberos & servos. 165. 40.

Sub nomine Leut/ Lüde/ quid indigitetur? 238. 838.

Clausula: Mit Leuthen/ quid denotet? 165. 42. junct 238. 839.

Libri Communitatum, vom Mannrecht mentionem facientes, an probent, non omnes illius loci incolas nexu proprietatis devinctos esse? 165. 43. junct. 238. 840. & sqq.

Jus agricolationis ex eo, quòd Homo proprius sub alterius Principis protectione stet, non excluditur. 179. 217. sqq.

Subditi non semper sunt Homines proprii, & Homines proprii non semper sunt subditi. 180. 223. & sqq.

Vix ullum in Germania monasterium est, quod non etiam aliquos Homines proprios habeat. 181. 229.

Monasteria utplurimùm sub vicini alicujus Principis vel domini protectione stant, & per consequentiam etiam illorum subjecti & Homines proprii. 180. 218.

Verùm salva manente illa jurisdictionali protectione, quam quilibet dominus suis propriis Hominibus & simùl subditis præstare tenetur. 180. 220.

Plurimæ Civitates Imp. in Principum vicinorum protectionem se contulerunt, salvis omnibus suis juribus, imprimis quæ habent in Homines suos proprios, sub illo ipso protectore viventes. 181. 228.

Olim nemo Homines proprios habere potuit,

als das Reich / die Gottshäuser/ die Freye Herrn / und Mittel-Freyen. 181. 231.
Monasteriorum Homines proprii in antiquis diplomatibus frequenter vocantur Gottshüser Arme Lüthe. 181. 230.
Diuturnæ consuetudines etiam propriis Hominibus servandæ. 237. 816.
Proprietas Hominum, die Leibeigenschafft/ præprimis contra integram, multoque magis contra plures diversas Communitates, exactè probanda. 164. 35.
Utrum nexus Proprietatis contra aliquos loci incolas legitimè probatus adversus cæteros etiam concludat? 164. 37. junct. 205. 496. & sqq.
Qui seipsos, in homagii præstatione, proprios Homines nominant, & in specie se obligant, daß Sie ihr Leib und Guth nicht entfremden oder verändern wollen/ & tamen negare audent, se non esse Homines proprios, nullatenùs audiendi sunt. 229. 753.
Jus in Hominem proprium non meliùs probatur, quàm per propriam ipsius confessionem. 230. 763.
Præstatio Gallinarum, Pfingst-Sömer-Herbst- und Fastnacht-Hüner/ Leib- und Rauchhüner/ itemque certi modii frumenti, Zinnß habern oder Geld/ Leibgeld / Leibpfenning/ Leib-Beeth/ Korn- oder Geld-Pacht/ utplurimum indicium Hominis proprii, seu juris mancipii constituit. 231. 775. sq. 181. 235.
Quibus competit definitio agricolationis, illis etiam definitum, quòd scil. sint Homines proprii, haud dubiè competit. 231. 780. & sq.
Præstatio mortuarii, das Haupt-recht/ Leibfall/ &c. indubitatum hominis proprii indicium infert. 232. 783. & sqq. 234. 799.
De hac vide Mortuarium.
Sua bona, vel corpora, per matrimonium alibi contractum, vel alia ratione, sine domini speciali consensu, aliorsùm transferre prohibiti, in censum Hominum propriorum rectè referuntur. 235. 807. & sqq.
Non minima agricolationis nota est, si quis domicilium suum mutaturus, & in aliud territorium migraturus priùs Domini consensum requirere & à proprietatis nexu manumissionem decenter petere, ejusque pretium exolvere teneatur. 235. 809. & sqq.
Tales literæ manumissionum, Loß- oder Laß-Brieff/ Mann-Recht/ item Affrancamenta præsupponunt, daß einer Leibeigen gewesen. 235. 815. & sqq.
Requisita hujusmodi instrumentorum. 236. 820. & sq.
Magnus numerus illorum, qui ex familiis diversissimis oriundi, mutato domicilio, tales manumissionis literas exorarunt, evidenti argumento est, istum agricolationis nexum constringere omnes ejusmodi locorum incolas. 234. 824.
Affranca menta, seu Instrumenta manumissionum, Laß- oder Loß-Brieffe quid propriè denotent? 238. 841.
An per lapsum tricennii etiam jus Agricolationis, die Leibeigenschafft, acquiri possit? 220. 650. & sqq.
Jus Agricolationis plenarium & integrum per tempus immemoriale acquiri posse nemo fere Interppr. dubitat. 221. 655.
Notatur Padilla singulariter hîc dissentiens. 221. 658.
Valent Statuta, quòd in aliquo loco domicilium figentes nexu hominum propriorum seu agricolationis devincti esse debeant. 235. 805.
Si novelli tales incolæ hoc nexu afficiuntur, multo magis illi omnes, qui in tali loco jam pridem commorantur, pro talibus habendi. 235. 806.
An in Marchia Badensi, & Comitatu Ebersteinensi omnes subditi nexu proprietatis seu agricolationis suis dominis devincti sint? 178. 203. & sqq.
An liberi homines in Marchia Badensi domicilium figentes agricolationis nexu afficiantur? 178. 207. & sq.
Non soli Mansorum, der Fröhnen oder Frohn-Güther possessores; verùm etiam alii Homines proprii & rustici, quinullum omninò prædiolum possident, ad operas tenentur. 239. 849.
Hinc aliæ operæ dicuntur ruricales, aliæ verò manuariæ. 239. 850. & sqq.
Inter causas operarum inductivas jus agricolationis seu proprietatis Hominum ferè palmaria est. 165. 45. & sq.
An, præter hoc vinculum, etiam tacita vel expressa de operis præstandis conventio requiratur? 165. 47. & sqq. junct. 239. 848. & sqq.
Conditio rustica vel colonaria, regulariter, ad operas & servitia indeterminatè obstringit. 228. 734.
Non omnes Homines proprii ad indefinitas operas tenentur. 227. 732. 167. 66. & seqq.
An Rei confessio, quòd omnes Homines proprii ad indefinitas operas teneantur, jus recipere possit? 166. 56. & seqq. junct. 227. 732. & seqq.
Quando operæ Hominum propriorum ad certum tempus, modum, numerum, locum, aliasque circumstantias limitatæ & restrictæ sunt, tunc dominus easdem, regulariter, extendere nequit. 178. 196. & sq. 171. 121. & sqq. junct. 240. 861. & sq.
Operæ per diuturnam saltem consuetudinem aliquatenùs determinatæ jus exigendi operas indeterminatas haud excludunt. 240. 862. & sq.
Regulariter dominus, loco operarum à suis Hominibus intra territorium præstandarum, alias extra territorium imponere nequit. 172. 128. & sqq.

Hæc regula tamen multis, & præsertim huic limitationi, obnoxia est, nisi ab antiquo aliter fuerit observatum. 240. 865.
Quænam requisita ad validam operarum monasterio ab Hominibus propriis debitarum determinationem sint necessaria? 242. 884.
Non infrequens; sed potiùs frequentissimum hoc est, ut Homines proprii, præter operas, quas præstant, etiam indefinitas, porrò annùum censum, Leibzinß / Leib-beeth / exsolvant. 243. 894.
Etiam indefinitarum operarum debitores Homines proprii ad novas nobilium arces exstruendas, aliaque similia nova opera nullatenùs tenentur. 243. 898.
Ad solum & novum lucrum domini procurandum Homines proprii ad operas præstandas, tamersi ad indefinitas teneantur, adstringi non possunt. 243. 899. & seq.
Plura de operis Hominum propriorum vid. sub voc. Operæ.

HOMICIDIUM. Conf. Vulnus.

Ut quis Homicida dici queat, quid requiratur? 1528. 4. 8. & 9.
In crimine Homicidii non minus, ac in omnibus aliis criminibus, corpus delicti, ante omnia, judici repræsentari debet. 1528. 4.
Defectus corporis delicti in crimine Homicidii ad pœnam saltem extraordinariam dictandam solus sufficit. 1533. 53.
Quidsi Reus homicidium confessus sit? 1034. 56. & sq.
Ut in Homicidio pœna gladii obtineat, semper animus dolosus necessarius est. 1576. 28.
Talis non saltem censetur animus occidendi directus; verùm etiam indirectus sive nocendi. 1355. 5. & seqq. 1356. 12. 1576. 25. & sqq.
Etiam inspecto Jure divino. 1597. 46. & sq.
Crimen Homicidii etiam tunc perpetratur, si saltem tale aliquod factum intercedat, quod non potest regulari voluntate illud facientis; sed verisimiliter, frequenter, & facilè, etiam ultra, imò contra ejus intentionem se extendere potest. 1576. 31.
Quilibet alterum dolosè, utut animo saltem vulnerandi, percutiens facilè scire potest & debet, quòd vulnera non dentur ad mensuram. 1589. 164.
Nihil interest, occidat quis, an causam mortis præbeat. 265. 85. 1356. 18.
Animus occidendi potissimùm ex loco percusso colligitur. 763. 93. 1341. 56. 1362. 63.
Nec non ex qualitate percussionis & ex modo percutiendi. 1362. 64.
Itemque ex genere armorum, quo quis usus est. 763. 91. 1355. 7. 1530. 34. 1576. 26. 1597. 46.
Gladio, cultro, hasta, sclopo, similive lethifero instrumento caput alterius, vel aliam periculosam corporis partem feriens ab animo occidendi, minimùm indirecto, haud immunis præsumitur. 1360. 48.
Idem dicendum de baculo grandiore, & in specie quoque Pedo, einem Hirten- und Schäfer-Stecken. 1577. 35.
Nihil interest, an quis hominem gladio, fuste, &c. vel num eundem calce petendo occidat. 1357. 19.
Idemque maximè de percussione puerperio proximæ mulieri, violento calcis ictu in umbilico illatâ statuendum. 1356. 9. & seqq.
Præsumtio hæc, quòd solo calce aliquem percutiens hoc animo occidendi feciße censeatur, non aliter locum habet, quàm si etiam percussio periculosæ corporis parti fuerit illata. 1361. 58. & sqq.
Pugno circa tempora capitis vel cerebrum aliquem percutiens ab animo occidendi indirecto similiter liber pronuntiari nequit. 1356. 14. 1361. 57. 1362. 61. 1578. 45. & sq.
Homicidium ab irato inimico commissum dolosum præsumitur. 763. 92.
Præsertim si is post cædem commissam animum inimicum & hostilem erga occisum præfractè retineat. 763. 93.
Præmeditatio Homicidii etiam ex verbis in rixa, tùm ante, tùm post prolatis jure colligitur. 763. 90.
Explorans domum, vel alium locum, in quo persona occidenda delitescit, & dolo malo ad cædem parato eundem ostendens, ordinariæ gladii pœnæ subjicitur: Dummodò Homicidium, sine hoc, vel planè non, vel non ità facilè committi potuisset. 266. 192. & sqq.
Idem dicendum, si Homicidam ad locum, in quo occidendus sæpè commorabatur, ducat. 266. 105.
Qui personam occidendam, per loca ubi hostes eidem insidiantes commorantur, deducit, dolosi Homicidii reum se reddit. 267. 105.
Quandocunque factum, in suis circumstantiis, ità est comparatum, ut quilibet videat, rem aliter se habere non posse, quàm quòd ille, qui cædis insimulatur, hanc revera patraverit, tunc etiam B. Brunnemannus, conscientiæ quantumvis studiosissimus, pœnæ capitali locum facit. 1577. 37.
Illustratur hoc remissivè notabili exemplo. 1577. 38.
Quandò certum quidem est, Homicidium aliquod nonnisi à certis personis committi potuisse; incertum verò, num ab omnibus simùl vel ab alterutra saltem illarum commissum fuerit, tunc, sine præambulâ tortura, neutri illarum pœna capitalis dictari potest. 1577. 36. & seqq.
Ad effectum Homicidii dictandæ mortis non requiritur vulnus absolutè & simpliciter mortiferum; sed & talia Vulnera ad hoc sufficiunt, quæ utplurimum sunt lethalia, & magis

gis ad mortem inclinant, quàm ad evasionem. 766. 21. & sq.

Hincque non saltem illa, quæ nullo planè modo; verùm etiam, quæ non, nisi cum magna difficultate, ac remediis plane extraordinariis & periculo non carentibus, restitui possunt, in hunc censum referenda. 766. 25.

Si Vulnus absolutè lethale requireretur, Homicidium dolosum ferè nunquàm puniri posset. 766. 31.

Etiam Jus Divinum ad fundandum Homicidium, & ob illud decernendam pœnam capitalem, talem actum requirit, ex quo mors immediatè & non per accidens secuta fuerit. 1528. 6.

Ut Homicida pœna capitis plectatur, non sufficit Vulnus alicui inflictum fuisse mortis occasionem; sed necesse est, ut id mortis causa proxima fuerit atque immediata. 1528. 7. & seqq.

Quando vulneratus non obiit ex ipso vulnere, tanquàm per se lethali; sed ex alio symptomate superveniente, tunc pœna Legis Corneliæ de Sicar. cessat, & tantùm pœna extraordinaria locum sortitur. 1528. 11.

Mododicta extraordinaria pœna non illis solùm casibus obtinet, quando vulneratus, aliquot diebus vel septimanis post vulnerationem, ex malo regimine, vel ex superveniente vulneraria febri, itemq; gangræna, vel epilepsia moritur; sed etiam si propter nimiam, quam ex vulnere & proprii sanguinis profluvio concepit, consternationem, vel ex nimia animi indignatione, apoplexia, vel ex impactione cervicis seu capitis ad fulcrum mensæ, vel ad pedem aut alium locum non periculosum, vel ex colaphi seu alapæ impactione, aut ex modici lapidis projectione mortem obire necesse habuit. 1528. 13. & seqq.

Aliud tamen dicendum, quando cum ejusmodi facto directus occidendi animus concurrit. 1529. 22.

Quando vulneratus hæmorrhagia non lethali moritur, sine ulla tamen hominis culpa, v. gr. quia medicus vel chirurgus præsens esse non potuit, pariter extraordinaria saltem Homicidii pœna decernitur. 1530. 23. & sq.

Si in brachio saltem, sine laceratione arteriæ, vulneratus, ex subsecuta nimia Hæmorrhagia, fato concesserit, regulariter, saltem extraordinaria pœna locum habet. 1530. 32. & seq.

Modò & hîc, vulnerantem dolosum occidendi propositum habuisse, non appareat. 1530. 34.

Quando hæmorrhagiæ ex vulneribus brachialibus, non ad occisionem directo proposito inflictis, secutæ, ob solam chirurgi absentiam, obviam iri non potuit, tunc vulnerans, vix ultra relegationem, vel ad summum ad pœnam fustigationis damnatur. 1531. 36. 1533. 50. & seq.

Quoad pœnam ultimi supplicii Homicidæ dictandam, inspecta veritate tàm Divini, quàm humani Juris, nihil refert, sive Vulnerans directam occidendi voluntatem habuerit, sive indirectam. 1531. 37. 1576. 25. & seqq. 1597. 46. & seqq.

Modò Vulnus illatum ab initio statim, per se lethale, & mors exindè necessariò secuta fuerit. 1531. 38.

Notatur speciale programma de ejusmodi casibus, quando vulnerati ex nimia hæmorrhagia, ob defectum medici vel chirurgi secuta, vitam amittunt, à B. Dn. Sam. Strykio publici juris factum. 1532. 41.

Affertur notabilis hanc in rem casus à B. Struvio relatus, cum justo ejusdem voto de hoc ipso articulo, per Imperialem decisionem, specialiùs & accuratiùs determinando. 1530. 31. 1532. 42.

Hæc sententia, quòd ad ultimi supplicii pœnam dictandam, vulneratio, per se necessariò, atque immediatè lethalis requiratur, in praxi receptissima est. 1532. 43.

Quoad pœnam ultimi supplicii fundandam nihil refert, utrum quis sua manu ipse hominem occidat; an verò cum eo, qui cædem exequitur, dolosè conspiret. 1595. 18.

Quando plures in necem alicujus deliberatò conspiraverunt, & unus solus lethiferum vulnus occiso intulit, tunc, licet de vulneris inflicti authore haudquaquàm constet; tamen omnes eapropter dolosi Homicidii, ac pœnæ ordinariæ rei censentur. 1556. 4. 1578. 51. & 54.

Quando plures quidem alicui violentas manus intulere; sed de sola unius percussione, quòd illa sola lethalis fuerit, certò constat, tunc, regulariter, & extra concursum specialium circumstantiarum, ille solus pœnæ gladii subjicitur. 1578. 53. 1579. 56.

Aliud dicendum, si omnia & singula, à pluribus illata, vulnera lethalia deprehendantur; tametsi non constet, quis, præ altero, lethale vulnus intulerit? 1578. 53. 1579. 57.

Utrum mandans aliquem vulnerari, si expressè prohibeat, ne occidatur, vel membro aliquo mutiletur, de tali sinistro & tragico eventu nihilominùs teneatur? 1366. 8.

Homicidium, tàm simplex, quàm qualificatum, vel ejusdem attentatum, ex valdè dolosis & proditoris insidiis commissum, atrocius & gravius habetur. 1344. 95.

Homicidium in domo privata commissum crudelius habetur eo, quod in agro committitur. 1359. 39.

Quando Vulnus absolutè lethale, vel utplurimum lethale, inflictum esse constat, tunc chirurgi vel medici insufficientia, & ipsius vulnerati malum regimen, ad mitigandam pœnam Homicidii ordinariam, non attenduntur. 766. 32.

Mandator Homicidii & mandans æqualiter tenentur. 352. 41. 1579. 52. & 55.

De

De mandato Homicidio vid. porrò Assassinium. Homicidio quoad prægnantem mulierem, vel ejus partum commisso vid. Partus.

Pœna gladii etiam ob tale Vulnus, ex quo mors utplurimum sequitur, dictari solita, ex causa provectæ ætatis, à Principe in condemnationem ad operas publicas quandoque mutari potest. 1363. 72.

Exceptio iræ, licet vehementissimæ, autorem rixæ, regulariter, haud relevat. 1360. 46.

Qualis ira ad hoc, ut Homicida à pœna capitali immunis præstetur, necessaria sit? 762. 69. & sq.

Si leviter offensus offendenti sic respondeat: Du wirst sie nicht alle fressen/ & hic irâ correptus illum interimat, exceptio iræ exinde conceptæ illum à pœna Homicidii ordinaria non liberabit. 761. 68.

Hæc verba, si debitor à suo creditore interpelletur, ut, pro debita quantitate, certam aliquam rem, præ oculis positam, sibi in solutum det; Debitor autem respondeat: Wann ich will/ eapropter à creditore conceptam iram, & exinde secutum Homicidium haudquaquàm excusant. 761. 67.

HONOR. HONORATUS.

De promissione sub clausula: En homme d'honneur, it. bey Fürstl. Gräfflichen und Adelichen Ehren facta vid. Promissio.

Simulatio, tanquàm delicti species, inter personas honoratiores non præsumitur; sed legitimè probari debet. 492. 26.

HORREUM.

Horreum frumentarium mobile in solo alieno positum an domino soli cedat? 126. 229.

HORTUS.

Horto alicui legato vel vendito quid legatum vel venditum censeatur? vid. Ususfructus.

HOSPES.

De crimine Latrocinii, contra Hospitem activum, nocturno tempore attentato vid. voc. Latrocinium, & Cons. 63.

HOSPITALE. Conf. Pius.

An Hospitalis administrator, per receptionem canonis emphyteutici, domino directo, ipsi nempe Hospitali, quoad jus caducitatis, præjudicare queat? 618. 65. & sq.

Hospitalium administratores potiùs tutoribus & curatoribus, quàm procuratoribus, æquiparantur. 618. 67.

Tametsi in casu fideicommissi sub conditione, si filius sine mascula prole decesserit, relicti plures substitutionum gradus constituti, & fœminæ semper excluſæ fuerint, Hospitali in defectum proximiorum substituto, si tamen hoc modo gravatus filius cum filiis decedat, casum fideicommissi indubitatò non extitisse dicendum venit. 41, 360.

Quo jure Hospitalia, tùm ratione residui suorum administratorum, tùm ratione aliorum creditorum in processu edictali censeantur? vid. Credd. Concursus.

HYPOTHECA. Conf. Pignus.

Nullibi in Jure hoc disertè dispositum legitur, quòd vel omnis legalis, vel in specie favore Dotis concessa Hypotheca tàm præsentia, quàm futura debitoris bona afficere debeat. 1385. 14.

Hinc nonnulli easdem non saltem in genere ad bona præsentia restringunt; sed etiam speciale & singulariſſimum privilegium fisco in hoc competere adserunt. 1385. 15. & seq.

Tametsi nullus in Jure specificus occurrat textus, quo in genere legalis Hypotheca etiam ad bona futura extendatur; ejus tamen vices, puta quoad Hypothecas legales generales, tùm evidentissima Juris analogia, tùm concors plerorumque DDrum applausus, tùm etiam speciales de quibusdam Hypothecis legalibus id affirmantes sanctiones indubiè supplere possunt. 1388. 38. & sqq.

Hypotheca, sub verbis indefinitis, in toto patrimonio, alicui constituta, non minùs etiam futura bona afficit, quàm si ejus constitutio verbis universalibus facta fuisset. 1386. 23.

Etiam tunc, quando bona simpliciter, sine adjectione alicujus dictionis universalis, obligantur, nihilominùs Hypotheca universalis, in gradu excellentiori sic dicta, inducitur. 1386. 24.

Dispositio Legis fin. Cod. quæ res pign. oblig. poss. quòd Hypotheca generalis etiam res futuras sub se comprehendat, ad solas Hypothecas conventionales restringi nequit. 1387. 27.

Imò eandem ad Hypothecas legales magis, quàm ad conventionales pertinere, haud paucis videtur. 1387. 28.

Adducuntur exempla Hypothecæ legalis universalis etiam futura bona afficientis. 1387. 27.

Franzkii sententia, omnem Hypothecam legalem universalem statuentis, rejicitur. 1387. 29. & seq.

Hæc sententia, quòd Hypotheca legalis, regulariter, ad bona futura non minùs se porrigat, quàm conventionalis, receptior est. 1387. 32.

Idem etiam in specie de Hypotheca doti concessa censendum. 1388. 33.

Hinc etiam ratione bonorum ex post acquisitorum actione hypothecaria, nondùm præscripta, contra quemcunque possessorem, agi potest. 1388. 33. & seq.

Non minorem vim lex habet in constituenda Hypotheca tacita, quàm voluntas privati in Hypotheca conventionali. 1388. 35.

Eo magis, quòd illa in ejusdem constitutione nullo verbo restrictivo, seu pronomine possessivo, ut debitores facere solent, utplurimùm utatur. 1388. 36.

Hinc etiam in dubio nullatenùs credendum, legem Hypothecam à se conceſſam non tàm latè patentem, ac paciſcentes conventionalem, conſtituere voluiſſe. 1388.37.

Inter Hypothecam tacitam & expreſſam, quoad effectum, regulariter, nulla eſt differentia. 1388.40. 1391.64. 1510.74.

Hinc ab una ad alteram validum ducitur argumentum. 1388,40.

Illa definitio, quòd Hypotheca univerſalis, ſeu expreſſa, ſeu tacita, etiam futura debitoris bona devinciat, nullo tempore circumſcribitur, ac proin nec ad ſolum tempus matrimonii conſtantis reſtringi debet. 1389.46.

Hinc etiam in actione Hypothecaria directa tali caſu ſufficit, ſi creditor probet, bona aliquo tempore à debitore fuiſſe poſſeſſa. 1391.68. 1389.47.

Generalis Hypotheca vel obligatio bonorum ſemper ſub hac conditione, ſi bona poſtea ſibi fuerint acquiſita, contracta cenſetur. 1390.48.

Debitor, ex poſt facto nova bona acquirendo, ne ſua quidem proteſtatione efficere valet, ut illa ſub univerſali, ſive tacita, ſive expreſſa, Hypotheca non comprehendantur. 1390.50. & ſeq.

Quilibet generalem Hypothecam conſtituens univerſa quidem ſua bona, etiam futura; non verò etiam illa, quæ ſua nec ſunt, nec unquàm futura, obligare voluiſſe intelligi debet. 1393.88.

Teſtator futuri hæredis bona, regulariter, non minùs efficaciter, quàm ſua propria, Hypothecæ nexu conſtringere valet. 1390.59. & ſeqq. 1392.79. 68, 624. junct. 69, 628.

In dubio bona Hæredis propria, & non à defuncto in ipſum translata, ſi non ſpecialis eorum mentio facta fuerit, ſub univerſali omnium defuncti bonorum obligatione non veniunt. 1391.72. 1393.85.

Regula Legis fin. Cod. quæ res pign. oblig. poſſ. quòd Hypotheca univerſalis omnia, etiam ex poſt quæſita, bona afficiat, in bonis Hæredis propriis non obtinet. 1392.73.

Quid ad hunc effectum, ut Hypotheca univerſalis à defuncto conſtituta etiam Hæredis bona afficiat, ſit neceſſarium? 1392.80. & ſeqq. 1394.95. & ſeqq.

Quando ejusmodi Hypotheca reſtricta eſt ad bona teſtatoris propria, tunc per ſolam Hæreditatis aditionem illa ad bona hæredis non extenditur. 1393.81.

Ne illo quidem caſu, quando defunctus ſua bona, & ſe, & hæredes obligavit, bona Hæredis nexu Hypothecæ univerſalis afficiuntur. 1393.85. & ſeq.

Idem dicendum, quando debitor ſeipſum, ſuosque hæredes & ſucceſſores, & omnia bona oppignoravit. 1393.87.

In dubio nec legalis Hypotheca bona ipſius hæredis propria ullatenùs afficit. 1393.89.

Hypotheca legalis pro legatis & particularibus fideicommiſſis conceſſa, in omnibus quidem defuncti; non verò etiam hæredis bonis competit. 1393.90.

Ne quidem ex ſingulari dotis favore indulta, licet pariter univerſalis, Hypotheca ad bona hæredis propria ſe extendit. 1393.91.

Cur à repræſentatione perſonæ defuncti, vel quaſi contractu hæreditatis aditionis ad fundandum jus Hypothecæ in bonis hæredis propriis non procedat illatio? 1394.92. & ſeqq.

Ad hoc, ut bona hæredis, etiam ex præſumta defuncti voluntate, ſub generali, ab ipſo conſtituta Hypotheca comprehenſa dici queant, nonniſi graves, concludentes, ac ferè incontrovertibiles conjecturæ admitti poſſunt. 1394.97.

Debitum, publica quantumvis Hypotheca munitum, undecunque deſcendat, mobilium jure exiſtimatur. cons. 16. b, 623. & ſq.

Hypotheca in bb. immobilibus conſtituta rem mobilem ex aliquo contractu debitam in rem immobilem transmutare non poteſt. cons. 16. n. 624.

Aliàs illa omnia, quæ minorennibus, aliisque creditoribus hypothecariis debentur, immobilium jure cenſenda forent. *cons. 16. n. 624.*

De jure prælationis *Credd. hypothecariis* competente vid. Credd. Concurſus.

Hypoheca tempore prior, regulariter, jure quoque potior habetur. 1440.16.

Etiam jus prælationis, ex ſola temporis prioritate competens, privilegii nomen in LL. gerit. 1441.18.

Hypotheca publica anteferrur privatæ. 1410.206. 1525.108.

Tametſi hæc ſit antiquior. 1409.87. & ſeq. 1440.16.

Niſi hæc trium maſculorum & fide dignorum teſtium ſubcriptione ſit corroborata. 1409.87. & ſeq.

An inter Hypothecam tacitam & expreſſam aliqua, quoad jus prælationis, ſit differentia? 1409.89. 124.204. ſeq.

Non omnis Hypotheca legalis ſimùl etiam publica & privilegiaria eſt. 1409.87. & ſeqq.

Quo reſpectu Hypotheca, ad fundandum jus prælationis, dicatur publica? 1410.95. & ſeqq.

Hypothecæ publicæ tantùm reſpectu cauſæ efficientis tales, nullam, niſi ex ordine temporis, pariunt prælationem. Quænam ſint tales? 1410.95.

Quot modis Hypotheca publica, ratione modi & effectus ſic dicta, poſſit conſtitui? 1410.98. & ſeq.

Sine expreſſa legis diſpoſitione tacita Hypothe-

ea, præprimis cum privilegio prælationis conjuncta, nemini concedi potest. 1505. 12.
Etiam tacitæ, tùm fisco, tùm etiam privatis, per LL. concessæ Hypothecæ vera sunt Privilegia. 1523. 90.
Solus superiorum jussus ad fundandum jus tacitæ Hypothecæ non sufficit. 1419. 184. & seq.
Fiscus ratione tributorum, tàm ordinariorum, quàm extraordinariorum, regulariter, tacitam, eamque privilegiariam, Hypothecam habet. 1417. 168.
Hoc fisci jure hodiè omnium Imperii Statuum Rationes publicæ & privatæ gaudent. 1417. 168.
De tacita Hypotheca Piis corporibus tùm de Jure com. tum Würtemb. competente vid. Credd. Concursus.
Hypotheca uxori ratione dotis in bonis mariti concessa de Jure Civ. omnibus creditoribus, etiam anteriorem, sive expressam, sive tacitam, Hypothecam habentibus præfertur. 1386. 17.
In Ducatu Würtembergico uxor, ratione Dotis, antiquiorem expressam Hypothecam habentibus Creditoribus postponitur. 1413. 127.
In casu, quando duæ dotes ex duobus matrimoniis repetuntur, uxor secunda, ejusque liberi, anterioris matrimonii filiis, regulariter, postponi debent. 1386. 18.
Jus Hypothecæ privilegiariæ uxori ratione dotis concessum, non saltem ipsi; sed etiam omnibus ejus liberis, cujuscunque sexûs vel gradus, ejusdem tamen matrimonii, etiam in ordine ad secundam conjugem, ejusque liberos competit. 1386. 19. & seq. junct. 1388. 41. & seq.
Rebus fungibilibus, vel etiam speciebus venditionis gratia æstimatis, marito in dotem datis, ipse debitor quantitatis efficitur, ac proinde tali casu semper dos prioris matrimonii, in concursu, posterioti præfertur. 1394. 100.
Utrum is, qui domum ruinosam, vel jam collapsam suis propriis impensis restituit, æquè privilegiariæ Hypothecæ jure gaudeat, ac ille, qui in ejusmodi ædificii restitutionem pecuniam suam credidit? 1416. 156.
Hypotheca privilegiaria mutuam pecuniam in restitutionem ædificiorum danti concessa, etiam ad illum, qui bellicas contributiones pro alio solvit, justissimè porrigitur. 1416. 158.
Liberi, pro securitate bonorum maternorum, tacitam Hypothecam in bonis sui patris habent. 1407. 66.
Hæc Hypotheca statim ex tempore susceptæ administrationis initium capit. 1409. 85. & seq.
Filia ratione dotis à Patre promissæ in omnibus ejus bonis tacitam habet Hypothecam. 1323. 7.
De tacita Hypotheca minorum in bonis suorum tutorum & curatorum vid. Minor.
Venditoris in re vendita vid. Venditor.
An legalis Hypotheca pro invectis & illatis competens etiam in molendino locum habeat? 657. 181.
In rebus navigio vel currui impositis nulla, nautæ vel aurigæ, tacita competit hypotheca. 601. 202.
Fœmina in bonis sui curatoris ne tunc quidem tacitam Hypothecam habet, quando ipsi pecuniam, vel alias res, per ipsius dolosam persuasionem eò inducta, mutuò dedit. 1422. 222. junct. 1423. 228. & sq.
In bonis privati Procuratoris, vel Negotiorum gestoris, itemque in bonis necessarii alienorum bonorum Administratoris, in specie mutorum, prodigorum, surdorum, & similium personarum Curatoris, nec non Curatoris bonorum absentis, ab hostibus capti, partûs in utero materno constituti, hæreditatis jacentis, &c. nullum jus Hypothecæ, imò ne quidem privilegium exigendi personale omnibus competit. 1422. 224.
Ab Hypotheca in bonis Administratorum ecclesiæ, civitatum, &c. singulariter concessa ad alios Administratores, nec ex rationis paritate, arguere licet. 1423. 225.
Etiamsi de talibus necessariis Administratoribus, qui in rebus suæ fidei concreditis dolosè versati sunt, quæstio sit. 1423. 226.
Ne quidem in bonis furum, vel raptorum vel spoliatorum tacita Hypotheca competit. 1423. 227. 1510. 71.
Multi DDres in bonis illorum, qui in contractu, vel alio negotio cum ipsis celebrato, dolum malum commisere, tacitam Hypothecam ex illo læsis adserunt. 1510. 69.
Refutatur hæc sententia. 1510. 70. & seqq.
Ne quidem in bonis Judæorum vel aliorum manifestorum Usurariorum tacita Hypotheca competit. 1510. 72.
Creditor hypothecarius anterior etiam contra posteriores Creditores actionem hypothecariam intentare potest. 1521. 63.
Ad fideicommissum sub conditione vocatus, si bona ejusdem nexu devincta, creditori, istius nexûs ignaro, Hypothecæ supponi ipse procuret, sibi præjudicat. 38. 332. & sq.
Quando hæreditas non est solvendo, tunc legatarii simplices, non obstante legali iisdem competente Hypotheca, omnibus creditoribus hæreditariis, etam simplicibus, postponi debent. 1487. 60.
Jus Hypothecæ in feudo legitimè constitutum etiam in Creditoris hypothecarii hæredes transmittitur. 1683. 24. & seq.
De successione Creditoris simplicis in locum Creditoris hypothecarii vid. Credd. Concursus.
An actio spolii etiam Creditori hypothecario competat? vid. Spolium.
Creditor, qui sibi constitutam Hypothecam legiti-

gitimè probavit, sibi debitam sortem, pro qua illa constituta, per juramentum dicendæ veritatis, ostendere potest, eoque præstito debitor solvere cogitur. 1315.69.

JACTURA. Conf. Expensa. Periculum.

Præsumptio juris pro omnibus militat, quòd nemo vel rerum, vel jurium suorum, ac proinde nec magnæ spei Jacturam, sine justa & probabili causa, facere voluerit. 294.150. sq. 724.94. 753.440. 950.491.

Ac proindè potius stultitia ac error præsumitur. 294.152.

Hoc imprimis tunc locum sortitur, si quis in rerum administratione exactissimus sit. 724.59. & sq.

Nec ipsa Natura, cum alterius jactura, quemquam locupletiorem fieri permittit. cons. 16. n. 572.

Hanc exceptionem, ceu nunquàm rejectam, Judex ex officio supplere tenetur. cons. 16. n. 571.

ICTUS.

Ictus non dantur ad mensuram. 1356.18.

De partu maturo in uterô maternô Ictu calcis ità percusso, ut lethaliter infirmus exindè prodierit, & intra horulæ sesquiquadrantem fato concesserit, vid. Cons. 66. & voc. Partus.

Ictu manu contracta vel alio modo circa tempora Capitis alicui illato vid. Homicidium.

IEMANDS.

De hoc voc. vid. Verbum.

IGNORANTIA.

Hæres factum defuncti, juris præsumtione, ignorare præsumitur. 494.49.

Etiamsi illius consanguineus sit. 494.50.

Secùs, si filius, & cum patre habitaverit. 494.51.

In quolibet ratificante ac confirmante negotii confirmati Ignorantia præsumitur. 217.610.

Ignorantia facti proprii, sæpe tractati & reiterati, haudquaquàm præsumitur. 229.752.

Tempus utile adversus Ignorantem non currit. 1236.139.

De Ignorantia testatoris vid. Testator. Legatum.

An ex causa Ignorantiæ restitutio in integrum detur? 90.821. 1232.90. & seqq.

Ignorantia juris, regulariter, pœnalem Legis 7. Cod. unde vi, sanctionem haudquaquàm excludit. 1061.231.

Legis naturalis Ignorantia excusat neminem. 1062.237.

Ubi non de Juris constituti Ignorantia; sed de ejus observantia & usu quæritur, de quo DDres valdè variè testantur, ibi talis Ignorantia haud improbabilis. 1062.239.

Ignorantia crassa & verè affectata, quoad falsæ monetæ expensionem, præprimis si exponens Aurifaber sit, cum dolo ad paria judicatur. 1784.6. & 7.

Ignorantia criminalium Judicum sæpissimè innocentibus, cumprimis in delictis occultis, interitum parit. 1377.98.

Judicem criminalem, præprimis si peritiores consulere omiserit, Ignorantia juris à pœna non excusat. 1377.99.

ILLICITUM.

Quicunque versatur in re Illicita, de omni eo, quod exindè consequitur, licet præter ipsius intentionem, modis omnibus tenetur. 578.55. 1356.15. 1576.33. 1598.57.

Dummodò, quod ipse facit, sit causa ordinata, & tendat ad subsecutum delictum, & faciens vel cogitaverit, vel cogitare potuerit, & debuerit de eo, quod facilè indè subsequi posset. 578.54. 1356.16. & sq. 1576.33. 1598.47.

Quæ ex ejusmodi facto tantùm per accidens, & tanquàm effectus remoti, sequuntur, agenti imputari non possunt. 578.55. & seq.

Operam rei verè illicitæ dans, si credat, se nullo modo delinquere, de eo, quod sequitur, regulariter, non tenetur. 578.49.

Ex hoc, quòd quis cum altero jocatur, dici non potest, quòd ipse rei illicitæ operam det. 578.47.

Modò modus in jocando non excedatur, & desit animus injuriandi. 578.48.

Inter pueros rusticanos levior percussio, quæ flagellis infertur, *neque insolens, neque adeò* illicita est. 578.50.

ILLUSTRIS.

Personæ spectatæ fidei, ejusdemque Illustris asseveratio, morte firmata, multum roboris habet. 737.263.

De donationibus personarum Illustrium vid. Donatio.

Consuetudine earundem in scriptis contrahendi vid. Scriptura.

Pactis earundem, præprimis familiaribus, vid. Pactum.

Familiis illustribus vid. Familia.

Filiarum Illustrium successione in feudis vel fideicommissis vid. Feudum. Fideicommissum. Renuntiatio.

IMMEDIATUS.

Dictio, Immediatè, tantundem denotat, quantum verba: Ipso jure, & ipso facto. 409.341.

Immediatum nonnisi illud vocari potest, quod est sine medio. 409.343.

Dictio, Immediatè, rejicit omne intervallum, sicque etiam sententiam super illis, quæ ità conventa sunt, ferendam. 409.342.

De Immediata Imp. Nobilitate vid. Nobilis. Equestris Ordo.

IMMOBILE. Conf. Mobile.

Res, sua natura reverà Mobiles, quotuplicihominis facto, Immobiles fieri possint? 125.222. 126.230. 418.481.

Res in terram defossæ quando Immobiles efficiantur? 125.223.

Locus

Lacus cotiarius, German. Leder-Kuff/ in solo alieno, consensu domini, promisso eidem annuo solario, defossus an efficiatur Immobilis? 125. 224.
Etiam prædia, dynastiæ, decimæ, villæ, jus venationum, aliaque similia, sub pacto de retrovendendo coempta, Immobilibus accensentur. cons. 16. n. 640. & sqq.
In Foro Saxon. ubi viduus uxori in solis Immobilibus succedit, immobilia sub pacto de retrovendendo coempta omnia sequuntur uxoris heredes. cons. 16. n. 653.
An pretium à reemente solutum ad successorem Immobilium pertineat? cons. 16. n. 653. & seqq.
Horreum frumentarium Mobile, in solo Tertii, hoc ignorantis, positum, an fiat Immobile, & illi tertio cedat? 126. 229.
Animalia ferrea habenda pro rebus immobilibus. cons. 16. n. 505.
An idem dicendum de animalibus, quæ vel pro fundi cultura, & tanquàm illius instrumenta habentur, vel si absque illis nullus ferè ex prædio fructus percipi possit? 419. 490. junct. 420. 507. & sqq.
Quid de Mercibus in taberna existentibus dicendum? vid. Merx.
Subsellia templorum Immobilium jure existimantur. 472. 68.
Annui Reditus, Jure communi, rebus Immobilibus accensentur. Cur? 113. 58. 123. 186. & sqq. 430. 627. & sqq.
An hoc etiam de Reditibus annuis personalibus exaudiendum? 124. 199. 431. 630. & sq.
Quid de Reditibus annuis ad paucos duntaxat annos coemptis sit sentiendum? 124. 207. cons. 16. n. 633. & sqq.
Etiam annui reditus sub pacto de retrovendendo comparati Immobilibus aggregantur, licet sint redimibiles. cons. 16. n. 637. & sq.
Pignorationes antichresticæ, vulgò Pfandschafften/ an rectè Immobilibus accenseantur? cons. 16. n. 613.
Jus usuras ex mutuo fœneratitio exigendi Immobilibus rebus aggregari non potest. 123. 188.
De rebus incorporalibus vide porrò Incorporalis res.
Quænam bona, secundum Statutum Lib. Civ. Hailbronnensis, pro Immobilibus habeantur, & quid circa illa ibidem juris sit? vid. Statutum.
Jure Würtembergico ab omni, super rebus Immobilibus inito & quoad primam suam perfectionem absoluto contractu, regulariter, cuilibet contrahentium, intra proximos XIV. dies, resilire permissum est. 1708. 67. 1709. 73. & seq.
Hoc jure tamen usurus alteri omnes, super illo contractu consumtos, Nummos bibales, vulgò Weinkauff/ refundere tenetur. 1708. 68. 1709. 74. 1712. 101.
An etiam hæc Nummorum bibalium restitutio, æquè ac ipsa pœnitentiæ declaratio, præcisè intra spatium XIV. dierum fieri debeat? 1708. 68. & sqq. 1709. 74.
Facultas pœnitendi de Jure Würtemb. intra spatium XIV. dierum competens, vulgò der Reukauff/ Aberwandel/ inter alia quoque, per judicialem contractus insinuationem, excluditur. 1710. 85.
Hæc ipsa facultas, per solam unilateralem renunciationem, si illa vel statim ab initio ab altero non acceptata, vel ex post iterum, expressè, vel tacitè remissa fuerit, nullatenùs excluditur. 1710. 85. & seq. 1711. 90.
Nummorum bibalium refusionem adhuc intra XIV. dies promittens, si eandem intra dictum tempus non adimpleat; sibi tamen, quoad Jus pœnitendi, non præjudicat. 1711. 93.
Jure Würtembergico omnium contractuum, super bonis Immobilibus celebratorum, insinuationes præcisè coram Judice rei sitæ fieri debent. 1704. 28.

IMMUNITAS.

Immunitas alicui pro se, & suis filiis ac nepotibus concessa etiam filiabus illius prodest. 778. 105.
Posteris indultæ Immunitates ad omnes in infinitum masculos descendentes; imò etiam, pro re natâ, ad fœminas extenduntur. 778. 108.
Immunitas ex causa meritorum remunerationis indulta transit in successores tùm concedentis, tùm accipientis. 774. 43. & sqq.
Idem de conventionali à collectis Immunitate, in dubio, sentiendum. 775. 47.
Immunitas à collectis Turcicis, vel aliis, non infringitur ex hoc, quòd ab illis Immunis in matriculam Imperii legatur relatus. 204. 485.
Nobilis Imp. immediatus burgensatica & in æstimum pridem relata prædia, ceu ab omnibus collectis Immunia, possidens, illa ipsa bonorum catastratione, licet plenè probari queat, insuper habita, tamen Immunitati legitimè quæsitæ relinqui debet. 204. 486.
Princeps Imunitatem ab omnibus, aut quomodocunq; nominentur, muneribus, sie haben nahmen/ wie sie wollen/ alicui concedens, etiam Imunitatem à bellicis collectis, & interdum quoque belli insolitissimi oneribus libertatem concessisse intelligi debet. 403. 262.
Hujus generis universalia verba, eademque geminata, vim habent singularis atque individualis expressionis, sicque etiam casum insolitissimæ necessitatis complecti censentur. 403. 263.
Jus collectas & tributa imponendi, & Immunitatem ab iisdem concedendi à pari procedunt. 1211. 168.

De Immunitate à præstatione operatum vid. Operæ.
Vasalli à collectis, tùm ordinariis, tùm extraordinariis, regulariter, sunt Immunes. 1213. 43. & sq.
Nisi tales sint collectæ, quæ in locum servitiorum feudalium quandoque succedunt. 1214. 45.
Vel quæ ob maximam, inopinatam & extremam necessitatem indicuntur. 1214. 47. & sqq.
Vel nisi quæstio sit de feudis burgensaticis & plebejis. 1212. 30. 1219. 121. & sqq.
In dubio Princeps nobilibus suis vasallis ab antiquo competens jus Immunitatis imminuere voluisse haud præsumitur. 1220. 128.
Nemo magis, quàm Princeps, memor esse præsumitur, quòd, qui ipsius servitio sunt, à contributionibus exeusentur justissimè. 1220. 129.
Feuda nobilia ad popularem pensitationem, haudquaquàm trahenda. 1220. 130.
In Constitutionibus Ducatûs Luneburgico-Calenbergensis, omnia prædia, quæ Roßdienſtpflichtig / à contributionibus Immunia pronunciantur. 1214. 54.
Quænam talia dicantur? 1214. 55.
Sattel-freye Güther / sx. communiorem sententiam, illa dicuntur, quæ ab omnibus servitiis Immunia sunt. 1215. 72.
Non tamen ubivis ab omnibus in universum oneribus. 1215. 73. & sqq.
An rectius dicantur Saal-freye Güther? 1215. 75. & sqq.

IMPERIUM MERUM VEL MIXTUM.

De Imperio mero, vel mixto cum castro, pago, &c. in feudum concesso vid. Feudum. Jurisdictio.

IMPLORATIO.

In his, quæ jus partis concernunt, Judex suum officium, nisi imploratus, facere non solet. 1047. 66.
Quoties pœna actori applicanda, actio vel Imploratio Judicis semper debet præcedere. 1047. 65. & sq.
Adversus mixtos ultimarum voluntatum executores, itemque adversus stipendii administratores & inspectores Imploratio nobilis officii Judicis, per totos XXX. annos, competit. 1232. 86. & sqq.
An, & quamdiu, in integrum restitutio contra lapsum hujus temporis locum habeat? 1232. 88. & sqq.
Imploratio nobilis officii Judicis ad impertiendam in integrum restitutionem est loco actionis. cons. 18. n. 31.
Ejusdemque naturam in omnibus imitatur. cons. 18. n. 32.
Applicatur hoc necessitati edendi instrumenta. cons. 18, n. 33.

IMPOSSIBILE.

Humana imbecillitas non debet ad Impossibile obligari. 317. 316.
Obligationem ad Impossibile Leges ubique, tàm in contractibus, quàm in præceptis & sententiis, odio habent justissimo. 1475. 317.

IMPUBES.

ſtiano, contra ipſum cedendo, ſi præcipuè ipſe debitor hanc nominis ceſſionem omni ſtudio procuraverit, ipſiusque conſenſus pluribus actibus geminatis roboretur, dictam Conſtit. Imp. Polit. excludit. 1179. 104. & ſqq.

Qui geminata vice confitetur, daß die Juden ehr- und redlich mit ihme gehandlet / pariter dictæ Conſtitutionis beneficio non gaudet. 1181. 114. & ſeqq.

Quando debitor Chriſtianus, ſæped. Conſtitutionis contentorum benè gnarus, ceſſionem, à Judæo, alii Chriſtiano, contra ſe faciendam, ipſe cum magna ſollicitudine conciliat, tunc ipſe à vero dolo ex propoſito liberari non poteſt, nec ejusdem Conſt. beneficio fruitur. 1182. 123. & ſeqq.

Licet debitor Chriſtianus, tempore ejusmodi ceſſionis, dictæ Conſt. tenorem neſciverit; ſi tamen ex poſt ejus conſcius factus, contra proprium ſuum factum, idemque geminatum, quo hanc ipſam ceſſionem, enixiſſimo ſtudio, ipſe quæſivit, & per ſuas inſtantiſſimas ſollicitationes ac perſuaſiones, conciliavit, atque conciliatam gratisſima mente non ſolùm acceptavit; ſed & pluribus, ſummi ponderis, actibus porrò conſtabilivit, illam penitùs nullam, & ſe, ipſo jure, ab omni ſuo debito liberatum declarari petat, à dolo ex re liberari haud poteſt. 1182. 134. & ſeqq.

Ne quidem in bonis Judæorum, utut omni fraudi & uſurariæ pravitati deditisſimorum, jus taciti pignoris competit. 1510. 72.

De Judæo dibapho vid. Baptiſmus.

JUDEX.

Judex debet eſſe vir bonus. 348. 62.

Pro ejus actionibus militat Juris præſumtio. 550. 49. 790. 88.

Aſſerto Judicis, cujuscunque dignitatis, in cauſis coram ipſo vel adhuc vertentibus, vel jam deciſis, non aliter credendum, quàm ſi, & quousque illud probetur ex actis. 1370. 32.

Judex in his, quæ jus partis concernunt, officium ſuum impertiri non ſolet, niſi deſuper imploratus. 1047. 66. 1411. 102. 1712. 109.

Vel niſi actor libello ſuo clauſulam ſalutarem adjecerit. 1712. 110.

In illis, quæ publicam ſalutem, & tranquillitatem concernunt, Judex ſuum officium, etiam proprio motu, interponere debet. 1368. 5.

Idem dicendum de iis, quæ curam ſacrorum Magiſtratui demandatam concernunt. 1719. 44.

Ubi ipſe teſtator in arbitrium viri boni nihil contulit, etiam Judicis arbitrio nihil relictum ſomniari debet. 348. 64.

Judex non contra; ſed ſecundum leges judicare debet. 1267. 170.

Judices non ſunt arbitri legum, præcipuè à communi regula exorbitantium; ſed ſolummodò miniſtri. 523. 155. 1267. 168.

Judici non convenit, ut ultra terminos ab ipſo Principe, ſummo criminum vindice, præfinitos, in pœna decernenda, procedat. 567. 23.

Judex non debet lege ſcripta clementior, vel rigidior eſſe. 262. 60.

Ignorantia criminalium Judicum ſæpiſſimè innocentibus interitum parit. 1377. 98.

Si cuilibet Judici in cauſis criminalibus, præcipuè ſortilegii, & ſimilibus, pro ſuo arbitrio procedendi facultas competeret, tunc uberrima, per hoc, delinquendi occaſio ſuppeditaretur. 1377. 98.

Judicem criminalem, præprimis ſi peritiores conſulere omiſerit, ignorantia Juris à pœna non excuſat. 1377. 99.

Judex criminalis, ſuo officio minùs legitimè functus, etiam ad mulctam condemnari poteſt. 1378. 100.

Judex, ex juſta cauſa, ſeſe partibus aliquando etiam terribilem oſtendere valet. 1378. 102.

Sicuti Judex precibus calamitoſorum non illachrymari, ità etiam contra eos, quos malos putat, excandeſcere non debet. 1378. 104.

Peccant, qui iram in Judiciis præ ſe ferunt. 1378. 105.

Bona verba à Judice deſiderantur; ſed ſtrenua facta & pœnæ competentes. 1378. 105.

Judex partem aliquid proponentem injuſtè vituperans, etiam *injuriarum actioni ſubjacet.* 1378. 106.

Judex, ſecundum Acta & probata judicare tenetur. 167. 62.

Judex de illis ſolis, quæ coram illo à partibus deducta, cognoſcendi & judicandi facultate potitur. 913. 83.

Non omnis vox Judicis ſententia eſt. 1269. 191.

Ut lites pro viribus abbrevientur, Judex modis omnibus curare debet. 1272. 9.

Judex cavere debet, ne, ſub prætextu celerioris expeditionis, cauſæ diſcuſſio præcipitetur. 914. 87.

Judici, præſertim ſuperiori, non negatur litigantibus talem agendi viam præſcribere, per quam cauſa celeriùs, ſumptuque minori ad finem perveniat. cons. 18. n. 23.

Hinc & intentio partis ad eundem finem tendens magis adjuvanda, quàm impedienda. cons. 18. n. 24.

Quando partes diu litigarunt, & res multùm ambigua eſt, tunc Judex juſtam habet cauſam partes etiam invitas ad compromiſſum ineundum compellendi. 496. 88.

Judicis error vel negligentia non debet partium cumentum afferre. 342. 71.

In propria cauſa nemo competens eſt Judex. 1188. 52.

Quatenùs quis per delationem juramenti in propria cauſa quaſi Judex conſtituatur? vid. Juramentum judiciale, & ſuppletorium.

Quatenùs quis, ob privatam Autodicen, ſui juris amiſſionem incurrat? vid. Vis.

De obligatione Judicis ad tentandam inter partes litig. transactionem vid. Transactio.
Arbitrio Judicis quoad formulam Juramenti judicialis, itemque quoad delationem juramenti calumniæ; vid. Juramentum judiciale. Juram. calumniæ.
Termino à judice præfixo vid. Terminus. Mensis.
Autoritate Judicis in contractu Christiani cum Judæo celebratô necessariâ vid. Judæus.
Baculo à Judice, post publicatam sententiam capitalem, multis in locis confringi solito vid. Baculus.
Officio & potestate Judicis in decernendis pœnis vid. Pœna.
Officii Judicis nobilis implorationé vid. Imploratio.
Obligatione Judicis ad deferendum Juram. suppletorium vid. Juram. suppletorium.
Sequestro judiciali, & quæ eo spectant, vid. Sequestrum.
Officio Judicis in processu criminali vid. Processus. Confrontatio. Tortura.
circa Restitutionem in integrum vid. Restitutio in integrum.
in Processu edictali vid. Creditorum Concursus.
Sententiis Judicum vid. Sententia.
Judice delegato vid. Delegatus Judex. Commissarius.
Quatenùs adversus Judicem restitutio in integrum ex capite vis & metus locum habeat, vel non? vid. Restitutio in integrum.

JUDICIALIS. JUDICIUM.

Omne Judicium redditur in invitum, & judex semper metui debet. 790. 80.
Sine judiciaria disceptatione Judicium ne quidem intelligi potest. 1269. 190.
In Judiciis plerumque, quando plenius consultandi spatium non supersest, multa παχυμερῶς tractari contingit. 119. 137.
Ex errore in Judiciis observatum non jus dat ad exercendos actus similes illis, qui priùs erroneè fuere peracti. 119. 139. & sq.
Judices non debent consultationes, quas non ritè judicatas esse ipsi persuasi sunt, nihilominùs sequi. 119. 141.
Quicquid pars in Judicio non contradicit, meritò pro concesso & confesso habetur. 332. 17. cons. 19. n. 58. 1214. 57.
Etiam in Judiciis, quod fieri potest per pauciora, non debet fieri per plura. cons. 18. n. 25.
Summa Principis Judicia, insuper habitis nudis processus nullitatibus, solam facti veritatem, causæque merita respiciunt. 1380. 131.
Summa Principis Judicia plures dilationes concedere possunt. 1247. 101.
Ne contra apertam æquitatem illicitæ fiant extorsiones, ex clausula generali, præprimis à sublimioribus Judicis; Restitutio in integrum justissimè conceditur. 343. 72.
De supremorum Judiciorum potestate quoad juramenta calumniæ vid. Juram. calumniæ.
Acta solius Judicis conscientiam requirunt; non etiam Scabinorum, vel cujusvis alterius. 1499. 15.
Donatio summam 500. solidorum excedens, licet apud solum Civitatis defensorem, vel Provinciæ moderatorem publicata fuerit, tamen Actis insinuata rectè dicitur. 1499. 16.
Negotia coram deputatis Judicialibus peracta tùm demùm publica authoritate & fide potiuntur, si deputati ex mandato Senatus illis interfint. 954. 548.
Deputati non aliter, quàm ex Senatus commissione, hunc repræsentant. 954. 549.
De confessione judiciali vid. Confessio.
Testamento judiciali seu apud acta confecto vid. Testamentum.
Judiciali debiti oblatione vid. Oblatio.

JUDICATUM. Conf. Sententia.

Renuntiatio tùm appellationis, tùm supplicationis, sententiam in rem Judicatam transire facit. 1243. 52. 1244. 61.
Idem operatur ultronea ad juramenti, per sententiam delati, præstationem oblatio. 1244. 60.
Res Judicata ex hærede putativo efficit verum. 1268. 181.
Quibus casibus aliud dicendum? 1269. 183. & seqq.
Ex re judicata quæsitum jus ne quidem Princeps, ex potestatis plenitudine, cuiquam tollere potest. 563. 137.
Exceptio rei judicatæ in classe exceptionum peremptoriarum & litis finitæ primum obtinet locum. 1652. 3.
Non aliter opponi potest, quàm si de eadem re, vel jure, super quo judicatum, quæstio sit. 1729. 6.
Etiam tres conformes sententiæ, super alio controverso articulo latæ, non pariunt Judicati exceptionem in alio ab illo separato articulo. cons. 20. n. 41.
Sententia ex probationibus privilegiatis, v. gr. juramento, lata nunquam dicitur transire in rem judicatam. 558. 61.
Idem de Sententia ipso jure nulla tenendum. 563. 138.
Ubi nullum Judicatum, ibi nulla Executio. 563. 140.
De Sententia contra rem Judicatam lata vid. Sententia.
Restitutione in integrum adversus rem Judicatam vid. Restitutio in integrum.
Termino quadrimestri Judicati executioni præscripto vid. Terminus.

JURAMENTUM.

Sine specialissimo ad præstandum Juramentum mandato in animam alterius jurari nequit. 639. 69. & sq.

Nemo quisquam invitus ad jurandum cogitur. cons. 16. n. 983.

Nemo ad Juramentum præstandum admittitur, nisi certioratus. cons. 16. n. 982.

Omne Juramentum, quod non vergit in dispendium salutis æternæ personæ jurantis, nec in tertii præjudicium, irrevocabiliter servari oportet. 1467. 246.

Juramentum ad illa duntaxat pertinet, de quibus juratum. cons. 18. n. 19.

Clausula: Rebus sic stantibus, in omni Juramento, tacitè subintelligitur. 74. 672.

Juramentum negotio adjectum ex ipso negotio, ejusdemque qualitate suam explicationem recipit. 1730. 23.

Etiamsi Fidejussor indemnitatis sub corporali jurejurando sese obligaverit, tamen, ante excussionem principalis debitoris, & ex illa dicitam ejusdem insolventiám ipse efficaciter conveniri nequit. 1730. 22.

Idem dicendum, si vel generaliter omni legum auxilio, vel in specie beneficio ordinis juratò renuntiaverit. 1730. 24. & seq.

Utrum minor adversus excessivam dotem, sorori pro illa maritanda datam, etiam tunc in integrum restitutionem petere possit, si hanc dationem speciali Juramento confirmaverit? 1330. 71.

An confessio judicialis, geminata, & in scriptis facta per Juramentum confessi enervari & destrui possit? 491. 5. & sq. cons. 21. n. 94.

Pœnitendi facultas in contractu innominato competens excluditur non solùm per stipulationem; sed &, inspecto Jure Canonico, per Juramentum. 752. 417. & 420.

Aliud quoad Juramentum obtinet de Jure Civili Romano. 1711. 98.

Ubi Juram. alicui delatum, tametsi præstetur; tamen nihil operatur, istud jure recusatur. 1244. 58. 1245. 67.

Hoc imprimis iis in casibus obtinet, quando Juram. ei defertur, qui non potest conveniri. 1244. 58.

Quando partes utrinque jurare tenentur, Judex omnibus modis transactionem tentare debet. 1240. 3. & 6.

Præstito jurejurando nihil aliud quæritur, quàm an sit juratum? sepositâ Quæst. Utrum aliquid debeatur? 558. 51.

Causa jurejurando decisa, regulariter, per contrarias probationes, non retractatur. 558. 52.

Nisi in continenti perjurium demonstrari queat. 558. 53.

In quibus Juramentis probatio perjurii, vel contrarii admittatur, vel non? 558. 54. & sqq.

Sententia ex talibus privilegiariis probationibus lata nunquàm dicitur in rem transire judicatam. 558. 61.

Probatio contrarii an & quando, contra Juramentum, per testes fieri possit? 559. 65. & sqq.

Juramentum, regulariter, non admittitur, quandocunque à lege evidentes & legitimæ probationes requiruntur. 561. 100.

Asseveratio sub fide Juramenti, ex alia causa jam præstiti, an pro vero Juramento haberi debeat? 432. 15.

De Jure Canon. talis asseveratio, ad antea præstitum Juramentum relativa, veri jurisjurandi effectus non parit. cons. 18. n. 16. & sq.

Mors non subitanea; sed benè prævisa & præmeditata, loco Juramenti à plerisque habetur. 191. 110.

Consensui geminato DDres communiter etiam effectus jurisjurandi attribuunt. 1181. 121.

Promissio bey Fürstl. Gräfl. und Adelichen Ehren / Treu und Glauben / vel sub clausula, en homme d'honneur, facta, hodiè, multis in locis, in vim Juramenti valet; modò non requiratur Juramentum corporale, 752. 413. 1314. 22. & seq.

Modus in Judicio aliquid, loco Juramenti, asseverandi anabaptistis usitatus quisnam? 1545. 84.

Judæis, in festo cumprimis propitiationis, Juramenta in gratiam & securitatem Christianorum præstita relaxantur. 332. 13. 335. 54. & sq.

Quatenùs Judæi ad *Juramenta admittendi*? vid. Judæus.

De Juramento à testibus præstando vid. Testis.

Transactione jurata vid. Transactio.

Formulis Juramentorum, & quæ circa earum moderationem Judicis sit potestas? vid. Juramentum judiciale.

Communione bonorum Juramento vallata vid. Communio.

Juramentis Abbatum ratione officii ab ipsis præstandis vid. Abbas.

Nuntiorum vid. Citatio.

Jurata Scti Vellejani & beneficii novæ Constitutionis renunciatione vid. Uxor. Fœmina.

JURAMENTUM ASSECURATIONIS.

Etiam verè & propriè sic dicta Emphyteusis Juramentum assecurationis recipit. 655. 148.

JURAM. CALUMNIÆ.

Is, qui Juramentum judiciale alteri defert, adversa parte petente, priùs Juramentum calumniæ speciale seu malitiæ præstare tenetur. 1244. 64.

Aliàs Juram. principale pro præstito habetur. 1245. 56.

An etiam judiciale juram. referens? 1246. 82. & sqq.

In integrum Restitutionem & Instrumentorum editionem petens, regulariter, de malitia priùs jurare tenetur. cons. 18. n. 36. & seqq.

Juramenta calumniæ, generale & speciale, viva

voce exacta, de substantia processus judiciarii reputantur. cons. 21. n. 4. & 10.

Secùs est, si illa tantùm in scriptis exacta fuerint. cons. 21. n. 8.

Hæc diversitas in Camera, & alibi observatur. cons. 21. n. 9.

Si ex Actis pateſcat, hæc Juramenta vel non necessaria, vel cum gravi perjurii periculo conjuncta esse, illa non deferuntur, quantumvis viva voce exacta, & jamjam acceptata. cons. 21. n. 12. & seq.

Ostenditur modernus usus forensis quoad necessitatem Juramenta hæc præstandi, & Judici competens religiosum arbitrium illa non imponendi; sed relaxandi. cons. 18. n. 39. cons. 21. n. 15. & seqq.

Licèt talis Juramenti viva voce exacti actualis præstatio, per interlocutoriam, jam esset injuncta; tamen Judex eandem, ex justa causa superveniente, rursùs tollere potest. cons. 21. n. 22. & sqq.

Si præsertim de summo Principis Consistorio sermo sit. cons. 18. n. 39. cons. 21. n. 23.

Ubi nulla Calumniæ suspicio militat; id quod etiam ex arctissima sanguinis conjunctione colligitur, Juramentum Calumniæ, generale, & speciale, modernis moribus, injungi non solet. 1246. 86. & seq.

Tametsi viva voce, in judicio, exactum sit. 1246. 87.

Cur hoc facilius in Juram. malitiæ, quàm calumniæ, obtineat? 1247. 88.

JURAM. CREDULITATIS.

Ad præstationem Juram. Credulitatis juraturi conscientiam ex justis & probabilibus argumentis benè priùs informatam esse oportet. 559. 73.

Non est absurdum super facto alieno jurari tantùm de credulitate. 494. 43.

In quibus casibus Juram. suppletorium de Credulitate præstari sufficiat? vid. Juramentum suppletorium.

An contra præstitum Juramentum purgationis & manifestationis adversa pars ad solum Juramentum Credulitatis admitti queat? 559. 72.

In L. 31. ff. de jurej. dùm noviter reperta instrumenta requiruntur, sine dubio Juramentum Credulitatis prorsùs excluditur. 561. 99.

JURAMENTUM DICENDÆ VERITATIS.

Juramentum dicendæ veritatis quare sic appelletur? 1316. 86.

Sedes hujus Jurisjurandi in cap. 32. x. de jurejur. 1315. 70. & sq.

Ex defectu hujusmodi Juramenti justitia haudquaquàm succumbere debet. 1315. 71.

Canonica hæc sanctio etiam aliis casibus est applicabilis. 1315. 72.

Malè Panormitanus & alii d. capit. ad solam causam usurarum, & ubi periculum animæ subest, restringunt. 1315. 73. & sq.

Quoties de ipso debito constat, quanta verò illius quantitas fuerit? in dubium vocatur, tunc tota Q. mediante hoc juramento ab Actore præstando determinari debet. 1315. 76.

Vi expulsiva legaliter probata, æstimatio rerum, eadem occasione perditarum, mediante juramento pariter manifestanda est. 1316. 77.

Quando pondus depositæ cistæ incertum, consimile Juramentum, ad illud probandum, à DDbus admittitur. 1316. 78.

Prædicta definitio Juris Canonici, per regulas Juris, generaliter probatur. 1316. 80.

Creditor, qui probavit, se mutuam alicui pecuniam dedisse, si testes dicant, se quantitatis non ampliùs recordari, ad dictum Juramentum jure admittitur. 1316. 81.

Idem dicendum, si testes quantitatis, vel qualitatis frumenti, vel vini mutuò dati non ampliùs sint memores. 1316. 82.

Vel si dicant: Se vidisse, contrahentes de re pro certo pretio tradenda consensisse & convenisse. 1316. 83.

Vel si melioramenta non sint plenè probata. 1316. 84.

Creditor, qui sibi constitutam hypothecam legitimè probavit, sibi debitam sortem, pro qua illa constituta, per Juramentum dicendæ veritatis pariter ostendere potest, eoque præstito debitor solvere cogitur. 1315. 69.

Præstito hoc Juramento expensæ litis, regulariter, compensantur. 1317. 103. & seq.

Quando aliud dicendum? 1317. 105. & seqq. 1318. 116. & seq.

JURAMENTUM EDENDORUM.

Juramentum edendorum speciem Juramenti purgatorii constituit. cons. 18. n. 42.

JURAMENTUM FIDELITATIS, SEU VASALLAGII.

Juramentum fidelitatis non est necessarium feudi indicium. 653. 127. & sqq.

Hoc Juramentum etiam ratione subjectionis præstari potest. 653. 128.

Etiam in emphyteusi propriè dicta haud insolens est, ut præstetur Juramentum fidelitatis. 654. 130. & seq.

Ubi pro emphyteusi præsumtio magis militat, quàm pro feudo, sola præstatio hujus Juramenti, ad probandam feudorum qualitatem, parùm contribuit. 654. 141.

Sine specialissimo ad præstandum hoc Juramentum mandato Vasallus in animas suorum agnatorum jurare haud potest. 639. 69. & sq.

Juramentum fidelitatis etiam à censuario præstari potest. 655. 150. & seq.

Juramenti fidelitatis seu vasallagii præstatio an ad substantialem formam investituræ feudalis pertineat? 740. 302.

A vasallo non aliter recusari potest, quàm si & ipsi feudo renuntiare velit. cons. 16. n. 975. & seqq.

JURAMENTUM IN LITEM.

Judæi, contra Christianum, ad Juramentum in litem non admittuntur. 333. 28.

Valisiâ Judæo apertâ redditâ ipse ad Juram. in litem, regulariter, haud admittitur. 334. 32.

Quando per Juramentum lis decidenda, tunc potiùs Christianus ad purgatorium, quàm Judæus ad litis æstimatorium & suppletorium juramentum admittitur. 334. 43. & seq.

Adversus Juramentum purgationis & manifestationis super ipsa veritate, à duobus conjugibus, solenniter præstitum, ipsorum adversariis perperàm Juramentum in litem credulitatis à judice defertur. 557. 46.

An contra Juramentum in Litem probatio contrarii per testes admittatur? 559. 70.

JURAMENTUM JUDICIALE.

Juramentum judiciale etiam ille deferre potest, qui nihil probavit. 639. 63. 1244. 55. & sq.

Hinc q; multo magis ille, pro quo multæ urgentes juris & hominis præsumtiones efficaciter militant. 639. 64.

Quando emtor authori litem super re vendita à domino sibi motam non legaliter denuntiat, vel de illa solus transigit, an autori ab illo nihilominùs Juramentum judiciale deferri possit? 1244. 57. & sqq.

Tali exceptioni, omissæ scil. litis denuntiationis, vel transactionis à solo emtore initæ, si saltem tacitè, per ultroneam ad Juramentum judiciale oblationem, renuncietur, illa non ampliùs attendi potest. 1244. 60.

Juramentum judiciale, regulariter, in forma, sub qua fuit delatum, præstari oportet. 1243. 53. 1245. 67.

Nisi justa contra formam ejusdem excipiendi ratio subsit. 1243. 54.

Judex delationem Juram. judicialis & ejus formulam à deferente præscriptam non præcisè attendere & sequi tenetur; sed ipsius arbitrio & religiosæ moderationi hîc multa relicta. 1245. 71. & sqq.

Quando partes super forma, in qua jurandum, convenire non possunt, tunc Judex juraturo talem formulam, sub qua, illæsa conscientia, jurare possit, præscribere potest. 1245. 67. & sqq.

Præcipuè tunc, si formula Juramentum judiciale, sub qua illud delatum, dicatur captiosa, vel anceps perjurii periculum subsit. 1245. 70.

Juramentum judiciale deferens, parte adversa petente, de malitia priùs jurare tenetur. 1244. 64.

Aliàs principale Juram. pro præstito habetur. 1245. 65.

An etiam Juramentum hoc referens? 1246. 82. & sqq.

Ubi Juram. hoc, tametsi præstetur; tamen nihil operatur, istud jure recusatur. 1244. 58.

Hoc imprimis tunc obtinet, quando is, cui defertur, convenîri nequit. 1244. 58.

An Juramentum judiciale creditori in processu executivo deferri possit? 1661. 42. & sq.

Præstito Juramento judiciali non ampliùs quæritur? An debeatur? cons. 18. n. 50.

Deferens hoc Juram. confiteri intelligitur, omnia, quæ adversarius, mediante Juramento, asseveraturus est, esse vera. cons. 18. n. 51.

Hincque adversarium quasi judicem constituit. cons. 18. n. 51.

Ad minimum delatio hujus juris jurandi & subsequens præstatio vim transactionis habere censetur. cons. 18. n. 53.

Hoc Juramentum ex noviter allatis probationibus non potest rescindi. cons. 18. n. 55.

Iniquum est, eum, qui sua delatione & petitione, quam Judex secutus est, huic jurijurando locum conciliavit, illud postea præstitum rescindere posse. cons. 18. n. 56.

Causam hoc jurejurando, ex consensu utriusque partis, decisam nec perjurii prætextu retractari permittitur. cons. 18. n. 60. & sqq.

Quidsi hoc incontinenti probari queat? 558. 54.

JURAMENTUM MALITIÆ.

Vid. Juramentum Calumniæ.

JURAM. MANIFESTATIONIS.

Desiderans, ut *bona sibi restituenda, sub Juramento Manifestationis*, specificentur, mensurentur, æstimentur, hoc ipso hæreditatem adiisse censetur. 129. 267. & seqq.

Vid. Juram. purgatorium.

JURAMENTUM PURGATORIUM.

Juramentum Purgatorium non aliter locum habet, quàm si suspiciones contra Reum militantes non tanti ponderis sint, ut ob illas tortura contra reum possit decerni. 314. 118.

Quando per Juramentum lis decidenda, tunc potiùs Christianus ad Purgatorium, quàm Judæus ad litis æstimatorium & suppletorium juramentum admittitur. 334. 43. & seq.

Præstatio Juramenti purgatorii quem habeat effectum? 556. 15. & sq. 560. 96.

Adversus Juramentum purgationis, super ipsa veritate, à duobus conjugibus, solenniter præstitum, ipsorum adversariis perperam Juramentum in litem credulitatis à commissario vel judice defertur. 557. 46.

Præstito Juramento purgationis, is, qui juravit, non obstantibus contrariis præsumtionibus, absolvi debet. 558. 49.

Pro præstito Juramento purgatorio militat juris præsumptio, donec crimen perjurii legitimè doceatur. 558. 50.

Causa Juramento purgatorio, ad petitionem adversarii, præstito decisa, regulariter, per contrarias probationes non retractatur; tametsi in

in continenti perjurium demonstrari queat. 558. 55.
Juramentum purgatorium, ad petitionem adversarii præstitum, in judiciale Juramentum degenerat. 558. 56.
Juramentum purgatorium etiam ex officio deferri potest. 558. 58.
Contra hoc Juramentum ex officio delatum contrarii probatio haudquaquàm excluditur. 558. 59.
An hæc probatio per testes fieri possit? 559. 66. & sqq. 560. 80. & sqq.
Juramentum purgatorium cum suppletorio magnam habet affinitatem. 559. 66.
Haud pauci DDres, eapropter, Juramentum necessarium dividunt in purgatorium & suppletorium. 559. 67.
An contra, vel post præstitum Juramentum purgat. & manifestationis, adversa pars ad solum Juramentum credulitatis admitti possit? 559. 72.
Ex præstito Juramento purgationis & manifestationis pro eo, qui juravit, efficax nascitur præsumtio. 561. 114.
Licet aliquis semiplenè contrarium probet; tamen illa pro jam præstito jurejurando militans præsumtio hanc semiplenam probationem omninò elidit. 561. 115.
Et proin nullus ampliùs suppletorio Juramento locus conceditur. 561. 116.
Præstito Juramento purgationis expensæ litis, regulariter, compensantur. 562. 124.
Juramentum edendorum est species Juramenti purgatorii. cons. 18. n. 42.

JURAMENTUM SUBJECTIONIS.

Juramentum subjectionis ex quibus causis præstetur? 648. 40.

JURAMENTUM SUPPLETORIUM.

Ob probationum difficultatem Judex hoc Juramentum deferre tenetur. 494. 42.
Hoc Juramentum ad supplendam minus plenam probationem defertur. 494. 44.
Juramentum suppletorium cuivis actori, qui intentionem suam vel semiplenè, vel in ardua causa plusquàm semiplenè probavit, deferri potest. 1315. 65.
Modò sit persona fide digna, & veritatem probabiliter sciat. 1315. 66.
Et probationes ordinariæ deficiant. 1315. 67.
Etiam in Juramento in supplem. juraturus in sua propria causa ipse testis & judex quodammodo constituitur. 333. 24. 494. 45.
Sic, ut deficientis unius testis personam & vices, seu in genere dimidiæ probationis defectum semper supplere debeat. 494. 59.
Ad hoc Juram. nemo aliter admittitur, quàm si etiam in causa alium spectante non saltem testis idoneus; verùm etiam omni exceptione major sit. 331. 25. 494. 58.
De perjurio suspectus ad hoc Juram. haud admittendus. 335. 51.
An & quatenùs Judæi ad hoc Juramentum admittantur? vid. Judæus.
Semiplenæ actoris probationi contrariæ, & pro reo militantes præsumtiones Juramentum suppletorium actori deferri non patiuntur. 335. 52.
In quibus casibus Juramentum suppletorium de credulitate præstari sufficiat? 562. 122.
Hæredes, regulariter, ad Juramentum in supplementum haud admittuntur. 493. 38.
Nisi ipsimet de facto benè sint informati. 494. 40.
Non est absurdum, super facto alieno Juramentum hoc de credulitate saltem præstari. 494. 43.
Etiamsi defuncto Juramentum suppletorium jam fuerit delatum; sed ab illo non præstitum; tamen illud hæredi deferri non potest. 494. 56.
Juramentum suppletorium de credulitate tùm tantùm admittitur, quando etiam testes ità deponentes audiuntur. 494. 57.
In solis Mercatorum hæredibus hoc, loco singularis privilegii, admittitur, ut ipsorum Juramentum in supplementum, super sola quantumvis credulitate interpositum, ad supplendam semiplenam probationem sufficiat. 495. 61.
Ipse Mevius, à se dissonus, Juramentum supplet. super sola credulitate non recipiendum esse, constanter propugnat in suis consiliis. 495. 62.
Quando heredes apud acta judicii ipsi fatentur, se nullam de facto cum aliis controverso scientiam habere, ipsi ad Juramentum credulitatis admitti non possunt. 495. 63.
Res periculi plenissima meritò reputatur, heredes promiscuè, pro supplemento probationis, ad nudæ & crudæ credulitatis Juramentum admittere. 495. 65.
Religio & charitas hodiè valdè decrevit, & increscens amor nummi omnibus modis dissuadet Juramentum supplet. deferri super sola credulitate, præprimis in causis alicujus momenti. 495. 66. & sq.
Judex suæ & heredis juraturi conscientiæ optimè consulit, si in casu, quo ille suam intentionem semiplenè probavit; sed certam de facto scientiam non habet, Reum definitivè absolvat. 495. 68.
Adducuntur remissivè nonnulla Statuta, quibus etiam heredibus de sola credulitate jurandi facultas conceditur. 495. 69.
Juramentum suppletorium defuncto delatum; sed ab illo non acceptatum, pro præstito haudquaquàm haberi potest. 495. 72.
Juramentum suppletorium etiam in causis civilibus arduis locum sortitur. 493. 33.

Verùm non aliter, quàm si adsit probatio plusquàm semiplena. 295. 163. 411. 358. & sq. 493. 35.

Plerique in causis civilibus arduis Juramento suppletorio omnem locum denegant. 411. 358. 493. 36.

Ut simulatio per Juram. in suppl. probari possit, non solùm semiplena illius probatio; verùm etiam specifica tùm modi, quô illam commissam prætendit, tùm & causæ impulsivæ, ob quam quis ad illam commotus fuerit, designatio requiritur. 493. 31. & sq.

Judex, ubi certus est nihil deberi, Juramentum suppletorium deferre non potest. 943. 419.

Deficiente vel unico teste testamentario, tamen hæres, licet ipse sui nuncupationem coràm audiverit, ad Juramentum suppletorium admitti incassum desiderat. 943. 414. & sqq.

Ad perjurium probandum ne quidem Juramentum in supplementum veritatis admittitur. 561. 101. 562. 119.

Ad prætensi salarii quantitatem legaliter probandam etiam Juramentum suppletorium, cæteris paribus, admitti debet. 1315. 62. & sqq.

Licet aliquis semiplenè contrarium probet; tamen pro jam præstito Juramento purgationis & manifestationis militans præsumtio hanc semiplenam probationem adeò elidit, ut nullus ampliùs suppletorio Juramento locus concedatur. 561. 116.

Quando causa est dubia, & ideò præstitum Juramentum suppletorium, vel ei simile, tunc expensæ litis, regulariter, compensantur. 1317. 103. & seq. 1318. 116.

Ubi verò jus victoris apparet; tametsi deficiat illius probatio; & dehinc juramentum supplet, in auxilium vocare necesse sit, tunc Reus nihilominus in expensas damnandus. 1318. 117.

Idem dicendum, si reus omnia perspecta & optimè cognita habeat. 1317. 105. & seqq.

Juramentum in supplementum, ad petitionem adversarii præstitum, in judiciale juramentum degenerat. 558. 57.

Contra præstitum Juramentum supplet. non promiscuè omnis generis probationes admittuntur; sed præcisè Instrumenta noviter reperta ad hoc requiruntur. 559. 64.

Neque testes de novo producendi ad hoc sufficiunt. 559. 65. & sqq.

An in L. 31. ff. de jurej. dùm noviter reperta instrumenta requiruntur, Juramentum, in specie suppletorium, ac veritatis, excludatur? 561. 97. & sqq.

De convenientia Juram. suppletorii cum purgatorio vid. Juramentum purgatorium.

JURAM. VOLUNTARIUM.

Causa Jurejurando voluntario decisa per contrarias probationes non retractatur; tametsi perjurium in continenti probari possit. 558. 54.

JURECONSULTUS.

Jureconsulti non sunt arbitri Legum, præcipuè à communi regula exorbitantium; sed solummodò ministri. 523. 155.

Veteres Jureconsulti ipsi, apud Romanos, erant Juris conditores. 533. 273.

Et dehinc ipsi etiam Leges exorbitantes & per illas indulta privilegia favorabilia non semel, in LLbus, ad alios casus extendisse leguntur. 533. 273.

Causæ tùm criminales, tùm civiles, tàm arduæ, ut Tortura in illis decerni valeat, ab uno solo Jcto non facilè definiri debent. 306. 3.

De Responsis Ictorum vid. Responsum.

JURISDICTIO.

Sub nomine Vogtejæ tota civilis Jurisdictio comprehenditur. 1111. 9.

In Ducatu Würtembergico omnibus, etiam infimi ordinis præfectis, in specie Scultetis cum Consulibus & Scabinis, Jurisdictio haud dubiè competit. 1646. 23.

Nemo, ex facto, vel consensu privati, sibi Jurisdictionem asserere valet. 616. 33. & sq.

Omnia debita, ad Principem, ratione Jurisdictionis, spectantia, in Ducatu Würtembergico, absoluto prælationis privilegio gaudent. 1506. 22.

De Jurisdictione cum castro, pago, &c. in feudum concessa vid. Feudum.

In casu territorii, *vel prædii cum omnibus pertinentiis* in usumfructum concessi, regulariter, quoque omnia tùm ad bassam, tùm ad altam Jurisdictionem, quomodocunque pertinentia commoda ad usufructuarium spectant. 1739. 22. *& seqq.*

Hinc etiam dominus proprietatis, in præjudicium usufructuarii, mulctas & pœnas, aliave remittere, vel ipsius conditionem quacunque ratione deteriorem facere nequit. 1739. 28.

An domino directo, qua tali, Jurisdictio in emphyteu m competat? vid. Emphyteusis.

Plus est, tercentum duntaxat thaleros ex Jurisdictione, quàm octingentos ex quibusvis aliis rebus percipere. 1745. 85.

Jurisdictio in emphyteutas, alterius Principis subditos, domino directo, per pactum speciale concessa, emphyteutæ personam solummodò concernit; non etiam prædia. 617. 193.

Quatenùs hodiè jus operas à subditis exigendi ex Jurisdictione competat? vid. Operæ.

Jus meri Imperii, seu Jurisdictio alta an ad immediatum Sueviæ Ordinem equestrem, ejusque membra, jure proprii feudi masculini pertineat? 324. 85. & sqq.

Alta hæc Jurisdictio in nonnullis Nobilium castris & pagis instar juris prædialis se habet. 324. 93.

Utrum idem obtineat in territorio Essingensi ad illustrem familiam de Wöllwarth spectante? 325. 96.

Discutitur natura Jurisdictionis altæ in districtu Essingensi, 328. 145.

Evolvitur privilegium Rudolphi II. Imp. illustri in Sueviа Ordini equestri de Jurisdictione alta concessum. 324. 85. 325. 98. & sqq.
Occasio & causæ impulsivæ privilegii Rudolphini quænam sint? 327. 130. & sqq.
Tenor ejusdem. 327. 36. & sqq.
Jurisdictio alta, post hanc Imperatoriam concessionem, in dubio non jure feudi proprii masculini; sed pro jure prædiali habetur, tametsi in aliis ut feudum tractetur. 328. 140.
Jus meri imperii liberis Sueviæ Nobilibus für sich/ ihre Erben und Nachkommen / auch Innhabere der güther von alters her competens, liberè alienari potest. 326. 116.
Plures immediati Imp. Nobiles, cum superioritate territoriali, etiam merum imperium, ab antiquis temporibus quæsitum habent. 326. 119.
Plures alii diu nec jus meri imperii, nec signa illius executiva, Stockh und Galgen/ propria habuerunt; sed delinquentes in suo territorio, ad alium vicinum, istis signis instructum, magistratum deduxerunt, condignis ab illo suppliciis plectendos. 326. 121.
Ad cursum justitiæ eo magis promovendum jam à Cæsare Friderico II. & Maxim. I. jus meri imperii, cum suis signis, incluto Ordini equestri clementissimè indultum. 327. 123.
Istæ Concessiones altæ Jurisdictionis sunt quadruplicis generis. 327. 124. & sqq.
Pars Jurisdictionis altæ ab uno agnato alienata, per retractum feudalem, à cæteris agnatis illicò revocari potest; modò pretium emtori restituatur. 329. 148.

JUS. Conf. Incorporalis res.

Qui Jure suo utitur, nemini facit injuriam. 622. 111.
Nemo plus Juris in alium transferre potest, quàm ipse habet. 799. 51. 798. 36. 1683. 22.
Quilibet proprio Jure niti, & ex eo suas petitiones, vel defensiones formare debet. 827. 48.
Una eademque res, & sic quoque unus idemque contractus, non debet diverso Jure censeri. 723. 78. 423. 546. 1710. 83.
Rationis identitas Juris identitatem pedisequam habet. 404. 275. 879. 166.
Clausula, Ipso jure & facto, tantum operatur, quantum lata sententia. 406. 303. 1083. 44. & sqq.
Ubi aliquid ipso Jure fit, ibi etiam dominium sine traditione & possessionis translatione transire dicitur. 406. 304.
Cùm quid ipso Jure fit, etiam fructus confestim, ex tempore, restitui debent, non spectata ulla petitione, vel litis contestatione. 407. 305.
Verba hæc: Daß die Güther ohne einzige beschwehrde/ ipso Jure & facto, auff die andere Brüder/ oder dero masculinam posteritatem wider zuruckfallen/ ja ipso Jure zuruckgefallen und incorporirt seyn sollen/ non malè secundum pacti resolutivi naturam judicantur. 407. 306. & sqq.
Hæ duæ clausulæ: Ipso Jure & ipso facto, inter alia, etiam idem significant, quod adverbia, Mox, Confestim, Immediatè, vel Absque hominis ministerio, &c. 407. 310, & sq. 409. 341.
De Pœnis, quæ ipso jure committuntur, vid. Pœna.
Jura, sui natura, vel ex legis, testatorum, aut paciscentium dispositione, ad certam duntaxat personam restricta, in hæredes illius haudquaquàm transeunt. 620. 88.
Jura sanguinis nullo Jure civili perimi possunt. 1079. 433.
Juri publico, per pacta privatorum, derogari nequit. 1260. 70.
Nec factum prætoris Juri publico derogare potest. 1267. 165.
Illustratur hæc regula remissivè exemplis. 1267. 166.
Ex facto oritur & moritur Jus. 1221. 136.
Effectus hujus regulæ quoad præjudicia, & responsa Facultatum & aliorum Collegiorum. 783. 175. 1221. 134. & sqq.
Quatenus Jus sibi ipsi privatim dicens incurrat ejusdem amissionem? vid. Vis.
Quatenus error Juris ad fundandam indebiti Conditionem sufficiat, vel non? vid. Conditio indebiti.
De Jure Tertii vid. Tertius.
Quasi possessione Jurium vid. Possessio.
Juris ignorantia vid. Ignorantia.
Juris cessione vid. Cessio.

JUS COMMUNE.

Testator, in dubio, suam dispositionem Juri Communi conformare voluisse præsumitur. 681. 86. & sqq. 73. 669.
Idem etiam de paciscentibus asserendum. 73. 669. 414. 411. & sq.
Nec non de conditoribus Statutorum. 117. 155.
Frustra precibus imploratur, quod Jure Communi jam ante concessum. 391. 117. 443. 786.
Jus Commune contractui tacitè inesse videtur, quocunque loco contrahatur. 1155. 545.
Per pacta à Jure Communi benè recedi potest. 1758. 37.
De Statutis ex Jure Communi interpretandis, &c. vid. Statutum.

JUS CANONICUM.

In dubio inter Jus Canonicum & Civile nulla differentia admitti debet. 750. 391.
An facultas in contractibus innominatis pœnitendi per Jus Canonicum sit sublata? 750. 390. & sqq.
In materia præscriptionis Jus Canonicum potissimùm sequendum. 202. 448.

Utrũm Cap. 32. X. de jurejur. etiam casibus similibus sit applicabile? 1315. 72. & sqq.
Verba Pontificis in cap. 1. de homicid. in 6. quòd de crimine assassinii ex indiciis probabilibus & argumentis constare debeat, diversissimas sortita sunt interpretationes. Quasnam illas? 1020. 179. & sqq. 1031. 25.
Hoc capit. favorabile & Reipublicæ medicinale est, ac propterea latè interpretandum. 1013. 99.
De forma testandi Jure Canonico inducta vid. Testamentum.
Pontifices ipsimet ultrò fatentur, quòd ipsis non liceat Jus Civile, quoadusque in bonos mores non impingit, corrigere, vel abrogare. 962. 630.
De Remedio Can. Redintegranda. vid. Spolium.

LÆSIO.

Querela enormis Læsionis etiam in contractibus innominatis locum habet. 749. 383.
Imò ferè in omnibus, secundum modernam Jurisprudentiam. 749. 384.
Etiam spei emtori, si enormiter se læsum probare re valeat, enormis Læsionis querela competit. 749. 386. 755. 462.
Quomodo Læsio in tali emtione, & in transactionibus sit computanda? 749. 387.
Læsionem in judicio, agendo, vel excipiendo, allegans, cum suis requisitis, eandem probare tenetur. 754. 446.
Imprimis quòd illa adfuerit tempore celebrati contractûs. 754. 447.
In computanda Læsione enormi, vel enormissimâ, non saltem nummariæ erogationes; verum etiam susceptæ molestiæ, vigiliæ, curæ, labores, aliaque similia onera sunt computanda. 754. 452. & sq.
Etiam casus incerti, & super illis initæ conventiones non planè vagam contrahendi figuram habent, ut non etiam in illis querela Læsionis locum sortiatur. 755. 462. & sq.
In fideicommisso conditionali & reciproco nulla iniquitatis, vel inæqualitatis, sicque etiam Læsionis querela attenditur. 395. 166.
Juratam transactionem, sub obtentu enormis Læsionis, non implens, hac sola de causa, quòd DDres diversas super hac Q. An transactio ex capite Læsionis enormis rescindi valeat? sententias foveant, à pœnali Legis 41. Cod. de transact. sanctione absolvitur. 1061. 230.
Quando res ab incerto fortunæ eventu, cujus par in utramque partem ratio est, dependet, nulla Læsio vel iniquitas allegabilis est. 395. 166. 620. 96. 696. 296. 697. 306. 755. 457.
Sic, ut ne quidem minor XXV. annis eapropter in integrum restitutionis auxilio gaudeat. 755. 457.
In talibus non spectatur, quid contigerit; sed quid contingere potuerit? 755. 458.
Qui aliquid ipse censet desperatissimum, & faventior deindè fortuna arrideat, à se promissa, sub obtentu Læsionis, revocare non potest. 755. 459.
Omnium circumstantiarum & rerum Scientia excludit Querelam Læsionis enormis. 756. 470.
Specialis querelæ enormis, vel enormissimæ Læsionis renuntiatio eandem pariter penitùs excludit. 756. 474. & sq.
Prædii, in cujus emtione emtor enormiter se læsum probare potest, subsequens melioratio, illam tempore contractus revera acceptam Læsionem haud corrigit. 637. 47.
Ex subsecuta prædii melioratione querela Læsionis nec venditori acquiritur. 637. 48.
Exceptio, præprimis enormissimæ *Læsionis*, regulariter, in processu executivo non admittitur; sed ad judicium ordinarium remittitur. 1660. 31.
Quando actor ab initio ferè ultra dimidium, postea simpliciter ultra dimidium, tandem verò enormissimè sese læsum prætendit, tunc is de falso suspectissimum se facit. 1659. 21. & sqq.
Ad excludendam Querelam Læsionis utut non enormissimæ; attamen enormis, etiam hæc generalis Renunciatio, quâ quis omnibus LL. auxiliis renuntiat, sufficiens habetur. 1650. 27.
Hæc renunciatio, *quando emtor renuntiat non* saltem huic *exceptioni*, quòd merces, quas emit, non sint vitiosæ; verùm etiam huic alteri exceptioni, quòd pretium conventum non sit æquum & justum, ac post multas demùm emtoris & venditoris contentiones ab utroque contrahentium approbatum, daß die Waaren nicht genau æstimirt/ oder hingegen in allzuhoch bedungenem preiß ihme seyen angehängt worden/ specificam & expressam quantæcunque Læsionis renunciationem procul dubio constituit. 1659. 28. & sq.
An consensus geminatus querelam excessivæ Læsionis excludat? 1661. 45.

LATROCINIUM.

Latrocinii crimen illi omnes committunt, qui spe consequendi cujuscunque lucri, sive pecuniarii, sive honoris, sive liberationis à promerita pœna, vel ut sponsæ, aut viduæ, vel viduo alterius matrimonio jungantur, hominem interimunt. 1014. 116. & seqq. 1017. 145.
Latrocinii crimen haud dubiè etiam in ædibus privatis committi potest. 1343. 87. & sqq.
Spes lucri Latrocinium à simplicis homicidii delicto distinguit. 1015. 118. & sq.
Latrones eadem, qua Assassini, pœna plectuntur. 1014. 115.
Convenientia criminis Latrocinii cum Assassinio. 1014. 115. & sqq. 1015. 128. & sq. 1017. 145. & sq.

Vulgare DDrum assertum: Quòd in crimine Latrocinii non adeò liquida corporis delicti investigatio & repræsentatio necessaria sit, absolutè & simpliciter admitti haud potest. 1337.29.

Etiam in crimine Latrocinii ad repræsentandum corpus delicti aliquando sufficere potest, si à Latrone vulneratus, vel aliàs insultatus statim desuper conqueratur, suamque querelam juramento corroboret. 1338.30. & sqq.

Etiam in crimine Latrocinii testes in processu saltem informativo, & non citata parte adversa examinati, à plurimis admittuntur. 1338.36.

Quando testes, ad probandum criminis Latrocinii conatum producti, de hoc, quòd revera, sub hoc ipso conatu, aliquod vulnus illatum fuerit, nihil certi deponunt, tunc hic ipse defectus, per ocularem jurati Medici & Chirurgi inspectionem, & de reperta cicatrice perhibendum testimonium, etiam ad effectum torturæ, cæteris paribus, benè supplere potest. 1338.38.

Si attentati criminis Latrocinii reus hoc primùm confessus: Daß seine Cameraden den Bauren erwürgen / und ihme das geld nemmen wollen / hanc confessionem posteà revocet, & hoc saltem confiteatur: Er habe gesagt / sie wollen den Bauren würgen / und ihme sein geld nemmen / haud exiguum, hoc ipso, adversus se ipsum, ad torturam decernendam, indicium parit. 1339.43.

Confessio Latrocinii, si non etiam aliunde de corpore delicti aliquatenùs constet, sola pœnæ capitali locum non facit; benè tamen extraordinariæ, etiam morti proximæ. 1034.56. & sq.

Latrocinium in classem criminum atrocissimorum refertur. 1338.36. 1341.59.

Ex Proposito ut plurimùm, hocque præmeditato, delinquunt Latrones. 1342.71.

Latrocinia plerumque noctu committi solent. 1343.82.

Conatus Latrocinandi, in ædibus alterius privatis exercitus, gravior est illo, qui in via publica committitur. 1343.86. & sqq.

Latrocinium, sicque etiam ejus attentatum, ex valdè dolosis & proditoriis insidiis commissum, ad fundandam graviorem pœnam, multùm aggravatur. 1344.95.

Conatus Latrocinandi in hospitem activum, passivos amicè recipientem, scelestissimè exercitus, in atrocius, eapropter, delictum degenerat, hincque etiam graviorem pœnam efflagitat. 1344.96.

Idemque multò magis de crimine Latrocinii ad ultimum effectum perducto tenendum. 1344.96.

Latro amicitiam ergà suum hospitem activum simulando, nulla rixa vel odio interveniente, eum, somno sepultum, animo spoliandi, vel planè occidendi, armis insultans, sine dubio graviorem, ob hanc geminam circumstantiam, pœnam incurrit. 1345.98. & sq.

Conatus Latrocinandi, in solitudine, vel alio loco remoto exercitus, ex hac quoque circumstantia, insigniter aggravatur. 1345.100.

Etiam ob solam Latronum audaciam & notabilem numerum pœna gladii, ob conatum ejusdem proximum, decerni potest. 1345.103.

Quando attentatum Latrocinium cum actuali spolio conjunctum est, Latro, communis securitatis gratia, pœna rapinæ ordinariæ affici non saltem potest; sed etiam debet. 1346.108.

Pactum ineuntes de rebus per Latrocinium auferendis inter se dividendis, &, dùm illud committitur, in excubiis stantes ordinariæ pœnæ reatum incurrunt. 267.114. & sqq.

Tametsi de pecunia per Latrocinium ablata nihil obtinuerint. 270.135. & sqq.

Licet Latrones nec obolum apud viatorem invenerint, tamen pœna capitalis locum obtinet. 270.140. & sq.

Is, qui auxilium & opem præstat Latroni, in excubiis stando, vel qui in istud crimen consentit, illud approbat, & de spolio actualiter participat, æquè ac Latro, ordinariæ Latrocinii pœnæ reus censetur, ac si ipse manu suâ occidisset, & spoliasset. 1556.6.

In crimine Latrocinii etiam gladii pœna nomen & rationem pœnæ extraordinariæ recipere potest. 1340.50.

Quid ad eam fundandam requiratur? 1340.52. & seqq.

Concursus assassinii cum Latrocinio an pœnæ severiori locum faciat? 101.148.

LAUDEMIUM.

Pro prædiis rusticis exigitur das Bestand-geld; pro emphyteuticis das Handlohn / Auff- und Abfahrt. 630.231.

Si, constante usufructu prædii emphyteutici, in persona emphyteutæ, mutatio contingat, Laudemium à novo possessore solvendum non proprietario; verùm usufructuario, ab omnibus propemodùm DDbus, adscribitur. 684.126. & 130. 686.155. & sqq.

Hæc sententia in praxi est receptissima. 687.159. & sqq.

Licet investituram à proprietario fieri oporteat. 684.127.

In emphyteutarum mutatione versatur incommodum etiam usufructuarii, & propterea ipsius requiritur consensus. 684.131.

Laudemium debetur propter consensum. 684.132.

Domini proprietatis hic quidem magis interest, quàm usufructuarii; sed ex hoc dicta ratio, quoad usumfructum, non omninò retunditur. 684.133. & sq.

An & quatenus jus Laudemium exigendi & percipiendi dicatur in bonis? 685.135. & sq. 699.326. & sq.

Laudemium inter fructus ex ipsa re, vel propter rem provenientes computatur. 692. 235. 701. 353.

Qui usumfructum bonorum, præprimis omnium, reliquit, non potest non etiam jus Laudemium exigendi relinquere voluisse videri. 685. 137. & sqq. 1739. 25.

Quod imprimis in conjuge, cui omnium bonorum usufructus relictus, admittendum. 685. 140.

Quando filius-vel filiafamilias directum emphyteutici prædii dominium acquirit, ad patrem ipsius, tanquàm legitimum usufructuarium, tàm Laudemium, quàm canon emphyteuticus, pertinet. 685. 141. & sqq.

An hoc moribus nostris etiam usuifructui materno statutario applicari valeat? 685. 144.

De Jure Würtemb. patri & matri tùm Laudemium, tùm canon emphyteuticus debetur. 685. 145.

Etiam nobili, & alii non-nobili viduæ constitutum dotalitium, cum aliis fructibus, etiam Laudemialem proventum conciliat. 685. 146.

Jus antichriseos Laudemium pariter ad se trahit. 686. 152. & sq.

Eadem jura locum obtinent, etiamsi unius duntaxat prædii ususfructus alicui, inter vivos, vel mortis causa, sit constitutus. 686. 154.

An à defectu facultatis investiendi ad denegationem juris percipiendi Laudemium rectè concludatur? 688. 173. & sqq.

Ad hunc effectum, ut Laudemium legatarium sequatur, nihil refert, an ei ususfructus, vel reditus, vel fructus annui dicantur legati. 691. 233.

In hujus Quæst. Ad quem Laudemialis obventio pertineat? determinatione tempus investituræ spectari oportet. 700. 338.

Quidsi illa sub certis terminis sit solvenda? 700. 337.

Laudemium annua, bima, trima die solvendum utrum ad illum stipendiarium, qui eo tempore, quo Laudemii dies cessit, solus studiis incumbit, plenariè pertineat? 699. 335. & sqq.

Quando prædium emphyteuticum, cujus ususfructus alicui legatus, vivente adhuc testatore, alienatur, tunc Laudemium, à novo emphyteuta præstandum, non ad hæredes domini directi; sed ad usufructuarium solitariè pertinet. 700. 340. & sq.

Idem etiam tunc, si post prædii talis & venditionem, & traditionem, emptori factam; veruntamen adhuc ante investituram, ususfructus alicui constituatur, locum pariter obtinet. 700. 343.

Quando alienatio vivente testatore; verùm investitura demùm post mortem fructuarii fit, tunc Laudemium non hæredibus fructuarii; verùm domini cedit. 700. 345.

Si modò ususfructus, tempore investituræ, jam fuerit formatus, vel nondùm finitus, Laudemium ad usufructuarium pertinet. 701. 358.

Divisio Laudemii in plures terminos solutionis solum novi emphyteutæ favorem respicit. 702. 365.

Si novus emphyteuta, non deducto, vel deducto interusurio, totum Laudemium simùl & semel exsolvere vellet, illud usufructuario vel redituario statim totum solvendum foret. 701. 379.

Ex stipendii vacatura, ceu frequentiùs contingente, longè citiùs stipendium, quàm ex Laudemio, haud infrequenter per semiseculum vix percipiendo, augeri potest. 693. 254. & sqq.

Contra verisimillimam testatoris voluntatem stipendium, ex reditu laudemiali, nihil potest prætendere. 694. 267.

Expressè disponens, quòd, in casu vacaturæ, etiam multorum annorum reditus non debeant suo stipendio adjici; sed inter alios ab eodem stipendio, regulariter, exclusos cognatos in partes distribui debeant, multo magis & hoc, quòd rarenter obveniens reditus laudemialis non debeat suo stipendio adjici; sed potiùs inter suos, quos ad plenum illius usumfructum vocavit, academicis studiis, per multos annos, magnis sumtibus, incumbentes cognatos similiter distribui debeant, voluisse censetur. 694. 271. 692. 242. & sqq. 695. 277.

An in casu talis vacaturæ testatoris cognatis illiteratis, eo tempore viventibus, exceptio majoris dilectionis cognatorum literatorum, qui aliquando literis operam sunt daturi, opponi possit? 697. 301. & sqq.

Si quatuor aut plures ejusmodi fundatoris cognati, in academiis, studiis incumberent, nihil dubii superforet, quin tale Laudemium inter ipsos æqualiter distribuendum foret. 697. 307.

Sicut nullam jacturam tale stipendium, ex eo, quòd, in casu, v. gr. decennalis vacaturæ, ad dimidiam usque totius ejusdem dotis ascendentes usuræ, cum totali Stipendii exclusione, fundatoris Cognatis planè illiteratis, ab ipsomet assignatæ, moraliter patitur; ita etiam ex eo, quòd, secundum ususfructus seu reditus naturam, Laudemium ipsius cognatis studiosis plenariè addicitur, nullam cum injustitia conjunctam jacturam evidenter incurrit. 697. 309. & sqq.

An ex eo, quòd ex ista pecunia laudemiali ipsum prædium emphyteuticum, totam ferè stipendii talis dotem constituens, meliorari possit, diversum statuendum? 698. 315. & sqq.

Dominus directus, qui suos emphyteutas, ob non solutum annuum canonem, carceri mancipare, vel pecuniariè mulctare potest, multo magis contra illos, hanc facultatem, si de exactione

actione Laudemii quæratur, exercere potest. 631. 251. & sq.

Qui facultatem habet emphyteutæ hæredes, illo mortuo, expellendi, multo magis potestatem habet Laudemium ab ipsis exigendi. 619. 71. & sqq. 623. 134.

In emphyteusi personali, bey Fahl-Güthern/ Fahl-oder Schupff-Lehen/ emphyteuta defuncto, in arbitrio domini positum est, an ejusmodi prædium emphyteuticum emphyteutæ hæredibus, vel novo emphyteutæ, pro certo pretio vel Laudemio, concedere velit? 619. 77. & sqq.

Licet verò demortui emphyteutæ hæredibus, tametsi viduæ vel pupillis, id ulteriùs relinquatur, tamen dominus ab illis arbitrarium Laudemium exigere potest. 619, 78. & sq.

Emphyteusis personalis & tunc extinguitur cum emphyteuta, tametsi ipse pro intratura Laudemium exolverit. 620. 89.

Vel, post mortem ipsius, aliquis ex liberis Laudemium exolverit, & brevi post tempore rursùs decedat. 620. 90.

In omnibus tamen his casibus æquitatis observantiam meritò omnes commendant Doctores. 624. 143. & sqq.

Hodierna observantia quid in talibus determinet? præprimis in Suevia? 624. 148. & sqq.

In investitura vel emphyteuseos concessione non comprehensus ad congrui Laudemii exsolutionem jure compellitur. 623. 135.

Clausula in instrumento investituræ posita: Daß der schuldige Leibfall nach denen alten Brieffen gethädiget werden solle/ si præsertim etiam specifica facultatis expellendi, vel emphyteuseos extinctionis per obitum emphyteutæ mentio fiat, non impedit, quo minùs dominus per mortem emphyteutæ extinctam emphyteusin hæredibus auferre, vel, hac ipsis pro lubitu relictâ, pro arbitrio determinandum Laudemium ab illis accipere possit. 627. 196. & sqq.

Hæc libera domini directi electio, per hoc, quòd interdum, cum hæredibus emphyteutæ, super Laudemii determinatione, specialis conventio fuerit inita, pariter haudquaquàm excluditur. 627. 200.

Nec ulla, contra actum hunc facultativum, præscriptio locum, regulariter, sortitur. 627. 202.

Quantitas Laudemii ab ipsa lege determinata hæc est, ut, si quidem emphyteusis titulo venditionis alienetur, quinquagesima pars pretii; si verò titulo permutationis, aliove quocunque, tunc æstimationis à juratis & peritis æstimatoribus faciendæ quinquagesima pars præstari debeat. 629. 214. & sq.

In singulos centenos duo floreni, Laudemii nomine, exolvi debent. 629. 216.

Ista quantitas hodiè etiam in emphyteuseos venditione & permutatione non amplius ubivis locorum attenditur; sed hîc pacta, statuta & locorum consuetudines servari oportet. 629. 217.

Hodiè tertia pars, alibi sextans, alibi quinque, alibi decem, alibi duodecim, de singulis centenis, floreni præstantur. 629. 218. & sqq. 632. in addition.

Quantum Laudemium, in talibus casibus, quando dominus directus emphyteusin, per mortem emphyteutæ extinctam, tamen ejus hæredibus, vel ex consuetudinis necessitate, vel ex libera voluntate non aufert, maximè æquitati congruenter exigi valeat? 630. 225. & sqq. 642. 113. & sq.

Laudemium tùm demùm, quando mutatio in ipsius emphyteutæ persona contingit, regulariter, solvendum. 661. 2.

Ab hac regula exceptionem allegans eandem legitimè probare tenetur. 661. 3.

Ob mutationem, respectu domini, vel per successionem, vel per contractum cum alio initum, aliave ratione contingentem, nullum, regulariter, Laudemium exolvendum. 661. 4.

Laudemium à novo emphyteuta, pro ipsius in possessionem introductione, ceu quædam laboris hoc ipso subeundi compensatio, domino exolvi debet. 661. 5.

Per domini directi mutationem emphyteutæ possessio nullatenùs alteratur. 661. 6.

Novus dominus, sine nova ullius Laudemii præstatione, emphyteuseos possessoribus suas investituras renovare tenetur. 661. 7.

Æquitas non patitur, ut, propter domini mutationem, ceu sine ullo emphyteutæ facto contingentem, Laudemium solvatur. 661. 11.

Si, ob domini directi mutationem, emphyteutæ Laudemium exolvere cogerentur, hæc farcina facillimè in infinitum abire valeret. 661. 12. & 13.

Facultas Laudemium, etiam in casibus mutati dominii directi, exigendi etiam per præscriptionem & longævam consuetudinem acquiri potest. 662. 14. & sqq.

Consuetudo, præscriptio, statutum & pactum, de Laudemio, in casu mutatæ manus feudi, solvendo caventia non de manu dominante; verùm serviente intelligi debent. 662. 20.

Contraria consuetudo de ipso illo loco, in quo Laudemium in hujusmodi casibus exigitur, probanda. 662. 21.

Laudemia, talia præsertim, quæ in hujusmodi casibus exiguntur, non sunt favorabilia; sed odiosa. 662. 22.

Consuetudo & præscriptio, præcipuè duplicis Laudemii exactionis, strictissimam exigit interpretationem. 662. 23.

Neutra harum probata, in casu mutati dominii directi, nihil, Laudemii nomine, debetur. 662.24.
Utrum talis præscriptio vel longæva consuetudo, ex libris Nobilium censualibus & jurisdictionalibus, probari valeat? 663.26.
In talibus controversiis, ceu successivum & perpetuò recursurum gravamen continentibus, legaliter probandis irrefragabiles probationes necessariæ sunt. 663.34.
Utrum talis consuetudo, toties, quoties mutatio ex parte domini directi contingit, Laudemium exigendi, ex Viciniæ consuetudine statuminari queat? 663.35. & sqq.
Utrum dominus directus, propter aliquamdiu retentum usumfructum emphyteuseos personalis, per mortem emphyteutæ ad dominum reversæ, Laudemium aliquod ab ejus hæredibus exigere valeat? 617.44. & sqq.
Licet dominus simpliciter, & nullatenùs reservatô, vel exactô Laudemio, emphyteutam investierit, tamen ei jus Laudemium adhuc exigendi in salvo remanet. 618.56.
Laudemium non debetur, nisi facta investitura. 618.57. & sq.
Actualis receptio canonis emphyteuticarii an & quando dominum ab exactione Laudemii excludat? 618.61. & sqq.

LEGARE. LEGATUM.

Antiquissima, & Romanæ Reipublicæ primæva fere Lex est: Paterfamilias, uti legassit suæ rei, ità jus esto. 858.17.
Verschaffen / vergaben / idem est quod Legare. 864.91.
Ad omne Legatum, regulariter, quinarius testium numerus, eorumque simultanea præsentia necessariò requiritur. 1491.103.
Si unicus saltem testis deficiat, tota ejusmodi dispositio nulla est. 1491.104.
Legatarii etiam in testamento nuncupativo testis munus obire queunt. 920.155. & sqq.
Etiam illius, qui ipse, testatore præsente, totum ejus testamentum alteri dictat, scientia non obstat, quo minùs Legatum in illo ei validè relinquatur. 920.157.
Etiam Testamentario seu scriptori testamenti, ejus propria manu adscriptum Legatum, accedente specifica testatoris subscriptione, validum est. 920.158.
Etiam Legatarii nuncupari possunt. 1490.89.
Legata ad pias causas quænam sint? 676.19.
Legatis ad pias causas etiam illa accensentur, quæ testator benemeritis suis domesticis, pro præstitis diuturnis servitiis, assignat. 948.478.
Item quæ pro stipendiis & studiis relinquuntur. 676.19. & 20.
De his vide porrò Stipendium.
Hujus generis Legata, coram duobus saltem testibus relicta, valida habentur. 949.479.
Testes tamen fide dignos esse oportet. 1490.92.
Huic qualitati solus domesticitatis nexus, quô etiam Officiales suo domino tenentur, nihil derogat. 1490.93. & seq.
Exolutio Legatorum ad pias causas non convincit hæredem ab intestato, quòd ipse defuncti voluntatem, contra se, eo ipso, in totum agnoscere voluerit. 948.478.
Etiam ille, qui credit, se pro parte hæredem legitimum esse, & propterea Legata ad pias causas, in testamento vel penitùs nullo, vel non legaliter probato relicta, exolvi patitur, totam reliquam voluntatem, sui penitùs exclusivam, haud approbasse intelligi debet. 949.485. & sq.
Etiam Legata ad pias causas non aliter debentur, quàm exoluto omni ære alieno. 1487.61.
Legata personis domesticis, in cultu servitiorum, relicta, nonnulli DDres in classem Legatorum ad pias causas referre non dubitant. 1491.105.
Alimenta uxori, vel alii non-pauperi personæ relicta, Legatum ad pias causas haudquaquàm constituunt. 1494.137.
Legata ad pias causas relicta, regulariter, ab onere Falcidiæ sunt immunia. 1495.125.
Etiam fiscus hæreditatem, ceu vacantem, occupans, Legata ad pias causas, sine Falcidiæ detractione, exolvere tenetur. 1494.130.
Legata ad pias causas facta, in terris Augustanæ confessioni addictis, *tàm ratione executionis, quàm administrationis, regulariter*, ad magistratus & judices seculares pertinent. 1494.134.
Notatur remissivè peculiaris, quoad Stipendia, in Foro Saxonico obtinens observantia. 1494.134. in fine.
Controversiæ super Legatorum ad pias causas tùm validitate, tùm executione, tùm administratione, hujusdemque annuatim præstandis rationibus, &c. secundum Jus Romanum & Canonicum ad causas fori mixti referri debent. 1494.135. & sqq.
Legata piis causis relicta à Pontificiis scriptoribus adeò mixti fori censentur, ut ne tunc quidem, si ab ecclesiasticis personis relicta, & hæredes, iisdem onerati, seculares personæ sint, diversùm dicendum esse contendant. 1495.140.
Hinc in ejusmodi causis locus est juri præventionis. 1495.144.
Nec in illis à judice ecclesiastico ad secularem, vel contra appellare permissum est. 1495.144.
Substitutio etiam in Legatis locum fortitur. 864.93.
In Legatis tàm vulgarem, quàm fideicommissariam substitutionem fieri posse an rectè dicatur? 864.94. & sqq.
Ab alternativâ institutione fratris, aut liberorum ejus, an ad Legatum hoc modo relictum concludere liceat? 864.91. & sqq.

Quicquid obtinet in Legatis, etiam obtinet in m. c. donatione. 978. 812.
Legatum & donatio m. c. tamen in compluribus articulis adhuc differunt. 976. 789.
Quando teſtator rem aliquam certo pretio; ſed tamen longè viliori, quàm revera res valet, certæ perſonæ vendi mandavit, tunc talis diſpoſitio valet in vim Legati, & ab hærede præciſè adimpleri debet. 1491. 98. & ſeqq.
Idem dicendum, ſi teſtator hæredem ſuum æquo pretio rem aliquam emere juſſerit. 1491. 100.
Si is, cui centum Legata ſunt, poſt tempus, duplum reſtituere rogetur, tunc ejusmodi diſpoſitio etiam ultra ſummam legatam, pro quantitate uſuratum interea temporis ex iſta ſumma debitarum, valet. 1491. 101.
Ne quidem rei hæredis propriæ, Legati titulo alicui relictæ, dominium recta via in Legatarium tranſit. 1391. 61.
Hypotheca legalis, pro Legatis & particularibus fideicommiſſis conceſſa, in omnibus quidem defuncti; non verò etiam hæredis bonis competit. 1393. 90.
Legata filiæ renuntiatrici, ultra dotem, relicta, oneri collationis haud ſunt obnoxia. 1152. 507.
Tota hæreditas alicujus tertii ab hærede, cui relicta, alii legari poteſt. 980. 837.
Legata Bb. univerſitate priùs omnia debita ſunt deducenda. 128. 259.
Utrum Legata à præmoriente conjuge relicta ab hæredibus ejus ſolis; an verò, pro rata portionis ſtatutariæ, etiam à conjuge ſuperviviente exolvi debeant? 131. 291. & ſqq.
Etiam moribus modernis Legatum omnium mobilium rerum, vel ſub indefinito mobilium nomine relictum Legatum, non ſola utenſilia & ſupellectilia; verùm omnia illa, quæ, ſalva ſubſtantia, de loco in locum transferri poſſunt, complectitur. 418. 469. 420. 503.
Modò non alia, Legatum reſtringentia, verba, vel aliæ, diverſam voluntatem præ ſe ferentes, circumſtantiæ concurrant. 420. 504.
Diverſum dicendum de animalibus, quæ dicunt, ferreis. 420. 507.
Ex eo, quòd pecudes fundi inſtruendi cauſa habeantur, Legatum de omnibus mobilibus haudquaquàm reſtringitur. 420. 507. & 501.
Emphyteuſis perſonalis alteri legari nequit. 619. 82.
An ſub mobilium Legato etiam merces venales comprehendantur? 116. 98.
De legato Acquæſtu Bb. connubiali vid. Societas Bb. Conjugalis.
Legato Alimentorum vid. Alimentum.
Legato fundo, prædio, horto, vel certa bonorum parte, quid debeatur? vid. Uſusfructus.
De Legato uſufructu univerſali ſeu omnium bonorum vid. Uſusfructus.
Quatenùs teſtator bona hæredis vel alterius, præprimis à ſe honoratæ, perſonæ legare poſſit? vid. Teſtator.
An legitima legato gravari poſſit? vid. Legitima.
De Falcidiæ detractione, cui Legata ſubſunt, vid. Falcidia.
Si alicui Legatum de bonis teſtatoris relictum fuerit, illud præciſè ex bonis teſtatoris exolvi debet, nec pecunia pro illo obtrudi valet. 729. 173.
De Legato uſusfructûs, vel annuorum fundi fructuum vel redituum vid. Uſusfructus.
Legatum annua, bima, trima die ſolvendum non multiplex cenſetur; ſed tantummodò unum. 702. 375.
Legatarius hujusmodi teſtatori ſupervivens, & poſt ejus obitum ſtatim decedens, tamen tale Legatum ad quosvis hæredes transmittit totum. 702. 376.
Si Pater, loco filii, à ſe ſcripti heredis, falſo rumore de ejus deceſſu ad ſe perlatô, alium inſtituat, multisque ipſum Legatis oneret, ſuperveniens filius hujus quidem alterius hæredis inſtitutionem jure impugnat; ſed tamen Legata huic injuncta, regulariter, exolvere tenetur. 82. 736. & ſq.
Niſi Legata nimis ſint oneroſa & valdè magna. 89. 814.
Quando teſtator, erroneè perſuaſus, ſe omnium bonorum à ſe poſſeſſorum plenum dominum eſſe, multa magnæ quantitatis Legata relinquit, utrum, ſi poſtmodùm onus fideicommiſſarium majori bonorum parti innexum emergat, ob hanc erroneam ejus opinionem, Legata alicui reciſioni obnoxia ſint? 82. 739. & ſqq.
Tametſi hæreditas, poſt aditionem, per damna caſualia, ità decreſcat, ut ne quidem Falcidia hæredi ſuperſit; hoc tamen non impedit pfenorum Legatorum exactionem. 83. 744. & ſq.
Hæreditatem ſine beneficio Legis & Inventarii adiens meritò ad plenorum Legatorum ſolutionem adſtringitur. 83. 748.
Exceptiones reales etiam Legatariis competunt. 1483. 22. & ſeq.
Quando exceptio SCti Vellejani etiam à Legatario opponi poſſit? 1483. 20. & ſqq.
Ex quo tempore uſuræ in Legatis debeantur? 542. 444. & ſqq.
Hæres poſt litis conteſtationem ſuper Legato, ſi Falcidiæ locum competere apparuerit, non tenetur ad uſuras. 545. 466.
Legatario, aliquid contra veriſimillimam defuncti voluntatem petenti, juſtiſſimè opponitur exceptio doli mali. 85. 776. & ſq.
Idem etiam in verbis enuntiativis, in modum cauſæ teſtamento inſertis, locum ſortitur. 85. 778.
Teſtatoris dubitatio, an hæres ipſius hæreditatem, ceu multis Legatis gravatam, aditurus ſit? evidenti argumento eſt, quòd, ſi inſciviſſet, majorem bonorum ſuorum partem onere fideicommiſſi gravatam eſſe, tot &

tanta, quæ reliquit, Legata haudquaquàm relicturus fuisset. 86 781. & sqq.
Si testator sciviſſet, multa millia ex ſua hæreditate aliis, ex cauſa fideicommiſſi, reſtitui oportere, & propterea credibiliter non tanta Legata relicturus fuiſſet, tunc cauſa impulſiva pro finali habetur, & ob ejus falſitatem Legata pro non relictis habentur. 87. 790. & sqq. 89. 815. & sq.
Licet cauſa legandi ſit erronea & falſa; tamen Legatis modicæ quantitatis nihil indè detrahitur. 87. 793.
Secus eſt, ſi Legata ſint valdè magna, ut ferè exhauriant hæreditatem. 87. 794. & sqq. 89. 814.
Legatâ re, quam teſtator ignoravit, eſſe, vel fore litigioſam, quid debeatur? 88. 802. & sq.
Legatum rei alienæ, quam teſtator talem eſſe neſcivit, nullius momenti eſt. 88. 804.
Legatum rei alienæ cognato, uxori, vel pio corpori relictum, non obſtante teſtatoris ignorantia, valet. 88. 806. & sq.
Niſi etiam hæres in eodem, vel proximiore gradu cognatus ſit. 89. 808. & sq.
Si teſtator, ſciens prudens, rem oppignoratam alicui leget, tunc non Legatarius; ſed hæres eandem à vinculo pignoris liberare tenetur. 408. 326.
Pater ad filiam dotandam obſtrictus, etiam filiæ quid legans, hoc ipſum Legatum animo compenſandi reliquiſſe præſumitur. 848. 311.
Pater liberis ſuis, ad præſtandum Legatum, ex ſuprema alterius voluntate, obſtrictus, ipſis, ceu creditoribus, hujusmodi relictum, tanquàm æs alienum, exolvere cogitur. 858. 19.
Adeò, ut in concurſu Legatariorum à Patre relictorum, illi præferantur. 858. 21.
Etiam filia renuntiatrix tale Legatum ex teſtamento alterius ſibi debitum, à Patre hærede, non obſtante jurata ſua renuntiatione, validiſſimè exigit. 858. 21.
Utrum in tali Legato legitima liberis aſſignari valeat? 858. 22. & sqq.
Qui notabilem bonorum defuncti partem ex donatione mortis cauſa conſequitur, & propterea, erroneè, ad omnia Legata ab illo relicta ſe obſtrictum exiſtimat, teſtamentum ipſius in totum agnoscere haud intelligitur. 949. 487. & seqq.
Legata indebitè, ex errore non facti; ſed juris ſoluta, ceu indebitè ſoluta, condici non poſſunt. 950. 491.
Legata inutiliter teſtamento relicta nonniſi eatenùs, quatenùs hæres, præſtando, vel promittendo, illa agnovit, ab ipſo debentur. 950. 495.
Hæres quædam Legata, ante diem, ſponte ſolvens ad reliqua pariter ante diem ſolvenda compelli non poteſt. 950. 496.
A libero hæredis arbitrio pendet, an Legata annaliter relicta exſolvere velit, necne? Et dehinc ei pariter liberum eſt, quæ Legata exolvere velit, necne? 950. 498.
Legati partem duntaxat exolvens nec ad reſiduum compelli poteſt. 950. 501.
Cur hæres unicum Legatum, ſine deductione Falcidiæ, ſolvens; etiam ad reliqua integra præſtanda obſtrictus ſit? 948. 467. junct. 951. 505. & sqq.
Sanguinis conjunctio & dilectio Legatarii præſumere faciunt, ut ex voluntaria rei legatæ alienatione legatum, contra regulam, non ademptum cenſeatur. 972. 748.
Si teſtator magnæ bb. partis donatario m. c. in teſtamento, quod, poſt m. c. donationem, nulla ejusdem mentione facta, condidit, adjecta verò omnis à ſe prius factæ ultimæ voluntatis clauſula derogatoria, inſigne Legatum vel uſumfructum omnium ſuorum bonorum, relinquat, ipſe donationem illam cum hoc Legato compenſare, eamque, hoc ipſo, revocare voluiſſe cenſeri haud debet. 975. C. & sqq.
Quando plures perſonæ, inter quas quidem ordo charitatis; ſed non etiam neceſſitas illas inſtituendi locum obtinet, ad Legatum per copulam, Et, vocantur, tunc ipſæ, ſimùl, & non ordine ſucceſſorio, vocatæ cenſendæ ſunt. 868. 152. & sqq.
Ad revocationem Legati *nuda voluntas ſeu pœnitentia* ſufficit, *modò coram teſtibus* V. præſentibus fuerit declarata. 967. 691. & sqq.
Etiamſi decennium nondùm fuerit elapſum. 967. 692.
Ademtio Legati æquè ſpecies eſt ſupremæ voluntatis, ac ejusdem ordinatio. 967. 694.
In ademptione Legati æquè facilè fraudes committi poſſunt, quàm in illius ordinatione. 967. 696.
Etiamſi voluntaria rei legatæ alienatio ipſo jure ſit nulla; tamen etiam ex illa validiſſima Legati ademptio colligitur. 968. 700.
Per mortem perſonæ Legato honoratæ ante obitum perſonæ oneratæ contingentem, Legatum illi relictum ſimùl intercidit. 864. 58.
Utrum Legata in codicillo relicta, per ſubſequens teſtamentum nullam eorum mentionem injiciens, pro revocatis haberi debeant? vid. Codicillus.
Legata ex ejus, qui non eſt ſolvendo, ſupremo elogio, qualecunque illud ſit, nullatenùs debentur. 1487. 62.
Quando hæreditas non eſt ſolvendo, tunc Legatarii ſimplices, non obſtante legali iisdem competente hypotheca, omnibus creditoribus hæreditariis, etiam ſimplicibus, poſtponi debent. 1487. 62.

LEGATUS.

Etiam Legati in jus vocati comparere debet, ſi privilegia ſua allegaturi. 543. 15.

LEGITIMA.

Legitima liberorum in LL. noſtris nomine debiti naturalis effertur. 1150. 486.

Legitima Liberorum ex propria patris ſubſtantia præſtari debet. 858. 23.

Mater, fideicommiſſum ſuis liberis præſtando. illud liberis in Legitimam imputare nequit. 858. 24.

In Legitimam liberorum nec ipſorum caſtrenſia, vel quaſi caſtrenſia, nec adventitia, ſeu regularia, ſeu irregularia, bona imputari poſſunt. 858. 21.

Legitima non aliter debetur, vel intelligitur, niſi priùs deducto omni ære alieno. 1414. 130. & ſeq.

Quousq; hæc regula, quòd filiabus ex feudo non debeatur Legitima, pro vera haberi debeat? 1329. 57.

Liberi ne quidem ſub titulo Legitimæ ex maſſa Bb. obærati ſui patris quidquam petere poſſunt. 1414. 129. & ſeqq.

Legitima, quoad ſui determinationem, eſt Juris Civilis, & merè poſitivi. 830. 89.

Et dehinc per ſtatuta, tùm univerſalia, tùm & certæ familiæ, benè mutari poteſt. 830. 90.

Modò iſta mutatio non ſit nimis enormis & exceſſiva. 830. 91.

Filiabus per ſtatutum gentilitium excluſis non debetur Legitima. 830. 92. & ſq.

Dos in locum Legitimæ tantùm reſpectivè ſuccedere dicitur, & propriè loquendo non eſt Legitima. 830. 94.

Utrum juratæ illuſtrium & nobilium filiarum renunciationes, itemque ſtatuta fœminarum excluſiva tùm demùm, ſi dos, in quantitate, Legitimam exæquans ipſis præſtetur, valeant? 829. 84. & ſqq. 1114. 76. & ſq. 1150. 448.

Legitima liberorum & parentum nullo legato, vel alio onere gravari poteſt. 64. 577. 132. 302.

Quo Jure, & caſu, Quarta Falcidia & Legitima ſimùl detrahi poſſint? 64. 578. & ſqq. junct. 66. 600. & ſeqq.

Filius tantùm pro rato illorum bonorum, quæ ultra Legitimam, à Patre conſequitur, fideicommiſſo vel legato gravari poteſt. 68. 627. & ſeqq.

Si Pater filiam renuntiatricem non vel in Legitima, vel ad minimum in Dote hæredem inſtituat, ipſa, tanquàm præterita, totum Patris teſtamentum, non obſtante vel dote eidem ſoluta, vel relicto legato, nullum dicere poteſt. 1150. 589.

Multi DDres pro certo definiunt, quòd, ſi Pater ſuæ filiæ certam aliquam quantitatem, pro ipſius Legitima, aſſignet, ex talibus verbis ſatis clara hæredis inſtitutio probetur. 1151. 491.

Hoc ſuppoſito talis filia ſaltem ad ſupplementum agere poteſt. 1151. 492.

Hoc, quòd renuntiatrix illuſtris vel nobilis, ultra congruam dotem, nihil poſſit prætendere, non ulteriùs durat, quàm quousque maſculina agnatio durat. 1151. 493.

Exiſtente regreſſus conditione, Filia ſtatim vel omnia ſua bona renuntiata, vel ad minimum id, quod Legitimæ deeſt, jure prætendit: ſed Legitimâ tùm demùm contenta eſſe debet, ſi pater hoc ipſum expreſsè diſpoſuerit, quòd ipſa in ſola Legitima in omnem eventum, etiam agnationis totaliter extinctæ, debeat eſſe inſtituta. 1151. 494. & ſeqq.

In caſum totaliter extincti ſtemmatis masculini pater filias ſuas à Legitimæ ſupplemento excludere nequit. 1151. 495.

Renunciatrices ad ſui Parentis ſucceſſionem, per mortem maſculorum, redintegratæ, ſuas Legitimas acceptas conferre tenentur. 1152. 505. & ſeq.

Legitima etiam filio per reſcriptum Principis, vel à Comite Palatino legitimato, ſub pœna nullitatis, relinquenda. 1270 206.

Legitimâ liberis honorabili inſtitutionis titulo relictâ pater de reliquis ſuis facultatibus, pro lubitu, ſecurè teſtatur. 1159. 604. 1114. 75. 1690. 24.

Quo caſu hoc limitandum? 1163. 636. & ſq.

De Legitima Conjugum vid. Conjux.

LEGITIMATIO.

Quatenùs inſtrumenti poſſeſſio vel productio ad Legitimandam perſonam ejus, qui alieno nomine agere vult, ſufficiat? vid. Inſtrumentum.

Utrum hodiè, ſublato in totum concubinatu, Legitimationis uſus omninò exulet? 1256. 24. & ſeqq.

Multum intereſt, utrum filius naturalis à Principe, vel ſaltem à Comite Palatino legitimetur. 1270. 209.

Noſtris moribus Princeps talem filium naturalem, etiam extante legitima ſobole, legitimare poteſt. 1270. 211.

Verùm Comiti Palatino hæc poteſtas non competit. 1270. 212.

Liberi naturales, extantibus legitimis, ſecundum LL. Juſtinianeas, ne quidem à Principe legitimantur. 1271. 213.

Quando Princeps, vel Comes, vel alius ſupremus territorii dominus talem prolem, per reſcriptum, legitimam eſſe jubet, ſi quidem naturali ejus patre adhuc vivo, & ſuum conſenſum accommodante, tunc filius hoc modo legitimatus eodem, cum liberis ab initio ſimùl naturalibus & legitimis, circa ſucceſſiones, jure cenſendus venit. 1271. 215.

In hujusmodi caſu pars hæreditaria tali filio aſſignata, ipſo moriente, naturali ipſius matri addicitur. 1271. 216.

Quando Legitimatio filii naturalis, patre quidem adhuc vivo; ſed vel contradicente, vel omninò ignorante, vel ipſo jamjam defuncto facta, tunc illa nihil legitimis liberis præjudicii parit. 1271. 219.

Moribus hodiernis Princeps quidem tales liberos, etiam patre invito, vel planè neſcio, legiti-

gitimare poteſt; ſed ad ſolos effectus, qui neque cum patris, neque cum liberorum legitimorum præjudicio conjuncti. 1271. 220.
Legitimatio, patre naturali jam defuncto ſuperveniens, in ſuis terminis, etiam de Jure Juſtinianeo, valida eſt. 1271. 221.
Et ſi quidem talis pater, in ſuo teſtamento, ipſe Principi ſupplicaverit, vel legitimis ſuis liberis hoc ipſum injunxerit, ut Legitimatio talis filii à Principe adhuc exoretur, tunc illa etiam æqualem cum legitimis ſucceſſionem ei conciliat. 1271. 222.
Si talis voluntas patris deficiat, tunc filius naturalis in ordine quidem ad dignitates, honores, & alia hisce ſimilia; ſed non etiam ad patris ſucceſſionem legitimus efficitur. 1270. 223.
Quando filius naturalis, vel ipſe, vel mater ejus, pro Legitimatione Principi ſupplicat, tunc patris conſenſus vel ſtatim exquiri, vel ſubſequi debet: Illo verò poſthabito Legitimatio, quoad ſucceſſionem, nullum parit effectum. 1270. 224.
Si, poſt obitum patris, talis filius legitimari anheler, tunc nonnulli inter caſus à legitimis liberis jamdùm, vel nondùm aditæ hæreditatis paternæ diſtinguendum exiſtimant. 1270 225. & ſqq.
Verùm alii rectiùs docent, quòd, ſi pater, ut hoc fieret, teſtamento ſuo caverit, vel filium ipſe hæredem ſcripſerit, tunc Legitimatio etiam ad jus ſuccedendi proſit. 1271. 229.
Si nihil iſtorum probari valeat, tunc filius tantùm ad hos effectus legitimatur, ut ad collegia opificum, artificum, dignitates, & alia talia habilis reddatur. 1271. 234.
Hoc magna Juris perverſitate receptum dicit Strauchius, ut filius naturalis, jam mortuo patre, ipſe Legitimationem à Principe exorare queat. 1271. 233.
Licet patris hæreditas à Legitimis liberis nondùm adita ſit; tamen jus ipſis, ex primo momento mortis paternæ jamjam quæſitum, per ſupervenientem filii naturalis Legitimationem, interverti non poteſt. 1271. 237.
Niſi Princeps ex abſoluta poteſtatis plenitudine diverſum diſponat. 1271. 238.
Quod tamen, in dubio, non præſumitur factum. 1271. 239.
Vel niſi liberi Legitimi illum ultrò ad ſimultaneam ſucceſſionem in facultatibus paternis admittant. 1271. 241.
Vel in talem Legitimationem non ipſi conſentiant. 1271. 241.
Legitimatio, etiam per Principis Reſcriptum, vel à Comite Palatino facta, ità Legitimatis naturalibus liberis jura ſucceſſionis tùm teſtamentariæ, tùm legitimæ confert. 1269. 195.
Etiamſi agnati & cognati talis filii naturalis Legitimationi non præbuerint aſſenſum. 1270. 196.
Neque etiam diploma Legitimationis de hac illimitata ſucceſſione ullam faciat mentionem. 1270. 197.
Poteſtas hæc legitimandi Principibus competens Juris Gentium quodammodo videtur. 1270. 198.
Tales liberi ipſo jure Patre ſui hæredes fiunt. 1270. 199.
Et cum liberis ex juſto connubio natis adæqualem admittuntur ſucceſſionem, ſive hi demùm poſtea Patri naſcantur, ſive jam nati ſint. 1270. 200.
Modò, ultimo in caſu, Princeps jus ſuccedendi, in Legitimatione ſpeciatim conceſſerit. 1270 201.
Pater talis, in ordinatione ſui teſtamenti, talem etiam filium vel inſtituere, vel legitimè exhæredare tenetur. 1270. 202.
Filioque tali præterito, vel non ritè & legitimè exhæredato competit querela nullitatis. 1270. 203.
Rite verò & legitimè; veruntamen iniquè exhæredato datur querela inofficioſi teſtamenti. 1270. 204.
Idem obtinet in caſu Legitimæ non honorabili titulo inſtitutionis tali filio relictæ. 1270. 205.
Teſtamentum ante filij Legitimationem confectum, hac ſuperveniente, ſi ille nec inſtitutus, nec exhæredatus, per ſui hæredis quaſi agnationem, rumpitur. 1270. 206.
Legitimatio prolis *naturalis, tanquam res facti,* ab allegante *probari debet.* 1270. 207.
Privilegium ſeu inſtrumentum Legitimationis in judicio producendum, ut de ejus effectibus ex illius tenore conſtet. 1271. 242.

Leibs-Erben.

Vid. Liberi.

LEININGA.

Elogium Domini Comitis Leiningæ-Weſtenburgici, Georgii Wilhelmi. 395. 168. & ſq.
Laudatur ſalutaris tùm ipſius, tùm & omnium Ipſius illuſtriſſimorum Filiorum intentio de nexu reciproci fideicommiſſi univerſis totius familiæ bonis imponendo. 395. 170.
Finis hujus fideicommiſſi. 395. 173.
Pactorum formalia huc ſpectantia. 396. 178.
Selectiſſimæ quæſtiones in cauſa hujus fideicommiſſi. cons. 16. per tot.

LENOCINIUM.

Jure Civ. antiquo maritus adulterii damnatam uxorem reducens Lenocinii reum ſe facit. 1193. 26.

Vid. tamen Adulterium.

LEX.

Lex varios intellectus habens ad cauſarum deciſionem allegari non poteſt. 482. 116.
A Legum correctione pro virili cavendum. 482. 117.

Ad correctionem, vel illicitam eorum, quæ in LLbus nominatim determinata sunt, extensionem rationibus & authoritatibus frustra pugnatur. 536. 328.
Quod legi deest, hoc supplere vel addere nec Jurisperitis, nec Judicibus licet. 405. 289. & sq.
Ex supplementis aliunde allatis magna oritur voluntatis LLatoris incertitudo, imò facilè magnus error committi potest. 205. 291.
Quando casus in lege expressè deciditur, inani labore generales tantùm Juris regulæ allegantur. cons. 16. n. 851.
Leges scire non est verba earum nosse; sed mentem tenere & potestatem. 1116. 108.
Quatenus Lex specialis deroget legi generali? vid. Genus.
Textus legis expressus superat omnium DDrum authoritatem. 1376. 88. 1380. 128.
Ex una tantùm vel altera voce, contra priùs jam satis declaratam legislatoris voluntatem, eidem contrariam non licet elicere. 63. 570.
Argumentum à contrario in LL. interpretatione est efficacissimum. 1452. 118.
Argumentum à legum dispositione ad interpretationem supremæ voluntatis, regulariter, est validum. 683. 116.
Omnes tùm testatores, tùm pacti conditores rei suæ legem, quamcunque volunt, pro arbitrio dicere possunt. 621. 107. 624. 157. 1076. 407.
Quem effectum habeat talis lex? 621. 108.
Verba tùm contrahentium, tùm testatorum sunt Lex contractus & supremæ voluntatis. 16. 129. 806. 147. 922. 169.
Pacta dant legem contractui. 624. 157. 415. 414.
Pacta rumpunt leges. 415. 414.
Incassum legis auxilium invocat, qui contra leges peccat. 1065. 275.
Nemo cavere potest, ne LL. in suo testamento locum habeant. 1260. 69.
Magistratus & judices non sunt arbitri legum; sed duntaxat ministri. 1267. 168. 523. 155.
Judices legibus cognitam debent edere sententiam. 1267. 169.
Ratio legis anima est. 111. 37.
Cessante ratione legis cessat quoque ejus dispositio. 595. 131. & sqq.
De voluntate legislatoris firmissimum argumentum ex illius ratione, præcipuè expressa, universali, & intrinseca, desumitur. 595. 133.
In legibus communibus hæc regula benè procedit, quòd, ubicunque eadem ratio militat, etiam eadem dispositio locum obtineat; sed non in privilegiis. 542. 422. & sqq.
In legis pœnalis interpretatione si quid dubii incidat, semper mitior sententia præferri debet. 1052. 128.
Interpretatio legum ipsius LLatoris voluntati & menti adversari non debet. 1307. 205.
Leges exorbitantes ultra terminos, in quibus loquuntur, extendere officium interpretis excedit. 534. 284. 958. 589.
Specialis legislatoris expressio, ad tollendam omnem dubitationem adjecta, omninò nullam patitur extensionem. 958. 587.
Leges politicæ, majorem in testamentis, quàm ternarium, testium numerum requirentes, tanquam publicè & oppidò salutares, subditos etiam in conscientia obligant. 962. 624.
Legum interpretatio non ex illis petenda, quæ in certis saltem casibus singulariter constituta sunt. 1306. 200.
Leges legitimum usurarum modum statuentes etiam ad præterita, adhucdum pendentia, negotia pertinent. 1307. 212.
Pacta, quibus hujusmodi adhuc condendis legibus renunciatur, nullius momenti sunt. 1307. 213.
De terminò à lege præfixo vid. Terminus, Mensis.
Observantia Legis vid. Observantia.
Quatenùs forenses Legibus extraneis teneantur? vid. Forensis.
Leges non decipientibus; sed deceptis subveniunt. 1188. 58.
Legis naturalis ignorantia excusat neminem. 1062. 237.
An dentur Leges divinæ positivæ universales? & quænam sint tales? 1283. 105. & sqq.
An omnes Leges Levitici XVIII. comprehensæ ad hanc classem referri debeant? 1283. 106. & sqq.
Quosnam illæ obligent? 1283. 103.
Cuinam, quoad ejusmodi LL. Divinas universales positivas, facultas dispensandi competat? 1283. 102. & sq. 1284. 126. & sqq.
Explicatur Lex 25. §. 7. ff. loc. 602. 224. & sq.
L. 30. §. 5. ff. de acquir. vel amitt. possess. 1059. 203. & sqq.
L. 36. ff. famil. ercisc. 1268. 179. & sqq.
L. 14. §. 5. ff. de furt. 142. 86.
L. 36. ff. ad municip. 145. 126. & sqq.
L. 31. ff. de jurejur. 560. 83. 561. 97. & sqq.
L. 5. §. 1. ff. de condict. caus. dat. caus. non sec. 751. 405.
L. 10. Cod. de annon. & trib. } 145. 119.
L. 1. Cod. de stat. & imagin. }
L. 2. Cod. de Bb. possess. sec. tabb. 927. 233.
L. 29. Cod. jure dot. 1386. 21. junct. 1389. 43.
L. 21. C. de hæret. nec per specialem Imperii sanctionem, nec per consuetudinem est abrogata. 333. 28.
Utrum per L. 6. Cod. de relig. abrogetur L. 4. ff. de mort. infer. 482. 216. & sq. & 226.
Lex 6. ff. de usur. cum L. 7. Cod. eod. & L. 28. Cod. de pact. conciliatur. 788. 50. & sq.
Notatur remissivè varius L. ult. Cod. de privill. fisci, intellectus, & simùl tùm verior, tùm usualis ejusdem interpretatio annectitur. 1519. 43. & seq.

De Lege Anastasiana vid. Anastasiana Lex.
L. fin. C. de Edicto D. Hadr. toll. vid. Edictum.
Lex 3. & 6. Hac edictali. Cod. de secund. nupt. an in donationibus remuneratoriis locum habeat? vid. Donatio.

LIBELLUS.

Dictio, Libellus, nihil aliud denotat, quàm quodlibet breve, pro re nata, scriptum. 834.140.
Et quando de pactis & contractibus quæritur, nihil aliud innuit, quàm brevem & rudem delineationem punctorum, de quibus inter partes convenit; qualem etiam Notarii in suis protocollis conscribere solent. 834. 141.
Mutatio Libelli non aliter licita, quàm quatenùs jus dicentis æquitas & edicti perpetui autoritas eandem permittit. 468.7.
Hinc nova actio edenda, & expensæ hucusque ab adversario frustra erogatæ, eidem refundendæ. 468. 8.
Idque sive Libellus ante litem contestatam, sive postea mutetur. 468. 9.
Etiamsi reus hactenùs, sub obtentu alicujus exceptionis litis finitæ, litem contestari recusaverit. 468. 10.
Expensas & tunc refundi oportet, si Reus tantùm adversus Libelli generalitatem excipiat, & actor eundem declarare jubeatur. 468. 12.
Judex, regulariter, terminos Libelli excedere nequit. 1732. 35.
Quousque clausula salutaris Libello adjecta hoc operetur, ut Judex, etiam contra protestationem actoris expressam, licet de solo possessorio aditus, tamen in petitorio quoque judicare possit? 186. 284. & sqq. 188. 299.
Adjectio clausulæ salutaris quem effectum quoad expensas habeat? 1712. 110.
Libellus duo continens capita, aptum alterum, alterum ineptum, per ineptum, haud vitiatur. 829.78.
Quando usuræ non expressè in Libello petitæ, neque Libello clausula salutaris adjecta fuit, tunc Judex, per sententiam, easdem adjudicare nequit. 1731. 34. & seq.
De sententia Libello conformiter ferenda vid. Sententia.

LIBER. Conf. Scriptura.

Jurati Officiales nihil à veritate alienum in Libro census scripsisse præsumuntur, & proindè nec error ab ipsis commissus intelligi debet. 1647. 36. & seq.
Sola Præfecti vel Officialis, in Libro publico, non adjecta ratione, documento, vel testimonio, obvia annotatio, hujus qualitatis, quòd prædium aliquod cum alio communem eidem domino censum præstet, probationem non conficit. 1647. 35. & seqq.
Præsertim si illa evidenti contrarietatis vitio laboret, vel alias Juris præsumtiones sibi habeat adversas. 1647. 38. & seqq.
Utrum jus duplicis Laudemii exactionis per præscriptionem vel longævam consuetudinem prætensivè acquisitum ex Libris nobilium censualibus & jurisdictionalibus probari valeat? 662. 26. & sq.
Hujusmodi Libri, aliique his similes, regulariter, nullam probandi vim habent, nisi certis requisitis sint instructi. 663. 27.
Tales Libri sunt merè privatæ Scripturæ, quibus nobilium Officiales, quicquid lubuerit, inserere possunt. 663. 30. & sqq.
Uhralte Vogt-Büchlein / in quibus homagii formula præscribitur, propter antiquitatem, & alia adminicula, plenam fidem merentur. 229. 746.
Utrum ex eo, quòd rustici seipsos des Gotts-hauses arme Leuth in suorum pagorum propriis Libris, in Dorff-Büchern / appellent, jus agricolationis adversus ipsos satis probetur? 164. 38. & sqq. junct. 238. 837. & sqq.
Libri pagani, vulgò Dorff-Büchlein / item Urbaria qualem habeant autoritatem? & quænam eorundem sint requisita? 173. 136. & sqq. 176. 175. & sqq. junct. 241. 867. & sqq.
Matriculæ ecclesiasticæ, non minùs ac aliis Libris & Instrumentis publicis, plena in probando fides tribuitur. 1779. 28.
Præsertim si de legitimitate matrimonii quæstio sit. 1779. 28.
Hinc & testimonia ex illis à Parocho depromta haud exiguæ in foro sunt autoritatis. 1778. 19.
De Libris rationum per furtum ablatis vid. Furtum.
Privatis rationum Libris, eorumque vi probandi vid. Ratio.

LIBER. LIBERTAS.

In dubio potiùs Libertas rei vel prædii, quàm servitus, præsumenda. 164. 32. & sqq. 649. 59. 1063. 256.
De Libertate imprimis quoad prædia rustica præsumenda vid. Prædium.
In dubio præsumtio, quæ magis ad Libertatem inclinat, & minùs onerosa est, præferri debet. 37. 325. & sqq. 658. 210.
Stipulatio vel Juramentum actui libero additum, quoties, sua virtute, obligationem producit, aut tollit, jus quæsitum vel remissum est. 752. 418.
An per vocabulum, Mann-Recht / semper innuantur literæ testimoniales, daß jemand frey gebohren / und niemahlen einem Herrn mit Leibaigenschafft verwandt gewesen? 165. 44. junct. 238. 843. & sqq.
Verbum, Liberè, Germanis, Frey / præcipuè in conventionibus, de omnimoda Libertate intelligi debet. 1159. 599. 1746. 95.

Cui

Cui Liberè de bonis disponere permittitur, pro libero suæ voluntatis arbitrio, non obstante cujusquam contradictione, hoc facere potest. 1159. 598. 1746. 29. & seqq.

De clausula pacto adjecta: Quod alicui licere & fas esse debeat de re, ceu de aliis jure liberi & pleni dominii ad ipsum spectantibus rebus, disponere, vid. Pactum.

Non potest à libero cujusquam animo profectum videri, quod semel & iterum recusatum, petendi importunitate victus annuit. 935. 338.

De renunciatione successionis sub hac clausula facta, daß die Brüder mit den verzihenen Güthern/ als mit ihren aigenen/ zuschaltten und zuwalten/ freye macht haben sollen/ vid. Renunciatio.

Quod alicujus Libertati relinquitur, id non subjicitur Juris necessitati. 1501. 33.

LIBERATIO.

Nemini à nexu, qui ipsum non stringit, Liberatio obtingit. 234. 796. 742. 323. & sq.

De pacto Liberatorio de non ampliùs petendo vid. Acceptilatio.

LIBERI.

Dictio, Liberi, etiam in proprio suo significatu, nepotes & pronepotes, cæterosque ex his descendentes complectitur. 777. 85. 779. 117.

Dispositio de Liberis ex corpore suo pronatis loquens omnes pariter in infinitum descendentes complectitur. 779. 118.

Dictio, Alle Leibs-Erben neminem excludit. 779. 120.

Sub ista generali nominatione: Alle Mannliche Leibs-Erben/ ipsæ leges omnes in infinitum legitimos & masculos descendentes insinuant. 779. 121. & sqq. 780. 136.

Si præsertim hæc nomina geminatim exprimantur. 779. 123.

Vocabulum, Hæredes, conjunctum cum verbis: Ex suo, vel proprio corpore nati, in legibus, testamentis, contractibus & pactis, omnes de corpore alicujus, vel immediatè oriundos, Liberos, sine gradus, vel temporis terminatione, complectitur. 781. 141.

Idemq; est, si testator, legislator, contrahentes, vel compaciscentes, in una eademq; oratione, illos, quos primo loco appellarunt Leibs-Erben/ mox Erben appellent. 781. 142.

Latina hæc verba: Heredes ex te, cum vernaculo vocabulo, Leibs-Erben/ coincidunt. 781. 143.

Dispositio pluralis de Liberis, Descendentibus, Agnatis, &c. vel conditio, si sine Liberis, &c. etiam in uno solo filio, vel filia, nepote, nepte, agnato, cognato effectum sortitur. 30. 255. 43. 382. 62. 550. 679. 50. 697. 299.

Quod tùm in supremis morientium elogiis, tùm in Statutis crebrò occurrit. 62. 551. & sq.

Quando inter terminum generalem, Liberorum, & specialem, Filiorum, sola copula, Et, intercedit, tunc nulla restrictio facta censetur, sed duntaxat abundans specificatio. 414. 394.

Germanicum nomen, Kinder/ an æquè latè, ac Latinum nomen, Liberorum, pateat, sicque etiam nepotes & reliquos Descendentes sub se complectatur? 865. 101. & sqq.

Descendentes, tametsi gradu remotiores, tamen sanguinem traxerunt ab ascendentibus. 776. 56. & sqq.

Verbum, descendentes, secundum strictissimum suum significatum, omnes Liberos ab aliquo tàm immediatè, quàm mediatè ortos comprehendit. 778. 110. & seqq.

Etiam in feudalibus investituris per ista verba: Erben/ Leibs Erben/ Leibs lehenbare Erben/ soli quidem masculi Liberi indigitantur; verùm non soli filii feudum sic acquirentis; sed etiam omnes ejus nepotes, pronepotes & ulteriores posteri ex corpore primi illius parentis descendere dicuntur. 776. 69. & sq.

Etiam in fideicommissis descendentes ex corpore, Germanicè Leibs-Erben/ non saltem filii & filiæ; sed & omnes descendentes cujuscunq; gradus, rectissimè & juxta proprium significatum dicuntur. 776. 71. 778. 114. & sq.

Agnati laterales, in talibus terminis, ubi testator non suæ familiæ; sondern der Leibs-Erben mentionem injecit, ad fideicommissum incassum adspirant, non obstantibus verbis: Stamm/ perpetuirlich und Erblich. 776. 72.

An hujus dictionis, Leibs-Erben/ significatus etiam in privilegiis omnes cujuscunque gradus descendentes sub se comprehendat? 777. 83. seq. 778. 114.

Posteris indultæ immunitates ad omnes in infinitum masculos descendentes; imò etiam, pro re nata, ad fœminas extenduntur. 778. 108.

Privilegium sic concessum: Hoc privilegium concedo tibi, & filiis tuis legitimis, nec non & hæredibus descendentibus ex te, & ex ipsis tuis filiis, de hæredibus sanguinis, ex ipso illo privilegiatario, & ipsius descendentibus in infinitum exauditur rectissimè. 778. 103. & sqq.

Quando Senatus privilegium concedens etiam omnes suos posteros in officio senatorio successuros obstringit, & præcipuè geminata vice, quòd & ipsi privilegium à se indultum, & personam illo præditam, und alle Leibs-Erben/ in constanti ejus usu tueri debeant, ex his quoq; verbis in quoscunq; Descendentes transitorium privilegium colligitur justissimè. 781. 145.

Leibs-Erben sunt etiam propriissimè & strictissimè ità dicti hæredes. 872. 196. & sqq.

In pactis successionum renunciatoriis vocabulum Ehelich gebohrne Leibs-Erben ad solos masculos restringi debet. 1145. 432. & sq.

Pater pro se & hæredibus suis stipulans non de ex-

extraneis hæredibus; sed de illis solis, qui ab ipso descensuri essent, sensisse debet.
1134. 321. & sqq.

Ista verba: Ohne Leibs-Erben/ simpliciter prolata, jx. communem JCtorum regulam, materiam subjectam, naturam ac qualitatem rei, de qua agitur, intelligi debent; licet improprianda forent. 1136. 333.

Et si illa in §. de sola collateralium successione agente inserta legantur, tunc illa ad successionem descendentium, seu primi ordinis, certo modo restrictam, & ultra bona ad collateralem successionem spectantia, & specificata, extendi non possunt. 1136. 334.

Conditio, si filius meus sine Liberis decesserit, etiam nepote ex filia relicto, deficere intelligitur. 775. 54.

Idem receptum est, si testator ità dixerit: Si filius decesserit sine Liberis ex se natis. 775. 55.

Etiam Ecclesia testatoris fratri, filio, aliive ab ipso instituto hæredi, sub hac conditione, si ille sine Liberis ex suo corpore natis decesserit, substituta, in casu, quo hæres sic institutus nullum filium à se procreatum reliquit; sed nepotem, vel ulterioris gradus descendentem, etiam per hujus existentiam excluditur. 776. 67.

Idem igitur multo magis in talibus terminis locum sortitur, si alius quis, quàm Ecclesia, sic instituto & gravato hæredi sit substitutus. 776. 68.

Conditio, si meus hæres filium, vel filiam, ex se natum, natamve non habebit, cum hac conditione: Si hæres meus sine Liberis decesserit, judicatur ad paria. 779. 116.

In linea recta descendentium positi transversalibus magis censentur dilecti. 804. 118.

Quæstio de fideicommisso sub conditione: Si filius sine masculis Liberis decesserit, admodùm dubia & difficilis habetur. 11. 90.

Tale fideicommissum indubitatò est conditionale. 12. 96. & sqq.

Idemque habetur, ac si conditor fideicommissi expressè dixisset: Eo casu tantùm ad illud vocatos admitti debere. 13. 102. & sq.

Etiamsi testator ità disponat: Quòd, si filius ipsius, sine Liberis masculis diem obierit, tunc semper & in infinitum primogenitus de linea suorum hæredum succedere debeat, adjectâ expressâ bonorum alienationis prohibitione & plurium graduum ordinatione, in favorem familiæ seu agnationis, cum perpetua fœminarum exclusione; tamen filio moriente, relictô duntaxat unico filio, qui & ipse paulò post sine mascula sobole fato concedit, tota talis substitutio omnimodò expirat. 13. 104. 42. 368. & sqq.

Conditio: Si instituti decesserint sine filiis, tunc & eo casu meus frater succedat, est conditio voluntaria, & dehinc ad præcisos suos terminos restringenda, exclusâ omni extensione. 13. 107. & sq.

Quo sensu dicatur hæc conditio voluntaria? 13. 107. & sq. 41. 367.

Geminata adjectio dictæ conditionis præcisam testatoris voluntatem indigitat, casumque contrarium omninò excludit, & vim habet clausulæ derogatoriæ. 14. 110. 29. 250. & sqq.

Eadem voluntas etiam ex verbis relativi, so verstehet / apertissimè colligitur. 15. 121. & sqq. 47. 409.

Hic casus, si filius meus sine masculis Liberis diem obierit, huic casui, si filius cum masculis Liberis decesserit, è diametro adversatur. 54. 472.

Fideicommissum ad casum vel conditionem: Si filius sine Liberis masculis decesserit, restrictum, ex hisce adjectis verbis: Ab hærede in hæredem, à descendente in descendentem, & aliis perpetuitatem significantibus, nullam admittit extensionem. 20. 159. & seqq. 41. 367. & seqq. 45. 389. & seqq. 47. 413. & seqq. 53 465.

Præsertim si illa illativè tantùm & continuativè adjecta sint. 20. 160. & seqq. 50 433. & sq. 55. 485. & sqq.

Fideicommissum, sub conditione, si filius sine masculis Liberis decesserit, ità quòd reperiatur NB. finita linea masculorum, & per masculum testatoris, tunc & eo casu omnia ejus bona inter pauperes Domicellas distribui debere, quomodo intelligendum? 20. 165. usque ad num. 178. 43. 386. & seqq.

Fideicommissum sub conditione: Si ex omnibus meis filiis, vel ab his procreatis nepotibus unus sine masculâ prole decesserit, ità relictum, quòd omnia sua bona ad superstites filios venire debeant, adjecta clausula: Ità quòd omnimodò ipsius testatoris & dictorum ipsius filiorum masculi descendentes, in quemcunque gradum & posteritatem venerint, continuè & perpetuò, servatâ continuâ prærogativâ proximitatis inter eos, vocentur & veniant, &c. ad casum, si aliquis ex pronepotibus, vel remotioribus ejus masculis Descendentibus absq; filiis moriatur, haudquaquàm extenditur. 22. 178. & sqq. 43. 384. & sqq.

Hæc doctrina multo magis in tali fideicommisso in linea collaterali ordinato locum sortitur. 22. 186.

Tametsi, in casu Fideicommissi sub conditione, si filius sine Liberis masculis decesserit, relicti, plures substitutionum gradus constituti, & fœminæ semper exclusæ fuerint, Hospitali, indemodo gravatus filius cum Liberis masculis decesserit, casum fideicommissi indubitatò non excedat, casum fideicommissi indubitatò non extitisse dicendum venit. 41. 360.

Fideicommissum sub conditione, si sine Liberis, sine filiis, vel masculis Liberis decesserit, quando debeatur? 41. 362. & sq.

Si pater suo filio, in casum, si hic sine filiis vel Liberis masculis decesserit, proximiores de sua familia substituat, adjecta clausula, quòd bo-

na

na ſua in agnatione remanere velit, illo filio cum maſculis Liberis decedente, tota iſta ampliſſima ſubſtitutio corruit. 44. 392.

Idem obtinet in caſu, ſi teſtator diſponat: Wann meines Bruders Söhne ohne mannliche Leibs-Erben abſterben würden/ ſo ſollen meine Stammen- und Nahmens-Verwandte Ihm ſuccediren/ und diſes deßwegen/ damit meine Verlaſſenſchafft/ zu ewigen tagen/ bey meinem Stammen bleiben/ und allein meine beede nepotes ex fratre, dero Söhne/ und da diſe/ oder einer von Ihnen/ ohne mannlichen Kinder-Seegen ableiben würde/ meine nächſte Agnaten dieſelbige überkommen ꝛc. ſi poſtea illi duo ex fratre nepotes cum filiis obierint. 44. 393.

Subſtitutio duobus teſtatoris agnatis, in caſum, ſi illi ſine Liberis maſculis deceſſerint, hoc modo facta, quòd bona teſtatoris remanere debeant apud propinquiores ſuos, qui de ſua parentela fuerint, & ſic ſemper de gradu in gradum, ita, quòd ſua bona nunquàm recedant de ſua parentela, donec aliqui maſculi in illa ſint, illorum alterutro ſaltem unicum filium, paulo pòſt morientem, poſt ſe relinquente, quoad omnes ſequentes gradus, totaliter corruit. 44. 388. & ſqq.

Si pater ſuos filios, ſub hac conditione, heredes ſcripſerit: Si mei filii, & eorum filii ſine Liberis maſculis deceſſerint, tunc ſemper maſculi de mea familia ſuccedant, adjecta clauſula: Quia volumus, caſata ſeu bona noſtra apud hæredes noſtros, & NB. eorum familias, perpetuò manere; & poſteà pronepos cum filiis maſculis fato concedat, totum Fideicommiſſum omnimodò corruit. 45. 394.

Idem dicendum, ſi pater dixerit: Wann meine beede Söhne/ Johannes und Chriſtian/ ohne mannliche Leibs-Erben/ abſterben werden/ ſo ſollen meine andere Söhne Ihme ſuccediren/ alſo/ daß meine Güther und gantze Erbſchafft/ zu ewigen zeiten/ auff die mannliche deſcendentz/ in die Stämme/ und nicht in die Häupter kommen ſolle/ & poſtea alteruter ex illis filiis cum filiis moriatur. 45. 398.

Sic item in caſu, ſi Pater inter filios reciprocum inducat fideicommiſſum ſub clauſula, quòd bona in ſua familia, & apud maſculos deſcendentes in infinitum manere debeant, ſi deindè alteruter cum filiis moriatur, totum fideicommiſſum penitus corruit. 45. 399.

Nec non in hoc magis dubitabili caſu: Si Pater ſuos filios heredes inſtituat, eorumque & cujuslibet eorum Liberos, in infinitum, reciprocè ſubſtituat, ſub clauſula: Ità quòd hæreditas & bona ipſius teſtatoris continuè & perpetuò tranſire debeant, gradatim de uno ad alium, usque in infinitum, donec & usquequò linea ipſorum extincta fuerit; deindè verò alteruter ſaltem filius cum filiis moriatur. 45. 400.

Pariformiter & tunc, ſi Pater duos filios heredes ſcribat, & ei, qui ſine Liberis deceſſerit, alterum ſubſtituat, ſubjunctâ clauſulâ, quòd ſua hæreditas vadat de hærede in hæredem, usque in ultimum hæreditatis; ſi poſtmodò alteruter cum filiis moriatur. 45. 401.

Et in hoc longè magis dubitabili caſu, ſi duo amici & conſanguinei, cupientes, ſua bona ſemper, & quandocunque, usque in infinitum, potiùs in eorum filios vel filias, ſive deſcendentes ex eis, de hæredibus in hæredes, remanere, quàm in aliquos alios transferri, pactum invicem inierint, quòd, ſi alter ipſorum decederet ſine filiis, tàm maſculis, quàm fœminis, alter alteri ſuccederet in bonis priùs decedentis, tàm præſentibus, quàm futuris, NB. de hæredibus in hæredes, in infinitum; adjecta & hac lege, quòd, ſi NB. filii ſeu deſcendentes unius ſua bona in extraneos alienarent, tunc filii NB. alterius, tàm fœminæ, quàm maſculi, in infinitum bona vendita, eo pretio, redimere debeant, quo fuerint vendita, &, ſi venditores illorum pretia accipere renuerent, redemptio bonorum, tanquàm fideicommiſſo ſubjectorum, etiam ſine pretii refuſione fieri debeat: Et quòd hoc pactum ipſi ideò inierint, ut eorum familiæ diu conſervarentur, ſub ſtipulatione notabilis pœnæ, ſi alter ab eo receſſerit, & hypothecâ omnium bonorum; ſi poſtea unus duntaxat filius cum filiis decedat, etiam hujus pactitii fideicommiſſi conditio defeciſſe intelligitur. 46. 405.

Sic etiam in caſu, quo Pater ſuo filio, hæredi inſtituto, ſub conditione, ſi ipſe ſine filiis mortuus fuerit, nepotes ex ſuo fratre ſubſtituit, &, ſi etiam hi ſine filiis deceſſerint, alios de ſua familia ſubſtituit; & ità ordine ſucceſſivo in infinitum, ut bona perpetuò in cippo maneant, nec transeant in alienam familiam; ipſius quidam filio ſine maſcula prole; ſed nepote ex fratre cum filio moriente, illud fideicommiſſum, quoad cæteros de familia, omnimodò corruit. 46. 405.

Teſtator duos ex fratre nepotes reciprocè ſubſtituit, & in caſum, ſi alter jam prædeceſſiſſet, ex pluribus hujus filiis primogenitum ſubſtituit; pariterque in caſum, ſi ambo nepotes, relictis à quolibet pluribus filiis, decederent, illorum cuilibet primogenitum ipſius ſubſtituit, & hos quoque primogenitos porrò ſuis primogenitis univerſa ſua bona reſtituere juſſit: Sin verò iſti nepotes ambo ſine filiis obierint, proximiorem maſculum ſeniorem ex ſua linea vocavit, cum aliis pluribus, in ampliſſima forma factis ſubſtitutionibus, usque in infinitum, ità quòd ſemper, perpetuis temporibus, & in æternum, in ipſa linea maſculina ſuorum nepotum & deſcendentium, vel proximiorum, ſua bona apud ſolos Agnationis primogenitos remaneant, ut honor, decus, & familia teſtatoris inde perpetuetur: Si deindè unus nepos absque Liberis maſculis moriatur; alter autem cum talibus, tunc conditio, ſub qua ſemper pro-

proximior masculus senior de familia vocatus fuit, totaliter deficit. 46. 406.

Adducitur alius casus de fideicommisso familiæ Gallorum, quo nempe Jacobus suos filios hæredes instituit, ea lege, quòd ultimus descendens suorum filiorum, nullo penitùs filio ex illis superstite, sua bona capellæ conceptionis B. Virginis restituere deberet, ità, quòd in eo casu, & in perpetuum, non existentibus masculis de Domo Gallorum, per lineam directam masculinam, & NB. ubi non esset cippus de Domo Gallorum, in suis bonis succedat Capella: Cùm postea filii testatoris morerentur, & ultimus post se duos filios relinqueret, qui demùm postea sine Filiis mortui, non obstantibus illis verbis tàm latè conceptis, substituta Capella nihilominùs exclusa fuit, 47. 410.

Si testator ità dicat: Welcher unter meinen Söhnen / ohne mannliche Leibs-Erben / absterben wird / oder welches Sohns mannliche Eheliche Leibs-Erben also ableiben werden / dem / oder denselben substituire ich die von meinen andern Söhnen überlebende / Mannliche und Eheliche Descendenten / also / daß in allweg meine und meiner Söhne mannliche eheliche Descendenten / in welchem grad gleich solcher fall sich begäbe / zu ewigen zeiten / von grad zu grad / jedermahlen die nächste / meine Güther bekommen und haben sollen / si alter tantùm ex istis filiis cum masculâ sobole vitam finiret, tamen omnes sequentes substitutiones simùl extinguerentur. 47. 412. & sq.

Excutitur aliud, inter tres testatoris nepotes, in casum, si ipsi, vel ab ipsis procreati masculi descendentes, absque masculâ sobole mortem obierint, in familia de Blanchettis, sollicitè ordinatum fideicommissum successivum, reciprocum, perpetuum, pro agnationis conservatione, in infinitum, usque ad universæ masculinæ descendentiæ extinctionem duraturum, imò etiam ad agnatos lineæ NB. collateralis amplissimè extensum; quod tamen, cùm postmodùm primus sine Liberis; secundus verò relicto filio, & ex hoc oriundus Nepos, sine Liberis decederet, suosque nepotes ex sorore uterina hæredes scripsisset, ideò, quòd secundus filium reliquisset, pro extincto judicatum, sic, ut nepos ex tertio ad illud haudquaquàm admissus fuerit, 49. 424. & sqq.

Adfertur aliud cum circumstantiis valdè dubitabilibus conjuncti consimilis fideicommissi exemplum, in familia de Tonso, ubi itidem ob defectum conditionis primo adjectæ omnes sequentes substitutiones totaliter corruerunt, ex Guidone Pancirollo. 50. 438. & sqq.

Et denuò aliud, ex Comite Andreolo, in familia de Falconibus, quo primò duo testatoris filii reciprocè substituti, & 2dò in casum, si ambo sine filiis decesserint, Tunc & eo casu novissimè morienti Laurentius Falco; & omnes reliqui Venturæ Falconis filii, & post hos quivis alius proximior masculus & legitimus de domo & agnatione de Falconibus gradatim, & successivè in infinitum, substitutus fuit, adjecta clausula, quòd omnia bona inalienabilia esse, & in illos in perpetuum conservari debeant, qui erunt de dicta agnatione; quod pariter ex eo, quòd ambo testatoris filii non sine; sed cum masculâ prole obierunt, omnimodò expiravit, sub tanta quantumvis amplitudine conceptum, 51. 444.

Additur & commendatur aliud valdè notabile Jacobi Menochii responsum de extinctione etiam perpetui, & quamdiu agnatio masculina floruerit, in forma omnium exuberantissima, cum enixissima prohibitione alienationis extra familiam, eademque seorsim in separata oratione facta, conditi fideicommissi. 58. 506. & sqq.

Et ratio naturalis, & lex Divina, & ipsissima æquitas, & commune parentum & naturæ votum, & omnium jurisprudentum responsa Liberos ad successionem suorum parentum vocant. 346. 31. 807. 162. 973. 703. 1138. 352. 1160. 615.

De jure revocandi Donationem ob supervenientiam Liberorum vid. Donatio.

Ab interpretatione propriorum Liberorum postpositiva in dubio, abstinendum. 388. 72. 807. 165.

In bonis patris adhuc *viventis Liberis nullum* actuale jus dominicum competit. 828. 62. 829. 69.

Licet domini illorum, adhuc vivis parentibus, ab ipsis legibus dicantur. 828. 63.

Liberos in bonis vivorum parentum jus, Jure naturæ, Gg. & civili quæsitum habere, pronuntiat Brunnemannus. 828. 64.

Hoc jus ad plurimos juris effectus Liberis prodesse remissivè ostenditur. 828. 65.

Illud interimisticum, quoadusque nimirum parentes vivunt, Liberorum dominium non reale & verum; sed fictum duntaxat & interpretativum, sive intellectuale dominium est. 828. 66.

Reprobatur contraria aliorum sententia. 828. 67. & sqq.

A binubo parente, si plus Liberorum prioris matrimonii novercæ vel vitrico adsignetur, quàm uni ex illis, illud plus pro non scripto & relicto habetur, Liberisque prioris matrimonii defertur. 1267. 161.

De dispositione Legis 6. C. de sec. nupt. in favorem Liberorum prioris matrimonii conditæ vid. porrò Donatio.

Magnus Liberorum numerus ad pœnæ, Jure saltem positivo introductæ, mitigationem haud parùm contribuit. 1164. 91.

Magnus Liberorum numerus, etiam quaternarius, in adulterio reiterato, inter alia, accedente conjugis innocentis remissione, ad rela-

relaxandam pœnam capitalem multum confert. 1196. 73.
Liberi parentibus, tùm vivis, tùm mortuis, reverentiam debent. 1114. 81. & ſq.
In dubio Liberi & parentes invicem haud præſumuntur ingrati. 1141. 188.
Liberi ſupremam patris voluntatem religiosè obſervare tenentur. 1114. 79. & ſqq.
Maledictio parentum, ſi Liberi ipſius voluntatem non impleant, cujus ſit effectus? 1114. 86.
De donationibus à patre in Libb. collata vid. Donatio.
Diviſione Bb. inter Liberos à patre facta vid. Diviſio.
Legitima Liberorum vid. Legitima.
Teſtamentis parentum inter Liberos privilegiariis, itemque de Pactis ſucceſſoriis inter Parr. & Libb. vid. Teſtamentum. Pactum. Bonis Liberorum maternis jure uſusfructus apud patrem exiſtentibus vid. Uſusfructus. Quaſi Uſusfructus. Pater.
Reſpectu patris ſoli Liberi ex concubinatu ſuſcepti propriè naturales appellitantur. 1257. 36.
Quando filius vel Liberi ſimpliciter in diſpoſitione legis nominantur, illa ſemper de legitimis & veris; non de naturalibus intelligi debet. 1263. 114. & ſq.
Nomen Liberorum, vel filiorum rarò ejus eſt potentiæ, ut etiam naturales illò comprehendantur. 1263. 116.
Quando pater naturalis inteſtatus deceſſit, tunc Liberis naturalibus nulla portio hæreditaria; ſed ſola alimenta præſtanda veniunt. 1261. 83. 1263. 118.
Quamprimùm filius talis naturalis decedit, vel ſuismet operis ſuum victum & amictum parare poteſt, nulla ampliùs alimenta eidem debentur. 1261. 84. 1263. 119.
Secus ac juris eſt in unica uncia in caſu teſtati ei relicta. 1261. 85.
Etiam legatum, filio naturali, pro alimentis relictum, non debetur in caſu, ſi ipſe ſibi ſuum victum & amictum, ſuis propriis operis, parare valeat. 1263. 120.
Jure Juſtinianeo, canonico, & moribus modernis, exiſtente prole legitima, Liberis naturalibus, ſeu uni, ſeu pluribus, nonniſi unica uncia ſeu duodecima totius paternæ ſubſtantiæ pars à patre ipſorum relinqui poteſt. 1257. 39. & ſqq.
Sive hoc univerſali, ſive particulari titulo fiat. 1257. 44. & ſqq. 1259. 59. & ſqq.
Quidſi pater ejusmodi naturalis nullos quidem legitimos Liberos; ſed tamen patrem vel matrem, vel remotioris gradûs aſcendentes poſt ſe relinquat? 1257 43.
Si talis pater planè duodecim legitimos Liberos habeat ſuperſtites, an nihilominùs integra uncia Liberis naturalibus, uni, vel pluribus, relinqui poſſit? 1257. 55.
Utrum pater naturalis, etiam inter tales Liberos, jure privilegiario, diſponere poſſit? 1258. 56. & ſqq. 1259. 62. & ſqq. 1262. 106. & ſqq.
An Pater naturalis, tali filio, etiam per modum pacti de ſuccedendo, ſuam portionem hæreditariam determinare queat? 1258. 57. & ſqq. 1259. 108. & ſqq.
Pater naturalis nec in forma talis pacti, nec in teſtamento privilegiario metam unicæ unciæ excedere poteſt. 1259. 59. & ſqq. 1262. 106. & ſqq.
An non hoc titulo donationis, præprimis inter vivos, fieri poſſit? 1257. 46. & ſq. 1259. 64. & ſqq.
Utrum pater, naturales ſuos Liberos ultra unciam honorans, hujus ſuperflui præſtationem legitimis ſuis Liberis præcipere valeat? 1260. 72.
An adjectio pœnæ in caſum, ſi illud præſtare recuſent, aliquid roboris habeat? 1260. 72. & ſq.
Utrum illud, quod Liberis naturalibus ultra modum in LL. præſcriptum relinquitur, pro non relicto vel ſcripto habendum? & ad quem illud pertineat? 1257. 42. 45. & ſqq. 1258. 51. 1259. 59. 1260. 79. & ſqq. 1267. 162. & ſq.
An ex eo, quòd pater filium naturalem, ultra modum in LL. præfinitum, honoravit, etiam uncia, quæ ei relinqui potuiſſet, eidem auferatur? 1260. 77. & ſqq.
Hæc verba: Daß ſein natural kind / neben ſeinen ehelichen kindern / auch ein rechtmäſſiger Erb ſeyn ſoll / hæredis inſtitutionem important. 1261. 87.
Poſt obitum patris, ſi filius naturalis ad æqualem cum legitimis ſucceſſionem ſemel admiſſus ſit, hæc admiſſio, regulariter ex poſtfacto, à legitimis Liberis fruſtra impugnatur. 1264. 124. & ſeqq.
Liberi legitimi minores, contra diviſionem paternæ ſubſtantiæ in partes æquales, cum naturali fratre factam, ad minimum in integrum reſtitutionis auxilium implorant æquiſſimè. 1264. 136.
Ex quo tempore hæc currat? 1264. 136. & ſq.
Limitata admiſſio filii naturalis ad ſucceſſionem, unà cum legitimis, pacto conformiter inſtitui debet. 1265. 147. ſqq.
Alioquin illa, ex capite erroris, annullatur vel reſcinditur. 1265. 160.
Conſenſus Liberorum legitimorum de filio naturali ad æqualem cum ipſis ſucceſſionem admittendo tùm demùm præjudicat, ſi ſit expreſſus. 1266. 151. & ſqq.
Solus tacitus conſenſus, ex actuali hæreditatis aditione præſumptus, ad hoc non ſufficit. 1266. 152.
Liberi legitimi, patris hæreditatem ſimpliciter adeuntes, contra legis expreſſam prohibitionem

nem ab illo disposita non censentur approbare. 1266. 153.
Ad hoc, ut filii naturalis admissio ad æqualem portionem hæreditariam valeat, ipsiusmet præsentia & acceptatio necessaria est. 1266. 156.
Tacitus consensus nec ex parte ipsius filii naturalis sufficere censetur. 1266. 157. & sqq.
Transactio, super filii naturalis hæreditaria successione, tanquàm super re certa, & contra LL. præscriptum inita, ipso jure nulla est. 1260. 74. & seq. 1263. 121.
Confirmatio hujusmodi transactionis, ab inferiori magistratu facta, nihil roboris ei confert. 1266. 160. & seqq.
Ne legitima quidem mater, nedùm saltem naturalis, pro suis Liberis stipulari, pacisci, vel transigere potest. 1264. 122. 872. 193.
Utrum hodiè, sublatô in totum concubinatu, adhuc dentur Liberi naturales, in eo sensu & significatu, quem de Jure Romano habent, & quinam in specie pro talibus veniant habendi? 1255. 21. usque ad 35. 1264. 125.
Liberi naturales in Jure Würtemb. vocantur Lieb-Kinder. 1257. 40.
De Legitimatione Liberorum naturalium vide Legitimatio.

LIMITATIO. LIMITATUS.

De Limitata causa & effectu vid. Causa.

LINEA.

Lineæ appellatione non soli masculi; sed & fœminæ veniunt, nisi agnationis conservatio pro scopo sit habita. 40. 354.

LIQUIDUM. LIQUIDATIO.

Punctum Liquidationis non est nova; sed tantùm accessoria, imò ipsa illa causa, quæ hucusque in judicio fuit excussa & determinata. 555. 9. & seq.
Post causam per Judicis sententiam definitam Commissarii, regulariter, non alio fine dantur, quàm ut ea, quæ adhuc ratione Quantitatis, vel Qualitatis, vel Æstimationis, ulteriore Liquidatione opus habent, ad certitudinem per ipsos revocentur. 555. 12.
Liquidum, ob illiquidum, retardari non debet. 1674. 32.
Quando conventio liquida est, & è contra Reconventio illiquida, vel contra, tunc Judex etiam in una saltem sententiam proferre, & alteram ulteriori discussioni relinquere debet. 1674. 33.
Hinc etiam executio in punctis liquidis, remanente Litis pendentia super illiquidis, validè decernitur. 1674. 34.
Quatenus Liquidatio ad fundandam petitionem usurarum requiratur? vid. Usura.
Utrum sanctio Legis Anastasianæ etiam ad liquida nomina pertineat? 1178. 86. & sqq.
Cautela Strykiana, quòd debitor cedendus ipse citari, & ex eo quæri debeat: An debitum alteri cedendum pro liquido habeat, vel exceptionibus contra illud instructus sit? Et si illud ipsemet liquidum profiteatur, tunc cessio qualicunque pretio fieri valeat. 1178. 88.
De Instrumentis liquidis vid. Executio. Instrumentum.

LITIGANS. LIS.

Fiscus semper pro se juris præsumtionem habet, quòd nemini improbam vel calumniosam litem intendat. 551. 61.
Omnes Litigantes illius loci & fori legibus, in quo lis ventilatur, obnoxii sunt. 1630. 44.
Litis consortes sunt instar sociorum. 732. 202.
Litis consortes ità invicem pacti, quòd litem communibus impensis instituere, & tùm ejus periculum in commune subire, tùm & omnes ad ejus tractationem necessarias operas, vigilias & curas communiter in se suscipere velint, æqualium lucri & damni partium inter ipsos conventam participationem declinare non possunt. 732. 202.
Quoties justè litigatur, nulla propriè sic dicta mora committitur. 545. 472.
Quando is, qui mavult litigare, quàm restituere, in mora constituatur? 545. 470. & seqq.
De Litis alienæ redemtione vid. Anastasiana Lex.
Lite per Transactionem finienda vid. Transactio.
Denuntiatione litis autori, ab emtore faciendâ, vid. Evictio.
Lite à Judice, quoad fieri potest, abbrevianda, & quæ eò pertinent, vid. Judex.
Litium Expensis vid. Expensæ.

LITIS CONTESTATIO.

Quando reus, posthabita sua, de Lite non contestanda, ab initio interposita protestatione absolutè ad libellum actoris respondet, vel à Judice litem contestari jussus, ad contenta libelli, reperita licet tali protestatione, negativè respondet, tunc ipsi sua protestatio nullum parit commodum. 1654. 37.
Per Litis contestationem mala fides inducitur, sic, ut, qui eousque bona fide possederunt, postea ut malæ fidei possessores tractentur. 544. 459.
An hoc etiam contra illum, qui justam habuit causam litigandi, locum obtineat? 544. 460.
Hæres, post Litis contestationem super legato, si Falcidiæ locum competere apparuerit, non tenetur ad usuras. 545. 466.
Litis contestatio ne quidem in processu inquisitorio in totum omitti potest. Et quid eandem in tali processu constituat? 1630. 56. & seq.
Litis contestatio actiones XXX. annis durantes efficit quadragenarias. 339. 23.
A quo tempore terminus hic quadragenarius currere incipiat? 339. 24.

Ubi Lis cum defuncto contestata, ibi etiam merè pœnales & mixtæ actiones adversus illius hæredes transeunt, cum eodem effectu, qui etiam adversus ipsum defunctum locum habiturus foret, excepta sola Infamia. 1048. 69. & seq.

Nonnulla huc spectantia vid. sub voc. Libellus.

LITIGIOSUM.

Legata re, quam testator ignoravit, esse, vel fore litigiosam, quid legatum censeri debeat? 88. 802. & seq.

LITIS PENDENTIA.

Lite pendente nihil est innovandum. 748. 369. h.

Lite pendente nemo in sua possessione, ne quidem à Judice, eodemque supremo, seu summo Principe, debet turbari. 748. 370. 91. 830.

Litis pendentia plus dicitur operari, quàm sententia lata. cons. 20. n. 39.

Exceptio Litis, super retentionis vel pignoris jure alibi pendentis, contra spolii actionem, alio loco intentatam, frustrà opponitur. cons. 20. n. 40.

Exceptio Litis pendentiæ tùm demùm frugiferè opponi potest, quando in utroque judicio, de eadem re, & ex eadem causa agitur. cons. 20. n. 44.

Si in uno processu de rei hæreditariæ, per spolium ablatæ, restitutione, & in altero de hæreditatis petitione agatur, exceptio Litis coram altero judice jamjam pendentis frustra objicitur. cons. 20. n. 45. & seq.

Executio in punctis liquidis, remanente Litis pendentia super illiquidis, validè decernitur. 1674. 34.

LITERÆ. Conf. Epistola.

Literæ testimoniales, à cujuslibet loci Magistratu impertitæ, æquè ac natalitiæ, Ehelicke Gebuhrts-Brieffe / haud exiguam habent autoritatem. 1778. 17.

Quibus requisitis ejusmodi Literæ testimoniales instructæ esse debeant? 1778. 17.

Quid dicendum de Literis testimonialibus Parochorum de solenniter contracto matrimonio impertitis? 1778. 19.

LOCATIO CONDUCTIO.

Vocabulum, Leihen / non solùm de contractu mutui; sed etiam de Locatione Conductione prædicatur. 1508. 44. 1509. 55.

Bestand-Güther propriè sunt prædia certa mercede conducta. 625. 164.

Sub hoc nomine, apud nos, in communiore significatu, prædia rustica designantur, quæ conductori ad certum tempus, vel ad vitam ipsius, pro certo annuo reditu locantur. 625. 165.

Pretium, ab initio, (præter annuum reditum) pro tali prædio exolvi consuetum, appellatur das Bestand-Geld. 625. 166.

Talia prædia etiam vocantur emphyteuses. 625. 167.

Differentiæ prædiorum rusticorum & emphyteuticorum, Erb-Lehen und Bestand-Güthere. 630. 231. & seqq.

Pro prædiis rusticis propriè exigitur das Bestand-Geld / pro emphyteuticis verò das Hand-Lohn / Auff- und Abfarth. 630. 231.

Das Bestand-Geld / dicit Speidelius, esse von hundert zehen Gulden. 630. 231.

Consuetudines tamen locorum hîc semper respiciendæ sunt. 630. 232.

Prædia rustica, Conductore illorum moriente, revertuntur ad dominum. 625. 168.

Ità tamen, ut illa hæredibus denuò concedi soleant, neque alii ipsis præferantur. 625. 169.

Iniquum foret, ut liberi, quorum Pater das Bestand-Geld / plerumque non modico pretio exolvit, à talibus bonis removeantur. 625. 169.

Sed novum pretium, Bestand-Geld oder Hand-Lohn / à liberis solvendum. 625. 170.

Hæc in casibus procedunt, ubi æquitas hoc efflagitat, ut Vidua & Liberi in pupillari ætate constituti, vel aliæ æquè miserabiles personæ ab ejusmodi bonis non removeantur. 625. 171.

Nemo invitus compelli potest, ut rem suam locet. 621. 105.

Locatio Conductio sine certa, vel protinùs data, vel conventa mercede, constitui nequit. 1013. 110.

Ad Locationem conductionem, etiam operarum, præcisè merces in pecunia numerata consistens requiritur. 1014. 112.

Etiam pecunia numerata, vel ad pompam & ostentationem, vel ad oppignorandum, alteri, sub titulo Locationis Conductionis, credi potest. 1508. 43.

Pro locatione ejusmodi pecuniæ congrua merces sine dubio exigi vel promitti potest. 1508. 46.

Talem pecuniam in bonis debitoris obærati adhuc extantem ejusdem creditor jure separationis ordinario aufert. 1508. 47.

Locator Conductori, re ipsi locata utifrui licere, præstare tenetur. 1666. 26.

Hinc ex natura istius contractus, etiam ad rei corruptæ, atque ità ad usum concessum inhabilis, refectionem & restitutionem, indubitatò obstrictus est. 1666. 27.

Conductor re sibi locata, invito domino, diutius, vel aliter, quàm concessum est, utens, ratione usus furtum committit. 1510. 63.

Operarum Locatores, regulariter, de lata, & levi saltem culpa tenentur. 593. 99.

An hæc regula etiam in Aurigis, Rhedariis, & Cursoribus publicis locum habeat? vid. Rhedarius.

Demortuo possessore nec ipsius Coloni, vel Conductores, ab ipso habitam possessionem,

nomine hæredis, continuare queunt.
1059. 202. & seq.
Hæredes mei rem à meipso alteri locatam, &, quoad vixero, per Colonum possessam, non aliter possident, quàm si ipsi illius possessionem adipiscantur. 1059. 204.
An, & quare diversum in Usucapione obtineat? 1059. 205. & seqq.
Prædia sua debitori obærato, ad pastū ipsius animalium locans in concursu credd. absoluto prælationis privilegio gaudet. 1416. 157.
Emptio pacta Locationis conductionis annexa benè habere potest. 654. 137.
De Locatione Cond. Operarum ad committendum homicidium vid. Assassinium.
Actio Conducti quàm latè pateat? 137. 27.
Contractus & Actio locati conducti sunt bonæ fidei. 138. 30.
Conductor, regulariter, ante tempus conventum mercedem solvere non tenetur. 1668. 42.
Conductor non statim ob quodlibet leve impedimentum à contractu Locationis conductionis recedere, domumque conductam deserere valet. 1665. 9.
Si tamen Domus ipsi locata ruinam minitetur, emigrandi facultas etiam ante lapsum termini ei competit. 1665. 10.
Ad fundandam hanc emigrandi facultatem sufficit, si tantùm in aliqua domus locatæ parte impedimentum usûs casuale contingat. 1665. 11. & 17.
Hæc facultas etiam ob hanc solam causam, quòd lumina ædium, vicino ad latus, vel ex opposito, ædificante, obscurentur, vel fenestræ tantùm, aut fores ædium nimiùm corruptæ non restituantur, à LL. conceditur. 1665. 15.
Hinc illam multo magis eo casu, si stabulum ruinosum, ex quo multum ad conductorem emolumenti redundaret, si eodem reparato ipsi uti liceret, non reparetur, competere censetur. 1665. 16.
Quotiescunque rei locatæ usus non securus & commodus Conductori præstatur, nec illius Locator necessariò ad plenarium ejus usum reparanda reficit, toties quoque ante terminum emigrandi facultas Inquilino conceditur. 1665. 17.
Quando Conductor sciens prudens domum ruinosam con- vel reconducit, tunc facultas emigrandi ipsi, regulariter, non competit. 1666. 23.
Quando Reconductio, sub expressa relatione ad primum Locationis Conductionis contractum, facta est, tunc promissio ædium ruinosarum reparationis, in primo contractu facta, etiam ad posteriorem extensa censeri debet. 1666. 24.
Idem dicendum, tametsi nulla specialis promissio de hoc, in alterutro horum contractuum, facta probari queat. 1666. 25.

LOCUS.

In pœna delicto commensuranda, inter alia, quoque Locus delicti benè attendendus est. 1281. 82.
Circumstantia Loci delictum furti, inter alia, non parùm aggravat. 875. 197.
De injuria in Loco sacro illata vid. Injuria.
Sicut contrahentes statutis Loci celebrati contractus, ità etiam delinquentes se statutis & pœnis, in Loco delicti perpetrati obtinentibus, subjicere voluisse existimantur. 571. 87. 1281. 83. & seqq.
Usus hujus regulæ per exempla ostenditur. 571. 88. 1281. 86. & seq.
De ostensione Loci, in quo persona occidenda existit, itemque de fraudulenta occidendi per Loca hostium eidem insidiantium deductione vid. Homicidium.
ostensione Loci, in quo res alteri surripienda existit, vid. Furtum.

LUCRUM.

Lucrum non est, nisi deducto ære alieno. 128. 255. & seq.
Verba: Zu der Herrn Brüder und ihrer männlicher Leibs-Erben besten, sine Lucro ipsorum adimpleri non possunt. 408. 317.
Ex verbis contractus obscuris Lucrum affectans pati debet, ut illorum interpretatio contra se fiat. 737. 168.
Cum damno alterius *Lucrum anhelans in dolo* censetur. cons. 16. n. 573.
Si præsertim aliquid contra suum proprium factum petat. 1183. 137.
Non est ferendus, qui Lucrum quidem amplectitur; onus autem eidem annexum contemnit. 1760. 55.
Nemo, ob minimum Lucrum, perjurium committere, sicque animam suam æternæ damnationis periculo subjicere voluisse præsumitur. 1605. 15. & 22.
Nihil tàm naturale, quàm ut damnum inter eos sit commune, qui de Lucro æqualiter participant. 1763. 84. & 86.
De Lucri socialis partibus inter socios constituendis vid. Societas.

MACULA.

An Pelliparius hominis, ultimo supplicio interfecti, anatomico cultro detractam pellem, inter alias, præparans, eapropter levis notæ Maculam incurrat? 356. 23.
An item opifex tabernam excoriatoris ad suos usus conductam tenens? 356. 24.
Sola conversatio cum carnifice, si non sit conjuncta cum nimia familiaritate, non attrahit levis notæ Maculam. 356. 19. & seq.

MAGIA. Conf. Saga.

Crimen Magiæ tàm abstrusum est, ut in illo etiam Viri prudentissimi facillimè errare valeant. 1376. 90.

Quo periculosiùs in hoc crimine Judex versatur, quôque cum majore præjudicio illud conjunctum est, eo etiam cautiùs in illo procedere tenetur. 1376. 91.
Si cuilibet Judici in crimine Magiæ pro suo arbitrio procedendi facultas competeret, tunc uberrima, per hoc, delinquendi occasio suppeditaretur. 1377. 97. & seq.
Inter delicta difficillimæ probationis & excepta cumprimis etiam abstrusissimum crimen Magiæ refertur. 1368. 10. & 13.
Hinc ad illud probandum etiam testes inhabiles, talesque probationes, quales haberi possunt, admittuntur. 1368. 11. & sq.
Quando singulæ probationes, per singulos testes factæ, tendunt ad unum eundemque finem, tunc exceptio singularitatis, præprimis in crimine Magiæ, iisdem nihil derogat. 1369. 16. & seq.
Ad territionem realem ob crimen Magiæ decernendam etiam illorum testimonia sufficiunt, quibus à persona hujus Magiæ suspecta vel in corpore, vel in bonis damnum illatum esse constat. 1368. 8. & sqq.
De revisione processus criminalis adversus Sagam nonnihil præcipitanter instituti vid. cons. 67.
induratione corporis arte Magica, adversus Torturam, procurata vid. Tortura.
Crimen Magiæ non semper capitale est. 568. 50.
Qui nullum expressum cum Diabolo pactum habet, neque colloquia cum illo miscet; sed tantùm superstitiosis remediis utitur, saltem extraordinaria aliqua coercitione ea propter afficitur. 568. 51.
Propter concurrens Magiæ crimen etiam crimen fericidii redditur qualificatum. 569. 65.

MAGISTRATUS.

Pro Magistratus actionibus militat juris præsumptio. 790. 88. 550. 49.
Mandata de non offendendo subditis contra Magistratum, vel planè non concedenda, vel pro Magistratu interpretanda sunt. 550. 48. Conf. Salvus Conductus.
An Magistratus emphyteutam sine citatione vel causæ cognitione expellere possit? vid. Emphyteusis.
Injuria Magistratui illata pro atrociore habetur. 1717. 21.
Magistratui imprimis cura Ecclesiæ incumbit. 476. 134. 1719. 44.
De literis testimonialibus à Magistratu impertitis vid. Literæ.

MAGNAS. Conf. Princeps.

Magnates suarum familiarum conservationem, naturali impulsu, avidissimè quærunt. 399. 220. & seq.
Hæc regula: Quòd fœminæ agnationem non conservent; sed destruant, etiam de Magnatum & Principum filiabus prædicatur. 398. 206.

MAJOR. MAJUS. Conf. Plus.

Argumentum à Minore ad Majus, & è diverso à Majore ad minus, regulariter, validissimum. 729. 159.
Consuetudo Majoris populi partis ad pauciores quoque extenditur. 206. 498.
Quando in finibus alicujus territorii major etiam prædiorum pars feudalis, vel allodialis est, inde etiam reliqua, proximè adjacentia, ejusdem præsumenda sunt conditionis. 206. 501.

MAJORATUS.

In privatis familiis jus Majoratus paulo ratiùs usitatur. 635. 17.
Hinc nec in dubio id præsumitur. 635. 19.
Quomodo à Senioratus & primogenituræ jure differat? 635. 18.
Scriptura ad Majoratûs institutionem præcisè necessaria haud est. 816. 34.
An possessor Majoratus usumfructum in eodem constituere possit? 1742. 52. & 57.
Heres facta defuncti etiam in bonis Majoratui subjectis præstare tenetur. 1749. 126.

MAJORES.

Sub nomine Majorum, der Vor- und Groß-Eltern/ quinam comprehendantur? 193. 371.
Ubi etiam Majores in aliquem locum ad ædificandum necessaria advexisse probari potest, possessio vel quasi operarum satis indè probatur. Conf. Operæ. 208. 520.
Ex observantia Majorum familiæ genuina agentium voluntas colligitur. 1146. 436.

MALEDICTIO.

De Maledictione Parentum vid. Parentes.

MALUS.

Semel Malus, in eodem Malitiæ genere, semper talis præsumitur. 309. 43.

MANDATUM, MANDANS, MANDATARIUS.

Ad juramentum alterius nomine præstandum Mandatum speciale requiritur. 639. 69. & seq.
Ne quidem sui hæredis cognati, affines, vel amici rerum hæreditariarum possessionem, ipsius nomine, sine ejus Mandato, apprehendere possunt. 1058. 199.
Dolus & culpa Mandatarii, regulariter, ipsi Mandanti imputari debet. 1666. 19.
Quicquid Mandatarii, contra domini expressum Mandatum, omittunt, vel agunt, regulariter, domino non præjudicat. 1668. 39.
Procuratori adversus suum principalem competit actio Mandati. 1317. 92.
Hæc etiam usuras, ex tempore moræ, post se trahit. 1317. 93. & seqq.
Utrum hæc actio etiam inter advocatum & clientem locum habeat? 1317. 99. & seqq.
De Mandato manutenentiæ vid. Possessio.

De restitutione in integrum ex capite vis & metus contra Mandata Judicum executorialia, vel alia, vid. Restitutio in integrum.
Violentam alicujus prædii invasionem Mandatum Cæsareum S.Cl. de possessione restituenda obtentum, à pœna Legis VII. Cod. unde vi, haud liberat. 1048.72. & seq.
Qui obtentum Mandatum ipse exequitur, vel possessori, privatæ hujusmodi executioni resistenti, vim facit, pro invasore violento habetur. 1048.77. & seq.
De Ratificatione, quat. vim Mandati habeat, vid. Ratificatio.
Mandans delinqui, vel in crimine patrando, opera aliorum, quovis modo, utens, utrum verè & propriè illud delictum patrasse dici queat? 265.90. & 96.
An etiam Statuta, certam pœnam delictum committentibus præfinientia, in illis obtineant, qui tale delictum committi mandant? 265.91. & seqq.
Etiam ille, qui alterius violentam dejectionem mandat, violentæ dejectionis reatum incurrit. 1054.144. & seqq.
De Falso, itemque Homicidio ad alterius Mandatum commisso vid. Falsum. Homicidium. Assassinium.

MANDATUM DE NON OFFENDENDO, Conf. Salvus Conductus.

Mandata de non offendendo, subditis, contra ordinarium suum magistratum, vel planè non concedenda, vel pro magistratu interpretanda sunt. 550.48.

MANUMISSIO.

Vid. Homo proprius.

MANUS AMPUTATIO.

Manus amputatio Senibus, regulariter, remitti solet. cons.19. n.83.
An hoc tùm demùm obtineat, quando metus subest, eam absque vitæ periculo non posse decerni? cons.19.n.84. & seq.

MANUTENTIO.

De Manutentione possessionis vid. Possessio.

MARITUS.

Maritus ex suis contractibus, uxorem suam, quovis modo, & pro lubitu obligare non potest. 1441.20.
Quando hoc limitetur? 1468.254. & seqq.
De curatela uxoris legitima, Marito, hodiè, in nonnullis locis competente vid. Fœmina.
Plura huc spectantia vid. sub tit. Societas bonorum conjugalis. Uxor.

MASCULUS. Conf. Agnatus.

Favor & amor Masculorum de sui natura inæquiparabilis est. 1155.157.
Germanicæ dictiones; Stamm und Nahm/ solos Masculos comprehendunt. 398.207.
De Descendentibus Masculis, itemque de fideicommisso sub conditione, si sine liberis masculis decesserit, ordinato, vid. Liberi. Fideicommissô in gratiam Masculorum ordinatô vid. Fideicommissum.

MATER.

Ne Mater quidem liberis ex suo contractu vel pacto, nostris etiam moribus, regulariter, obligationem & actionem acquirere potest. 872.193. 1264.122.
Nisi simùl ejus sint hæredes. 872.194. & seqq.
Ex arctissimo cognationis vinculo, cum cohabitatione conjuncto, liberi aliquando Matris facta scire præsumuntur. 873.204.
De Matre legitima suorum liberorum tutrice, vel curatrice vid. Tutela. Cura.

MATRICULA.

Immunitas à Collectis Turcicis, vel aliis, per immemoriale tempus, acquisita, non infringitur ex hoc, quòd ab illis immunis in Matriculam imperii legatur relatus. 204.485.
Defectus Matriculæ provincialis veris Statibus Provinciæ non magis obesse debent, quàm defectuosa Imperii Matricula veris Statibus Imperii. 1219.115.

MATRIMONIUM.

Prohibitio Matrimonii in gradibus Levitici 18. comprehensis cuinam Juri, Divino, naturali, an positivo, veniat adscribenda? 1283.106. & seqq.
Cuinam, circa eandem, dispensandi facultas competat? 1283.102. & seq. 1284.126. & seqq.

MEDICUS.

In casu torquendæ personæ epilepticæ præsentia Medici & Chirurgi ferè necessaria est. 1589.180. & seq.
De arbitrio Medici in casu veneni alicui propinati requirendo vid. Assassinium. Veneficium.
judicio Medicorum quoad vulnerum qualitatem, itemque quoad partus, præprimis imperfecti, vitalitatem, vel non-vitalitatem requirendo vid. Vulnus. Partus. Infanticidium. Inspectio ocularis.
imperitia vel culpa Medici in curandis vulneribus vid. Vulnus.
salario Medici vid. Salarium.

MEDIUM.

Qui vult finem, vult etiam Media ad illum ducentia. 693.249. 693.261.
Qui Media facilè obvenientia non saltem negligit; sed & illa adhiberi omnimodò prohibet, ille multo magis Media non tàm facilè obtingentia, ad eundem illum finem obtinendum ducentia, aspernari intelligitur. 693.251.

MELIORATIO.

Possessor bonorum fideicommisso subjacentium, æque

æquè ac fructuarius, & alii similes, expensas quidem modicæ refectionis repetere nequit; benè tamen notabiles Meliorationes.
79. 709. & sqq.

Etiamsi ejusmodi bonorum restitutio ei jam per sententiam injuncta fuerit; tamen tales majores à se factas expensas, tùm per viam actionis, tùm exceptionis, repetere potest.
79. 711.

Retrahens, reluens, & reemens minores quidem in prædium, quod retrahit, reluit, vel reemit, factas expensas restituere non cogitur; benè tamen majores & vera illius Melioramenta. 80. 722. & sq.

Promissio domini, inquilino, vasallo, vel alii possessori facta de omnibus jam factis, vel adhuc faciendis Melioramentis ei restituendis, juxta juris intellectum exaudienda. 79. 718.

Extrinseca & à feudo separabilia, seu per se consistentia Melioramenta non saltem in casu feudi domino aperti; verùm etiam vasalli, absque mascula prole, fato defuncti ejus allodiales successores sequuntur. 301. 53. & sqq.

Idem etiam in censibus, vel reditibus annuis à vasallo redemptis procedit; nec non in casu dominii utilis à vasallo, cui jus canonem emphyteuticum ab emphyteuta sui domini directi, hujus nomine percipiendi, in feudum datum, titulo emtionis vel simili acquisiti.
301. 54.

Successores vasalli allodiales jure retentionis gaudent, donec ipsis plenariè & ad ultimum obolum usque pro Melioramentis sit satisfactum. 301. 55.

Idem etiam de Possessore fideicommissi tenendum. 81. 733.

Hoc retentionis jus etiam adversus feudi dominum competit. 301. 56.

Extrinseca & per se consistentia feudi Melioramenta etiam in casu, quo filius patri in feudo succedit, inter ipsum & sorores, in allodio unà cum illo succedentes dividenda.
301. 57. & sqq.

Divisioni bonorum feudalium & allodialium adjecta clausula, quòd, si feudum aliquando ejusdem domino aperiri contigerit, tunc ab illo, successoribus allodialibus, pretium, pro comparata ejusdem domini emphyteusi, expositum restitui debeat, evidenti argumento est, tale Melioramentum, ex vasallorum acquirentium voluntate, demùm in casum feudi domino aperti, ad allodii successores devenire debere. 302. 71. & sqq.

Si per tempus longissimum, imò planè longævum, post obitum plurium interea temporis mortuorum agnatorum, nulla de feudi Meliorationibus filiabus satisfactio præstita fuerit, ex hac tàm diutura familiæ observantia justissimè ista intentio colligitur, quòd demùm in casum, si feudum aliquando, ob defectum masculorum, domino fuerit apertum, illa Melioramenta ad successores allodiales devolvi debeant. 303. 82.

Extrinseca feudi Melioramenta etiam prædia dicuntur, eo fine coempta, ut alii prædio incorporentur, ejusdemque pars fiant.
69. 636.

Etiam noviter acquisita, exstructa, vel restaurata sunt fideicommissi Melioramenta. 403. 267.

Nihil interest, an bona fideicomissaria aliis oppignorata, vel sub pacto de retrovend. vendita, ab aliquo agnato reemantur, sive nova emantur, nova Principis vel Comitis residentia exstruatur, vel exusta aut collapsa restauretur. 403. 270.

Non extante speciali familiæ pacto omnia hujusmodi Melioramenta à defuncti possessoris filiabus deduci queunt. 403. 271.

Et in casu non extantis hujusmodi pacti etiam pretia reluitionis Agnati Filiabus restituenda sunt. 404. 272.

Qui rem ad se revocabilis dominii jure spectantem meliorem reddidit, & illam deinde, vel die veniente, vel existente conditione, restituere cogitur, pretium, quod est hoc ipso tempore, faciendæ videlicet restitutionis, attendere debet. 73. 666. & sqq.

Meliorationes rei retractui obnoxiæ, juxta pretium tempore faciendæ restitutionis obtinens, æstimari debent. 72. 663.

In æstimandis Melioramentis etiam prædiorum fideicommisso obnoxiorum tempus restitutionis faciendæ attenditur. 73. 664. & sqq.

Quidsi Meliorationes, tempore, quo factæ sunt, ob bellum, vel similem causam, longè minoris pretii fuerint, & postea augeantur?
73. 667. sq.

Testatores & paciscentes his regulis, in dubio, se conformare voluisse præsumi debent.
73. 669.

Dispositio, quòd Melioramenta eodem pretio, quo comparabuntur, in certum casum, suo fratri, vel masculis illius descendentibus relinqui debeant, intelligi debet, rebus sic stantibus. 74. 672.

Si bona ex titulo emtionis gratiosæ, vel veræ & meræ donationis acquirantur, tunc, insuper habita tali dispositione, plenum & verum bonorum pretium nihilominùs à fratre vel ipsius masculina descendentia exolvendum.
74. 673. & sqq. 75. 680. & sqq.

Qui facultatem prædium à se eousque possessum, pro pleno & integro pretio comparandi, alicui concedit, ejusdem augmenta & Melioramenta majoris valoris donare voluisse, citra absurditatem, intelligi nequit. 77. 694. & sqq.

Verba hæc: Daß / was an Hauß / Scheuren / und andern Gebäuen erbauen / davor solle der außlosungs-schilling nicht ersteigert werden / ad solas expensas modicæ refectionis, die gebäude im tach und fach zuerhalten /

præcisè restringi, nec ad nova ædificia extendi debent. 76.688. & sqq. 78.703. & sqq.
Qui saltem dimidiam prædii partem possidet, & de expensis refectionis dicto modo disponit, hoc de solis ædificiis à se possessis, non ex post comparatis, intellectum voluisse præsumi debet. 78.702.
Ne expressum quidem pactum, quòd maritus, fructuarius, vasallus, vel alii, rem propriis expensis meliorare debeant, de novorum ædificiorum exstructione exaudiri; sed ad solas expensas refectionis restringi debet. 77.696. & sqq.
Ut expensæ tales majores pariter repeti nequeant, speciale pactum de non repetendis quibuscunque expensis requiritur. 77.699.
Bonorum fideicommisso familiæ subjacentium Meliorationes, quantivis pretii, deducere prohibitus nec pretium illorum reluitionis deducere potest. 403.265. & sq.
Prædii, in cujus emtione quis enormiter se læsum probare potest, subsequens Melioratio, illam tempore contractus revera acceptam læsionem haud corrigit. 637.47. & sq.
Ex subsecuta prædii Melioratione querela læsionis nec venditori acquiritur. 637.48.
Subsequens Melioratio, etiam in aliis juris articulis, nullam juris competentis alterationem inducere potest. 637.49.
In casu, si prætensa Melioramenta non sint plenè probata, eorundem æstimationem petens ad juramentum dicendæ veritatis jure venit admittendus, 1316.84.

MENDAX.

Mendax etiam juris præsumtionem sibi habet adversam. 1058.189.
Mendax in uno, in omnibus, quæ profert, se reddit suspectum. 1058.187.
Mendacium veritati haudquaquàm præferendum. 1058.188.

MENSIS.

Mensis, regulariter, XXX. dies continet. 1241.12. & sq.
Duorum Mensium spatiô elapsô venire jussus, si sexagesimo primo die compareat, adhuc audiendus est. 1241.14.
Actio redhibitoria, ob non tradita ornamenta, vel non præstitam cautionem, duorum Mensium seu dierum LX. spatio concluditur. 1241.15. & sq.
Confectio inventarii intra trimestre seu XC. dierum spatium absolvi debet. 1241.17.
In omnibus Mensium præscriptionibus, seu terminis, sive illi sint legales, seu statutarii, seu conventionales, seu testamentarii, in singulos Menses XXX. dierum spatium computatur. 1241.18. 1242.38.
Nisi aliud disertè Statuto, lege, testamento, vel pacto cautum probetur. 1241.19. 1243.42.
Vel nisi mentio Mensis fiat habita relatione ad principium ejus Mensis, in quo aliquid fit. 1242.39. & sq.
Quoties aliquid sine determinatione certi Mensis fieri jubetur, semper per Mensem XXX. dies intelliguntur. 1241.20.
Eandem Mensis computationem servat etiam Camera Imperialis. 1241.21.
In dilationibus deliberatoriis, probatoriis, & similibus, Mensis ità computatur, ut, si Mensis, in quo dilatio conceditur, XXX. diebus constet, etiam dilatio tanto tempore duret: Si verò Mensis XXXI. diebus constet, tunc etiam dilatio tamdiu perduret. 1241.25. & seqq.
Hanc, Juris rigori licet adversantem, sententiam non saltem benignior interpretatio; verùm etiam usus fori recepit. 1242.31. & sqq.
Plenior horum evolutio, ex Alphonso Caranza, de Mense Februario. 1242.34. & sq.
Conciliatur hæc computatio cum Ordinatione Cameræ Imp. & Juris Comm. dispositione. 1242.37. sqq.
Jus commune tempus menstruum non uniformiter computat. 1242.38.
De Ordinatione Camerali specialiùs disputatur. 1243.41.

MERCATOR. MERCATURA.

Quinam propriè Mercatores appellari mereantur? 118.125. 120.151. & seqq.
Qui coria coemunt, eo fine, ut illa rursùs aliis vendant, non planè impropriè Mercatores dicuntur. 118.126.
Vinum vel frumentum *in propriis fundis natum*, tametsi in magna quantitate, vendentes Mercatoribus aggregari non possunt. 718.123.
Privilegia, & Jura specialia, Mercatoribus indulta ad artifices & opifices nullam admittunt extensionem. 121.159. & seqq.
Mercatori merces suas, tametsi ad necessaria vestimenta, vendenti nullum prorsùs jus pignoris in illis competit. 1420.202.
Quid Jure Würtembergico hîc obtineat? 1420.203.
Parere seu Vota Mercatoriorum Collegiorum, quoad ea, quæ practicam & stylum mercaturæ concernunt, regulariter sequenda. 602.227.
Quoad ea, quæ articulum juris concernunt, talia Vota Mercatoria non considerantur. 602.228.
Qualis actio Mercatori, contra perfidum suum famulum, libros Rationum, Facturen und Wahren-Rechnungen/item deren Außrechnung/ aliaque Literalia ei furripientem competat, aliaque plura ad hoc argumentum spectantia. vid. sub voc. Furtum.
Mercatores falliti seu Banciruptores benè torqueri possunt. 307.16.
In solis Mercatorum hæredibus hoc, loco singularis privilegii, admittitur, ut ipsorum juramentum in supplem. super sola quantumvis credulitate præstitum, ad supplendam semiplenam probationem sufficiat. 495.61.
Codices Rationum à Mercatore conscripti qualem

lem post ejus mortem probandi vim habeant? 786. 16. & seqq.
De Cessione nominum inter Mercatores facta vid. Anastasiana lex.

MERCES.

Mercedes à colonis acceptæ sunt loco fructuum. 701. 350.
Mercedes à colonis debitæ ad proprietarium, vel ad usufructuarium pertinent, prout usufructuariis vel ante, vel post fructuum perceptionem fato concessit. 701. 355.
An liceat Mercedem pro perhibendo testimonio accipere? vid. Testis.
Causa Mercedis est summariæ cognitionis & celeris expeditionis. 1318. 120.
An à sententia ad Mercedem condemnatoria appellare liceat? 1318. 121. & seqq.
Vocabulum, Interesse, quandoque etiam, pro substrata materia, de Mercede pecuniaria, secundum modum usurarum legitimarum determinata, accipi potest. 1508. 48.
Merces famulis & ancillis debita, Jure Saxonico, Marchico-Brandenburgico, Pomeraniæ, Prussiæ, Francofordiæ, Hamburgi, Lubecæ, imò universali Germaniæ consuetudine in Concursu credd. ad primam classem refertur. 1491. 106. & seq.
Mercedes famulorum & ancillarum, etiam in foro Würtembergico statim post sumptus in ipsum processum edictalem impensos collocantur. 1415. 141.
Quænam hujus privilegiarii Juris sit ratio? 1415. 147.
Hoc Mercedis privilegio, regulariter, ii saltem ministri gaudent, qui in ædibus & victu Debitoris existunt, vel extiterunt. 1415. 145.
Illud tamen rectè etiam extenditur ad agrorum & vinearum Cultores, Weingärtner und Ackersleuthe. 1415. 144 & seqq.
Itemque ad Trituratores, Messores, Fœnisecas, & consimiles Mercenarios, Mehder/ Schnitter/ Träscher/ &c. 1415. 148.
Adducuntur specialia hanc in rem Statuta. 1415. 150.
Etiam ille, qui ad solvendas ejusmodi mercedes pecuniam mutuò dat, simili prælationis privilegio gaudet. 1415. 151. & seqq.
De Mercede Opificis, an eodem jure gaudeat? vid. Opifex.
Quando non de solo Hæredum; sed simùl etiam defuncti Creditorum præjudicio agitur, tunc sola Debitoris confessio de quantitate ejusmodi Mercedis, ad probationem illius non sufficit. 1492. 117.
Nisi de summa valdè modica quæstio sit. 1114 139.
Si non constet, quantum famulis Mercedis nomine debeatur, tunc illorum juramento stari debet. 1492. 108.
Merces ab ipsô defunctô in ultimâ voluntate specificè dererminata, ab ejusdem hæredibus præcisè præstari debet. 1491. 109.

MERITUM.

Merita, in dubio, non præsumuntur; sed legitimè probari debent. 1693. 46.
Hæc probatio etiam per testes domesticos fieri potest. 1693. 45.
In æstimandis Meritis multum Judicis arbitrio relinqui debet. 1698. 91.
De privilegio Meritorum remuneratorio vid. Privilegium.
Donatione, itemque Testamento meritorum remuneratorio vid. Donatio. Testamentum.

MERX.

Mercium appellatione quænam contineantur? 114. 75.
Merces in taberna existentes utrum mobilibus, an immobilibus rebus accensendæ veniant? 116. 94. & seqq.
Utrum Maritus, ceu uxoris in mobilibus successor, Jure Saxonico, etiam Merces venales prætendere possit? 116. 99.
Quidsi illæ in diversis diversorum locorum tabernis existant? 117. 103.
Merces ad negotiandum coemptæ speciali sanctione tùm Colonienst, tùm Nassovica, tùm Francofurtana, & Hailbronnensi, in classem bb. immobilium, contra Jus commune, referuntur. 117. 104. & seq.
Hujusmodi statuta ad pelles & coria, licet negotiationis causa parata, non debent extendi. 117. 106. & seqq.
Statutum correctorium von Kauffmanns-Wahren solitariè conceptum ad Merces opificum, Handwercks-Wahren/ malè extenditur. 118. 119.
Tabernæ mercatoriæ oppignoratio non impedit Mercium ad illam spectantium liberam alienationem. 115. 81. & sq.
De negotiatione Mercium quæstuaria vid. Quæstuaria negotiatio.

METALLIFODINA.

Etiam Proventus auri, & cujusvis alterius Metalli fodinæ ad usufructuarium spectant. 680 71.

METUS. Conf. Vis.

Obtenta per Metum, & per immodicam & nimiam sollicitationem quando judicentur ad paria? 936. 340 & seqq.
Ad Metum probandum, ceu rem difficilis probationis, etiam præsumtiones sufficiunt. 1613. 86.
Promissio incarcerati, in dubio, per metum facta præsumitur. 1613. 84.
Omnes Doctores hanc præsumptionem, cùm carceri mancipatus, sese Metum passum, queritur, procul dubio à Judice approbandam esse dictitant. 1613. 87.
Quando causa Metus, ex quo quis aliquid promisit, tempore subsecutæ solutionis adhuc-dum duravit, tunc, regulariter, Metus, per subsecutam solutionem, haud censetur purgatus. 1618. 140.
Si Maritus uxorem ad aliquid faciendum, per vim ac metum, semel coëgerit, tunc ex

actibus subsequentibus purgatio Metûs haud quaquàm colligitur, quoadusque maritus in vivis existit. 1618. 141.
Quando ex actu post Metum illatum subsecuto alia præsumtio, quàm ratificationis, capi potest, tunc potiùs illa, quàm præsumtio Metus purgationis, admittitur. 1618. 145.
Illustratur hoc exemplo venditionis metu extortæ, ejusque nomine factæ solutionis. 1619. 146.
Quando actus Metu gestus ab initio nullus fuit, tunc ex actibus subsecutis, regulariter, ne quidem Metus purgatio de jure colligi potest. 1619. 148.
De Testamento metu extorto vid. Testamentum.
Obligatione per Metum extorta vid. Vis.
restitutione in integrum ex capite vis & metus vid. Restitutio in integrum.

MEVIUS.

Decisio Mevii XIII. in Parte IV. declaratur ex ejusdem Decis. 149. in Parte IX. 939. 381. & seq.

MEUM.

Meum, tuum, suum, nostrum, illud propriè dicitur, cujus plenum vel minùs plenum dominium habemus. 725. 116.
Et in sensu latiore, quod dominii, vel quasi, possessionis, vel obligationis jure ad aliquem pertinet. 726. 117.
Usufructuarius sub nomine, suorum, res jure fructuario sibi servientes non censetur comprehendere. 726. 118.
Quod meum jam est, meum ampliùs fieri non potest. 391. 118. 401. 243. 1647. 41.

MILES.

Vasalli Principum passim in Jure feudali Militum nomine insigniuntur. 340. 39.
Milites vagabundi, Gart- und Herrenlose Knechte/ quo jure censendi? 1342. 76.
De Obligatione per vim militarem illicitam extorta vid. Vis.
Donationes à Ducibus & Magistris, Militibus factæ, quantæcunque illæ sint, nulla judiciali egent insinuatione. 541. 410.
Donationes à Milite, tàm in expeditione, quàm extra illam, in quemcunque collatæ, si summam D. solidorum excedant, in quantum excessivæ sunt, sine judiciali insinuatione haud quaquam subsistunt. 541. 412.
Milites in expeditione constituti in umbra mortis continuè ambulant. 724. 91.
Militibus extra castra, v. gr. in præsidiis, hybernis, vel alibi, constitutis, regulariter, omnia Militibus indulta privilegia competunt, excepto solo privilegio testandi. 532. 265. sq. 960. 611.
Sed ab illis ad hoc non licet concludere. 960. 612.
Citra expressam Legis dispositionem à Militibus in expeditione occupatis ad non ità occupatos, nulla extensio fieri potest. 533. 271.
Militibus à castris, commeatu accepto, brevi tempore absentibus beneficium in integrum restitutionis, tanquàm reipublicæ causa absentibus, ratione hujus brevis absentiæ à castris, haud denegatur. 532. 263. & sq.
Aliàs voluntaria ex castris absentia ipsis haud prodest. 532. 264.
Milites, ob adversam valetudinem, vel propter vulnera in prælio accepta, in urbe vel alio, ab hostibus securo, loco degentes ab aliis quidem militaribus privilegiis haud excludendi; veruntamen liberæ & privilegiariæ licentiæ testandi non participes sunt. 532. 268.
Milites etiam in patria, speciali, vel communi militantes, reipublicæ causa abesse dicuntur. 535. 314. & seqq.
Miles quando in expeditione bellica constitutus dicatur? vid. Testamentum militare.
De privilegiaria testandi ratione Militibus concessa vid. ibidem.

MINÆ.

Effusæ Minæ, einem einen rothen Hahnen auff das hauß zusetzen/ criminis incendii indicium pariunt. 177. 217. & sq.
De Minis novercæ: Es wäre kein wunder/ daß sie ihrem Mann und Buben mit gifft vergäbe/ vid. Veneficium.

MINISTER.

De processu in contumaciam adversus interioris admissionis Ministrum vid. cons. 83. per tot.
Ministro verbi divini vid. Pastor ecclesiæ.

MINOR.

Minoris primæ ætatis confessio sine tutore facta ipso jure nulla est; sed confessio minoris secundæ ætatis, curatorem non habentis, ipso jure quidem valida; verùm restitutioni obnoxia est. 1147. 454.
Confessio minoris secundæ ætatis, cum consensu curatoris facta, haud dubiè subsistit. 1147. 455.
An & contra hanc in integrum restitutio locum habeat? 1147. 453.
Usufructu Minori constituto, salvo jure fructuario, ejus tutor, vel curator, ejus nomine, fructus percipit. 689. 202.
Sententia contra Minorennem indefensum lata, regulariter, non subsistit. 1062. 241.
In causis momentaneæ possessionis Minor legitimam standi in judicio personam habet. 1062. [illegible]. & seq.
An Minor, sine curatore, in istis causis duntaxat agere, an verò etiam litem possit excipere? 1062. 243. & seqq.
Hodiè Minores, ne quidem in possessoriis judiciis, legitimam sine curatore vel tutore standi,

ſtandi perſonam habent, niſi veniâ ætatis à Principe obtenta. 1062. 247.
Minores in bonis ſuorum tutorum & curatorum tacitam quidem habent hypothecam; ſed in bonis è contra aliorum debitorum, ne ſimplici quidem exigendi perſonali privilegio gaudent. 1419. 189. & ſeq.
Privilegium exigendi perſonale, quod minorennibus, de Jure Pandectarum, in bonis ſuorum tutorum & curatorum competit, non fuit ceſſibile. 1518. 38.
Reſtitutio in integrum Minori etiam adverſus erroneæ paternarum facultatum computationis agnitionem, cum Tutoris licet auctoritate factam, æquiſſimè conceditur. 1403. 25.
Liberi legitimi adhuc minorennes, contra diviſionem paternæ ſubſtantiæ in partes æquales, cum naturali fratre factam, in integrum reſtitutionis auxilium implorant æquiſſimè. 1264. 136.
Quamdiu hoc competat? 1264. 136. & ſeq.
Minorennes etiam contra diviſionem hæreditatis judicialem, cum putativo hærede initam, æquè ac contra aliam rem judicatam, in integrum reſtitutionem petere poſſunt. 1265. 138. & ſeqq.
Et quidem ex eo demùm tempore, ex quo hunc errorem primùm reſciſcunt. 1265. 142.
An & quatenùs minor reſtituatur adverſus exceſſivam dotem ſorori, pro illa maritanda, datam? 1330. 71. 1331. 85. & ſeq.
Præprimis ſi juramentum talis dotis conſtitutioni acceſſerit. d. l.
Quando Minor ex verè pia cauſa indebitum ſolvit, ad quod ſolvendum ſe de jure teneri putavit, tunc, non attenta minori ætate, etiam reſtitutionis beneficium ceſſat. 1332. 87. & ſq.
Filius minorennis non reſtituitur in integrum contra fidejuſſionem pro patre factam; licet crediderit, ſe de Jure ad hoc obſtrictum eſſe. 1332. 90.
Ratificatio negotii in minorennitate geſti, poſt majorennitatem completam, ſuperveniens, beneficium quidem in integrum reſtitutionis excludit; ſed non etiam intra minorem ætatem, aliquoties licet facta, conſenſûs geminatio. 1320. 34.
Quando res ab incerto fortunæ eventu, cujus par in utramque partem ratio eſt, dependet, ne quidem Minor in integrum reſtitutionis auxilio gaudet. 755. 457.
Minor ne quidem in talibus terminis, ubi dubium ſubeſt, utrum ipſe ex inita tranſactione aliquid damni ſit paſſus? ex odio litium, in integrum reſtituitur. 1149. 470.
Incertitudo, tempore tranſactionis adhucdum futuri, valdè dubii eventus, omnem reſtitutionem in int. contra geminatam & ſolennem tranſactionem prorsùs excludit. 1150. 481.
Minor contra lapſum anni & diei retractui præfiniti in integrum reſtituitur. 329. 150.
Hæc in integrum reſtitutio, pro individua retractûs natura, etiam prodeſt majorennibus. 329. 151.
Quadriennium in integrum reſtitutioni Minorum præfinitum ratione initii eſt utile, & nonniſi ex tempore ſcientiæ, quòd & quatenùs læſus ſit, etiam poſt completam majorennitatem currit. 1236. 132. & ſeqq. 1264. 136. & ſeq.
De re majori cum Minori communi vid. Communio.
Tutoribus & Curat. Minorum vid. Tutor. Curator.
Declaratio Caducitatis an etiam contra minorennes emphyteutæ hæredes fieri poſſit? 1084. 54.
Beneficium in integrum reſtitutionis ex capite ætatis eſt perſonale. 1148. 460.
Sed imploratio officii Judicis, ad illam petendam, ceu illius perſonalis beneficii effectus, in hæredes transmittitur. 1148. 461.
Secùs eſt, ſi defunctus id implorare non voluerit, vel voluerit. 1148. 462.
Vel de petenda reſtitutione in integrum, per omnem ſuam vitam, nunquàm cogitaverit. 1148. 457. & ſeq. & 463. & ſeqq.
Minores in cauſis criminalibus non ſunt teſtes omni exceptione majores. cons. 17. n. 112.
Minorennitas in delicto furti ad mitigationem pœnæ prodeſt. cons. 17. n. 53.
Quatenùs furem Minorennem fuſtigare permiſſum? cons. 17. n. 80. & ſeq.
Etiam Minor pœnæ Legis 7. Cod. unde vi, reus fieri poteſt. 1053. 140.
De donatione remuneratoria, quat. de bonis Minorum fieri queat? vid. Donatio.

MINUS.

Vid. Plus. Majus.

MISERICORDIA.

Facilius eſt Deo Miſericordiæ, quàm crudelitatis, reddere rationem. 765. 13.

MISSIO IN POSSESSIONEM.

De Miſſione in poſſeſſionem vid. Poſſeſſio.

MOBILE. Conf. Immobile.

Etiam ſub Germanico nomine Fahrnus und fahrende Haab / æquè ac ſub Latino vocabulo, Mobilium, omnes res innuuntur, quæ, ſalva ſubſtantia, de loco in locum transferri poſſunt: Niſi aliundè de diverſa ſtatuentium, teſtatorum, vel paciſcentium voluntate conſtare queat. 116. 92.
Bona mobilia in nonnullis locis vocantur Geraide Güther. 1755. 1.
An fructus pendentes rebus Mobilibus veniant accenſendi, vel immobilibus? 123. 195. & ſq.

Pecunia per se res Mobilis est. 430. 619.
Pecunia prædiorum emptioni destinata pro re Mobili habetur. 124. 208. & sq.
Quid circa eandem in successionum materia obtineat? 125. 210. & 212.
An pecunia ex feudo vendito redacta maneat res Mobilis? 284. 25.
Quidsi alterius feudi comparationi jam pridem destinata fuerit? 285. 37. & sqq.
Actiones ad pecuniam repetendam competentes Mobilium jure existimantur, etiamsi sub usuris sit elocata, vel ad cambium collocata. cons. 16. n. 620. & sqq.
Debitum, publica quantumvis hypotheca munitum, tamen, sive ex mutuo, sive ex venditionis residuo pretio, sive aliundè descendat, Mobilium jure existimatur. cons. 16. n. 623. & seq.
Hypotheca in rebus immobilibus constituta rem Mobilem ex aliquo contractu debitam in rem Immobilem transmutare non potest. cons. 16. n. 624.
Aliàs illa omnia, quæ minorennibus, aliisque creditoribus hypothecariis debentur, Immobilium jure censenda forent. cons. 16. n. 625.
Res incorporales quando classi Mobilium accenseantur? vid. Incorporalis res. Reditus annuus.
Animalia, quæ in prædio, eo fine, aluntur, ut tandem vendantur, vel aliorsum transferantur, sine dubio habentur pro Mobilibus. 419. 489.
Quid de Grege ideò comparatô, ut fructus ex illo percipiantur, aliàs non percipiendi, sentiendum? 419. 491. junct. 420. 507. & 501.
Sub nomine Mobilium simpliciter prolato etiam pecudes veniunt, & omnia Mobilia. cons. 16. n. 495.
Semetipsa moventia, natando, gradiendo, volando, &c. sub nomine Mobilium toties comprehenduntur, quoties inter Mobilia & Immobilia distinctio facienda. cons. 16. n. 496.
Etiam statutum, superstiti conjugi successionem deferens, sub nomine Mobilium animalia complectitur. cons. 16. n. 498.
Tale in ditione Nassovica viget. cons. 16. n. 500.
Idem obtinet in pecoribus, fundi instruendi causa paratis. cons. 16. n. 501.
Ex eo, quòd pecudes fundi instruendi causa habeantur, legatum, vel pactum de omnibus Mobilibus haudquaquàm restringitur. cons. 16. n. 507.
Nihil quoque obstat, quòd in feudo vel familiæ fideicommisso succedentes alios equos aratorios, currus, carros, & similia comparare teneantur. cons. 16. n. 509.
De Mercibus in taberna existentibus, cui classi veniant accensendæ? vid. Merx.
Maritus supervivens, in Saxonia, uxoris successor est in Mobilibus. 117. 99.
An etiam in fructibus pendentibus? 124. 196.
An in Mercibus venalibus? 116. 99.
Superstes conjux, sub hoc respectu; quòd præmortuo in omnibus Mobilibus succedat, ad solutionem æris alieni, quantumvis socialis, non tenetur. 127. 248.
An sub nomine der Mobilien / modernis moribus, illa omnia veniant, quæ Romana Jurisprudentia sub Mobilibus complectitur? 416. 439. & sqq. junct. 418. 469. 420. 503.
Quænam bona, secundum Statutum Liberæ Civitatis Hailbronnensis, pro Mobilibus habeantur, & quid circa illa juris sit? vid. Statutum.
Hæc indefinita oratio: Daß die in der Herrschafft N. befindliche Mobilien außgenommen seyn sollen / tantundem operatur, ac ista expressio: Alle in der Herrschafft N. befindliche Mobilien. 418. 466.
Si quis alteri leget Alle res Mobiles, vel indefinitè Mobilia, adhuc hodiè legatario non sola utensilia & supellectilia; verùm omnia illa, quæ, salva substantia, de loco in locum transferri possunt, præstari oportet. 418. 469. 420. 503.
Modò non alia, legatum restringentia, verba, vel aliæ, diversam voluntatem præ se ferentes, circumstantiæ concurrant. 420. 504.
Usus modernus, ut sub nomine Mobilium, Germanis der Mobilien / in Germania, Italia, vel alibi, sola supellex & utensilia, der bloſſe Haußrath / indigitentur, non universalis est. 417. 448. & sq. junct. 418. 471. & sqq.
Ubi talis communis usus loquendi, quo nomen Mobilium ad sola supellectilia restringitur, probari non potest, à propria verborum significatione non recedendum. 418. 475.
Etiam in Statutis sub nomine Mobilium veniunt ea omnia, quæ, de loco in locum, salvæ & integræ transferri possunt. 418. 476.
Etiam in illis locis, in quibus, secundum mores modernos, non omnes res mobiles sub nomine Mobilium comprehenduntur, tamen etiam ornamenta illô comprehenduntur. 418. 477.
Tapetia, præcipuè splendidiora, & non servientia usui quotidiano, utrum rebus Mobilibus, an Immobilibus sint accensenda? 417. 454. junct. 418. 480. & sqq.
Quænam affixio, religatio, vel destinatio, ex re Mobili faciat Immobilem? 125. 222. & sqq. 126. 220. 418. 481. & sqq.
De fideicommisso universali, omnia, etiam Mobilia, bona afficiente vid. Fideicommissum.
De Societate Bb. Mobilium inter conjuges in nonullis locis obtinente vid. Societas Bb. conjugalis.

MODERAMEN.

De Moderamine inculpatæ tutelæ vid. Defensio.

MODICUM.

Modica prætor non curat. 469. 11.

MODUS.

Verba: Sein Lebenlang/ und nicht länger/ conceſſioni adjecta Modum ejusdem inſinuant. 622. 119. & ſqq.

Latina & Germanica adverbia, Poſteaquàm & Poſtquam, Nachdemmahlen und Nachdem/ important Modum vel conditionem. cons. 16. n. 515. & ſq.

Traditio ex cauſa venditionis, ſub Modo initæ, facta dominium ſtatim transfert. cons. 16. n. 521.

Eodemque non impleto locum habet condictio ob cauſam datorum. cons. 16, n. 522.

MOLENDINUM.

An etiam Molendina in emphyteuſin concedi queant? 651. 79. & ſqq.

Quo ſenſu Molendina urbanis prædiis accenſeantur? 957. 181.

MONASTERIUM. MONACHUS. MONIALIS.

Monachi nec velle, nec nolle habere communiter dicuntur. 919. 144.

Utrum & quatenùs Monachi & religioſi teſtium teſtamentariorum officio fungi queant? an ad hoc opus habeant licentia ſuperioris? 919. 140. & ſeqq.

Quidſi nulli alii teſtes, quàm VII. Minoritæ, in aliquo actu teſtandi præſentes fuerint? 919. 148.

An etiam in caſu, quo hæreditas Monaſterio relinquitur, Monachi in illo degentes in talis teſtamenti ordinatione teſtes eſſe poſſint? 920. 151.

Sigillum conventûs Monachorum, vel Monialium facilè ſurripi poteſt. 219. 637.

Vix ullum in Germania Monaſterium eſt, quod non etiam aliquos homines proprios habeat. 181. 229.

Olim nemo homines proprios habere potuit, alß das Reich / die Gottshäuſer / die freye Herrn / und die Mittel-Freyen. 181. 231.

Monaſteriorum homines proprii in antiquis diplomatibus frequenter vocantur Gottshüſer arme Lüthe. 181. 231.

Monaſteria utplurimùm ſub vicini alicujus Principis, vel Domini protectione ſtant, & per conſequentiam etiam illorum ſubjecti & homines proprii. 180. 218.

Verùm manente illa jurisdictionali protectione, quam quilibet dominus ſuis propriis hominibus & ſimùl ſubditis præſtare tenetur. 180. 220.

De Jure Operas indeterminatas exigendi Monaſterio Nobilium Conventualium de Frauen-Alb competente vid. Cons. 4. per tot. junct. voc. Operæ.

Monialium renunciationibus vide Renunciatio.

Conf. portò Abbas. Pius, Clericus.

MONETA. Conf. Thalerus.

Mutatâ pecuniæ tùm intrinſecâ, tùm extrinſecâ bonitate, regulariter, ad tempus contractûs reſpicitur, præprimis in mutuo, ità, ut incrementum & decrementum debitoris tùm commodo, tùm incommodo cedat. 342. 64. & ſeqq. 1303. 153. & ſeqq.

Niſi aliud inter partes nominatim convenerit. 342 65. 1303. 155.

Modò talis ſpecifica contrahentium pactio nullo vitio uſurariæ pravitatis laboret. 1304. 155. & ſeq.

Quænam pactiones pro talibus habeantur? 1304. 156.

Cameræ Imp. & Judicii Imp. Aulici ſententia in hoc juris articulo. 1304. 173.

Contrahentes ipſi optimè ſciviſſe præſumuntur, quid & quantum Moneta tempore contractus valuerit? 1304. 159.

Hæc Q. An mutata pecuniæ bonitate ad tempus contractus, vel ſolutionis reſpiciendum ſit? omnes Judices, Patronos, & Jctos, hodienùm ſuſpenſos & dubios tenet. 1307. 217.

Prudentes vel cauti Patresfamilias non aliter ſcutatos, aliasve quascunque Monetas aureas, quàm prævia illarum adpenſatione, ex mutuo, annuorum redituum venditione, &c. accipere adſolent. 1296. 35.

Neque creditor, aut emtor annuorum redituum, Monetam, quam credit, & venditori ſolvit, ſine prævia ſpecierum conſignatione, ohne einen Sorten-Zettul / & expreſſa pactione de æquè bona Moneta vel nummis ſibi reſtituendis, dare conſuevit. 1296. 37.

Exindè tamen tale pactum, quòd debitor ad tot, quot ipſe accepit, v. g. ſcutatos, vel thaleros, Stückh vor ſtück / ſeu in ſpecie & eodem numero reddendos obſtrictus eſſe debeat, haudquaquàm efficitur. 1296. 38. & ſeq.

Ex hisce verbis: Daß die Summa der Gold-Zinß wider mit 1900. Rheiniſchen guthen Gulden / gut an Gold / oder mit Rheiniſchen guthen Gulden an Gold / inmaſſen wir die vom Glaubiger empfangen / wann auch gleich der Gült-Kauff mit lauter Goldſtückhen geſchehen wäre / abgelößt werden ſolle / nihil aliud evincitur, quàm ſola deſcriptio Monetæ ſeu quantitatis florenorum; non verò Speciei. 1299. 78. 1296. 40. 1297. 47. & ſeqq.

Licet numerus aureorum mutuò datorum ſit determinatus; tamen etiam eorundem reſtituendorum numerus pariter debet eſſe determinatus. 1302. 127.

Si numerus nummorum vel monetæ ſit deſignatus, ille præcisè ſervandus venit. 1303. 136.

Ubi Moneta in certa ſpecie reddi debet, tunc mutatio illius bonitatis attenditur; ſed quando certa Species pecuniæ ſolvenda, tunc nulla augmenti vel decrementi ratio habetur, & ſolus Numerus in conſiderationem venit. 1302. 136.

Si quis promiserit, se quolibet anno scuta decem in auro solvere velle, tunc pariter solus numerus; & mutatio bonitatis intrinsecæ, quæ posteà contigit, nullatenùs attenditur. 1303. 137.

An in casu mutatæ Monetæ bonitatis Reemtor pretium, juxta Zinnicum modum, nach dem zu Zinna verglichenen Fuß / qui tempore emptionis, sub pacto de retrovendendo celebratæ, obtinuit, an verò secundum viliorem Lipsiensium modum, nach dem geringeren Leipziger Fuß / tempore retrovenditionis obtinentem, emptori offerre teneatur? 1305. 172.

Ex eo, quòd debitor certas Monetæ species acceperit, non sequitur, quòd ipse etiam ad easdem species creditori restituendas obstrictus sit. 1298. 64.

Ex hoc solo, quòd Creditor certas Monetæ species, argenteas vel aureas, mutuò dat, hac lege annexa, quòd debitor, mutuatarius, vel annuorum redituum venditor, similes, suo tempore, species restituere debeat, hoc pactum, quòd debitor præcisè tot, numero, aureas vel argenteas species, quot ipse accepit, restituere teneatur, nondùm efficitur. 1298. 66. 1297. 57. 1298. 74. & seqq. 1300. 95. & seqq.

Huic pacto satisfit, si debitor v. gr. M. Thaleros, in argentea vel aurea, Moneta acceptos, in tali Moneta deindè restituat; sed, si valor imposititius intereà creverit, sic, ut unus thalerus duos faciat florenos, tunc hoc ipsum dimidii floreni augmentum non creditoris; sed debitoris commodo cedit. 1298. 67. & seqq.

Ad hujus pacti, quòd mutuatarius, venditor annui reditus, vel reemptor ex pacto de retrovendendo, aliive his similes, ad scutatos mutuò acceptos, vel à talibus emptoribus sibi solutos, præcisè in eodem numero & specie reddendos obstricti esse debeant, constitutionem, hæc duo requisita, ut, primò, integri thaleri, scutati, vel similes nummi, harte / oder gantze Reichsthaler / Ducaten / Gold-Gulden / &c. fuerint crediti, vel soluti; &, 2dò, contrahentes specificè paciscantur, quòd futura restitutio in ejusdem speciei, & numeri, nummis, auch mit hundert Ducaten / Stückh vor Stückh / fieri debeat, copulativè concurrere debent. 1299. 79. & seq. 1306. 198. & seqq.

Hoc ultimo requisito deficiente, pro C. Scutatis quidem etiam scutati; sed non præcisè tot, quot crediti, vel soluti, nempe centum reddendi sunt; sed, si C. scutati tempore mutui, vel venditionis celebratæ, tantùm tercentum florenos usuales seu vulgares effecerint; subsecuto verò tempore illorum valor impositicius usque ad IV. florenos excreverit, tunc sufficit, tot scutatos, creditori restitui, quot tercentum florenorum summam constituunt; hoc non obstante, quòd expresè sit dictum, quòd C. scutati in eadem Moneta restitui debeant. 1299. 81.

Si quis C. scutatos mutuò dederit, & expresè sit pactus, quòd sibi tot, quot mutuos dederit, ejusdem Monetæ nummi restitui debeant, tunc neque plures, neque pauciores, quàm mutuò accepti, restitui debent, sive valor interea decreverit, sive creverit. 1299 86. & seqq.

In talibus terminis potiùs corpora & materia Monetæ, quàm quantitas, & publica lege impositia æstimatio spectata intelligitur. 1299. 87.

Hocque ipsum leges, regulariter, permittunt. 1299. 88.

Quando species Monetæ in obligatione & solutione conjunctim nominantur, sine certi valoris determinatione, ità nimirum, ut debitor fateatur, daß ihme der Creditor eine gewisse anzahl Thaler / oder Goldgülden stück vor stückh geliehen / und daß er auch solche in eadem specie, wie sie ihme geliehen / Stückh für Stück gerechnet / wider heimbgeben wolle / tunc pactum conventum, hocipso modo, specificè implendum, omni mutatione, quæ postea contingit, totaliter posthabita. 1300. 94. 1301. 111.

Si mutuatarius, vel annuorum redituum venditor, sortem, vel pretium emptionis, den Widerkauffs-Schilling / *in certis speciebus* redendum promiserit, *tunc solationes* annuorum redituum, vel usurarum, in alia Moneta factæ, nihil præjudicant. 1300. 100.

Diversum dicendum, si nullum tale specificum pactum fuerit initum: Tunc à solutione annuarum usurarum ad ipsam quoque sortem benè dijudicandam non malè arguitur. 1300. 101. & seqq.

Etiamsi in ipsa obligatione certus valor thalerorum expressus fuerit; si tamen deindè, pro usuris ex sorte M. thalerorum, quotannis L. thaleri in specie soluti probentur, tunc etiam sortem in M. thaleris regulariter in specie reddi oportet. 1300. 102.

Contrahentes, in tali casu, à conventa thalerorum æstimatione recessisse censentur. 1300. 102.

Pecunia credita, vel à venditore annuorum redituum, vel prædii reemptore, aliisque similibus restituenda, præcisè in numero totv. gr. thaleris, ducatis, vel aliis aureis vel argenteis Monetis, quot mutuò datæ, vel pro pretio solutæ, sine ullo adaucti, vel imminuti, vel nullatenùs mutati valoris discrimine, restitui debet, si, primò, cùm M. ducati vel thaleri soluti, aut mutuò dati essent, convenerit, daß hinwider NB. so viele Reichsthaler / oder Ducaten in specie zurückh gegeben werden sollen. 1301. 105.

Vel (2.) sit dictum: Tausend Reichsthaler / Stückh vor Stückh. 341. 47. & seqq. 1301. 106.

Vel (3.) hæc conventio addita: Daß Banco-Thaler wider erlegt werden ſollen.
341. 47. & ſqq. 1301. 107.

Vel (4.) inter partes ità convenerit, daß die außgeliehene Eintauſend Reichsthaler oder Ducaten / præcisè in dem jenigen valôr, wie der Debitor ſie empfangen / ſollen bezahlt werden. 341. 47. & ſqq. 1301. 108.

Vel (5.) hoc actum: Daß Tauſend Reichsthaler in ſpecie, wie dieſelbe in banco gültig / der Reichsthaler zu 14. Silbergroſchen / den Groſchen zu 12. Meißniſchen Pfenning gerechnet / wie der Schuldner ſolche ſelbſt empfangen / wider ſollen bezahlt werden. 1301. 109.

Vel (6.) ſic pactum: Daß / wann jeder Schuldner dergleichen Reichsthaler in ſpecie nicht lüfern könte / alsdann er dieſelbe an gangbahrer Müntze dergeſtalten erſetzen wolle / wie der Reichsthaler / tempore ſolutionis, am höchſten ausgebracht werden könne. 1301. 110.

Vel (7.) debitor in tabulis cautionis expreſsè profeſſus ſit, daß er 1000. Reichsthaler / guth am Schroot und Korn unverſchlagen / NB. deren jeglicher zwey Loth ſilber wäge / empfangen habe / und er wider dergleichen reſtituiren wolle. 1301. 113.

Vel (8.) centum Joachimici, ut Joachimici, mutuò dati fuerint. 1301. 114.

Vel (9.) centum aurei, adjecta certa æſtimatione, ex. gr. ad novem florenos, fuerint crediti, & debitor tantundem ſe reſtituere velle promiſerit. 1301. 115.

Diverſum dicendum, ſi debitor promiſerit, quòd mille thaeros, ſive ſcutatos, ſibi mutuò datos, in eodem Monetæ genere, wider an guthen Ducaten oder Thalern heimbgeben wolle. 1301. 116.

Licet tota ſumma credita in meris ſcutatis fuerit numerata. 1301. 116.

Vel in ſpecie dictum fuerit: Daß die empfangene Tauſend Reichsthlr mit Tauſend Thalern wider abgelegt werden ſollen. 1302. 118.

Niſi etiam hoc adjectum fuerit: An Tauſend Thalern ſpecies. Oder / An Tauſend Thalern ſtückh vor ſtückh. 1302. 119.

Tametſi debitor ad thaleros & aureos ſe obſtrinxerit, & propterea etiam talem Monetam reſtituere teneatur; tamen poſtea, mutato valore extrinſeco, ad tempus contractus ità reſpiciendum, ut, ſi thaleri, ducati, vel aurei in valore decreverint, hoc ipſum decrementum à debitore ſupplendum, vel ſi valor illorum interea ſit auctus, hoc etiam augmentum debitori relinquendum ſit. 341. 55. 1302. 120, & ſqq.

In hunc modum omnes Curiæ, & Collegia Juridica Saxoniæ pronuntiant. 1302. 121.

Licet quis Tauſend guthe / wohlwichtige / Rheiniſche Gold-floren Haupt-Summ ſe mutuos accepiſſe confeſſus fuerit, & in caſum ſibi factæ reſignationis promiſerit, die berührte 1000. guthe vollwichtige Rheiniſche Gold-floren, Haupt-Summ / wider zuentrichten; tamen ipſe nec tunc tot aureos Rhenanos, quot accepit, in ſpecie ſeu numero eodem, reſtituere tenetur; ſed ſufficit, ſi illos M. aureos Rhenanos in eadem Moneta; licet, propter adauctum illorum valorem, numero pauciores reſtituat. 1302. 124.

Ad crimen falſæ Monetæ, ſive per ejus fabricationem, ſive per ſolam expenſionem, committendum, ſemper dolus malus neceſſarius eſt. 1784. 5.

Ignorantia craſſa & verè affectata, quoad falſæ Monetæ expenſionem, præprimis ſi exponens aurifaber ſit, cum dolo malo ad patia judicatur. 1784. 6. & ſeq.

Non minùs atrox delictum habetur, Monetam falſam dolo malo expendere, quàm fabricare. 1787. 30.

Etiam in crimine falſæ Monetæ, præprimis ad fundandam pœnam capitalem, ante omnia de corpore delicti certò conſtare debet. 1784. 3.

Multi DDres etiam illos, qui falſam Monetam dolo malo expendunt, vel expendere faciunt, etiam Juris communis veritate inſpecta, ejusdem, quæ fabricatores ipſos manet, pœnæ reos ſtatuunt. 1786. 27. & ſeq.

Ordinatio criminalis tales expoſitores planè ignis pœnæ ſubjugat. 1787. 32.

Juxta hanc ſanctionem ad pœnam ignis fundandam alterutrum ſufficit, ſive quis falſam Monetam fabricaverit, ſive illam dolo malo expenderit. 1787. 33.

In Foro Saxonico adverſus doloſos falſorum numismatum expoſitores, regulariter, ne quidem capitalis, nedùm ignis, pœna obtinet. 1787. 34.

Plurimi DDres pœnam falſæ Monetæ expoſitionis de Jure Romano ſaltem arbitrariam eſſe contendunt. 1787. 35. & ſeq.

Pœnam Vivicomburii crimen falſæ Monetæ propemodùm ſuperare exiſtimat Zieglerus. 1787. 36.

Falſam Monetam, communicato cum ipſis Pſeudo-Monetariis conſilio, expendentes, ex communiori interpretum ſententia, vivicomburii pœna plectuntur. 1787. 38.

Quare talium expoſitorum & ipſorum Pſeudo-Monetariorum par ſit delictum? 1788. 39.

Qua pœna illi, qui talem Monetam ab aliis fabricatam, præcipuè majorem, alio quovis modo quæſitam, doloſè expendunt, ſint afficiendi? 1788. 40.

Ob crimen expoſitæ falſæ Monetæ pœna gladii etiam in aliis Provinciis hodienùm frequentatur. 1788. 46.

Ad hoc, ut crimen falſæ Monetæ perfectè conſummatum dici queat, ſola Monetæ adulterinæ erogatio ſufficit; licet nullum actuale lucrum ad expoſitorem pervenerit. 1789. 51. & ſqq.

Qui falsam Monetam cudunt, licet eam non expendant; tamen ultimo supplicio, tametsi non ignis, attamen gladii afficiuntur. 1789. 58.
Prosper Farinacius tali casu nonnisi mitiori pœnæ & damnationi ad triremes locum facit. 1789. 59.
Pœna criminis expositæ falsæ Monetæ, ex capite illius reiterationis, sine dubio ad pœnam ultimi supplicii extendi potest. 1790. 68.
Pœnam capitalem, ob reiteratam falsæ Monetæ expositionem, Farinacius non aliter admittit, quàm si talis expositor sua expositione ipsis Pseudo-Monetariis auxilium præstiterit. 1790. 70.
Quid de hac sententia censendum? 1790. 71.
Adducitur præjudicium Ampliss. Facult. Jurid. Francofurtanæ, quo, ob gravissimi hujus criminis reiterationem, reo, ob illud jam semel punito, ultimi supplicii pœna dictata fuit. 1790. 72.
Etiam falsæ Monetæ crimen in classem talium criminum refertur, quorum conatus ab ipsa lege specificè notatus est. 1790. 73.
Ob summam & extremam paupertatem etiam Pseudo-Monetariis pœna capitis remittitur, & extraordinaria saltem decernitur. 1791. 78. & sq.
Jus aggratiandi etiam in crimine falsæ Monetæ locum sortitur. 1788. 45.

MORA.

Ubi nulla Mora est, ibi nulla etiam petitio pedem figere potest. 543. 441.
Qualis dilatio in Mora constituat? 545. 461.
Moram facit, qui mavult litigare, quàm restituere. 545. 470.
Sed tunc demùm, si certum sit, quid debeatur? 545. 471. & 474.
Quoties justè litigatur, nulla propriè sic dicta Mora committitur. 545. 472. & 479.
Actionem contra se in judicium deductam, opposita exceptione, elidens magis in solutione cessasse, quàm Moram commisisse videtur. 545. 475.
An adversus lapsum termini, à lege vel judice præfixi, Moræ purgatio admittatur? 1241. 23.
Quidsi incontinenti fiat? ibid. 1247. 97.
An in specie de termino probatorio idem dicendum? 1247. 91. & sqq.
Alimenta in testamento relicta ignorans etiam præteriti temporis præstationes justissimè exigit; tametsi hæres non sit in Mora. 1237. 148. & sqq.
Unicuique, regulariter, sua propria duntaxat Mora præjudicat. 1668. 40.
In jure ultima solummodò Mora attenditur. 1669. 47.
De usuris ex Mora debitis vid. Usura.
purgatione Moræ ad evitandam emphyteuseos caducitatem vid. Emphyteusis.

MORATORIUM RESCRIPTUM.

Necessitas præstandi cautionem fidejussoriam illi incumbens, qui rescriptum Moratorium impetrare cupit, est saltem hypothetica. cons. 16. n. 971.

MORBUS.

De remediis morborum superstitiosis vid. Superstitio.
sumptibus in ultimum defuncti debitoris, ejusdemque liberorum Morbum impensis vid. Credd. concursus.

MORS.

Nemo, præsertim Morti vicinus, æternæ salutis immemor præsumitur. 291. 103. & sq.
Mors non subitanea; sed benè prævisa & præmeditata loco juramenti à multis habetur. 291. 110.
Etiam testium bonæ famæ depositiones, licet injuratæ, pro validis habentur, si Morte ipsorum fuerint confirmatæ. 291. 111.
Perspecti candoris, ejusdemque illustris Viri asseveratio, ejus Morte confirmata, multum roboris habet. 737. 263.
Scripturæ ex Morte sui authoris, si persona bonæ famæ & existimationis fuerit, haud exiguum accedit momentum. 1472. 182.
Idem multo magis de assertione Principis vel Comitis in scriptis facta, si & hæc ejus Morte obsignetur, dicendum. 737. 266.
Quatenùs ob Mortem defuncti juramentum ei delatum pro præstito habeatur, vel non? vid. Juramentum in supplementum.
Libri rationum privatim conscripti qualem post Mortem scribentis probandi vim habeant? vid. Ratio.
De confessione paulo ante Mortem facta vid. Confessio.
Milites in expeditione constituti in umbra Mortis continuè ambulant. 724. 91.
In Qq. ad successionum materiam spectantibus, regulariter, tempus Mortis illius personæ, de cujus successione, seu hæreditaria, seu fideicommissaria, quæstio est, considerari solet. cons. 16. n. 658.

MORTUARIUM.

Præstatio Mortuarii, das Hauptrecht / Leibfall / &c. certum & infallibile hominis proprii indicium constituit. 232. 783. & sqq. 234. 799.
Hæc in variis rebus consistit. 233. 784. & sqq.
Fit de corporibus hominum propriorum; non de prædiis ab ipsis possessis. 233. 791. 234. 805.
Neque aliter obtinet, quàm si modus & conditio, sub qua illa indulgetur, etiam adimplenda sit. 233. 793. & sqq.
Soli censuarii sunt obligati ad Mortuaria caducitatis. Quinam sint tales? 234. 800. & 802.
In Marchia Badensi & vicino Comitatu Eberstheinensi quatenùs homines proprii, sua bona adhuc ipsi in vivis constituti suis liberis, uxori, vel aliis futuris hæredibus tradentes, Mortuarii solutionem declinare queant? 181. 237. & sq. 233. 792.

Jus

Jus Mortuarium in noſtra vernacula effertur ſub nomine das Leibfahls / Todfahls / Thädigung des beſten Haupts. 182. 246. & ſq.
Idem jus etiam vocatur die Frohn-Löſin. 183. 257. & ſqq.
Conventio domini vel officialium, cum hominis proprii hæredibus de mortuarii quantitate, licet pluries, in eadem familia, facta, tamen nihil quantitati, vel electioni, in libris publicis contentæ, derogat. 628. 203. & ſeqq.
In ejusmodi actu facultativo nec conſuetudo, nec præſcriptio obſtat. 628. 205.
Super eo, quod nomine Mortuarii præſtandum, frequenter cum domino, vel ejus officialibus tranſigitur. 628. 207. & ſeq.
Talis conventio etiam appellatur die Thädigung des beſten Haupts. 618. 208.
Reditus ex jure Mortuario pendentes etiam ad uſufructuarium ſpectant. 680. 75. 1739. 26.

MULCTA.

An Domino directo, qua tali, jus emphyteutam Mulctandi competat? vid. Emphyteuſis.
Nemo ex facto, vel conſenſu privati, jus mulctandi ſibi aſſerere poteſt. 616. 33. & ſeq.
Compendia Mulctarum ſpectant ad uſufructuarium. 681. 76. & ſeq. 1739. 27.
Nec dominus proprietatis eas remittere poteſt. 1739. 28.

MUTATIO.

Mutatio eſt accidens. 1069. 320.
Mutatio, in dubio, non debet præſumi. 974. 775. 978. 809. 1069. 318. & ſeq. 1142. 394.
Si præſertim de geminata voluntate quæſtio ſit. 1142. 397.
Hæc regula tàm in ſupremis voluntatibus, quàm in negotiis inter vivos attenditur. 974. 778. 1142. 395.
Etiam quoad illa, quæ ex intervallo, imò etiam poſt longi temporis decurſum fiunt. 974. 779. 1069. 321.
In dubio potiùs error & inadvertentia, quàm mutatio pacti, præſumitur. 1069. 325.
Quicunque dicit, legitimè conditam diſpoſitionem ex poſt facto mutatam, hanc mutationem probare tenetur. 474. 780. 1068. 321. & 325. 1142. 378.
Ad hoc, ut pactum legitimè initum dicatur mutatum, expreſſa voluntatis declaratio requiritur. 1069. 322.
De Mutatione Emphyteuſeos poſſeſſoris vel ejusdem domini directi vid. Laudemium.
bonitatis monetæ vid. Moneta. Thalerus.

MUTUUM.

Quando alteri pecunia, ea lege, datur, ut eâdem in ſpecie ſeu in natura, unà cum interesse, reddatur, tunc non contrahitur Mutuum; licet contrahentes id ità appellaverint. 1507. 29. 32. & 36.
Tale negotium in varias contractuum ſpecies incidere poſſe, pluribus demonſtratur. 1507. 34. & ſeqq.
An talis pecunia in bonis debitoris obærati adhuc extans jure ſeparationis ordinario auferri poſſit? 1508. 47.
Vocabulum, Leihen / non de ſolo Mutuo; ſed etiam de aliis contractibus, tàm nominatis, quàm innominatis, prædicatur. 1508. 44. 1509. 55.
An hic Contractus, wann man den armen Leuthen auff Wein oder Früchten / etwas Gelds zuvor ausgibt / auff den gemeinen Schlag / auff die Rechnung / vel ſimili ratione, ſit mutuum? 122. 174. & ſeqq.
Jus uſuras ex Mutuo fœneratitio exigendi immobilibus rebus accenſeri haud poteſt. 123. 188.
Debitum, publica quantumvis hypotheca munitum, tamen, ſive ex Mutuo, ſive aliundè deſcendat, mobilium jure exiſtimatur. cons. 16. n. 623. & ſeq.
Quando Pater, pecuniâ Mutuò ab alio acceptâ, filio jus civicum comparavit, creditori, adverſus filium, de in rem verſo actio competit. 1414. 134.
Creditor tali caſu jure deſiderat, ut in locum filii, cui ex ſui patris obærati maſſa bona materna debentur, pro rata ſurrogetur. ibid.
Quo jure is, qui ad mercedes debitoris obærati famulis & ancillis ſolvendas pecuniam mutuò dedit, in concurſu credd. cenſeatur? vid. Merces.
Creditor, qui probavit, ſe mutuam alicui pecuniam dediſſe, ſi teſtes dicant, ſe quantitatis non ampliùs recordari, ad juramentum dicendæ veritatis jure admittitur. 1316. 81.
Idem dicendum, ſi teſtes quantitatis, vel qualitatis frumenti vel vini Mutuò dati non ampliùs ſint memores. 1316. 82.
De eo, qui ad agros Debitoris obærati conſerendos frumentum ſementarium, vel ad pabulum ejusdem pecudibus comparandum, vel ad fructus ultimi anni percipiendos & colligendos, vel ad reſtitutionem ædificii pecuniam Mutuò dedit, quo jure in concurſu credd. potiatur? vid. Credd. concurſus. Hypotheca.
De pecunia eccleſiæ vel alterius pii corporis, præprimis ad ſpeciale juſſum Magiſtratus, mutuò data, an aliquo privilegio in concurſu credd. gaudeat? vid. Credd. concurſus.
Ex natura Mutui debitor non plus reddere cogitur, quàm à creditore ipſe accepit. 341. 62. 1296. 45.
Frumentum vel vinum Mutuò accipiens, etiamſi frumenti vel vini æſtimatio multùm creverit; tamen præcisè tot modios frumenti, vel tot amphoras vini, quot accepit, reſtituere tenetur, licet creditor, hoc modo, bis ter-

ve, quaterve plus, quàm dedit, recipiat. 1305. 177. & seqq.
Æstimatio, ceu non credita, pro credito vino, creditori invito obtrudi nequit. 1305. 182.
Lex, Civitas. 27. de reb. cred. ultra summam in usus civitatis versam, eam condemnari patitur haudquaquam. 1297. 46.
De Mutuo in certa specie nummorum restituendo, & cujus temporis valor quoad restitutionem pecuniæ mutuò acceptæ respiciendus veniat? vid. Moneta. Thalerus.

NATIVITAS.

Mann-Recht frequenter nihil aliud denotat, quàm Literas natalitias, Gebuhrts-Brieff. 238. 843. & seqq.
De Literis natalitiis vid. porrò Literæ.

NATURALIS. NATURA.

Cujuslibet rei Naturam potiùs attendere oportet, in suis effectibus se exerentem, quàm qualemcunque ejus nominationem. 623. 133.
De Parr. & Liberis naturalibus vid. Liberi.

NAVIS. NAUTA.

Edictum Prætoris contra Nautas propositum multa continet singularia. 592. 80.
Et dehinc ejus gravis, onerosa, & à regulis juris ordinarii exorbitans dispositio non facilè extendenda. 592. 81. 595. 135.
Nautæ omnium res salvas fore recipiunt, & ex receptione sua omnibus tenentur. 592. 82.
Sive ista receptio expressis fiat verbis, sive merces in navim inferri patiantur. 592. 83. & sqq.
Sufficit sola scientia, res in navem inferri; quamvis saltem generalis. 592. 86.
Res in navem immissæ sunt periculo Nautarum, licet illæ levissima seu minima ipsorum culpa intereant. 592. 87.
Solus talium rerum casualis interitus ab hac actione immunitatem præstat. 597. 88.
Probato per Nautam damno casuali, viatoribus incumbit, ut, culpam ejus præcessisse, demonstrent. 598. 162.
Caupones, regulariter, tenentur, licet nulla ipsorum culpa probari queat. 598. 169.
Diligentia Nautis incumbens rigidissima est. 593. 90.
Nauta furta tùm propria, tùm proprii famuli, tùm aliorum viatorum, horundemque famulorum, tùm & omnium aliorum præstare tenetur. 593. 91. & seqq.
Navis exercitores non minùs, ac rem cauponariam exercentes, tutum omnibus in illa, quoad res & personas, receptaculum promittere intelliguntur. 594. 121.
In navi, caupona, vel stabulo rigor edicti Prætorii, ex eo, faciliùs locum sortiri potuit, quia illa sunt clausa, furesque facilius sollicitâ cauponis, nautæ, vel stabularii custodia constringi & detegi possunt. 595. 123.
Nauta non tàm obligatur ratione rerum & hominum susceptæ transportationis, quàm, interdum diuturnæ, cum illis, in Navi, una cum sua familia, conversationis, quæ iter facientibus periculosa. 595. 129.
Nautæ, caupones, & stabularii, frequenter sceleſtam cum raptoribus & furibus societatem ineunt. 595. 130.
In sollicita subjecti hujus Edicti Prætorii evolutione Ulpianus, ultra solos Lintrium & Ratium vectores, neminem alium notavit. 591. 71.
Cur Lintrarii & Ratiarii huic edicto justissimè fuerint subjugati? 601. 215. & seq.
Rates & Lintres, earumque exercitores, sub nomine Navium & Nautarum rectè comprehenduntur. 602. 216.
Ratium & Lintrium nomine quid indigeretur? 603. 217. & seq.
Absurdum est, eos, de quibus Edictum Prætoris non loquitur, duriùs obligari, quàm ipsosmet Nautas, caupones & stabularios. 595. 126.
Similiter minùs rectè dicitur, sententiam edicti Prætorii in aliquo locum habere; sed non etiam omnia in illo Edicto proposita remedia. 594. 116.
Necessitas, ex causa celeris transportationis, res suas piscatoris Naviculæ concredendi, non efficit, ut actio de recepto obtineat. 599. 179.
Aurigæ & Nautæ vina *sibi concredita adulterantes eâdem pœna afficiendi.* 589. 32.
Necessitas nos adigens, ut etiam juratis & publicis nuntiis nostras literas, & iisdem includenda concredamus, an actionem de recepto, contra illos, fundet? 600. 184.
Si nulla necessitas Nautæ, vel cauponi res suas credendi viatores impellat, an eapropter actio de recepto cesset? 600. 187.
Utrum statum tempus abeundi & redeundi in fundanda actione de recepto aliquid conferat? 600. 190. & seqq.
An Postarum insigne, quo publici cursores instructi sunt, hic aliquid operetur? 600. 193.
An ex eo, quòd Nautis & cauponibus, de rebus ex navi & caupona ablatis, similiter etiam Aurigis & alius quibusvis vectoribus, de rebus ex curru vel rheda ablatis, actio furti concedatur, ad statuminandam actionem de recepto contra Aurigas rectè concludatur? 601. 203. & seqq.
An pœnarum, quibus Nautæ & aurigæ obnoxii sunt, identitas ad dictum effectum aliquid conferat? 601. 207.
An variorum delictorum inter Nautas & aurigas communis frequentia? 601. 210.
Frequentia furandi nec contra publicos, nec privatos alienorum bonorum administratores actionem de recepto in esse producit. 601. 213.
A navi ad vehiculum argumentum haud infrequens. 589. 29.
A convenientia in uno tertio vehiculi & Navis

non licet concludere ad universalem Juris identitatem. 600. 200.
Si præsertim de Juris exorbitantis & odiosi extensione quæratur. 601. 201.
Societas Aurigarum cum prædonibus, & furibus, non tàm facilè metuenda, ac Nautarum, cauponum, & stabulariorum. 601. 211.
Utrum actio de recepto, contra Naut. Caup. & Stab. proposita, sit ex quasi contractu, atque ità nativa, an verò dativa? 594. 114. & seq.
An actio utilis de recepto etiam adversus Aurigam, Vectorem, vel Rhedarium, qui publicam, vel privatam rhedam meritoriam exercet, wider einen Land-Kutscher / itemque adversus Postarum Magistrum, Post-Meister / Posthalter / & sic deinceps, ob merces ab ejus ministro amissas, institui valeat? 588. 19. usque ad 602. 219.
An Caupo ex eo, quòd nullum vehiculo per noctem custodiendo apposuerit custodem, domino pecuniæ ex dolio eidem impositò ablatæ teneatur? 598. 170.
In rebus navigio impositis nulla Nautæ tacita competit hypotheca. 601. 202.
Actio pœnalis mixta in secunda Edicti Prætorii parte contra Nautas proposita (excepto objecto) longè durior est illa, quæ in prima ejusdem parte proponitur. 594. 118.
An contra Rhedarios & Postarum Magistros hæc etiam locum habeat? 594. 112.
Actio in factum, ob furtum vel damnum injuria datum contra Nautas, Caup. & Stabularios competens, ad quid hodiè detur? 139. 54.

NECESSITAS.

Quod alicujus potestati permittitur, id non subjicitur Juris Necessitati. 1501. 33.
Multum de justitia detrahit Necessitas. 275. 1901
Necessitas caret Lege. 537. 345.
Necessitas ipsa sibi facit legem. 537. 346.
Et licitum efficit, quod, citra Necessitatem, illicitum foret. 537. 347.
Statuto, regulariter, contravenire non creditur, qui ex Necessitate ei contravenit. 537. 348.
Solennitas à lege, vel statuto requisita, tempore Necessitatis relaxatur. 537. 349.
Verbum, Sollen / præsertim in Statutis, præcisam importat Necessitatem. 1294. 13. cons. 16. n. 688. & 956.
Multa necessariò fieri jubentur; sed ex Necessitate tantùm hypothetica. cons. 16. n. 970.
Illustratur hoc variis exemplis. cons. 16. n. 962. & seq.
Necessitatis pro tempore præterito nulla ampliùs ratio haberi potest. 1237. 147.
De testamento tempore extremæ Necessitatis, v. gr. in itinere à lethaliter decumbente, confecto vid. Testamentum.
Verba: Ab omnibus oneribus, quomodocunque nominentur, an etiam casus insolitissimæ Necessitatis complectantur? 403. 262. & seq. 406. 298. & seqq. 388. 76. junct. 413. 383. & seqq.
De Necessariis Nominum cessionibus, earumque jure, vid. Cessio. Anastasiana Lex.
Collectis ob extremam Necessitatem indictis vid. Immunitas.

NEGATIO. NEGATIVUS.

Quod de uno dicitur, de alio negatur. 202. 456.
Frequentissima Reorum Negatio, regulariter, non attenditur. 1473. 297.
Quando factum est notorium, tunc sola Negatio non facit rem dubiam. 1786. 20.
Negativa responsio in ipsa quæstione frequenter latitat. 142. 85.
Adversus se propositæ Negativæ, quòd hoc vel illud non adimpleverit, non contradicens, hanc ipsam Negativam confiteri intelligitur. 191. 351.
Negatio adversarii, in casibus, quando evidens contrarii probatio suppetit, vel una, aut plures præsumtiones Neganti adversæ sunt, non reddit rem dubiam. 229. 755.

NEGATORIA ACTIO.

In actione Negatoria dominium incidenter solùm in judicium deducitur, hinc & præsumtiva solummodò ejusdem probatio sufficit. cons. 21. n. 26. & seq.

NEGLIGENTIA.

De Negligentia Judicis vid. Judex.

NEGOTIUM. NEGOTIORUM GESTIO. NEGOTIATOR.

Quicunque alienis Negotiis se immiscet, imprudenter hoc ipso facere censetur, & seipsum suspectum reddit. 935. 329.
Negotiorum gestor gratuitam domino, & ab omni lucro abstinentem fidem præstare debet. 1167. 694.
Etiam indebitum, gestori solutum, domino Negotii restitui debet. 1167. 695.
In bonis Negotiorum gestoris nullum jus hypothecæ, imò ne quidem personale exigendi privilegium competit. 1422. 224.
Negotiorum Gestor, etiam Fructus, salvo jure fructuario, nomine sui principalis, benè percipere potest. 689. 201.
Quoties negotium ex necessaria vel utili ratione à Gestore inchoatum & susceptum ostendi potest, actio negotiorum gestorum indubiè cum effectu intentari potest. 1450. 97.
Quibus casibus actio negotiorum gestorum locum habet, illis etiam actio de in rem verso obtinet. 1450. 96.
Utrum actio familiæ ercisc. & neg. gestorum ità possit concurrere, ut alter hæredum eligere

valeat, utra contra cohæredem experiri ei lubeat? 1168. 697.

NEPOS. Conf. LIBERI.

Sub nomine der Leibs-Erben etiam Nepotes continentur. 775. 48. & seqq.

Itidemque sub nomine Filiorum ex proprio corpore natorum. 775. 50.

Nisi alia disponentis sententia & mens aliundè appareat. 775. 51. & seq.

Sanguinis continuatio est etiam in Nepotibus. 775. 53.

An sub conditione, si sine Liberis, etiam Nepotes comprehendantur? vid. plura sub voc. Liberi.

Propter sanguinis continuationem etiam Nepotes, & porrò sequentes, de eodem quorumcunque ascendentium tùm corpore, tùm sanguine nati dicuntur. 775. 56. & seqq.

Gravamen injunctum filio non extenditur ad Nepotem. 30. 258.

Æqualis dilectio & affectio erga Patruum & Nepotem non patitur Nepotem per patruum excludi. 866. 111.

In multis Juris capitibus aliter Filii, aliter Nepotes appellitantur. 1386. 20.

NOBILIS.

Dignitas Nobilitatis omnem simulationis, ingratitudinis, falsitatis, & calumniæ suspicionem excludit. 291. 107. 492. 26. 400. 227. & seq.

Hinc, si cessio nominis inter ejusmodi personas, viliore licet pretio, fiat, tamen Legis Anastasianæ dispositio, ob cessantem fraudis suspicionem, vix pedem figere potest. 1178. 83.

Nobiles observantiæ & moribus inter ipsos obtinentibus se conformare voluisse censendi. 833. 123.

Magnificum, liberalem & munificum esse, laus Nobilium haud ultima est. 696. 720.

Manca sine divitiis est Nobilitas. 960. 681. & seq. 398, 212. & seqq.

Conditio Creditoris, ob debitoris Nobilitatem, regulariter, haud debet reddi deterior. 1692. 39.

In hac Q. Utrum prædia Nobilium, in dubio, pro feudalibus vel emphyteuticis, haberi debeant? qualitatis personarum magna habetur ratio. 1213. 34.

Nobiles, in dubio potiùs feudalia, Ritter-Güther / quàm solùm emphyteutica prædia, Erb-Zinß oder Baur-Güther / possidere præsumuntur. 656. 173. & seq. 1213. 35.

Etiam Nobiles emphyteusin habere & acquirere, & exindè collectis & aliis oneribus obnoxii fieri queunt. 656. 175. 1213. 36.

An etiam in Saxonia? 300. 41. & seqq.

Nobiles etiam plebeja & burgensatica feuda possidere, & exindè omnibus, tàm ord. quàm extraordinariis oneribus subjici possunt. 1212. 30. 1219. 121. & seqq. 1220, 123.

Nobilis Imp. immediatus burgensatica & in æstimum pridem relata bona, ceu ab omnibus collectis immunia, possidens, illa ipsa bonorum catastratione, licet plenè probari queat, insuper habita, tamen immunitati legitimè quæsitæ relinqui debet. 104. 486.

Nobiles immediatè Imperio subjecti non privatæ sunt personæ; sed publicis rectè annumerantur. 831. 108.

Nobilis Imp. immediatus in suo territorio tantundem juris habet, ac Imperator in toto Imperio, aliique Imperii Status in suis territoriis. 832. 109. 969. 719.

Imperii Romano-Germanici Principibus, regulariter, non competit jus Nobilitandi. 1211. 12. & seq.

Habito respectu ad personæ dignitatem & nonnulla privilegia, Equites, & Nobiles, die Ritter / und die von Adel / in aliquibus differunt. 1218. 102. & seqq.

Natalibus Nobiles, insimùlque equestrium prædiorum possessores etiam ad regionis conventus sunt vocandi. 1219. 112.

De Libris Nobilium jurisdictionalibus & censualibus vid. Liber.

Promissione bey Adelichen Ehren / Treu und Glauben / vid. Promissio.

Consuetudine Nobilium in scriptis contrahendi vid. Scriptura.

Ordine Nobilitatis Imp. immediatæ, potissimùm, Suevicæ vid. Equestris Ordo.

Nobili Feudo vel Vasallo vid. Feudum. Vasallus.

Filiarum nobilium successione in feudis vel Fideicommissis vid. Feudum. Fideicommissum. Renunciatio. Pactum.

Jure Operarum, quas Nobiles à suis subditis exigere possunt, vid. Operæ.

Fideicommissis & Pactis familiarum & personarum Nobilium vid. Fideicommissum. Pactum.

Donationibus Nobilium immediatorum vid. Donatio.

NOMEN. NOMINATIO.

Nomina & cognomina quo fine inventa sint? 1539. 37.

Nomina rerum & personarum certitudini inserviunt. 652. 109.

Nomen est consequens ipsius rei. 652. 108.

Cui Nomen tribuitur, ei Nominis effectus denegari non debent. 623. 132. 652. 107.

Res Nomine carens, etiam Nominis fructu carere debet. 623. 131.

De Nomine frustra disputatur, ubi qualitas rei ex se satis est certa. 623. 130, & 133.

Contrahentium mentis haud postremum indi-

cium

cium est Nomen à contrahentibus contractui inditum. 647. 15. 1507. 30.
Etiamsi negotium inter ipsos celebratum ad alterius contractus naturam propiùs accedat. 647. 16.
Modò non propria contractûs natura reclamet. 1507. 31.
Geminata restrictio vim habet specialis Nominationis. 774. 39.
Germanicæ dictiones, Stamm und Nahm/solos masculos comprehendunt. 398. 207.
Unum idemque Nomen Germanicum, in diversis scripturis, & diversis temporibus, diversimodè effertur. cons. 21. n. 39.
Mutatio Nominis, regulariter, cuilibet permissa est. 1539. 35.
Qui falso Nomine in alterius detrimentum utitur, eoque in celebratione contractuum, ne ex illis conveniatur, sese alium simulat, crimen falsi committit. 1539. 36.
De erasione Nominis vid. Falsum.
Nominatione criminis socii vid. Socius.
vocatione ad hæreditatem, fideicommissum, &c. sub Nomine collectivo facta vid. Testator. Fideicommissum. Liberi.
Ordine Nominationis vid. Scriptura.

NON-USUS.

Ex eo, quòd dominus certa specie operarum, per plurimos annos, non opus habuerit, sicque iisdem non-usus fuerit, longæva consuetudo, ab his operis liberans, extundi non potest. 237. 827. & sq.
Licet talis Non-Usus fuerit immemorialis. 237. 829.
Quo casu aliud dicendum? 237. 832.

NOSTRUM.

Vid. Meum.

NOTARIUS.

Cuilibet Notario, à Comite Palatino, vel ab ipsomet Imperatore, peculiare Notariatûs signum concedi solet, quod ab ipso deinde mutari nequit. 1501. 31.
Testes, absque judiciali commissione, à solo Notario examinati nullam faciunt fidem. cons. 18. n. 10. & 14.
Hypotheca coram Notario & testibus constituta sine dubio est publica. 1410. 99.
Ad excludendum remedium L. 7. C. unde vi. non sufficit, possessionem per Notarium publicum fuisse apprehensam. 1047. 55. & sqq.
Quando de contractibus vel pactis quæritur, dictio Libellus nihil aliud denotat, quàm brevem & rudem delineationem punctorum, de quibus inter partes convenit; qualem etiam Notarii in suis protocollis conscribere solent. 834. 141.
Talis brevis consignatio sive punctatio à Notario facta non priùs obligatoria est, quàm si desuper solenne & omnibus numeris absolutum instrumentum confectum fuerit. 834. 142.
Quid ad hoc requiratur, ut hujusmodi instrumentum dicatur perfectum? 834. 143.
De Jure competentibus exceptionibus frequentissimè non tàm ex vera & seria paciscentium mente, quàm ex insulsa Notariorum consuetudine renuntiatur. 340. 29. & sq.
Scriptura Notarii, sine publica forma, pro privati tantùm scriptura habetur. 930. 279.
De instrumentis publicis, præprimis super ult. voluntatibus à Notariis conficiendis, eorumque requisitis, vid. plura sub voc. Instrumentum. Testamentum.
confessione coram Notario & testibus facta vid. Confessio.

NOTORIUM.

Notoriè multa Notoria dicuntur, quæ Notoria non sunt. 341. 43.
Aliud Notorium est, aliud quasi Notorium. 341. 44.
Confessio adversarii inducit Notorium. 191. 344. 194. 379.
Notorium quatenùs per Acta inducatur? vid. Acta.
Quando factum est notorium, tunc sola rei negatio non facit rem dubiam. 1786. 20.
Adversus apparens Notorium reus nihil allegare potest, quod sit coloratum. 1786. 21.
Notorium notoriè vim habet sententiæ, neque ulteriore eget probatione. 191. 345.
In Notoriis ordo juris non observatur. 1276. 11.

NOVATIO.

Per transactionem cum illis, quæ priùs inter vivos conventa, vel mortis causa disposita fuere, haud compatibilem, inducitur Novatio. 875. 236.
Licet animus Novandi expressis verbis non fuerit declaratus. 875. 237. junct. 876. 242. & sqq.
Ad inducendam, in talibus terminis, Novationem sufficere dicitur, ut contrarium, ne videlicet Novatio fieret, inter transigentes partes non fuerit actum. 875. 239.
Ubi primordiali obligationi, ex contractu descendenti, per transactionem aliquid adjicitur, & animus Novandi non specificè declaratur, creditor ex utraque obligatione agere valet, ità nempe, ut, quod in una deest, ex altera suppleatur. 876. 243. & sqq.

NOVELLA.

Novellæ 134. c. 10. etiam maritus, cui uxor innocens adulterii reiterati gratiam facit, particeps est. 1194. 42.
Ordinatio Crim. Carolina hanc Nov. non sustulit. 1194. 43.

NOVERCA.

A binubo Parente, si plus liberorum prioris matrimonii Novercæ assignetur, quàm uni ex illis,

lis, illud plus pro non scripto vel relicto haberur, liberisque prioris matrimonii defertur. 1267. 162. Conf. Donatio.

NOX. NOCTURNUS.

Merces pretiosas & nullius ferè ponderis per Noctem in rheda relinquens, nec easdem cauponi custodiendas tradens cujus culpæ reatum incurrat? 603. 239. & sq.

Quomodo tales res, potissimùm Noctu, debeant custodiri? 604. 244. & sqq.

Etiam temporis Nocturni circumstantia delictum, in ordine ad pœnam, haud parùm aggravat. 1343. 81.

Furta, latrocinia, & similia delicta plerumque Noctu committi solent. 1343. 82.

Horror Nocturnus omne ferè consilium & auxilium, aliundè petendum, excludit. 1343. 83.

De fure Nocturno vid. Furtum.

NULLUM. NULLITAS.

Quæ ab initio statim Nulla sunt, regulariter, solo temporis tractu convalescere nequeunt. 1485. 43.

Tametsi de actu geminato quæratur. 1485. 43.

Quando actus metu gestus ab initio ipso jure Nullus fuit, tunc ex actibus subsecutis, regulariter, ne quidem metus purgatio colligi potest. 1619. 148.

Filio per Rescriptum Principis vel Comitem Palatinum legitimato, in testamento paterno præterito, vel non ritè & legitimè exhæredato competit querela Nullitatis. 1270. 203.

Nullitatem, in una vel altera negotii parte vel articulo commissam, non semper totius negotii Nullitatem post se trahere, variis exemplis ostenditur. 829. 73. & sqq.

De confirmatione negotii ipso jure nullius vid. Confirmatio. Transactio. Geminatio.

Sententiæ ac processus Nullitate vid. Sententia. Judicatum. Processus.

NUMELLÆ.

Pœna Numellarum, in Ducatu Würtembergico, pro corporis afflictiva habetur. cons. 17. n. 62.

Utrum senibus etiam positio ad Numellas sit remittenda? cons. 19. n. 92.

Pœna positionis ad Numellas, fustigationem aliàs præcedens, personis epilepsia laborantibus plerumque remittitur. 1570. 47.

NUMERUS.

Numerus pluralis frequentissimè etiam in uno solo verificatur. 30. 255. 43. 382. 62. 550. 679. 51. 696. 297.

Numero plurali, etiam circa liberorum nomen, in numero singulari frequenter satisfit. 62. 550.

Quod tùm in supremis morientium elogiis, tùm in Statutis crebrò occurrit. 62. 551. & sq.

Numerus pluralis in singulari semper verificatur, cùm eadem est ratio unius & multorum, & pluralitas non pro forma requiritur. 62. 554. & sq.

Idem etiam tunc præcipuè obtinet, quando necessitas hoc ità efflagitat, vel ubi contraria interpretatio evitanda. 62. 556. 63. 569.

Vel quando agitur de aliquo futuro conditionali. 63. 560.

De magno liberorum Numero vid. Liberi.

NUMMUS BIBALIS.

De Nummis bibalibus; vulgò Weinkauff, vid. Immobilis.

NUNDINÆ.

Facultas contrahendi cum Judæis in pragmaticis Imperii Rom. German. sanctionibus ad solas Nundinas publicas restricta est. 1186. 27.

Extra Nundinas Christiani non aliter validum contractum cum Judæis inire possunt, quam si ille à competente Christiani Magistratu corroboretur, & sub autoritate illius celebretur. 1186. 28. & sq.

NUNTIUS.

Nuncius cùm alio, nomen alterius ex epistola eradente, & suum substituente, colludens cuinam actioni se obnoxium reddat? 146. 126. & sqq.

De Rapina proditoria, per publici Nuntii, collectas bellicas portantis, hostibus proditi de deprædationem commissa vid. Cons. 5. & 6. per tot.

Nuntii publici ab *omni injuria & spoliatione* securi esse debent. 276. 205. & sq.

Etiam jurati Civitatum Nuntii seu Tabellarii publicis signis instructi sunt. 600. 194.

Quatenùs Nuntio de insinuata citatione fides habenda, vel non? vid. Citatio.

Nuntii, regulariter, tantùm de lata, aliquando de levi; sed vix ullo in casu de levissima culpa respondere tenentur. 600. 185.

Necessitas nos adigens, ut etiam juratis & publicis Nuntiis nostras literas, & iis includenda concredamus, actionem de recepto contra illos non fundat. 600. 184.

De Donatione per Nuntium facienda vid. Donatio.

NUTUS.

Fideicommissa etiam solo Nutu constitui possunt. 1771. 54.

OBLATIO.

Pecuniæ debitæ Oblatio realis, & judicialis, seu in loco judicii facta, judicantur ad pariæ. 1056. 165.

OBLIGATIO.

Inter nativitatem Obligationis & actionis nec unicum momentum intercedere potest. 702. 368. & seqq.

Stipulatio quantitatis annuæ, bimæ, trimæ die solvendæ, an pro una, vel pluribus haberi debeat? 702. 373.

Licet trium summarum stipulationes hîc admittantur;

tantur; hoc tamen non impedit præsentaneam Obligationis nativitatem. 702. 374.
In obligationibus in diem contractis quare dies adjectus censeri debeat? 702. 370. & seqq.
Humana imbecillitas ad Impossibile obligari haud debet. 537. 336.
In dubio nemo se ad plus obligare voluisse præsumitur, quàm de jure tenetur. 943. 483. 79. 714. 424. 552.
Quæ voluntariè ab aliquo geruntur, non ultra, quàm gerit, ipsum obligant. 950. 499.
Ad impossibile Obligationem Leges ubique, tàm in contractibus, quàm sententiis, & præceptis, odio habent justissimo. 1475. 317.
Nemo alteri ex suo contractu, vel pacto, nostris etiam moribus, Obligationem & actionem acquirere potest. 872. 192.
Etiam Mater suis liberis. 872. 193.
Tàm legitima, quàm naturalis. 1264. 122.
Quilibet, etiam extraneus, futuris suis hæredibus Obligationem & actionem acquirere potest. 872. 194.
Si illis, qui tantùm hæredes nostri erunt, paciscì possumus, quanto magis ergò illis, qui & liberi, & simùl hæredes nostri sunt? 872. 198. & seq.
Qua ratione hoc in specie In fideicommisso conventionali fieri possit? vid. Fideicommissum.
Hodiè quamplurimi DDres contendunt, quòd quilibet alteri ex suo pacto Obligationem & actionem acquirere valeat. 874. 219.
Præsens & tacens ad hunc effectum, ut ipse alteri obligetur, pro consentiente non habetur. 1709. 79.
Idem dicendum, si de exceptione vel actione ipsi tacenti acquirenda quæstio sit. 1709. 80. & seqq.
De Instrumento debendi seu Obligationis vid. Instrumentum.
Verus debitor naturaliter & civiliter obligatus, per sententiam Judicis absolutoriam, vires licet judicati nactam, à nexu naturalis suæ Obligationis non liberatur. 1079. 431.
Hæc Clausula: Wir / die Schuldner / wollen auch dise willkührliche Obligation nicht anders deutten / als sie im buchstaben lautet / und vom Herrn Glaubiger und seinen Erben allein verstanden und gedeutet wird / sit exaudienda? 1306. 185. & seqq.
Ubi nulla Obligatio, ibi nec ulla liberatio concipi potest. 742. 324. 234. 796.
De Obligatione per vim militarem illicitam extorta vid. Vis.

OBREPTIO.

Confirmatio negotii, per transactionem ipso jure nullam decisi, vitio Obreptionis laborare censetur, si non plenus totius negotii status confirmanti fuerit repræsentatus. 1233. 108.

OBSERVANTIA.

Ad Observantiam, non novi juris constituriva; sed actûs præcedentis saltem interpretativam pauci actus requiruntur. 209. 540. & seqq.
Observantia etiam unico actu introducitur; cui omnes sequentes sunt conformandi; contra quàm juris est in Consuetudine. 121. 163. 676. 14.
Observantia etiam unius saltem actûs paciscentium veram & genuinam mentem demonstrat. 302. 68. 209. 539.
Observantia ubivis attendenda, licet verba ipsius dispositionis vel pacti reclament. 211. 554. 838. 197.
Observantia quatenùs verbis dispositionis potior habenda? 838. 197. 676. 15. 683. 112. & seqq.
Si præsertim appareat, interpretationem dispositionis non esse rectam? 676. 16.
Quando non constat, quid à partibus actum, tunc immediatè subsecutæ Observantiæ vel non-Observantiæ acquiescendum. 838. 196. 35. 300. & seq. 302. 67. 304. 91. & seq.
Observantia subsecuta omne dubium tollit. 302. 69. 210. 551. & seqq.
Observantia omnium interpretationum regina audit. 209. 556. 210. 553.
De eo, quod diuturna Observantia dilucidum fecit, dubitare, vel ei contravenire velle, incivile reputatur. 210. 548.
Omnium optima probatio est. 211. 559.
Observantia potentissimè arguit, ità etiam de præterito obtinuisse, & in futurum servari debere. 211. 562. 302. 70.
De præsumtione ex Observantia temporis præsentis vel præteriti deducenda vid. plura sub voc. Præsumtio.
Quatenùs observantia ad præsumtionem adhibitorum Solennium ex solius temporis lapsu fundandam requiratur? vid. Solenne.
Observantia interpretativa duntaxat in dubiis locum sortitur. 681. 117. & seq.
In casibus non-dubiis prætensa Observantia nihil præjudicat. 683. 119.
Ex hoc, quòd contrarium ejus, quod in aliquo instrumento continetur, diu fuerit observatum, non minima falsitatis conjectura pronascitur. 219. 638.
Ex Observantia Majorum familiæ genuina agentium voluntas colligitur. 1146. 436.
Nobiles Observantiæ & moribus inter ipsos obtinentibus se conformare voluisse censendi. 833. 123.
Quando de Observantia in loco non constat, ad Observantiam aliorum locorum, in vicinia sitorum, eidem domino subjacentium, recurritur. 206. 506.
Etiam in odiosis & onerosis. 206. 507.
Si per tempus longissimum, imò planè longævum, post obitum plurium interea temporis mortuorum Agnatorum, nulla de feudi melioratione bus, filiabus satisfactio præstita fuerit, ex hac tàm diuturna familiæ Observantia

vantia justissimè ista intentio colligitur, quòd demùm in casum, si feudum aliquando, ob defectum masculorum, domino fuerit apertum, illa melioramenta ad successores allodiales devolvi debeant. 30. 82.
Ubi non de juris constituti ignorantia; sed de ejus Observantia & usu quæritur, de quo DDres valdè variè testantur, ibi talis ignorantia haud improbabilis habetur. 1062. 239.
Observantia Judicii erronea non jus dat ad exercendos actus similes illis, qui priùs erroneè fuere peracti. 119. 139. & seq.
Casus per amicabilem compositionem decisus non infringit Observantiam. 453. 902.
Pactum familiæ non observatum nullam meretur considerationem, nec quenquam obligat. 839. 199. 1064. 270.
Non magis quàm Lex vel publicum Statutum moribus utentium non comprobatum. 839. 200. 1064. 271.
De Observantia Statuti, & exindè facienda ejusdem interpretatione vid. Statutum.
Observantia quoad Operas rusticorum vid. Operæ.
Ubi de alicujus contractus initio, substantia, & forma Judicibus constat, contraria Observantia nullatenùs attenditur. 683. 112.
Erronea Observantia non debet esse majoris efficaciæ, quàm obligatio ex contractu pronata. 683. 113. & seq.
Observantia Statuto satis claro adversa nullius momenti est. 683. 114.
Idem de Observantia testatoris satis claræ voluntati contraria judicium ferendum. 683. 115.

OBSIGNATIO.

Obsignatio non probata cum planè non facta judicatur ad paria. 948. 470.
Obsignatio rerum hæreditariarum, Hodiè, multis in locis, solennis inventarii confectionem præcedere solet. 948. 477.
Per Obsignationis rerum hæreditariarum permissionem defuncti Voluntas non præsumitur agnita, vel approbata. 948. 474. & sqq.
Actualis relictorum Legatorum præstatio post mortem testatoris confestim facta, insigni argumento est, arcas & cistas hæreditarias non fuisse obsignatas. 948. 473.

OCCASIO.

Quatenùs Occasio ad crimen Adulterii reiterandum alicui data remissionem pœnæ capitalis operetur? vid. Adulterium.
Possessio Villæ prope Principis saltum majorem feris insidiandi præbet Occasionem. 573. 114.
De damno Occasionem dante vid. Damnum.

OCCULTATIO.

Vid. Reticentia.

OCCUPATIO.

Eodem jure censetur is, qui rem per vim rapit, & qui rem vacuam ad se non pertinentem de facto occupat. cons. 20. n. 32.
De Occupatione actionem spolii fundante vid. Spolium.
Hæreditatis vid. Hæreditas.

ODIUM. ODIOSA.

Odiosa sunt restringenda. 567. 17.
Quod in alicujus favorem introductum, non debet retorqueri in ejus Odium. 388. 69.

OFFENSIO. OFFENDERE.

De Mandato de non offendendo vid. Mand. de non offendendo.
De Offensione verbali vid. nonnulla sub voc. Homicidium.

OFFICIALIS. OFFICIUM.

Officiales in aliquo loco commorantes, nec cives in illo, nec incolæ sunt. 551. 56.
Facta Officialium an etiam Principi vel alii domino præjudicare valeant? 174. 146. & seqq. junct. 241. 871. & seqq.
Quid dicendum de illis, quæ publici Officiales omittunt? 241. 874.
Utrum Officialium scientia & negligentia, in remittendis, vel amittendis domini juribus, eidem officiat? 174. 148. junct. 241. 875.
Abbatissa Cœnobii, ab Officiali suo, & eo præsente, gesta, ipsius Cœnobii sigillo corroborans utrum ei *præjudicet?* 174. 149. & seqq. junct. 141. 876. & seqq.
Alterius Officio se immiscentes, regulariter, sunt punibiles. 772. 23.
An Senator ex eo, quòd baculi, post sententiam, in causa capitali publicatam, à Judice confracti, partem ipse, & alteram carnifex sustulerit, à suo collegio excludi mereatur? vid. cons. 15. per tot.
An, propter hoc indecorum factum, mulcta pecuniaria dictari possit? 355. 15.
Pœna remotionis ab Officio senatorio nonnisi ob facta probrosa decernitur, quæ infamia vel juris, vel facti comitatur, vel ad minimum levis notæ macula. 355. 17. & sq.
Remotio ab Officio honorifico infamiæ juris petissequa est. 502. 63.
De persona in honorifico Officio constituta, in dubio, error potiùs, quàm dolus malus præsumendus. 500. 19.
Formido sui ipsius contemtûs &, dehonestamenti alicui commissi eminentis Officii, non patitur credere, ab ipso aliquid illiciti factum esse, quod tùm probrosam superiorum reprehensionem, tùm ab ipso facti operis destructionem mereatur. 486. 282.
Publicus Officialis neminem offendere præsumitur, nisi causa appareat. 548. 18.
Jurati Officiales nihil à veritate alienum in libro censuali scripsisse præsumuntur. 1647. 36.

Et proindè nec error ab ipsis commissus intelligi debet. 1647. 37.
Quæ palàm, imò cum publici Officialis, & totius Judicii sincera approbatione peracta sunt, regulariter, nullam doli vel fraudis suspicionem admittunt. 1457. 151.
In oculis & auribus Principis Officialium & saltuariorum feras venantes, ob protervam & maximam suam audaciam, severiùs puniuntur. 570. 78.
Officialis in testamento, in quo ipsius dominus hæres instituitur, vel alio modo honoratur, benè testis munere fungi potest. 1489. 91. & sqq.
Officialis publicus fidem, ut testis, in judicio facturus jurare prius tenetur. 432. 10.
Testimonium publici Officialis dominum, in casu damni per famulum alteri dati, valdè relevat. 605. 266.
Commoda ex Officiorum publicorum vacatura, collatione, vel aliàs, redundantia spectant ad usufructuarium. 681. 76. & sq. 1739. 24.
De contractu ab Officiali Principis in loco, ubi jurisdictionem nomine Principis exercet, cum Judæo celebrato vid. Judæus.
salariis Officialium vid. Salarium.
libris Officialium vid. Liber.
rationibus Officialium vid. Ratio.
Officio judicis, ejusdemque imploratione vid. Judex. Imploratio.
conventione cum Officiali de mortuarii quantitate inita vid. Mortuarium.
confessione coram Officiali facta vid. Confessio.

OLDRADUS.

De famigeratissimo Consilio Oldradi 21. vid. 29. 245. 42. 368. sqq. ibique passim.

OMNE. Conf. Universalis.

Dictio, Omnes, universalis & latissima est, ac nullam, præsertim ab homine prolata, restrictionem admittit. 414. 408. 779. 120.
Latina vox, Omnia, eidemque æquipollens Germanica, Einzige / prolata ab homine, prohibet Omnem deductionem, quæ aliàs fieri potuisset. 414. 399.
Omne, qui dicit, nihil excludit. 346. 32. & 30. 403. 260. 682. 92. 1738. 13.

ONANITICUM CRIMEN.

Crimen Onaniticum adulterii crimen aggravat. 350. 10.

ONUS.

Omnes conventiones, in dubio, ità semper interpretandæ sunt, ut Oneri ab altero contrahentium suscepto par commodum obveniat. 731. 196.
Satis onerosum est, uno Onere quem premi; longè verò onerosius, aliquem Onere omninò suffocari. 176. 169. & seq. 1213. 43.
Quatenùs à testatore honoratus ab eodem quoque gravari vel onerari possit? vid. Testator.
Nihil tàm naturale est, quàm eum cujusvis rei Onera sequi, quem sequuntur ejus commoda. 66. 599.
Ità tamen, ut illa hisce non sint majora. 69. 629.
Nemo suos hæredes nimiùm onerare voluisse præsumitur. 80. 725.
Non est ferendus, qui lucrum quidem amplectitur, Onus verò eidem annexum contemnit. 1760. 55. & seq.
Verba: Ohne einzige Beschwehrde / sie haben nahmen / wie sie wollen / ab omnibus, aut quomodocunque nominentur, quid comprehendant, & quomodo veniant interpretanda? 388. 76. & seq. 403. 262. & sq. 406. 298. & sqq. junct. 413. 383. & sqq.
Enumeratio nonnullorum Onerum specialis, adjecta generali, in alterius favorem factæ, dispositioni, genus plane non restringit. 413. 388.
Copula, Et, Und / si cum talibus, v. gr. dictionibus: Ohne einzige Beschwehrde / totum genus designantibus, connectatur, genus illud ad sola specificata pariter non restringit; sed tantùm abundantem quorundam specificationem designat & regulam. 413. 392. & sqq.
Hæc assecuratio, quòd prædium alteri cessum ab omnibus aliis Oneribus & debitis liberum sit, non frustrà facta intelligi debet. 423. 549.
De Onere legitimæ adjecto vid. Legitima.

OPERÆ.

Ad Jus Operas exigendi, tàm indefinitas, quàm definitas, etiam proficit titulus jurisdictionis. 225. 703.
Ex jurisdictione, domini hodiè, ad exigendas Operas indeterminatas, tamdiu fundatam intentionem habere dicuntur, donec subditi probent, se teneri tantùm ad determinatas. 212. 571. 226. 718. sqq.
Utrum hoc jus sublimi territorii juri adhæreat, vel civili duntaxat jurisdictioni? 225. 704. & sqq.
Die Leistung der Frohndienste hodiè dicitur das kleinod der Nidern Gerichtbarkeit. 225. 709.
Dominus pagi de jurisdictione investitus, per exercitium unius saltem actus, quasi possessionem totius juris Operas exigendi acquirit. 227. 728.
Exactio Operarum, per multos annos continuata, intelligitur facta virtute Vogthejæ. 227. 728.
Talis possessio pro jure est, donec à petitore aliud superius jus legitimè doceatur. 227. 730.
Non omnes homines proprii ad indefinitas Operas tenentur. 167. 66. & sqq. 227. 732.
An rei confessio, quòd omnes homines proprii ad indefinitas Operas teneantur, etiam jus recipere possit, & confitenti præjudicet? 166. 56. & sqq. junct. 227. 732. & sqq.

Obligatio seu conditio rustica, vel colonaria, regulariter, ad Operas & servitia indeterminatè obstringit. 228. 734.

Non soli mansorum, der Fröhnen oder Frohn-Güter possessores; verùm etiam alii homines proprii, & rustici, qui nullum omninò prædiolum possident, ad Operas tenentur. 239. 849.

Hinc aliæ Operæ rusticales dicuntur, Ahr-Wagen- und Pflug-dienst / aliæ verò manuariæ, vulgò Hand- und Pflug-frohnen / Hapendienst / &c. 239. 850. & sqq.

Vocabulum Fröhne / oder Fröhnin quid denoter? 166. 55.

Inter causas Operarum inductivas jus agricolationis fere palmaria est. 165. 45. & sq.

An, præter hoc vinculum, etiam tacita vel expressa de Operis præstandis conventio requiratur? 165. 47. & sqq. junct. 239. 848. & sqq.

Qui titulum suæ quasi possessionis juris Operas exigendi habet, tametsi inutilem, is nunquàm jure familiaritatis; sed proprio possedisse existimatur. 199. 422.

Operæ ex sola familiaritate præstitæ imposterum nihil præjudicii pariunt. 169. 86.

Præsumptio violentæ & precariæ quasi possessionis ad solas novas, insolitas, & intolerabiles Operas restringitur. 199. 423. & sq.

Præsumptio vitiosæ Operarum quasi possessionis in illis dominis, qui recognoscunt superiorem, post lapsum decennii, omne robur amittit. 199. 425.

Tales rustici, si Operæ ab ipsis indebitæ exigerentur, vel contradicturi, vel immunitatem suam mordicùs propugnaturi, vel ad superiorem illicò recursuri intelliguntur. 199. 425.

Præsumptio, in dubio, pro dominis, præcipuè ecclesiasticis, militat, & omnium maximè, pro Abbatissis, Operas indebitas haudquaquàm ab ipsis fuisse exactas. 201. 437.

An supradicta familiaritatis &c. exclusiva præsumptio, ex decursu temporis immemorialis collecta, sit juris & de jure, omnemque in contrarium probationem excludat? 201. 444. & sqq.

Ubi factum recens, quòd v. gr. intra tempus centenarium, aliqua vel protestatio, vel reservatio, contra Operas exactas, interposita fuerit, probari potest, ibi præscriptio temporis immemorialis facilè retunditur. 204. 484.

Ad præscriptionem Operarum immemorialem probandam quid requiratur? 193. 367. 204. 482.

Memoria contrarii ex instrumentis antiquis probati tùm demùm attenditur, si etiam juris Operas exigendi continuatio cum illis concurrat. 205. 487. & sqq.

Quando nobiliores & majores cœnobii, vel alterius domini communitates Operas indeterminatas ultra hominum memoriam à se & suis majoribus præstitas ipsi fatentur, hoc insigne argumentum parit, quòd etiam minores illius pagi, horumque incolæ eidem oneri obnoxii sint. 205. 493. & sq.

Operæ à domino, per præscriptionem, adversus majorem populi partem quæsitæ se ad omnes extendunt, etiam Operas eousque præstare non solitos. 206. 497.

Ubi etiam Majores in aliquem locum ad ædificandum necessaria advexisse probari potest, possessio vel quasi juris Operas exigendi satis inde probatur. 208. 520.

Exceptio familiaritatis contra numero plurimas, plurifarii generis, magnis sumptibus & laboribus, in & extra territorium, ultra hominum memoriam, absque ulla vel ab ipsis modò viventibus hominibus propriis, vel ipsorum majoribus, ullo casu interposita protestatione, vel reservatione, liberrimè præstitas, Operas incassum objicitur. 208. 525.

Si reus fateatur, adversarium possidere, & excipiat tantùm de vitio possessionis, onus probandi hoc ipsum vitium reo incumbit. 227. 726.

Operarum exactiones, tanquàm odiosæ, modis omnibus restringendæ. 169. 88. 176. 171.

Purgatio Lacuum, der Fisch-Weyher / utrum rusticis ad Operas præstandas obstrictis de jure incumbat? 189. 318.

Quasi possessio juris *Operas indefinitas exigendi per quos actus, inter alios*, probari queat? 189. 311. & seqq.

Confessio adversarii, etiam in probandis Operis rusticorum, omnium nobilissima & efficacissima est probatio. 194. 380.

Hæc Confessio rusticorum: Daß Sie selbst / auch ihre Groß- und Voc-Eltern / allerhand Frohnen / so offt es des Gotteshauses nothdurfft erfordert / demselben præstirt haben / ad quasi possessionem plusquàm ducentenariam juris Operas indeterminatas exigendi probandam sufficit. 194. 383. & seq.

Confessio Operarum indefinitarum, hâc adjecta qualitate, quòd illæ ex mera familiaritate præstitæ fuerint, an dividi valeat? 197. 402.

Ad probationem quasi possessionis hujus juris non sufficit, probari actus possessorios; sed necesse est, ut illi non sint turbatorii. 197. 404.

Præsumtio violentiæ & familiaritatis in XXX. vel XL. annorum & omnium maximè immemorialis temporis possessione excluditur. 198. 416. 199. 419. & sqq. 201. 434. & sqq.

Dominus quasi possessionem Juris Operas, determinatas, vel indeterminatas, à rusticis exigendi probans in illa tamdiù manutenendus, donec rustici in peritorio probent, eas dem indebitè fuisse exactas. 195. 386.

Tametsi dominus nullum possessionis suæ titulum ostendere valeat. 195. 387.

Talis quasi possessio per unicum actum legitimum inducitur. 195. 388.
Qui decennalem Operarum exactionem probat, multo magis in sua quasi Possessione manutenendus est. 196. 390.
Et omnium maximè, qui immemorialem, vel plusquàm centenariam quasi possessionem probat, ab ipsismet rusticis compluries, & quidem in judicio confessatam. 196. 392.
Tales rustici, etiam lite super Operis pendente, ad Operas tamdiu adigendi sunt, donec exemtionem suam legitimè probent. 196. 393.
Talis possessio immemorialis quemvis titulum tribuit, quemcunque in judicio allegare lubuerit. 196. 394. & seq. 220. 644.
Operæ per aliquot duntaxat annos sine protestatione præstitæ, quare ex debito præstitæ intelligantur? 197. 406. & seqq.
Probata præsentis temporis quasi possessione hujus juris, illa etiam in præteritum, & contra, ad hunc effectum, ut onus contrariæ probationis in adversarium rejiciatur, probata censetur. 208. 527. & seqq.
In controversiis de Operis rusticorum, si earundem specificatio, in scripturam redacta, in dubium vocetur, præcipuè spectari debet subsecuta Observantia. 209. 535. & sqq.
Quasi Possessio immemorialis sufficientissimum Juris Operas indeterminatas exigendi titulum præbere potest. 219. 641. & seqq.
Utrum & quatenùs jus Operas exigendi per præscriptionem acquiri possit? 220. 645. & seqq.
Hoc jus, an continuis, an discontinuis servitutibus magis assimilandum sit? 220. 646.
Subditi, ab Operis per tempus immemoriale præstitis, se subducentes, magis puniendi sunt, quàm servi in libertatem se vindicantes. 221. 662.
Tametsi nulla causa tamdiù exactarum Operarum probari queat. 221. 663.
Tanti temporis præscriptione munitus nullum alium titulum probare tenetur. 222. 664.
Quando dominus in quasi possessione juris Operas exigendi positus est, & rustici à certa specie immunitatem prætendunt, ipsis onus, hanc legitimè probandi, incumbit. 188. 303.
Remissio Operarum nunquàm præsumitur. 224. 698.
Ex eo, quòd Cœnobium, vel alius dominus certa specie Operarum, per plurimos annos, non opus habuerit, longæva consuetudo, ab his Operis liberans, extundi non potest. 237. 827. & seq.
Exactio Operarum res meræ facultatis est, & ideò, licet tempore immemoriali omissa, neque immunitatem rusticis, illarum debitoribus, tribuit, neque domino facultatem easdem exigendi ullatenùs adimit. 237. 829.
Si dominus suos subditos pro Operis sibi præstandis requisiverit, hi easdem recusaverint, & intra totum tricennium nullas præstiterint, tunc immunitatem ab illis se acquisivisse dicere possunt. 237. 832.
An Transactio super Operis evincat, quòd nonnisi Operæ definitæ debeantur? 169. 89. & sqq. junct. 240. 856. & sqq.
An ad Operarum remissionem in totum, vel tantum, fundandam, consensus Capituli, ut & aliæ canonicæ solennitates, præprimis Pontificis vel Episcopi consensus, ex solo longissimi vel immemorialis temporis lapsu satis probetur? 169. 68. & sqq. junct. 240. 859. & seqq.
Quando Operæ rusticorum vel hominum propriorum ad certum tempus, modum, numerum, loca, aliasque circumstantias limitatæ & restrictæ sunt, tunc dominus illas, regulariter, extendere nequit. 171. 121. & seqq. junct. 240. 862. & seq. 178. 196. & seq.
Quousque Operæ indefinitæ, per præscriptionem immemorialem quæsitæ, ad alios extendi possint? 244. 903. & seqq.
Operæ, per diuturnam saltem consuetudinem aliquatenùs determinatæ, jus exigendi Operas indeterminatas haudquaquàm excludunt. 240. 862. & seq.
Dominus, regulariter, pro Operis sibi debitis alias, licet eis similes, exigere nequit. 172. 126.
Nec loco Operarum à suis subditis vel hominibus, intra territorium præstandarum, alias extra territorium imponere potest. 172. 128. & seqq.
Hæc regula tamen multis limitationibus obnoxia est, præcipuè huic, si ab antiquo aliter fuerit observatum. 240. 864. & seqq.
Utrum rustici vel homines proprii ad Operas pro castro sui domini conservando, vel restaurando, præstandas obstricti, etiam ad novum castrum, vel ad alia ædificia, eidem Operas præstare teneantur? 173. 130. 240. 865. 243. 898.
Qui totalem, vel partialem, ab Operis immunitatem concedere nequit; nec jam anteà nulliter concessam libertatem confirmare potest. 242. 881.
Quænam requisita ad validam Operarum monasterio debitarum determinationem sint necessaria? 242. 884.
Etiam indefinitarum Operarum debitores ad novas nobilium arces exstruendas, aliaque similia nova Opera nullatenùs tenentur. 243. 898.
Ad solum & novum lucrum dominis procurandum homines proprii ad Operas præstandas, tametsi ad indefinitas teneantur, adstringi non possunt. 243. 899. & seq.
Antiqua forma, modus & consuetudo in Operis præstandis non impedit Operas indeterminatas. 202. 453. & seq.
Clausula reservatoria: Jedoch mir / meinem Gotte-

Gotteshauß/ und allen Nachkommen/ an aller Obrigkeit/ Herrlichkeit und Gerechtigkeit ohne Schaden/ etiam Jus Operas indeterminatas exigendi illæsum conservat. 203. 461.

Quæ moderatio circa publicas, per integrum annum præstandas, Operas observanda? 1197. 90.

Marito adulterii iterati reo etiam fustigatio & perpetua relegatio, favore matrimonii, liberorum, & conjugis, in Operas publicas aliquot mensium converti potest, licet correa fustigetur, & perpetuò relegetur. 1197. 85.

In Opere publico laborantes diutiùs alios, suo exemplo, à flagitiis absterrent, quàm relegati, vel fustigati. cons. 17. n. 76. & seq.

Pœna Fustigationis & perpetuæ relegationis, ex causa provectæ ætatis, in condemnationem ad Operas publicas haud dubiè mutari potest. 1363. 72.

Si Liberta, quæ Operas Patrono promisit, ad eam dignitatem perveniat, ut inconveniens sit, ei porrò consimiles Operas præstare, ipso jure hæ intercidunt. 1693. 41.

De Operis in societatem collatis vid. Societas. Operarum locatione vid. Locatio. Conductio. Donatione, Operarum conjugi vel parenti præstitarum remuneratoria, vid. Donatio.

OPIFEX. OPIFICIUM.

Unumquodque Opificium, regulariter, unius totius hominis indolem & universas vires requirit. 772. 9.

Germanorum veriverbia de illis, qui pluribus Opificiis incumbunt. 772. 10. & seq.

Ex simultaneo duorum Opificiorum exercitio multæ confusiones, lites, turbæ, & alia mala nascuntur. 772. 7.

Confusio licitorum, etiam Opificum, collegiorum, quibus Respublica carere non potest, Reipublicæ valdè damnosa censetur, & proin punibilis est. 772. 12. & seq.

In Imperio Rom. Germ. uni soli Opifici, regulariter, duo Opificia simùl exercere haud permittitur. 772. 6.

Consuetudines & statuta, quòd nemo simùl in duo collegia Opificiaria recipi debeat, valida sunt. 772. 7.

Prohibitio Saxonica, ne Pannifices conficiant pannos Atrebatenses, Vesalienses, & id genus alios, Harras und Niderländische Wahren. 772. 14.

Nehe- Nadler und Stöck- Nadler suas operas debent habere distinctas. 773. 15.

An idem de Frænariis & Ephippiariis, Riemern und Sattlern/ dicendum? 773. 17.

Tàm cognatis Opificiis si suæ cuique operæ relinquendæ, quanto minùs duobus diversis Opificiis interesse quis poterit? 773. 18.

Quid de simultaneo Alutariorum & Coriariorum Opificii, Loh- oder Roth- und Weiß-Gerber- Handwerckhs exercitio sentiendum? vid. Cons. 39. imprimis 773. 19. junct. 782. 160. & seqq.

Regula, quòd nemo simùl in duobus Opificum collegiis esse queat, limitatur, nisi aliud per longum tempus fuerit observatum, vel alia justa accedat causa. 782. 161. & seqq.

Privilegium simùl duo Opificia exercendi, tempore indultum, quo nemo alius eo in loco alterutri Opificio addictus fuit, veri beneficii rationem habet, ceu in nullius præjudicium tendens. 777. 86. & seqq.

Ex quo, & quanto magis, numerus civium & Opificum in tali loco augetur, ex eo etiam, & tanto magis, ejusmodi privilegium onerosum & damnosum, quoad hos, evadit. 777. 91. & seq.

Hinc & tanto strictiorem interpretationem, ex post, requirit. 777. 94.

Si, in ejusmodi casu, unus iste Opifex, multorum filiorum Pater, eos omnes, utrumque Opificium docere, & hi etiam omnes, eodem in loco, duo illa Opificia simùl exercere vellent, tunc contra istos justissimè urgeretur dispositio cap. 9. ẍ. de decim. 778. 97.

Si Pater, ex pluribus, quos habet, filiis unum saltem, vel alterum, in utroq; Opificio erudiret, utrum Collegia Opificum justam contradicendi causam habeant? 778. 98. & seq.

Ubi de Principis vel alterius privilegiantis voluntate & mente legaliter constat, tunc præjudicium ex *ejusmodi privilegio ad tertium* redundans *non impedit* latam ejus interpretationem. 778. 101.

Privilegium duo Opificia simùl exercendi alicui pro se & suis masculis Descendentibus, Mannlichen Leibs- Erben/ concessum an ad omnes ejus Descendentes extendi queat? 774. 42. & seqq.

Simultaneum duorum Opificiorum exercitium an sit res meræ facultatis? 783. 171.

An ex eo, quòd unus, vel alter filius, ità privilegiatus, à duplicis Opificii simultaneò exercitiò sponte desistat, aliis privilegiatariis subsequentibus Descendentibus præjudicetur? 783. 168.

An fratris unius factum aliis fratribus, vel eorum descendentibus hîc aliquid præjudicet? 783. 170. & seqq.

Qui materiam seu merces, hoc fine, coemunt, ut materiatum seu ex illa materia, sua propria opera, quoad formam, ab ipsis mutatas merces rursùs aliis vendant, non sunt mercatores; sed Opifices. 120. 153. & seqq.

Privilegia, & Jura specialia, mercatoribus indulta ad Artifices & Opifices nullam admittunt extensionem. 121. 159. & seqq.

Opifices, ratione mercedis, regulariter, nullum jus prælationis, etiam in Ducatu Würtembergico habent; sed in ultima saltem classe collocantur. 1419. 191.

An idem de illis dicendum, qui, ex sua materia, pro certo pretio aliquid efficiunt, præ-

primis si opus vel res, ab illis confecta, adhuc in bonis debitoris existat? 1419. 192.
De libro Rationum ab Opifice privatim conscripto vid. Ratio.
De Opifice, Excoriatoris tabernam, ad suos usus, conducente vid. Excoriator.
Opifices, per manum carnificis puniti, se & suam familiam vix ampliùs honestè alere possunt. cons. 17. n. 67.
Hinc Rescriptum Ducale Würtemb. Johann-Fridericianum, in gratiam Opificum Anno 1627. publicatum, commendatur. 1206. 95. cons. 17. n. 64.
De Mercibus Opificum, Handwerckhs-Waaren/ vid. Merx.

OPPIGNORATIO.

Vide Pignus.

ORATIO.

Una Oratione juncti pariformiter juncti intelliguntur. 808. 179.
Pluralis Oratio creberrimè resolvitur in singularitates. 679. 51.
De Oratione indefinita vid. Indefinitum.
Universali vid. Universale.
Speciali vid. Speciale.
Illativâ, & mediante eâ ordinato fideicommisso, vid. Fideicommissum. Liberi.

ORDINATIO CRIMINALIS CAROLINA.

Expenditur Constitutio Crimin. Carolina Art. 161. & 162. 1201. 37. & sqq.
Art. 16. declaratur. 760. 33. & sq.
Item Art. 157. 140. 60. & sqq.

ORDO.

De Ordine dilectionis vid. Dilectio.
scripturæ vid. Scriptura.
beneficio Ordinis vid. Fidejussor.
Ordine processus vid. Processus.

ORNAMENTUM.

Etiam illis in locis, in quibus, secundum mores modernos, complures res mobiles sub nomine immobilium comprehenduntur, etiam Ornamenta illo continentur. 418. 477.
Quæ Ornatus duntaxat causa habentur, non debentur emptori, tanquàm ædium pertinentiæ. 419. 483. & sqq.

ORPHANOTROPHIUM.

Orphanotrophii administratores potiùs tutoribus & curatoribus, quàm procuratoribus, æquiparantur. 618. 67.

PACTUM. Conf. Contractus.

Pactum nudum per consensum quovis modo declaratum perficitur. 1311. 13.
Hodiè solennis stipulationis efficacia Pacto nudo pleniſſimè est communicata. 288. 72. 750. 396.
Hodiè etiam simplex Pactum, modò sit absolutum, & non saltem contractûs adhuc ineundi præparatorium, pœnitentiam excludit. 750. 398. & sqq. 751. 411. 1707. 54. & sqq. 1709. 75. & sq.
Tale Pactum, nostris moribus, æquè efficax actus firmitatis rectè dicitur, ac de Jure Civ. stipulatio sic vocatur. 751. 412.
Quando nulla conventio pœnitentiæ exclusiva demonstrari potest, tunc etiam à jurato, futuri contractus saltem præparatorio, Pacto recedere licet. 1711. 98.
De Pacto futuri Contractus innominati præparatorio vid. porrò Contractus innominatus.
In Pacto, regulariter, nemo hæres instituì potest. 1261. 90. & sqq.
Pacta nec in ipso testamento, nec extra testamentum, nec inter ipsum testandi actum validè iniri possunt. 3. 24. & sqq.
An ob commixtionem Testamenti & Pacti, utrumque, vel utrum, Testamentum aut Pactum, vitio nullitatis afficiatur? in specie nostris moribus inspectis? 4. 31. & sqq. 5. 37. & 42. & sqq.
Pacta, quibus defertur hæreditas, bonis moribus adversari creduntur. 1262. 96.
Ratio diversitatis, quoad hoc, inter Pacta & ultimas voluntates. 1262. 97.
Aliquem in contractu vel Pacto hæredem suum nominans eundem propterea non censetur instituere. 1262. 98.
Pactum successorium in re singulari validum censetur. 287. 65.
De Pacto, quòd pro pecunia ex feudo redacta aliud feudum emi debeat, an sit successorium, & quinam ejus sint effectus? vid. Feudum.
Pactis Principum vid. Princeps.
Pacto bey Fürstl. Gräffl. Adelichen Ehren-inito vid. Promissio.
Pacta familiæ, à Principibus, Comitibus, imò etiam à Baronibus & Nobilibus omnimodam jurisdictionem habentibus condita, etiam sine Cæsarea confirmatione in vim legis valent. 402. 254. & sq. 412. 368. 827. 52. & sqq.
Quando aliud dicendum? 827. 52. 828. 59. sq. 839. 205. & sq.
Idem obtinet in Pactis, quòd bona paterna ad solos masculos successores pervenire, & è contra filiabus tantùm congruæ dotes exolvi debeant. 402. 256.
Quando quantitas dotis in illustri familia speciali Pacto determinata est, tunc quamlibet filiam, illa sibi soluta, contentam esse oportet. 411. 367. & sqq.
Nemini per Pactum, etiam familiæ, libera testandi facultas auferri potest. cons. 16. n. 712. & sq.
Vid. porrò Fœmina. Fideicommissum.
Pacta familiæ, ut filiæ in certis saltem bonis non succes-

succedant, in illustribus familiis frequentissima sunt. cons. 16. n. 716.

Verùm fideicommissi universalis, etiam omnia mobilia afficientis, inductiva conventio, à paucissimis agnoscitur. cons. 16. n. 717.

Pacta insolita pro se allegans exactè illa probare tenetur. cons. 16. n. 733.

De Pactis correspectivis vid. Correspectivum.

Renuntiatio exceptionis Pacti de futura successione Pactum de succedendo procul dubio præsupponit. 838. 194.

Pacto familiæ generali, per aliud speciale, antiquius licet, Pactum, multoque magis per plura hujusmodi specialia Pacta derogatur haud dubiè. 1068. 314.

Pacta de succedendo affirmativa etiam inter Parentes & liberos, inspectâ Juris communis veritate, prohibita sunt. 1259. 66.

Hodierna verò praxis illa eatenùs pro validis reputat, ut valeant in vim supremæ voluntatis, pro arbitrio revocabilis. 1259. 58. & 67. 1262, 99. & sqq.

Pater naturalis, nec in forma talis Pacti, liberis naturalibus, in casu existentis prolis legitimæ, ultra unicam unciam, aliquid relinquere potest. 1258. 57. & sqq.

Jure Romano, ex singulari saltem militiæ favore, conceditur, ut Pactum de succedendo in vim ultimæ voluntatis subsistat. 1262, 105.

DDres successoriis & aliis liberorum Nobilium Pactis eadem jura accommodant, quæ alii circa Principum contractus statuminant. 832. 110.

Eandem doctrinam etiam Pacto ab ejusmodi Nobilibus jurisdictionem habentibus, de feudo in unum ex agnatis vel filiis transferendo, inito applicat Betsius. 832. 111. & sq.

Pacta familiarum, ad hoc, ut omnes hæredes obligent, non aliter, quàm in scriptis, debere confici, idem Betsius pronunciat. 832. 112.

Eademque de Potentum & Baronum Pactis & conventionibus, plura capita complectentibus, jam suæ ætate tradidit Paulus de Castro. 832. 113. & sq.

Eandem doctrinam etiam Pacto, quo quinque nobiles fratres feuda paterna inter se diviserunt, ea lege, quòd, si feuda divisa ab alterutro fratrum alienentur, illa uni ex cæteris, eodem pretio, quo fuere æstimata, vendi & quasi restitui debeant, applicat Cothmannus. 833. 122.

Etiam inter privatos inita Pacta, si præcisè in scriptis contrahere voluerint, tunc demùm subsistunt, si illæ per omnium transigentium, paciscentium, vel contrahentium subscriptionem atque subsignationem suam ultimam perfectionem acceperint. 832. 115.

Quicquid, quoad privatorum contractus & Pacta, specialis ipsorum conventio operatur, idem circa tùm Principum & similium Proærum, tùm & immediatorum Imp. Nobilium Contractus & Pacta, magni ponderis & momenti, operatur consuetudo. 832. 117. & sq.

In hujusmodi casibus, si aliquis paciscentium, priusquàm instrumentum ei prælegeretur, decesserit, Pactum non obligat. 832. 120.

Ex Pactis in scriptis celebratis nulla obligatio vel actio nascitur, priusquàm scriptura omnibus numeris & punctis sit absoluta, 836. 160. & sqq.

Hincque nec executio pedem figere potest; sed ex illis aliquid petens à limine judicii confestim repellitur. 836. 164.

Utrum filiæ hunc defectum, tanquàm ex jure tertii pendentem, objicere valeant? 827. 45. & sqq. junct. 839. 203. & sq.

Nobiles observantiæ & moribus, in scriptis scil. paciscendi, inter ipsos obtinentibus, in dubio se conformare voluisse censendi. 833. 123.

Hanc observantiæ inter nobiles vigentis sollicitam custodiam enixè commendat Creidenmannus. 833. 124.

Quales clausulæ & cautelæ Pactis nobilium & illustrium familiarum, perpetui familiæ fideicommissi inductivis, crebertimè, & utplurimùm adjici soleant? 835. 149. & sqq.

Pacta familiarum illustrium non solent in simplo tantùm exarari; sed plerumque tot exemplaria conficiuntur, quot sunt personæ paciscentes. 835. 154.

Pactum familiæ *non observatum nullam meretur considerationem, nec quenquam obligat.* 839. 199. 1064. 270.

Per unicam illorum, qui Pactum familiæ condiderunt, contraventionem illud rursùs censetur sublatum. 839. 201.

Pactum ex eo rectè validum judicatur, quòd omnes subsecutæ divisiones eidem conformiter fuerint factæ. 831. 96.

Argumentum à Pacto ad Statutum, & contra, frequens, forte, & utile. 128. 261.

Pacta tamen tanti roboris non sunt, ac publica Statuta. 839. 101.

Conditio, sub qua Pacta in scriptis ineuntur, est merè voluntaria sive potestativa, & proindè nec ulla, quamdiu hæc ipsa conditio pendet, obligatio ex illo pronasci potest. 836. 165.

Quoadusque hæc ipsa conditio pendet, paciscentium cuilibet liberrima pœnitendi facultas competit. 836. 166. & sq.

Ex tempore initi Pacti conditionalis statim alter Paciscentium creditor fit. 870. 171.

Spes debitum iri ex Pacto conditionali resultans tùm in hæredes transmissibilis, tùm etiam inter vivos ex quacunque causa cessibilis est. 870. 171. & sqq.

Verba hæc: Daß die gütter ohne einige beschwehrde, ipso jure & facto, auff die andere Brüder / oder dero masculinam posteritatem wider zurückhfallen / ja ipso jure zurückfallen und incorporirt seyn sollen / non malè secun-

secundum Pacti resolutivi naturam judicantur. 407. 306. & sqq.

Si instrumentum & lex emphyteuseos in forma Pacti resolutivi concepta sint, pœna commissi etiam contra emphyteutæ hæredes se porrigit. 1083. 43.

Formula communior, sub qua, regulariter, Pacta resolutiva concipi solent. 1084. 54. & sq.

Etiam verba æquipollentia ad inducendum Pactum resolutivum sufficiunt. 1084. 56.

Talia sunt, quòd alicui licere & fas esse debeat rem vindicare, alteri vendere & dare, vel eandem recipere, & de illa, ceu de aliis, jure liberi & pleni dominii ad ipsum spectantibus rebus disponere. 1084. 56. & sqq.

Idem dicendum de clausula: Ipso jure & facto. 1083. 44. & sq.

Pactum commissorium non impedit dominii translationem; licet contractum ipso jure dissolvat. cons. 16. n. 645.

Si unus cohæres cum hæreditariis creditoribus paciscatur, ut illi partem sui crediti remittant, utrum ille cohæres hoc lucrum cum suis cæteris cohæredibus communicare teneatur? 1167. 691. & sqq.

Quænam actio hoc nomine competat? 1168. 696.

Pacta conventa exactissimè sunt servanda. 138. 31.

Pacta & conventa non servans eapropter in dolo est. 138. 36.

Nulla major datur justitia, quàm quæ oritur ex Pacto. 138. 32.

Pacti alicujus conciliator & director in illo factam confessionem frustra impugnat. 36. 311.

Pacta conventa etiam à Paciscentium hæredibus servari oportet. 303. 75. 624. 142. cons. 16. n. 561. 288. 74. & sq.

Pacta dant legem contractibus. 624. 157.

Talia Pacta rem ipsam afficiunt, & jus accipientis modificant; tradenti verò sua jura conservant. 621. 108.

Paciscentes suis, etiam extraneis, successoribus prospexisse, & eosdem obligare voluisse credendi. 774. 46. 79. 717.

An ex Pacto alterius obligatio & actio acquiri possit? vid. Obligatio.

Per Pacta agentium conditio & liberior reddi potest, & coarctari. 752. 415.

Pactum absque ulla causa initum non est obligatorium. 394. 143.

In Pactis omissa Juris Communis dispositioni relicta censenda. 414. 412.

Pacta rumpunt leges, & omnia Pacta ex conventione legem accipiunt. 415. 414.

Juri publico præceptivo, per Pacta privatorum, derogari non potest. 1260. 70.

Per Pacta à Jure Communi permissivo benè recedi potest. 1758. 37.

Omnia Pacta, in dubio, ità sunt interpretanda, ne reddantur elusoria. 658. 200.

Et ut suum, quem personæ paciscentes intendunt, sortiantur effectum. 658. 201. 406. 300. & seq.

Paciscentes, in dubio, Juri Communi se conformare voluisse præsumi debent. 73. 669. 414. 411.

Verba Pactorum, regulariter, in stricto & grammaticali sensu sunt accipienda. 78. 708.

In dubio Pactum ità interpretandum, ut minus exindè præjudicium resultet. 79. 715.

Sufficit, ut Pactum saltem aliquid operetur. 79. 716.

Quod Pacto deest, hoc supplere vel addere, nec Jurisperitis, nec Judicibus licet. 405. 289. & seq.

Ex supplementis aliundè allatis magna oritur voluntatis incertitudo, imò facile magnus error committi potest. 405. 291.

Verba Paciscentium in pleniori & potiori significatu exaudire oportet. 406. 299.

Pactum tàm effusum & generale, quale hoc est: Ohn einzige beschwehrde / sie haben nahmen / wie sie wollen / ità interpretandum, ne, contra tàm seriam Paciscentium mentem, omninò elusorium & inane evadat. 406. 298. & seqq.

Etiam in privatorum Pactis nullum verbum exaudiri debet sine effectu. cons. 16. n. 845.

Nec quidquam in Pactis superfluum censendum. cons. 16. n. 846.

Si præsertim quæratur de verbis Pacti geminatis. cons. 16. n. 847.

Quando casus in Pacto speciatim decisus est, inani labore generales tantùm juris regulæ allegantur. cons. 16. n. 851. & seq.

Pacta abnormia & singularia strictissimè & rigorosissimè sunt interpretanda. 1307. 210.

Pactum eodem loco & die, & adhibitis iisdem testibus, adjectum, eapropter non dicitur incontinenti adjectum. 654. 139. & seq.

Pactum posterius, etiam cum Subditis initum, priori derogat. 177. 177. & seqq.

Quando Pacta sibi invicem contrariantur, tunc Pacta priora per recentiora sublata creduntur. 40. 352.

Qui in una parte Pacti erga compaciscentem valdè rigidum, parcum, & tenacem se gerit, in alio majoris momenti articulo adeò liberalis, quòd omnia eidem donare voluerit, præsumendus est neutiquàm. 73. 670. & seqq.

Clausula: Rebus sic stantibus, in omni pacto subauditur. 74. 672.

Mutatio Pactorum, in dubio, neutiquàm præsumitur. 1069. 318. & seq.

Ad hoc, ut Pacta legitimè inita dicantur mutata, expressa voluntatis declaratio requiritur. 1069. 322.

Correctio alicujus Pacti non de facili præsumenda. 1069. 321.

Ad novum Pactum nova etiam conventio & tractatus requiritur. 1069. 324.

Renovatio Pacti semper facta præsumitur cum iisdem

iisdem qualitatibus & conditionibus, quibus primordiale Pactum fuit initum. 1069. 326.
Pactum aliquod mutatum dicens illud legaliter probare tenetur. 1069. 325.
In dubio potius error & inadvertentia, quàm mutatio pacti, præsumitur. 1069. 325.
De constituto, ceu Pacto legitimo prætorio, vid. Constitutum.
Termino per Pactum præfixo vid. Terminus. Mensis.
Pactis ex subsecuta observantia interpretandis vid. Observantia.
Pacto in testamento inito vid. Testamentum.
Pacto liberatorio de non ampliùs petendo vid. Acceptilatio.
Pactis dotalibus, præprimis quatenùs per illa hæreditas deferri possit? vid. Dos.
Immunitate per Pactum acquisita vid. Immunitas.
Fideicommisso pactitio, item Pacto hæreditatis renuntiatæ, in casum certæ conditionis existentis, reservativo vid. Fideicommissum.
Pacto confraternitatis vid. Confraternitas.

PACTUM DE RETROVENDENDO.

Sub nomine der Pfandschafften sæpe etiam Prædia sub Pacto de retrovendendo quæsita denotantur. cons. 16. n. 596. & seqq.
Differunt tamen in aliquibus Venditiones ejusmodi ab oppignoratione. cons. 16. n. 603.
Quando census ex fundo, pro venditionis sub Pacto de retrovend. initæ securitate simùl oppignorato, alicui venditur, & ipse fundus emtori traditur, eo fine, ut ipse censum indè percipiat, tunc ex ipso hoc pignoris contractu principalis contractus impignoratio appellatur, &, ob Pactum de retrovendendo adjectum, mixtus efficitur. cons. 16. n. 605. & seq.
In hujusmodi contractibus feliciter distinguendis omnes & singulæ circumstantiæ sunt attendendæ. cons. 16. n. 607.
Quando in tali contractu simùl & communis loquendi usus, & exactior LL. interpretatio locum habere potest, tunc, hâc posthabitâ, ille præfertur. cons. 16. n. 608. & seq.
Adverbium, Widerkäufflich/ quod etiam antichresticis oppignorationibus sæpè inseritur, nihil aliud denotat, quàm Widerlößlich. cons. 16. n. 614. & seqq.
Etiam annui reditus sub Pacto de retrovendendo comparati immobilibus aggregantur, licet sint redimibiles. cons. 16. n. 637. & sqq.
Idem de dynastiis, decimis, jure venationum, & similibus, sub dicto Pacto coemptis, tenendum. cons. 16. n. 640. & sqq.
Emtionem sub Pacto de retrovendendo celebratam subsequens traditio non solam fructuum commoditatem; sed plenum rei dominium in emptorem transfert. cons. 16. n. 642. & seqq.
Qui rem hoc modo emit, eandem rursùs alii vendere potest. cons. 16. n. 647.
Primus Venditor, contra hunc secundum emptorem, nullam habet actionem, nec realem, nec personalem. cons. 16. n. 648.
In Foro Saxonico, ubi viduus uxori in solis mobilibus bonis succedit, immobilia sub Pacto de retrovendendo coempta omnia sequuntur uxoris hæredes. cons. 16. n. 653.
An pretium à Retroemente solutum ad successorem immobilium pertineat? cons. 16. n. 656. & seqq.
Pactum retrovendendi non potest emptiones sub eodem contractas in conditionales emptiones transformare. cons. 16. n. 669.
Conditio, si venditor rem sub Pacto retrovenditionis à se venditam suo tempore reemere velit, tali venditioni tacitè inest. cons. 16. n. 670.
Incertus securturæ Reluitionis eventus jus semel ex pacto fideicommissario quæsitum alterare non potest. cons. 16. n. 668.
Si prædium, sub Pacto de retrovendendo, ita venditum fuerit, daß/ wann der Verkäuffer/ über kurtz oder lang/ umb das vor jetzt verkauffende Guth/ den ihme davor bezahlten Kauffschilling dem Käuffer wider anbiethen würde/ diser ihme dasselbe wider zu verkauffen gehalten seyn solle/ tunc jus reemtionis nullo tempore circumscribitur. 780. 130.
Si adverbium, Quandocunque, in tali promissione, appositum *fuerit, tunc omnis tùm statutaria*, quàm *legalis*, præscriptio exclusa censetur. 780. 131. & sq.
Si res sub Pacto de retrovendendo alicui vendita, & pretium in casum reemtionis non determinatum sit, tunc non pretium ab emptore pro illa solutum; sed quanti res valet tempore reemtionis, ei restituendum. 72. 662.
Quidsi pretium hoc valdè auctum fuerit? 72. 667. & sq.
Prædium ex Pacto de retrovend. reemens quasnam expensas restituere teneatur, vel non? 80. 722. & sq.
Cujus temporis valor in casu mutatæ bonitatis monetæ quoad pretium à Reemtore solvendum respici debeat? vid. Moneta. Thalerus.
Utrum bona nexu fideicommissi agnatitii devincta ex unius agnati propriis facultatibus, vi Pacti de retrovendendo, redempta, ab ultimi masculi unius lineæ relicta sorore tùm demùm, si pretium Redemptionis ei priùs remissum fundatur, an verò simpliciter agnatis in fideicommisso succedentibus restitui debeant? 387. 67. & sqq. usque ad 433.
Verba hæc: Daß die auff Widerkauff verkaufften und verpfändte Güther/ dem Geschlechten Hauß zum besten/ reluirt und abgelößt worden/ significant commodum demùm ex illa Reluitione ad familiam perventurum. 391. 115. & seq.
Nimia inæqualitas complurium uni fratri, qui illas ex sua pecunia reluit, jure pleni dominii, &

& cum pleniſſima liberatione ab omni nexu atque onere ceſſarum Dynaſtiarum, & è contra tribus aliis illius fratribus, cum ſarcina univerſi æris alieni, filiarum dotationis, atque alimentationis, omniumque aliorum familiæ onerum, in eosdem devoluta, reſervatæ unius tantùm Dynaſtiæ juſtiſſima cauſa eſt, quare bona reluenti hoc modo ceſſa, ejus maſcula linea prorsùs deficiente, absque refuſione pretii Reluitionis, in cæteros fratres, vel deſcendentes ipſorum maſculos tranſire debeat. 393. 136. & ſqq.

Ex hoc, quòd tres fratres omne æs alienum, quartum fratrem, ejusque Dynaſtias concernens, in ſe & ſuam Dynaſtiam receperunt, perindè habendum, acſi illæ Dynaſtiæ à quarto illo fratre ſolo redemptæ, ex omnium quatuor fratrum pecunia redemptæ fuiſſent. 394. 156. & ſqq.

Sicut tres illi fratres, hoc non obſtante, quòd ipſi omne æs alienum, à ſuo fratre, in ſe receperint, tamen ſuam Dynaſtiam oneri fideicommiſſi in quartum fratrem aliquando tranſituri, absque ulla filiabus ſuis, ratione fraterni æris alieni, ab illo præſtanda ſatisfactione, bona fide ſubjecerunt; ità etiam quoad quarti hujus fratris dynaſtias idem ſentiendum, quòd nec ipſius fœmininæ deſcendentiæ, pro reluitione ab illo facta, quidquam præſtandum ſit. 395. 159. & ſq.

Nec diverſum jus parit maſculinæ illius quarti fratris deſcendentiæ præmatura extinctio. 395. 163. & ſqq.

Inſtitutio perpetui, ejusdemque reciproci, atque univerſalis fideicommiſſi: Expreſſa vocatio ſuperſtitis lineæ maſculorum agnatorum in locum alterius lineæ extinctæ: Totalis excluſio ambarum linearum fœmininæ deſcendentiæ, quoadusque maſculina poſteritas duraverit: Enixiſſimum ſtudium maſculinam agnationem in perpetuo ſplendore & flore ſervandi talem refuſionem pretii reluitionis extremè inveriſimilem reddunt. 396. 180. & ſqq. 398. 208. & mult. ſqq. 400. 235. & ſqq.

Ex magnitudine, per aliquot luſtra, in pacis & belli artibus addiſcendis, in Academiis, peregrinationibus, functionibus militaribus, comparanda illuſtri militia, aliisque de cauſis in unicum filium factarum expenſarum, concurrentibus adhuc aliis magni ponderis rationibus, juſtiſſimè colligitur, quòd fideicommiſſum ab ipſo ordinatum ab omni gravamine, etiam pretii, pro iisdem vi Pacti de retrovend. reluendis exſoluti, refuſionis liberrimum eſſe debeat. 399. 222. & ſq.

Gratitudo erga patrem & alios filios, ex oneroſiſſimis hujusmodi ſumptibus in alium fratrem tantùm erogatis, grave damnum perpeſſos, horumque ſpes & firmiſſima perſuaſio, quòd reciprocum inter ipſos inductum fideicommiſſum æquali utrinque jure cenſendum ſit, hanc interpretationem, quòd ab altero illo fratre, pro ſibi ceſſorum bonorum Reluitione expenſum pretium ipſius filiabus reſtitui debeat, haudquaquàm patiuntur. 400. 225. & ſqq.

Expreſſa reſervatio, quòd, in caſum extinctæ unius ex fratribus maſculinæ deſcendentiæ, in una ſola, ex pluribus ab ipſo relictis dynaſtiis, exiſtentia Mobilia ipſius filiabus relinqui debeant, apertiſſimo argumento eſt, quòd ipſe ſuos fratres in iisdem dynaſtiis, tali caſu, ſucceſſuros, ad refuſionem etiam totius pretii Reluitionis obligare noluerit. 400. 229. & ſeqq.

Si pretium Reluitionis, pro bonis redemptis & fideicommiſſo familiæ ſubjectis, ab uno fratre, tale fideicommiſſum cum aliis inducente, exſolutum, extincta ipſius maſculina deſcendentia, ſuperſtitibus filiabus reſtitui oporteret, ſequeretur, quòd, ſi etiam alius frater nova bona ſuis propriis nummis pararet, etiam hujus filiabus hoc totum pretium reſtitui oporteat. 401. 246. & ſq.

Imò ſi pretium vel bonorum familiæ oppignoratorum reemtionis, vel novorum bonorum ſubſequentis emtionis, reementis, vel emtoris filiabus reddendum foret, in tali monſtroſo fideicommiſſo hoc perpetuum onus ſemper recurreret, ut unius agnati, qui illud exſolvit, tantùm ſuperſtitibus filiabus id omne, quod ipſe erogavit, reſtitui oporteret. 402. 248.

Bonorum fideicommiſſo familiæ ſubjacentium meliorationes, quantivis pretii, deducere prohibitus, nec pretium illorum reluitionis repetere poteſt. 403. 265.

Qui pretium pro noviter acquiſita dynaſtia, vel pro noviter exſtructa Comitis reſidentia erogatam magnam ſummam repetere prohibetur, ille etiam pretium bonorum familiæ oppignoratorum reemptionis repetere nequit. 403. 266.

Nihil intereſt, an bona fideicomm. aliis oppignorata, vel ſub Pacto de retrovendendo vendita, ab aliquo agnato reemantur, ſive nova emantur, nova Principis vel Comitis reſidentia exſtruatur, vel exuſta aut collapſa reſtituatur. 403. 270

Non extante ſpeciali familiæ Pacto omnia hujusmodi melioramenta à defuncti poſſeſſoris filiabus deduci queunt. 403. 271.

Et in caſu non extantis hujusmodi pacti etiam pretia reluitionis agnati filiabus vel aliis hæredibus reſtituenda ſunt. 388. 68. & ſqq. 389. 86. & ſqq. 402. 272. 412. 370. & ſqq.

Si filiæ, bona ab ultimo maſculo poſſeſſore relicta, nec pro ſecuritate ſibi debitæ dotis, vel alimentorum, retinere fas eſt, quanto minùs hoc licebit pro recuperando pretio reluitionis ab illo expenſo, ſi præcipuè pro hoc jam

 alia

alia ratione ei fuerit satisfactum? 404. 276. & seqq.

Si fratres in fideicommisso succedentes, pretium redemtionis pro illo expensum restituere tenerentur, nihil commodi ad illos ex pacto istius fideicommissi, quod tamen simùl reciprocum esse deberet, constitutivo ad ipsos perveniret. 407. 312. & sqq.

PALAM.

Quæ Palàm, & in oculis Magistratus, vel omnium hominum aguntur, bona fide peracta censentur. 485. 272. 1457. 151.

PANNIFEX.

Vid. Opifex.

PARAPHERNALIA.

Utrum pactum universalis fideicommissi familiæ inductivum etiam Paraphernalia uxoris bona afficiat? 819. 71. & sqq.

Etiam bonorum uxoris Paraphernalium dominium nonnunquam in maritum transfertur. 1391. 70.

Uxor res suas Paraphernales in bonis obærati mariti adhuc extantes, jure separationis ordinario, extra concursum aufert. 1413. 123.

Uxor, ratione bonorum Paraphernalium non ampliùs extantium, etiam de Jure Würtembergiço in tertia Credd. classe ex ordine temporis collocatur. 1413. 128.

PARENTES. Conf. Liberi.

Parentes & Liberi, inter se invicem nullatenùs ingrati præsumuntur. 973. 760. 1141. 388.

Parentum maledictio, si Liberi ipsius voluntatem non impleant, quem habeat effectum? 1114. 86.

Injuriæ Parentibus illatæ habentur pro atrocioribus. 1717. 21.

De legitima Parentum vid Legitima.

Testamentis, aliisque ultimis Parentum voluntatibus privilegiariis, itemque pactis successoriis inter Parr. & Libb. initis vid. Testamentum. Pactum.

PAROCHUS.

Etiam Parochi, in sacerdotali dignitate constituti, suo modo, pro talibus personis habentur, quibus in illis, quæ ad ipsorum officium pertinent, adhibenda est fides. 1780. 30.

Testimonium Parochi, de bis baptizato infante, in scriptis impertitum, concurrente vel facti notorietate, vel personæ inquisitæ confessione, etiam in ordine ad capitalem pœnam sufficiens est. 1276. 10. & sqq.

De testimonio Parochi super legitimè contracto conjugio impertito vid. Literæ.

Testamento coram Parocho & duobus testibus vid. Testamentum.

PARRICIDIUM.

Unum idemque crimen à duobus commissum, pro diverso respectu, rationem simplicis Homicidii & Parricidii simùl habere potest. 1573. 6.

Conatus, quantumvis ad actum proximum perductus, hodiè, ne quidem in crimine Parricidii, tametsi in linea recta committendi, pœna capitali affici solet. cons. 19. n. 62.

Vulgare DDrum assertum, quòd in crimine Patricidii non adeò liquida corporis delicti investigatio, & repræsentatio necessaria sit, absolutè & simpliciter admitti haud possit. 1337. 29.

In casu Parricidii in privigno commissi multi DDres severissimæ culei pœnæ locum facere non dubitant. 1579. 59.

Facultas Juridica Tubingensis solam gladii pœnam, cum additamento ramea vel raptationis ad locum supplicii, vel ut cadaver rotæ imponatur, in talibus casibus decernere solet. 1579. 60.

PARS.

Unus actus correspectivus est quasi Pars alterius, sic, ut ambo omninò individui censeantur. 838. 186. Conf. Correspectivum.

De interpretatione testamenti vel contractus ex Partibus ejusdem facienda vid. Testamentum. Contractus.

PARTUS.

Partus, antequàm edatur, mulieris viscerum portio est. 1356. 11.

Magisque hominis spes, quàm jamjàm homo est. 1361. 53.

Partum dicens abortivum hoc probare tenetur. 994. 73.

Partus ante septimum mensem editus, juris præsumptione, abortivus præsumitur. 994. 74.

Ob crimen procurati Abortus pœna ultimi supplicii non aliter obtinet, quàm si Partus, certò abactus, etiam certò vitalis fuerit & animatus. 1000. 131.

De vitalitate Partus abacti ante decursum XX. septimanarum seu plenorum quinque mensium constare non potest. 1000. 133. & sqq.

Utrum dimidium gesti uteri tempus, ubi vis locorum, quoad crimen procurati abortus, receptum sit? 1000. 135. & seq.

Aliud est, Abortum facere, seu procurare, & aliud pati. 1000. 137.

Partus abactus longè certiùs & faciliùs vitalis fuisse præsumi potest, quàm immaturus ex utero ejectus. 1000. 138.

Pro vitalitate recens editi Partus omnia jura præsumunt. 995. 87.

Matri, se illum mortuum in lucem edidisse, asserenti nulla fides habetur. 995. 87. & seq.

Verùm ista præsumptio in solis maturis Partubus procedit. 996. 89.

Partum immaturum vivum natum asseverans illud probare tenetur. 996. 90 & sq. 997. 107.

Talis Partus præsumitur abortivus. 994. 73. & 78.

Aliud

Aliud obtinet in foro conscientiæ. 996. 92.
A quo tempore Partus in utero materno vitalis & animatus evadat? 995. 80. & seqq. 1359. 36.
An ex eo, si Partus in utero formatus, & distincta membra habeat, pro vitalitate ejus tutò præsumatur? 995. 79.
Quot dies ad Partum in utero formandum necessarii sint? 995. 81.
A quo tempore mater de vitalitate Partus in utero adhuc existentis certa esse possit? 995. 84. 1000. 134.
Utrum Partus quinquemestris, vel semestris, in dubio, pro vitali, vel non-vitali sit habendus? 992. 50. & seqq. junct. 994. 72. & seqq.
Partus semestres & quinquemestres non minùs vitales esse, quàm septimestres, probat experientia. 993. 56.
Exempla eorundem. 993. 58. & seqq.
Hoc tamen, ut Partus quinquemestris, vel semestris vivus nascatur, in censum ratò contingentium referendum. 993. 56. 906. 93.
An in casu, quando Partus quinto mense est editus, illius Parentes à præsumtione præmaturi concubitus immunes sint? 996. 95.
Peritorum in arte physico-medica jurato judicio de Partûs editi vitalitate, vel non-vitalitate, in dubio, credendum. 994. 69.
Mulierem prægnantem, sciens prudens, ictu calcis, fuste, vel alio ad occidendum habili instrumento, vel modo, præprimis in periculosa uteri parte, v. g. umbilico, &c. ità percutiens, ut vel ipsemet Partus, vel mater, vel ambo simùl mortem subire necesse habeant, eo casu, quo Partus verisimiliter animatus, nedùm planè perfectus & maturus fuit, pœna ultimi supplicii jure afficitur. 1357. 22. & seqq.
Modò etiam de hoc, quòd ex tali percussione mors verè & immediatè secuta fuerit, satis constet. 1357. 23.
Idem dicendum de casu, quo Partus animatus, per vim medicamentorum, ejectus & interemtus est. 1357. 24.
Quando Partus non fuit animatus, tunc pœna solummodò extraordinaria obtinet. 1357. 25. 1358. 35.
Juris Divini de percussione Mulieris prægnantis sanctio. 1357. 26.
Textum Exodi XXI. vers. 22. & 23. Jus Canonicum sub eadem, inter partum animatum & inanimatum, distinctione accepit. 1357. 26.
Erronea Jacobi Menochii de hoc textu sententia. 1358. 27.
B. Lucæ Osiandri explicatio hujusdem tx. 1358. 28.
Philonis ad eundem commentatio. 1359. 40.
LXX. Interppr. eundem, in ordine ad pœnam capitalem, æquè de Partu, ac de Matre accipiunt. 1358. 29.
Idem etiam ab omnibus modernis, tùm Evangelicæ, tùm Romano-Catholicæ religioni addictis, Theologis fieri probatur. 1358. 31. & seqq.
Hæc Juris Divini sanctio de pœna capitali ejusmodi Percussori infligenda, in eo, qui casu fortuito fœminam prægnantem, vel fœtum, vel utrumque sua percussione vita privavit, nullum obtinet locum. 1359. 41. & seq.
Idem quoque Jus Romanum observat. 1359. 43.
Distinctio inter Partum animatum & non-animatum rectiùs per verba, inter vitalem & non-vitalem, effertur. 1358. 30.
Facilè fieri potest, ut, matre superstite manente, Partus emoriatur. 1359. 37.
Gravius videtur, Partum animatum, quamvis in utero adhuc inclusum, occidere, quàm in lucem editum. 1359. 38.
Multi, ob embryonis necem, pœnam capitalem vel planè non, vel nonnisi in casu directi fœtum animatum interimendi propositi, locum habere asserunt. An rectè? 1360. num. 49. & seqq.
Quando de percurientis animo, abortum videlicet procurandi, constat, etiam dissentientes, abortu secuto, pœnæ capitali locum faciunt. 1361. 55.
Sin secus, qualitatem & circumstantias factæ percussionis respicere jubent, sicque neutro casu pœnam capitalem prorsùs excludunt. 1361. 55.
Unde, inter alia, animus Partum in utero materno adhuc constitutum, vita privandi colligi valeat? 1359. 44.
Quatenùs exceptio iræ reum ab hac suspicione liberare possit? 1360. 45. & seq.
Percussio mulieris actuali puerperio proximæ, violento calcis ictu in umbilico facta, animum Partum in utero latentem interimendi, minimùm indirectum, satis prodit. 1356. 9. & seqq.
Talis violentus percussor in sua manu non habet, quousque impacti pedis violentia pertingere debeat. 1356. 13. & seq.
Nihil interest, an quis Partum in utero materno adhuc existentem gladio, fuste, vel alio consimili instrumento, vel num eundem calce petendo occidat. 1357. 19.
Textus Legis 7. §. 1. ff. ad L. Aquil. hanc in rem specialis utrum rectè ad fœminas liberæ conditionis prægnantes, hoc modo percussas, porrigatur? 1357. 21.
Major in percutienda muliere prægnante violentia, præ ista, quæ ab aliquo in editiore loco constituto, eoque admodùm irato, medio mulieris ventri, vel planè umbilico, omni adhibita vi, calce, vel pede infertur, excogitari, animusque occidendi indirectus, exindè in dubium vocari vix potest. 1361. 56.

Quando Medici de tali percussione saltem hoc judicant, quòd illa partui in utero latenti vitam adimere potuerit; de hoc verò, an illa in casu individuo & speciali ejusdem effectus fuerit, nihil certi asserunt, tunc pœna capitalis minùs securè decernitur. 1362. 66. & seqq.

PASCUUM.

An & quatenùs cives in causa juris pascendi ad universitatem spectantis testes esse possint? vid. Testis.

PASTOR ECCLESIÆ.

De jure Pastorem Ecclesiæ præsentandi patrono ejusdem competente vid. Patronus.

De injuria Pastori Ecclesiæ illata vid. Injuria.

PASTUS. PABULUM.

Qui pecudibus debitoris obærati necessarium Pabulum præbet, vel sua prata ad Pastum earundem locat, in concursu credd. absoluto prælationis jure gaudet. 1416. 157.

De pignoratione animalis ob frugum alterius depastionem, & quæ eò spectant, vid. sub voc. Pignus.

PATER. Conf. Liberi.

Alienatio rerum, præcipuè immobilium, ad Liberos spectantium, à Patre, tametsi legitimo earum administratore & usufructuario, facta, ex multis causis, etiam de Jure Würtembergico, ipso jure nulla est. 1408. 73. & seqq.

Pater bona Liberorum materna, etiam immobilia, tàm ex causa utilitatis, quàm necessitatis, validè alienat. 1411. 106. & seq.

Liberi bona sua materna, citra necessitatem vel utilitatem alienata, absque ullius saltem oboli refusione, à quocunque possessore, vindicare queunt. 1411. 107.

Creditor ejusmodi Alienationis necessitatem vel utilitatem, vel versionem pretii in rem liberorum prætendens, eandem legitimè probare tenetur. 1412. 108.

Pater & Filius habentur pro una eademque persona. 1697. 81.

Hinc, regulariter, nullus inter ipsos contractus consistere potest. 1697. 81.

Pater optimum consilium pro liberis suscipere creditur. 829. 83. 1769. 26.

Etiam Pater rei suæ legem, quam vult, dicere potest. 1769. 25.

Etiam in Patre, adventitia sui filii administrante, si pro illo quid solvat, non donandi; sed credendi & repetendi animus præsumitur. 847. 303.

Verùm aliud in Dotis promissione, singulari dotium favore, obtinet. 847. 304. 845. 274. & seqq.

De Dote à Patre constituenda vid. Dos.

Prædium à Patre ad dotandum obstricto simpliciter traditum, potiùs ex dotis, quàm donationis simplicis causa, traditum præsumitur. 848. 309. & seqq.

Simplex traditio à Patre filio facta, potiùs solius custodiæ causa, quàm animo donandi, intelligitur facta. 848. 310.

De legato vel fideicommisso, ex ultima tertii voluntate, vel pacto, liberis à Patre solvendo vid. Legatum. Fideicommissum.

Pater olim plenum adventitiorum dominium habuit. 1408. 78.

Fœmina pro Patre ad solutionem condemnato fidejubens vel solvens Sc̃i Vellejani beneficio non gaudet. 1463. 220. & 222.

De Donatione inter Patrem & filiumfam. vid. Donatio.

Patre, filiæ suæ renunciationem injungente, vel eam ipsomet recipiente vid. Renunciatio.

Patre naturali vid. Liberi. Concubinatus.

Patre Usufructuario & administratore vid. Usus fructus, & quasi Usus fructus.

Divisione bonorum inter Libb. à Patre adhuc vivente facta vid. Divisio.

PATIENTIA.

Qui diu aliquid patitur, illud velle videtur. 473. 89.

De Patientia adversarii quasi possessionem inducente vid. Possessio.

Quatenùs ex patientia cum scientia conjuncta titulus præscriptionis colligatur? vid. Præscriptio.

PATRONUS. PATRONATUS.

Cui usus fructus vel omnium bonorum, vel unius saltem castri, *aut territorii cum appertinentiis*, cui, vel quibus jus Patronatus adhæret, conceditur, ad eum quoque hujus Juris, sive illud plenum sit, sive minus plenum, exercitium cum omnibus emolumentis, excluso planè proprietario, pertinet. 680. 72. 1739. 12.

PAUCA.

Etiam in judiciis, quod fieri potest per Pauca, non debet fieri per plura. cons. 18. n. 25.

PAUPERUM ÆRARIUM.

Etiam census nummarii, vel frumentarii, Geld- oder Frucht-Gülten/ Ærariis Pauperum, ex prædiis debiti de Jure Würtemb. in prima credd. classe locantur. 1419. 187.

Ærario Pauperum præfectus in loco, ubi ei hoc officium demandatum, nulla ulteriore legitimatione opus habet. 1419. 187.

PAUPERTAS.

Extrema Paupertas in pœna mitiganda multum operatur. 275. 189.

Quat. Furem à pœna ord. liberet? vid. Furtum.

An matris Paupertas, spe pecuniæ lustricæ à pluribus suæ prolis susceptoribus obtinendæ, eandem bis baptizari facientis, à dolo liberet? 1277. 10. & seqq.

Ob summam & extremam Paupertatem etiam pseudo-monetariis pœna capitis remittitur, & extraordinaria saltem decernitur. 1791. 78. & seq.

PAX.

In iis, quæ ad publicam Pacem inter cives ser-

servandam vel promovendam faciunt, Judex suum officium, etiam proprio motu, interponere debet. 1368. 5.

PECUNIA.

Pecunia per se res mobilis est. 430. 619.
Pecunia prædiorum emptioni destinata pro re immobili non habetur. 124. 208. & sq.
Quid circa eandem, in successionum materia, obtineat? 125. 210. & 212.
Actiones ad Pecuniam competentes mobilium jure existimantur, etiamsi sub usuris sit elocata, vel ad cambium collocata. cons. 16. n. 620. & sqq.
Quale negotium contrahatur, si quis alteri Pecuniam ea lege dederit, ut eadem in specie seu in natura, una cum interesse, reddatur? 1507. 29. & mult. sqq.
Etiam Pecunia numerata, vel ad pompam & ostentationem, vel ad oppignorandum, alteri, sub titulo tùm commodati, tùm locationis conductionis, concedi potest. 1508. 41. & seqq.
Hinc etiam pro usu talis Pecuniæ, sine dubio, congrua merces, vel honorarium, salva utriusque contractus substantia, promitti vel exigi potest. 1508. 45. & 46.
Ejusmodi pecuniæ creditor talem pecuniam in bonis debitoris adhuc extantem, extra credd. concursum, jure separationis ordinario, justissimè vindicat. 1508. 47.
Quidsi illa ex titulo alicujus contractus innominati in debitorem fuerit translata? 1509. 51. & sqq.
Si alicui legatum de bonis testatoris relictum fuerit, vel filiæ per statutum excluſæ de bonis defuncti dos debeatur, talis dos vel legatum præcisè ex bonis testatoris, vel defuncti parentis exolvi debet, nec Pecunia pro illis obtrudi valet. 729. 173.
De mutata Pecuniæ bonitate vid. Moneta.
Pecunia ex feudo vendito redacta vid. Feudum.

PELLIS.

An & quatenùs Pellis mercium nomine veniat? vid. Merx. Statutum. Mercator.

PELLIPARIUS.

De Pellipario hominis ultimo supplicio interfecti pellem præparante vid. Macula.

PERCUTIO. PERCUSSOR.

De Percussione flagello, vel alia ratione ex mero joco facta, ejusque effectibus vid. Jocus.

Percussione pugno facta vid. Pugnus.

PERICULUM.

De cessione remuneratoria tertiæ partis bonorum, ab eorum possessoribus, unius agnati curis, sumptibus & Periculo recuperandorum vid. Cessio.
Plus est, dimidiam alicujus Dynastiæ, actualiter possessæ, quoad utile dominium, confestim cedere, quàm solam trientis, necdùm possessorum; sed cum maximis expensis, molestiis, & gravissimo periculo amittendæ pecuniæ, ea propter erogandæ, demùm reparandorum spem periclitari. 721. 58.
Quanto majus Periculum subest, tanto etiam majori opus est cautione ac remedio. 389. 84. 721. 61. 973. 764. 1188. 50. 1343. 84.
Quanto minus Periculum de suo quidquam amittendi subest, & hoc ipso majus emolumentum sperari potest, tanto etiam faciliùs idem illud, quod pro sumtuosè redimendo commodo factum, etiam pro consequendo, & non tanti redimendo eodem commodo, pariformiter factum existimatur. 722. 62.
Nemo summè incertam, fallacem, sicque adeò nullatenùs considerabilem spem, magno sumtu & Periculo, redimere voluisse præsumi debet. 723. 84. & 93.
Nemo maximos sumptus, labores & curas, pro solo paucorum annorum vel mensium usufructu, periclitaturus fuisse censendus. 723. 85.

PERJURIUM.

Pro præstito juramento militat præsumtio juris, donec crimen Perjurii legitimè doceatur. 558. 50.
Hoc, quòd causa jurejurando decisa, ne quidem ob probationem Perjurii in continenti faciendam, retractari possit, non in omnibus Juramentis procedit; sed in solo judiciali & voluntario. 558. 52. & sqq. cons. 18. n. 60. & seq.
Item in juramento purgationis ad petitionem adversarii præstito. 558. 55.
Perjurii probatio an testium fidei committi possit? vid. Juram. purgatorium, suppletorium, & in litem.
An crimen Perjurii per instrumenta probari queat? 560. 94.
Ad Perjurium probandum ne quidem juramentum in supplementum veritatis admittitur. 561. 101.
Nemo, ob minimum lucrum, Perjurium committere, sicque animam suam æternæ damnationis periculo subjicere voluisse præsumitur. 1605. 15. & 22.
Si ex actis pateſcat, Juram. calumniæ, sive generale, sive speciale, sine gravi Perjurii periculo, deferri non posse, illud, tametsi viva voce exactum & jamjam acceptatum sit, tamen à judice benè remitti potest. cons. 21. n. 12. & seq.
De Perjurio suspectus ad juram. in supplem. non admittitur. 335. 53.
Ex instrumentis noviter repertis quousque probatio admittatur Perjurii? cons. 18. n. 62.
Causam juramento judiciali, ex consensu utriusque partis decisam, nec Perjurii prætextu retractari permittitur. cons. 18. n. 60. & sq.

PERMANEO.

Verbum, Permaneat, non inducit fideicommissum, ubi non est. 57. 502.

De Clausulâ: Rebus in eodem statu permanentibus, vel sic stantibus, vid. Clausula.

PERMISSUM.

Vid. Prohibitum.

PERMUTATIO. Conf. Contractus innominatus.

Permutatio est contractus innominatus. 1706. 46.

Nudum duorum de rebus suis invicem permutandis initum pactum, Jure civili, contractum Permutationis haud constituit. 1705. 35.

Hinc, ante dominii translationem, ex uno contrahentium latere factam, utraque pars ab eodem liberrimè discedere potest. 1705. 35.

An etiam hodiè nostris moribus? 1705. 36. & sqq. junct. 1707. 54. & sqq.

Verba hæc: Er wolle den todt trinckhen/ wann Er den Tausch auffkünde/ à Permutatario prolata pactum pœnitentiæ exclusivum procul dubio important. 1707. 46. 1709. 77.

Fideicommissa reciproca magis ad emtionis vel Permutationis, quàm negotii lucrativi naturam accedunt. 400. 235. & sqq.

De Permutatione prædii emphyteutici vid. Emphyteusis.

PERPETUUM.

Quæ incerta adhuc sunt, utrum sint temporaria, vel Perpetua? pro Perpetuis habentur. cons. 16. n. 638.

De usu verborum Perpetuitatem denotantium in materia Fideicommissorum familiæ vid. Fideicommissum. Liberi.

Dictiones Perpetuitatis significativæ. v. gr. zu ewigen zeiten / ewigen tagen / regulariter, sortiuntur naturam illius negotii, cui adjiciuntur, ac non nisi Perpetuitatem juridicam, pro ratione substratæ materiæ, indigitant. 1158. 587. sqq.

Actiones perpetuæ quænam in LL. dicantur? 1158. 588.

De renunciatione successionis auff ewig/ ewige tage / auff einmahl vor allemahl / vel in Perpetuum, &c. vid. Renunciatio.

PERSEVERANTIA.

Ex præfracta in percussore Perseverantia cædes ab illo commissa ex deliberato animo profecta præsumitur. 763. 93.

PERSONA. PERSONALITAS.

In ambiguo semper illud, quod congruit Personæ, cum qua actus perficitur, tanquàm verosimilius, præsumi debet. 656. 177. 1213. 39.

Hoc in Legibus non infrequens, ut quis duplicem, diverso respectu, personam sustineat. 1074. 377.

Pronomen, Dero / denotat Personalitatem. 53. 464.

Nobiles Imp. immediatè subjecti personis publicis rectè annumerantur. 831. 108.

De Personis honoratioribus, vel in dignitate constitutis vid. Dignitas. Honoratus.

Juribus Personalibus vide Jus.

Concessione ad vitam Personæ facta vid. Vita.

Renunciatione personali vid. Renunciatio.

Emphyteusi personali vid. Emphyteusis.

Privilegio personali vid. Privilegium.

PERSUASIO.

De Testamento per nimias Persuasiones extorto vid. Testamentum.

PERTINENTIA.

Nec candelabra, nec pictæ tabulæ, nec statuæ, nec cornua cervina, vel similia, catenis, clavis, aliave ratione parietibus affixa, ex tali solummodò affixione, & perpetua, ut videtur, in aliquod conclave destinatione, pro ædium Pertinentiis haberi debent. 419. 484. & sqq.

Quæ ornatus duntaxat causa habentur, non debentur emptori, tanquàm ædium Pertinentiæ. 419. 486. & seq.

PESTIS.

Codicilli tempore Pestis confecti, præter binarium testium numerum, nullas requirunt solennitates. 1488. 71.

PETITORIUM.

Vide Possessio, Possessorium.

PETULANTIA. Vid. Jocus.

Petulantia puerilis pœna gravioñ coërceri non potest. 580. 71.

PICTURA.

An Picturæ clavis parieti affixæ pro ædium pertinentiis veniant habendæ? 419. 484. & sqq.

PISCIS. PISCATIO.

Etiam Piscationum reditus ad usufructuarium spectant. 680. 67.

Purgatio Lacuum, der Fischweyher/ utrum rusticis ad operas præstandas obstrictis de jure incumbat? 189. 318.

PIUS. Conf. Ecclesia.

Dispositio in præjudicium portionis à filia, sub conditione expirantis stemmatis masculini reservatæ, facta, ne quidem favore piæ causæ subsistit. 806. 140. & sq.

Nihil æquitati tàm congruum est, quàm ut res ad usum pium destinata in eundem, quoad fieri potest, vertatur. 163. 13.

Favor piatum causarum, sine legis expressa dispositione, non nimium extendi debet. 89. 809.

Pia corpora, regulariter, jure solummodò communi censenda, nisi speciale doceatur privilegium. 89. 810. 1418. 80. In legium.

In extendendis piarum causarum privilegiis Doctores sæpe nimis sunt liberales. 89. 810.
Si de Pii cujusdam corporis præjudicio agatur, solennia actûs ex solo temporis lapsu non præsumuntur. 214. 587.
Idem multo magis tunc obtinet, si alienatio, de cujus solennitatibus quæstio, Pio corpori evidenter & manifestè sit damnosa. 214. 593.
Alienatio Ecclesiæ vel alii Pio corpori evidenter damnosa nec ex authoritate beneplaciti Sedis Pontificiæ valet. 215. 596.
Quo jure Pia corpora tùm ratione residui suorum Administratorum, tùm ratione aliorum creditorum in processu edictali censeantur? vid. Credd. concursus.
Ex causa Pietatis indebitè, tametsi per errorem, solutum; tamen, per indebiti condictionem, repeti non potest. 1330. 75.
Etiam dotis causa inter pias refertur. 1331. 76. 1332. 89.
An ex causa dotis solutum repeti possit? vid. Dos.
Notantur remissivè nonnulla ex solo Pietatis principio pendentia DDrum conclusa. 1331. 81.
An, & quatenùs restitutio in integrum adversus indebitum ex causa Pietatis solutum minori competat? vid. Minor.
De obligatione mulieris, itemque Filiifamilias in causa pia vid. Uxor. Pater.
Pio Corpori præfectus in loco, ubi ei hoc officium demandatum, nulla legitimatione opus habet. 1419. 187.
De Testamentis, itemque legatis ad pias causas vid. plura sub voc. Testamentum. Legatum.

PIGNUS. Conf. Hypotheca.

Sub nomine der Pfandschafften denotantur tùm propriè sic dicta Pignora, cum jure antichretico conjuncta, tùm etiam prædia sub pacto de retrovendendo quæsita. cons. 16. n. 596. & sq.
Illustratur hoc imprimis per imperiales Oppignorationes, Reichs-Pfandschafften cons. 16. n. 598.
Differentiæ aliquot inter venditionem sub pacto de retrovendendo, & oppignorationem. 428. 603.
Quando census ex fundo, pro talis contractûs securitate simùl oppignorato, alicui venditur, & ipse fundus emtori traditur, eo fine, ut ipse censum inde percipiat, tunc ex ipso hoc Pignoris contractu principalis contractus Impignoratio appellatur, &, ob pactum adjectum de retrovendendo, mixtus efficitur. cons. 16. n. 605. & sq.
In hujusmodi contractibus feliciter distinguendis omnes & singulæ circumstantiæ sunt attendendæ. cons. 16. n. 607.
Quando in tali contractu simùl & communis loquendi usus, & exactior legum interpretatio locum habere potest, tunc, hac posthabita, ille præfertur. cons. 16. n. 608. & sq.
Contractus antichreticus nostratibus communiter appellatur eine Pfandschafft. cons. 16. n. 612.
Tales Pignorationes antichreticæ immobilibus rebus haud accensentur. cons. 16. n. 613.
Adverbium, Widerkäufflich / quod & talibus antichrestícis oppignorationibus sæpè inseritur, nihil aliud denotat, quàm Widerlößlich. cons. 16. n. 614. & sqq.
Si quis alicui certos nummos ea lege tradiderit, quòd pro usuali monera, ab aliis mutuanda, illos Oppignorandi licentiam habere; sed post certi temporis lapsum, unà cum interesse, eosdem in natura restituere debeat, quale tunc negotium celebratum censeri debeat? 1506. 26. & mult. sqq.
Etiam pecunia numerata alteri ad Oppignorandum locari vel commodari potest. 1508. 41. & sqq.
Res aliena, consensu domini oppignorata, creditori, ante solutionem debiti, auferri nequit. 1509. 58.
Aliud obtinet, si licentia oppignorandi ad certum saltem tempus concessa fuerit. 1509. 59. & seqq.
Creditor re sibi oppignorata, invito domino, utens, furtum committit. 1510. 63.
Ob frugum depastionem animal ad alium pertinens non aliter Pignorari potest, quàm si id vel in ipsa actuali depastione, vel in ipso adhuc fundo, in quo damnum dedit, inclusum vel pignoratum esse, per duos testes, probari valeat. 1677. 10.
An is, qui animal sibi noxium pignoravit, illud privata authoritate ità inclusum penes se retinere queat, vel judici illud exhibere teneatur? 1677. 11. & seq.
Quidsi includens ibi loci jurisdictione polleat? 1677. 13.
Inclusionem ejusmodi animalis clandestinam LL. Romanæ summoperè aversantur. 1677. 15.
Animal ità inclusum celans, vel istud, insuper habita idoneæ, de refundendo omni, si quod datum probari queat, damno, cautionis oblatione, domino vindicanti exhibere recusans, neque litis, ob hanc ipsam recusationem, diù protractæ, neque etiam pro pastu animalis intereà erogatas expensas repetere valet. 1677. 16. & seqq.
Animal sibi noxium pignorans, regulariter, sumptus in pasturam ejus factos repetendi jus habet. 1678. 21.
Utrum actio spolii etiam creditori pignoratitio competat? vid. Spolium.
Tale pactum, ut, debito sua die non soluto, creditor rem oppignoratam justo pretio habeat emptam, omninò subsistit. 1525. 102.

Si tamen illa res jam antea alii fuerit oppignorata, tunc creditor eandem nonnisi cum sua causa acquirere potest. 1525.104. & seq.
Si testator, sciens prudens, rem oppignoratam alicui leget, tunc non legatarius; sed heres eandem à vinculo pignoris liberare tenetur. 408. 326.
Pignus in alium translatum nonnisi cum sua causa transit. 1525.105.
De reluitione Fideicommissi oppignorati vid. Fideicommissum. Pactum de retrovendendo.
Oppignoratione falsarum margaritarum, & similium rerum pretiosarum pro veris, vid. Falsum.
Tabernæ mercatoriæ vid. Merx.

PLUS. PLURALIS.

Cui id, quod Plus est, licet, ei multo magis id, quod minus est, licet. 619.73.
Intentio ad Plura parum commodi affert. 772.9.
De Numero Plurali vid. Numerus.

POENA.

In Legis pœnalis interpretatione, si quid dubii incidat, semper mitior sententia præferri debet. 1052.128.
In Pœna delicto commensuranda attendendum est tempus delicti commissi. 1281.81.
Pariformiter quoque locus, in quo illud perpetratum. 1281.82.
Delinquentes se statutis & Pœnis, in loco delicti perpetrati obtinentibus, subjicere voluisse existimantur. 1281.81. & seq. 571.87. & seq.
Statutum suis subditis, extra territorium delinquentibus, Pœnas præfigere potest. 1281.88.
Illud tamen simpliciter loquens ad subditos extra territorium delinquentes haud extendendum. 1281.89.
Ubi Pœna statuto loci domicilii etiam contra delinquentes extra territorium expressè præfinita, illa semper irroganda. 1281.88.
In æstimatione perpetrati delicti, ejusque Pœnæ commensuratione ipsi quoque LLatores hoc imprimis considerant, utrum aliquis ex proposito, an verò ex impetu, vel casu delinquat? 1342.70. & seqq.
Quoties Pœna actori applicanda, actio vel imploratio Judicis est necessaria. 1047.65.
In pœnis, quæ ipso jure committuntur, illarum executio ab ipsa lege fieri intelligitur, ut dehinc illæ etiam ab hæredibus delinquentis exigi valeant. 1048.67.
Illustratur hoc exemplo Legis 41. Cod. de transact. 1048.68.
Idem dicendum in casu, quando lis cum defuncto fuit contestata; tametsi de actione merè pœnali quæstio sit. 1048.69. & seq.
Pœna, per specificam juris sanctionem statuta, etiam citra præcedaneam specialem ejus comminationem, justissimè imponitur. 1641.152.
Quando Fiscus ratione delicti ad Pœnam pecuniariam agit, tunc de mero lucro captando certat. 1506.18.
Quando de corpore delicti non indubitanter constat, pœna mortis decerni haud potest. 758.15. 1000.134. 1784.3.
Ad decernendam Pœnam ult. supplicii nihil refert, an Reus illud ipse legaliter confiteatur, vel per sufficientes probationes convincatur. 759.29. 253.83.
Facta legitima criminis probatione nihil superest, quàm ut Pœna ordinaria dictetur, & effectui detur. 760.30.
Adversus deprehensum in ipso crimine ab unico saltem teste non statim decernitur Pœna ult. supplicii; verùm tortura. 760.35.
Ad dictandam Pœnam ult. supplicii ad minimum duorum vel trium testium jurata depositio requiritur. 760.31.
Utrum, & quando Pœna capitalis ex indiciis, quæ vocant, indubitatis dictari valeat? 253.84. & seqq.
De corpore delicti aliter constare debet ad effectum torturæ, aliter ad Pœnam ultimi supplicii. 1019.163.
In criminibus carnis Pœna ultimi supplicii non aliter decernitur, quàm si utriusque confessio suppetat. 1282.90.
Etiam ex indubitatis & nullum scrupulum relinquentibus indiciis Pœna capitalis, sine prævia tortura, decerni potest. 1577.56.
Qualiscunque corporis infirmitas à Pœna capitali neminem eximit. 1585.127.
An & quatenus Pœna capitalis adversus furiosum executioni mandari possit? vid. Furor.
Adversus prægnantem, partu nondùm edito Pœna capitalis executioni mandari nequit. 1591.3. & seq.
Pœnarum finis haud postremus est emendatio. 353.53. & seqq. 1788.41.
Ubi noxia, ibi Pœna subsistere debet. 1047.61.
Pœna unius debet esse metus multorum. 1565.93.
De Pœna Conatus vid. Conatus.
Sola Rei confessio cuinam pœnæ locum faciat? vid. Confessio.
De Pœna mitiganda, vel non, ex causa restitutionis damni vid. Restitutio.
Ob Rei simplicitatem vid. Simplicitas.
paupertatem vid. Paupertas.
effectum non secutum vid. Assassinium.
seductionem & sollicitationem complicis vid. Seductio.
Senilem ætatem vid. Senex.
diuturnam Rei in carcere detentionem vid. Carcer.
Confessionem spontaneam vid. Confessio.
Iræ fervorem vid. Ira.
Sexum vid. Fœmina.
Adversam Valetudinem vid. Valetudo.
Epilepsiam vid. Epilepsia.
Furorem vid. Furor.
Minorennitatem vid. Minor. Impubes.

Spem emendationis vid. Emendatio.
Petulantiam vid. Petulantia. Jocus.
Credulitatem vid. Credulitas.
Magnum liberorum numerum vid. Liberi.
Vitam anteactam vid. Vita.

Remissius & cautius agendum est in decernenda Pœna, ubi hominis vita in quæstionem vocatur. 567. 21. 1205. 88. 263. 75.

Neque Juris Interpreti, neque Judici hoc convenit, ut ultra terminos ab ipso Principe summo criminum vindice præfinitos, in Pœna decernenda, procedat. 567. 23. 262. 60.

De gradibus Pœnarum ad explorandam Emendationis spem in crimine Furti, Fericidii, &c. adhiberi solitis vid. Furtum. Fericidium.
aggravanda Pœna ob ejus frequentiam vid. Frequentia.
Ob damni magnitudinem vid. Quantitas.
ob delinquendi consuetudinem vid. Consuetudo.
ob qualitatem loci vid. Locus. Domus. Solitudo.
ob concursum plurium delictorum vid. Delictum.
ob circumstantiam temporis vid. Nox.
ob insidias proditorias in perpetratione delicti adhibitas vid. Insidiæ.
ob delicti reiterationem vid. Reiteratio.

De Pœna remot. vel suspensionis ab officio vid. Officium.
Fustigationis vid. Fustigatio.
Culei vid. Infanticidium.
Privationis vid. Privatio.
Legis 7. Cod. unde vi. vid. Vis.
Caducitatis Feudi vel emphyteuseos vid. Feudum. Emphyteusis.
Executione Pœnæ vid. Executio.

Qui testatoris supremam voluntatem sine causa impugnant, Pœnæ testamentariæ seu omnium ex illa percipiendorum commodorum privatoriæ se obnoxios reddunt. 876. 249.

Modò id dolo malo, vel ad minimum culpa lata fiat. 877. 250.

Qui ad privationem commodorum, in suprema voluntate relictorum, agere vult, ad minimum culpam testamentum impugnantis prorsùs inexcusabilem probare tenetur. 877. 251.

Natura Pœnarum, tùm legitimarum, tùm conventionalium, tùm denique testamento impositarum, hæc perpetua est, ut de dolo, vel culpa priùs liquidò constet, quàm illa cuiquam adjudicetur. 877. 252.

Pœna contraventionis sive testamentaria, in præjudicium fideicommissi conventionalis, incassum adjicitur. 806. 147.

Pœna testamentaria dispositioni legibus adversæ adjecta nullius est efficaciæ. 1260. 72.

Utrum Pœnæ adjectio in casum, si liberi legitimi illud, quod Pater ipsorum suis liberis naturalibus ultra unciam reliquit, præstare recusent, aliquid roboris habeat? 1260. 72.

POENITENTIA.

Unumquodque eatenùs Pœnitentiam admittit, quatenùs adhucdùm voluntatis arbitrio subjacet. 752. 420.

Quatenùs per stipulationem, vel juramentum jus alteri quæritur, vel nostrum jus tollitur, eatenùs voluntas dicitur adstricta, ejusdemque mutatio, sive Pœnitentia toraliter excluditur. 752. 417. & seqq.

Quatenùs facultas pœnitendi in negotiis inscriptis celebratis locum habeat? 836. 166. & sq.

De jure Pœnitendi in contractibus innominatis competente vid. Contractus innominatus.

De Jure pœnitendi de Jure Würtembergico, quoad contractus super re immobili celebratos, intra XIV. dies competente, vulgò Reukauff/ vid. Immobilis.

POLLICITATIO.

Ex Pollicitatione non aliter efficax obligatio resultat, ex qua actio institui possit, quàm si illa sit DEO facta, vel Reipublicæ. 543. 432.

Hæ solæ DDbus appellantur non-nudæ seu legitimæ. 543. 433.

Privato facta Pollicitatio non majorem effectum parit, quàm pactum nudum. 543. 434.

Hinc ab illa pro lubitu recedi potest. 543. 435.

PONTIFEX.

Pontifex Rom. in terris ad sedem Papalem spectantibus Principis secularis independentis eminentia potitur. 1638. 124.

Quod juris Pontifici in dictis terris competit, id multo magis alii, nullum superiorem recognoscenti, Principi, in suis actionibus competere censendum. 1368. 124. & seq.

Si etiam Pontifex alicujus delicti per duos testes convinci posset, tunc etiam ipsum, æquè ac diabolum, eapropter damnandum pronuntiat Glossa. 962. 629.

POSTARIUM MAGISTER.

Conf. Rhedarius.

POSSESSIO. POSSESSORIUM.

Corporalium rerum Possessio acquiritur per apprehensionem; & incorporalium usu & exercitio. 190. 333.

Fundamentum & tota vis quasi Possessionis in partis adversæ patientia consistit, imò ipsa quasi Possessio est. 190. 334. & 338.

Patientia adversarii in incorporalibus tantundem operatur, quantum immissio in rerum corporalium Possessionem. 190. 335.

Qui patitur, alterum in suo jus aliquod exercere, seipsum confestim Possessione exuere intelligitur. 109. 336.

Quasi possessio etiam per unicum actum legitimum inducitur. 195. 388.

In litibus posſeſſoriis, ad formandam Poſſeſſionem, plerumque ultimum inſpicimus actum. 195. 389.

Ad reportandam in Poſſeſſorio ordinario victoriam ſufficit, Poſſeſſionem etiam unico actu, præſertim recenti, acquiſitam probari: Modò reus non poſſit eundem actum violentiæ, clandeſtinitatis, vel precarii vitii convincere. 287. 518. & ſq.

Ubi, etiam Majores in aliquem locum ad ædificandum neceſſaria advexiſſe, probari poteſt, Poſſeſſio vel quaſi ſatis indè probatur. 208. 520.

Qui multos actus Poſſeſſorios vel quaſi ultra hominum memoriam exercuit, pro illo juris præſumtio militat, quòd & omni retrò tempore in Poſſeſſione vel quaſi fuerit. 208. 528.

Probatâ præſentis temporis Poſſeſſione illa etiam in præteritum, ad hunc effectum, ut onus contrariæ probationis in adverſarium rejiciatur, probata cenſetur. 208. 528. & ſq.

Poſſeſſor ſemper ex titulo præambulo poſſidere præſumitur. 209. 529.

Ex Poſſeſſione præteriti temporis etiam Poſſeſſio de præſenti præſumitur. 209. 533.

Poſſeſſio ſemel quæſita, per actus Poſſeſſorios, continuatur. 209. 534.

Ad probationem Poſſeſſionis non ſufficit probari actus aliquos Poſſeſſorios; ſed neceſſe eſt, ut ſimùl probetur, iſtos actus fuiſſe quietos, & partis adverſæ turbatorios & injuſtos. 1678. 31.

Cauſa proprietatis, ratione effectuum, eſt principalis; ſed cauſa Poſſeſſionis, vel quaſi, quoad ordinem cognoſcendi & decidendi, illam præcedit. 184. 266.

Interverſò hôc ordine locum habet appellatio. 184. 267.

Quamdiu actor nullum jus, vel dominium ſibi adjudicari; ſed ſe tantùm in ſua Poſſeſſione defendi, vel in illam reſtitui petit, tunc nudum Poſſeſſorium intentatum intelligitur. 185. 273.

Si actor expreſsè proteſtetur, quòd ſe in petitorium immittere nolit, tunc Judex, regulariter, ſuper ſolo Poſſeſſorio judicandi facultatem habet; & contra. 186. 282.

Niſi Clauſula ſalutaris libello ſit adjecta. 186. 284. 187. 294.

Si alteruter litigantium ſuæ cauſæ juſtitiam etiam in petitorio plenariè deduxerit; Judex, licet de ſolo Poſſeſſorio aditus, tamen ſuper illo pronuntiare poteſt. 186. 285.

Quousque dicta clauſula ſalutaris hoc operetur, ut Judex etiam in petitorio judicare queat? 187. 286. & ſqq. 188. 299.

Quando petitorium abſorbeat Poſſeſſorium? 187. 291. & ſq.

Fruſtra Qr. Quis poſſeſſor ſit, ubi conſtat, ad quem rei dominium pertineat. 187. 294.

Ubi petitorium jam plenariè deductum, illud fruſtrà reſervatur, & in ſolo Poſſeſſorio pronuntiatur. 187. 295.

Si documenta ad petitorii probationem facientia nondùm in originalibus ſint producta, vel petitoris & poſſeſſoris argumenta ſint paria, &c. tunc Judex præcisè ſuper ſolo Poſſeſſorio judicare tenetur. 187. 296.

Poſſeſſio evidens, cum proprietate, adhuc liquidanda, nihil commune habet. 188. 297.

Aliud eſt, ſuam poſſeſſionem, per argumenta petitorium ſpectantia, tantùm colorare, & aliud, petitorium per legitimas & plenas probationes evincere. 188. 298.

In Poſſeſſorio ordinario nihil aliud probandum, quàm Actoris Poſſeſſio, & Rei turbatio. 188. 305.

Turbatio Poſſeſſionis non ſaltem rebus *ipſis & factis*; verùm etiam verbis fit, & proin facilis eſt probationis. 189. 307.

Sola etiam negatio Poſſeſſionis pro turbatione eſt. 189. 308.

Reus hoc ipſo, dùm ſeſe opponit, vel alterum liberè jure ſuo uti non patitur, turbare dicitur. 189. 309.

Poſſeſſio, præcipuè inveterata, totum *onus* probandi in Poſſeſſoris adverſarium *rejicit*. 188. 301.

Quaſi Poſſeſſio cujuslibet juris hos præcipuè modos probandi rejicit, qui ex illius exercitio dependent. 190. 328.

Actus Poſſeſſorii *ſunt indices ipſius Poſſeſſionis*. 190. 329.

In Juribus incorporalibus quaſi Poſſeſſio propriè in actibus Poſſeſſoriis conſiſtit. 190. 330.

Poſſeſſio non tàm firmiter, etiam per publica inſtrumenta, probatur, quàm per actus Poſſeſſorios. 190. 331.

In probanda Poſſeſſione immemoriali non adeò rigoroſa requiritur probatio. 193. 369.

Confeſſio adverſarii in Poſſeſſorio etiam pro tituli colore & ad imponendum ſilentium ſufficit. 194. 375.

Ob adverſarii confeſſionem manutentio Poſſeſſori, etiam abſque alia juſtificatione, debetur, tametſi confeſſio ſit qualificata, vel dubitativa, aut impugnativa. 194. 381. & ſq.

Ad probationem Poſſeſſionis non ſufficit, probari actus poſſeſſorios; ſed neceſſe eſt, ut illi non ſint turbatorii. 197. 404.

Poſſeſſio, in dubio, non præſumitur vitioſa. 197. 405.

Præſumtio violentiæ, clandeſtinitatis, vel familiaritatis multo magis in XXX. & XL. annorum, & omnium maximè centenarii, vel immemorialis temporis poſſeſſione excluditur. 198. 416. 199. 419. & ſqq. 201. 434. & ſeqq.

Qui titulum ſuæ Poſſeſſionis, vel quaſi habet, tametſi inutilem, is nunquàm jure familiaritatis; ſed proprio poſſediſſe exiſtimatur. 199. 422.

Præſumtio violentæ & precariæ quaſi Poſſeſſionis

vis ad sola nova & insolita jura ac onera restringitur. 199. 420.

An præsumtio violentiæ, clandestinitatis, vel precarii quoad Possessionem exclusiva, ex decursu temporis immemorialis collecta, sit juris & de jure, omnemque in contrarium probationem excludat? 201. 444. & sqq.

Ad hoc, ut ex aliquo antiquo documento memoria contrarii appareat, oportet, ut hoc de eadem illa re, vel jure eodem, in cujus Possessione quis se constitutum dicit, probetur. 203. 466.

Falsum est, quòd illud, cujus contrarium, ratione initii, ex antiquis instrumentis probari potest, non sit immemoriale. 203. 472. & sqq.

In dubio semper pro Possessore pronuntiandum. 37. 327.

Si Reus fateatur, adversarium possidere, & excipiat tantùm de vitio Possessionis, onus probandi hoc ipsum vitium reo incumbit. 217. 726.

Aliorum Possessionem, tametsi injustissimam, nisi judiciali autoritate, occupare haud licet. 626. 182.

Actus violenti nullam manutenibilem Possessionem conciliare possunt. 744. 342.

Possessio, quæ liti causam & occasionem præbet, ad manutentionem prodest haudquaquam. 744. 343.

Antiquior Possessio etiam justior præsumitur. 745. 352.

Vi possessum illud omne dicitur, quod contra voluntatem possessoris occupatur. 745. 362.

Vid. Spolium.

Lite pendente, nemo, in sua possessione, ne quidem à Judice supremo, debet turbari. 748. 370. 91. 830.

Possessio, semel legitimè quæsita, jus est, donec ab adversario superius jus legitimè probetur, manutenendum. 188. 302.

De Possessione ne quidem per sequestrationem, sine justa causa, alicui auferenda vid. Sequestrum.

Quænam Possessionis ablatio vel occupatio remedio Canonis, Redintegranda, seu actioni spolii vel interdicto unde vi, itemque remedio Legis 7. Cod. unde vi locum faciat? vide Spolium. Interdictum. Vis.

Possessio temporis immemorialis habet vim legis, privilegii, specialis concessionis, & contractus, tantumque valet, quantum Princeps cum causa & ex potestatis plenitudine efficere potest. 219. 642.

Hæc tribuit titulum; quicunque lubuerit, omnium efficacissimum. 196. 394. 220. 644.

Ex immemorialis temporis possessione titulus sufficientissimus inducitur, sic, ut, licet aliæ omnes probationes deficiant, tamen solo hujus temporis lapsu titulus satis probatus habeatur. 222. 664. & seq.

In causis momentaneæ Possessionis minor legitimam standi in judicio personam, jure civili, habet. 1062. 241.

An minor, sine curatore, in istis causis duntaxat agere, an verò etiam litem possit excipere? 1062. 243. & seq.

Hodiè minores, ne quidem in possessoriis judiciis, legitimam sine curatore vel tutore standi personam habent; nisi venia ætatis à Principe impetrata. 1062. 247.

Compossessoribus remedia possessoria, tùm retinendæ, tùm recuperandæ Possessionis competunt. 1165. 658. & seqq.

Quoties duorum vel plurium Possessiones sunt compatibiles, mandatum manutenentiæ conceditur omnibus. 1165. 661.

Sicuti petitio hæreditatis cohæredi adversus alterum cohæredem, pro illa parte, qua hæres non est; ità etiam Compossessio ei pariter conceditur. 1165. 663. & seqq.

Dominium, ob non præstitam cautionem de damno infecto, decreta missione in Possessionem ex secundo decreto, acquisitum, ad usufructuarium irrevocabiliter spectat. 681. 78. & seqq.

Etiam cessionarius, tanquàm cessi debitoris verè & propriè sic dictus creditor, in bona illius judicialem immissionem petere potest. 1183. 140.

De Possessore pro Herede vid. Heres.

Per litis contestationem mala Fides inducitur, sic, ut, qui eousque bona fide possederunt, ut malæ Fidei possessores tractentur. 544. 460.

An hoc etiam, contra illum, qui justam habuit causam litigandi, locum obtineat? 544. 460.

Tutores & Curatores, minorum nomine, Possessionem omnium rerum apprehendere possunt, vel hanc apprehensionem aliis mandare. 1058. 196.

Malæ fidei possessor ad restitutionem omnium fructuum, etiam percipiendorum, tenetur. cons. 21. n. 126.

Deductis omnibus, intermedio tempore, territorii domino exsolutis collectis, ordinariis, & extraordinariis. cons. 21. n. 128.

Itemque Angariis, & aliis publicis pensitationibus. cons. 21. n. 130.

Nec non expensis non saltem fructuum; verùm etiam in rem, ex necessitate, vel (sua ratione) utiliter factis. cons. 21. n. 132. & seq.

Quid quoad voluptuarias juris sit? cons. 21. n. 134.

Sicut omnis privatio habitum præsupponit; ità etiam dejectio Possessionem, qua quis se deturbatum esse conqueri valeat. cons. 26. n. 12.

De Possessione hereditatis vid. Hereditas. Heres. ad fundandam præscriptionem necessaria vid. Præscriptio.

Quasi possessione Juris Operas exigendi vid. Operæ.

POSTERI.

Sub nomine, Posterorum, der Nachkommen/ omnes in infinitum descendentes continentur. 781. 146.

Vid, porrò Liberi.

POSTERIUS.

Regula, quòd Posteriora prioribus derogent, in statutis, rescriptis, contractibus, pactis, & supremis defunctorum elogiis obtinet. 177. 177. & 181. & seq. 40, 352. 876, 248. 1113. 62.

Latiùs patenti familiæ pacto posteriori & recentiori, per aliud speciale, prius licet & antiquius, pactum, multòque magis plura talia specialia pacta, derogatur haud dubiè. 1068. 314.

POSTQUAM.

Adverbium, Nachdemmahlen/ Latino adverbio, Postquam, æquipollet. cons. 16. n. 515.

Latina & Germanica adverbia, Posteaquàm, & Postquàm, Nachdemmahlen und Nachdem/ important modum vel conditionem. cons. 16. n. 515. & seq.

POSTULO.

Impudenter quis postulat, cujus contrarium, in casu converso, non postulaturus foret. 755. 460.

POTESTAS.

Princeps, in dubio, ex Potestatis plenitudine egisse haud præsumitur. 1234. 118. 1271. 239.

Princeps, etiam hæreditate paterna jamjam adita, tamen liberos naturales, ad æqualem cum legitimis successionem, ex plenitudine Potestatis, legitimare potest. 1271. 237. & seq.

Hæc Clausula: Supplentes de plenitudine Potestatis omnes defectus, tàm juris, quàm facti, quomodò exaudienda? 1234. 118. & seq.

PRÆCIPUUM.

Si Pater testator ità filiæ suæ fidei committat: Peto, cùm morieris, licet alios quoque filios susceperis, tamen Sempronio, nepoti meo, in honorem nominis mei, plus tribuas, tunc filia illi nepoti ad Præcipuum obstringitur. 347. 51.

Sed reliqui nepotes de cætero haudquaquàm pro exclusis habendi. 347. 52.

Et illud Præcipuum Sempronio assignandum debet esse moderatum. 347. 54.

Utrum vi talis dispositionis: Quòd omnes agnati & cognati simùl debeant succedere; sed agnati cognatis præferri debeant, ab ipsomet testatore non facta expressa declaratione, de certo Præcipuo agnatis suis præ cognatis præstando, vel magistratus, vel executores ejus ultimæ voluntatis illis aliquod Præcipuum constituere valeant? 347. 55. & seqq.

Si præsertim Testator, bina vice, de hoc, in quo illa præferentia consistere debeat? interrogatus; veruntamen ab ipso nulla ulterior declaratio facta fuerit? 348. 57. & seq.

PRÆDICATUM.

Non-entis nulla sunt Prædicata. 294. 141. 540. 388. 781. 150. 799. 53.

Talia sunt subjecta, qualia demonstrant eorundem Prædicata. 230. 762.

PRÆDIUM. Conf. Fundus.

Nomina, fundus, & Prædium, in Jure, regulariter, idem denotant. 728. 147.

Quid sub nomine Prædii, in legatis & contractibus, exaudiendum? vid. Ususfructus.

Qualitas etiam Prædiorum, si illa sint rustica, Güther im feld/ und den Bauern zuständig/ majorem pro emphyteusi præsumtionem, quàm pro feudo conciliat. 656. 178.

Prædia rustica quo sensu urbanis contradistinguantur? 657. 180.

An Molendina pro Prædiis rusticis vel urbani, sint habenda? 657. 181.

Hæc ipsa præsumtio, quòd prædia *rustica* faciliùs præsumantur emphyteutica, vel allodialia, quàm feudalia, transfert onus probandi contrarium in adversarium. 657. 184.

Ad probandum contrarium quales probationes requirantur? 657. 184. & sq.

Prædia rustica à *communiter contingentibus, & sui natura, censentur libera.* 657. 187. & sq.

De Prædiis rusticis centies potiùs emphyteuticus celebratur contractus, quàm feudalis. 658. 196. sq.

PRÆFATIO.

Causa à testatore in ipsa testamenti Præfatione posita intelligitur finalis; non impulsiva. 1124. 205.

Causa finalis, ex testamenti Præfatione collecta, in omnibus sequentibus testamenti capitulis repetita censetur. 1124. 205.

Ex Præfatione potentissimum argumentum redundat, ex quo ipsa genuina agentium intentio principaliter colligitur. 1124. 204.

Testatoris voluntas, ex Præfatione, inibique expressa ratione elucescens, etiam verborum significationi anteferenda. 85. 770.

De Præfationibus Renuntiationum vid. Renuntiatio.

PRÆFECTUS.

De contractu Præfecti, in loco, ubi jurisdictionem nomine Principis exercet, cum Judæo inito vid. Judæus.

De Præfectis Ecclesiæ, Kirchen-Vorstehern/ vid. Templum.

PRÆGNANS.

De percussione mulieris Prægnantis, ictu calcis, vel alio modo, in utero facta vid. Partus.

Prægnantes, etiamsi ex illicito coitu tales sint; tamen, ob partum in utero constitutum, regulariter, neque torqueri, neque terreri possunt. 1588. 157.

Quando Prægnantia non solùm ex inspectione, à juratis obstetricibus facta; sed ex aliis quoque circumstantiis valdè inverisimilis est, tortura, sine ulteriore dilatione, securè decerni potest. 1588. 158. & seqq.

Adversus Prægnantem, partu nondùm edito, neque confrontatio, neque tortura, omniumque minimè pœna capitalis decerni potest. 1591. 3. & seq.

PRÆJUDICIUM.

Quando injuriæ in judicio prolatæ à causa principali dependent, exceptio Præjudicii locum sortitur. 488. 315.

Præjudicia frequentissimè, ob unius vel alterius circumstantiæ varietatem, allegari non possunt. 1221. 134. & sqq.

Si casus decisus à decidendo, vel in minimo, differat, Præjudicia, præsertim in causis criminalibus, cum fructu allegari nequeunt. 1377. 95. & seq.

PRÆLATUS.

Vid. Abbas.

PRÆLATIO.

Prælatio unius tùm demùm effectum & locum sortitur, ubi is, qui præfertur, æquale jus cum aliis habet, in quo illâ præferentiâ potiri valeat. 347. 41.

Non tamen ille, qui alteri postponitur, per hunc, suum jus prorsùs amittit. 347. 42.

In dispositione Prælationem inducente, illi, qui postponuntur, debent pro inclusis haberi. 347. 49.

Prælatio non cadit in unum; sed tantùm inter plures pari jure gaudentes. 347. 50.

De simultanea agnatorum institutione; sed tamen sub aliqua agnatorum prælatione, facta vid. Cognatus.

De Prælatione ex causa majoris dilectionis, itemque ordine scripturæ præsumenda vid. Dilectio. Scriptura.

De absoluto Prælationis privilegio, quo nonnulli Credd. in concursu aliorum gaudent, vid. Credd. concursus.

PRÆPARATORIUM.

Ad excludendam in contractibus innominatis pœnitentiam non sufficit, alterum ad eundem implendum jam aliqua feciſſe Præparatoria. 749. 380.

De pacto futuri contractus Præparatorio vid. Pactum.

PRÆSCRIPTIO. Conf. Usucapio.

An etiam ad Præscriptionem rerum in Jure consistentium seu incorporalium titulus requiratur? 473. 85. & sq.

Ipsa scientia & patientia ejus, contra quem præscribitur, constituit titulum, præsumptæ videlicet donationis. 473. 87. & sq.

Hæc sententia moderno Fori usu receptissima est. 483. 235.

An talis titulus præsumptus in specie etiam ad Jus sepulchri hæreditarii præscribendum sufficiat? vid. Sepulchrum.

In materia Præscriptionis Jus Canonicum potissimùm sequendum. 202. 448.

Bona fides post lapsum XXX. annorum, etiam Canonico Jure, præsumitur, licet titulus deficiat. 222. 670.

Tametsi malæ fidei præsumtio in medio esset; illa tamen per lapsum tricennalis, multoque magis quadragenarii temporis lapsum purgatur. 222. 675. 477. 158.

Iniquum est possessorem post integros XXX. annos de bona fide velle interrogare. 223. 676. 478. 159.

Neque aliter post tricennium vel quadriceñium malæ fidei exceptio attenditur, nisi incontinenti, promptis probationibus, clarè & liquidò probari valeat. 223. 678. & sq. 478. 160.

Vel de titulo vitioso apertissimè constet. 478. 160.

Hinc multo minùs contra temporis immemorialis Præscriptionem ulla probatio admittitur, nisi de titulo apertè vitioso, malamque fidem inducente evidentissimè constet. 223. 680. & sq.

Præscriptionem longi temporis ab initio justam causam habere, tantundem dicit, ac possessio justo titulo & bona fide munita. 482. 221.

Mala fides superveniens hodiè vitiat omnem Præscriptionem. 1388. 34.

Ante violentam ex prædio expulsionem inchoata Præscriptio, per re-expulsionem in continenti factam, nullatenùs interrumpitur. 1052. 117.

Si Cohæredes, facta divisione, sibi invicem promittant, daß/ was sich für fehler/ von errichteter Theilung wegen/ über kurtz oder lang/ hervorthun mögen/ dieselbe alsdann verbessert werden sollen/ tunc in divisione commissorum errorum emendatio, quovis tempore, nulla, etiam plus quàm longissimi temporis, præscriptione, obstante, rectissimè prætenditur. 780. 129.

Si adverbium, Quandocunque, in promissione appositum fuerit, tunc omnis præscriptio statutaria & legalis excluſa censetur. 780. 131. & seq.

An ex eo, quod hæreditas in favorem stemmatis masculini renuntiata, per integrum seculum, in manibus masculorum extiterit, Fœminis exceptio Præscriptionis opponi possit? 800. 63. & seqq. junct. 812. 224.

Res commercio exemptæ nec per Præscriptionem

nem acquiri possunt; & contra. 470. 43. & sq. 472. 71.
Ad tricennalem Præscriptionem, & quadragenariam, adversus Ecclesiam, nullus titulus requiritur. 473. 90.
Nec bona fides in illâ probanda; sed ex lapsu tanti temporis, illa, etiam Jure Canonico inspecto, benignè præsumitur. 473. 91. & sqq.
Donatio, in se non satis valida, ad Præscriptionem tanto magis colorandam & statuminandam non malè allegatur. 474. 115.
Actus meræ facultatis, regulariter, objectum Præscriptionis non constituunt. 627. 202.
Provocare ad communium rerum divisionem est res meræ facultatis, nullius temporis Præscriptioni obnoxia. 322. 56.
An contra liberam electionem, emphyteusin personalem extinctam, pro arbitrario laudemio, defuncti emphyteutæ hæredibus concedendi, vel eandem prorsùs auferendi, Domino directo competentem præscriptio ex hoc, quòd interdum cum hæredibus emphyteutæ super laudemii determinatione specialis conventio fuerit inita, locum sortiri possit? 627. 200. & seqq.
An ex conventione domini, vel officialium, cum hominis proprii hæredibus de mortuarii quantitate, præprimis pluries, in eadem familia facta contra promissam vel arbitrio domini determinandam mortuarii quantitatem præscriptio fundari possit? 628. 203. & sqq.
An ex eo, quòd unus vel alter filius, privilegio duo opificia simul exercendi præditus, ab ejusdem simultaneo exercitio sponte desistat, aliis privilegiatarii subsequentibus descendentibus, vel ejusdem fratribus aliqua præscriptionis exceptio opponi possit? 782. 168. & seqq.
Præscriptio in Imperio Rom. Germanico, ante penitùs elapsum Annum 1648. nec in personalibus, nec realibus actionibus incipere potuit. 339. 21.
Litis contestatio quoad actiones XXX. annis durantes hoc operatur, ut postea nonnisi XL. annis præscribi possint. 339. 23.
Ex quo tempore terminus XL. annorum currere incipiat? 339. 24.
Exceptio Præscriptionis est litis finitæ. 468. 11.
Exceptioni Præscriptionis in ipso statim contractus instrumento renuntians nullum ad illam regressum habet. 339. 25. & seqq.
Utrum exceptioni Præscriptionis validè renuncietur? 340. 28.
Præscriptio, tanquam res facti, legaliter ab allegante probanda. 662. 17. & seq.
Per longissimi duntaxat temporis Præscriptionem omne jus nobis competens omnimodò extinguitur. 800. 65. 1232. 85.
Ad Præscriptionem immemorialem probandam quid requiratur? 193. 367. 204. 482.
Ubi factum recens, quòd v. gr. intra tempus centenarium, aliqua vel protestatio, vel reservatio contra onus impositum facta fuerit, probari potest, ibi Præscriptio temporis immemorialis facilè retunditur. 204. 483.
Ubi memoria in contrarium exstat, Præscriptio immemorialis nec incipere potuit. 201. 442. & seq.
Memoria contrarii, ex instrumentis antiquis probati, tùm demùm attenditur, si etiam juris, quod quis per illa probare intendit, continuatio cum illis concurrat. 205. 487. & sqq.
Ad hoc, ut ex aliquo documento memoria contrarii appareat, oportet, ut hoc de eadem illa re, vel jure eodem, in cujus possessione quis se constitutum dicit, probetur. 203. 466.
Etiam immemorialis & centenarii temporis Præscriptio, ob malæ fidei obstaculum, corruit. 222. 668.
Nec immemorialis temporis Præscriptio nutrix esse debet iniquitatis. 202. 449.
Clausula Prætoris: Si qua alia mihi justa causa videbitur, etiam in immemoriali Præscriptione obtinet. 201. 445.
Præscriptio temporis immemorialis quantos habeat effectus? 219. 641. & seqq. 221. 655. & sqq.
Immunitas à collectis Turcicis, vel aliis, per Præscriptionem immemorialem acquisita, non infringitur ex hoc, quòd ab illis immunis in matriculam imperii legatur relatus. 204. 485.
De Præscriptione *subsellii ecclesiastici* vid. Templum.
Sepulchri vid. Sepulchrum.
Juris operas à rusticis exigendi & immunitatis ab eadem vid. Operæ.
Agricolationis vid. Homo proprius.
Juris prædia feudalia collectandi vid. Feudum.
convenientia Præscriptionis cum consuetudine vid. Consuetudo.
Præscriptione juris exigendi Laudemium vid. Laudemium.
An per libros nobilium censuales & jurisdictionales hæc ipsa Præscriptio probari possit? vid. ibid.

PRÆSENTIA. PRÆSENS.

Quatenùs sola Præsentia ad inducendam donationis acceptationem sufficiat? vid. Fideicommissum.
De Præsentia Officialis in actu aliquo dominum concernente vid. Officialis.
Præsens & tacens, quatenùs de ipsiusmet præjudicio, sicque etiam de obligatione & actione adversus ipsum quærenda agitur, pro consentiente haudquaquam habetur. 1709. 79.
Talis ne quidem ad hunc effectum, ut ipsi aliqua actio vel exceptio acquiratur, pro consentiente haberi debet. 1709. 80. & seq.
De præsumtione ex præterito ad præsens tempus, & vicissim, vid. Præsumtio.

PRÆSERTIM.

Particula, Præsertim, regulariter, de casu minùs dubitabili accipi debet. 1761. 50.

PRÆSUMPTIO.

Præsumptio juris est probatio liquidissima. 650. 66.

Idem est, sive aliquis Juris communis dispositionem, sive juris Præsumptionem adversam habeat. 650. 67.

Hæc efficit, ut aliquid hoc ipso, quòd ejus contrarium non probatur, pro probato habeatur. 650. 68.

Eum, pro quô militat, ab onere probandi plenariè relevat, illudque in adversarium transfert. 650. 69. 997. 100.

Statuto, veram probationem requirenti, satisfit, si aliquid juris Præsumtione edoceatur. 650. 71.

Præsumptiones seu conjecturæ sunt rationabilia latentis veritatis vestigia. 659. 219.

Præsumptiones non per necesse concludunt; sed per verisimilitudinem Judicis animum movent. 659. 219.

Conjecturæ & Præsumtiones sunt legis non patens; sed latens conscientia. 659. 220.

Neque singulæ severiter sunt examinandæ; verùm conjunctim. 659. 221.

Negatio adversarii in casibus, quando una, aut plures Præsumptiones neganti adversæ sunt, non reddit rem dubiam. 229 755.

Etiam illa probatio, quam unica Juris Præsumtio parit, evidens, plena, manifesta, ac indubitata probatio dicitur. 1613. 85.

Confessio etiam ex Juris Præsumtionibus adjuvanda & supplenda secundum qualitatem personæ confitentis, præsertim si illa legum sit imperita. 947. 454.

In claris cessant Præsumptiones. 1228. 40. 735. 244.

Nulla adeò probabilis Præsumptio afferri potest, quæ sensu verborum ipsius testatoris, disponentium, paciscentium possit melior esse. 1228. 41.

Præsumptio fortior vincit debiliorem. 659. 214. 561. 112.

Præsumtio patefactæ veritati cedere debet. 201. 447.

Expressa voluntas præferenda præsumtæ. 16. 130. & seq. 70. 640.

Semiplenæ actoris probationi contrariæ, & pro reo militantes Præsumptiones juramentum suppletorium actori deferri non patiuntur. 335. 52.

Conf. Juram. Suppletorium.

Quando pro instrumentis à Reo productis vel aliqua Juris, vel urgens hominis Præsumtio militat, tunc etiam illiquidæ exceptiones in processibus executivis & summariis admittuntur. 1325. 25. & seq.

Accidentia non præsumuntur. 974. 777. 1069. 320.

Mutatio non præsumitur. 974. 775. & 777. 1069. 318. & seqq.

Hæc regula tàm in supremis voluntatibus, quàm in omnibus negotiis inter vivos attenditur. 974. 778.

Etiam quoad illa, quæ ex intervallo, imò etiam post longi temporis decursum fiunt. 974. 779. 1069. 321.

Quæ rariùs contingunt, in dubio nunquàm præsumi debent. 996. 94.

In dubio quilibet sanæ mentis præsumitur. 1568. 14.

Stipulatio quando præsumatur? 1371. 40.

Libri Rationum à Patrefamilias, etiam non-Mercatore, privatim conscripti, post mortem illius, satis considerabilem pariunt Præsumtionem. 786. 19. & seqq.

Ex usurarum solutione, ceu ex certo capitali, per plures annos facta, in dubio, quis verus illius capitalis debitor præsumitur. 788. 49. & seqq.

Ex diuturna canonis emphyt. præstatione, si ille, ut canon emphyteuticus, solvatur, præsumitur emphyteusis. 788. 53.

Antiquior possessio etiam justior præsumitur. 745. 352.

Quando contra qualitatem confessioni adjectam aliqua militat Præsumptio, confessio qualificata benè dividi potest. 200. 430.

In causis civilibus quando qualitati, adversarii confessioni adjectæ, Præsumtio juris contrariatur, confessio acceptatur, & reus condemnatur. 200. 432.

Præsumtio, in dubio, pro dominis, præcipuè ecclesiasticis, militat, & omnium maximè pro Abbatissis, operas indebitas haudquaquàm ab ipsis fuisse exactas. 201. 437.

An Præsumtio ex decursu temporis immemorialis sit juris & de jure, omnemque in contrarium probationem excludat? 201. 444. & seq.

Aperta probatio malæ fidei tollit præsumtionem bonæ fidei ex solo decursu temporis oriundam. 201. 446.

Probata præsentis temporis possessione illa etiam in præteritum, ad hunc effectum, ut onus contrariæ probationis in adversarium rejiciatur, præsumitur & probata censetur. 208. 528. & seq.

Qui multos actus possessorios, vel quasi, ultra hominum memoriam exercuit, pro illo juris Præsumtio militat, quòd & omni retrò tempore in possessione vel quasi fuerit. 208. 528.

Ex possessione præteriti temporis etiam possessio de præsenti præsumitur. 209. 533.

Plura de Præsumtionibus in materia Possessionis locum habentibus vid. Possesio.

Ex statu præsenti in præteritum rectè præsumitur, quamdiu hujus diversitas evidenter ac legitimè non demonstratur, ac quandocunque

que præsens ſtatus cum rei origine coincidere poteſt. 209. 530. 1647. 33. & ſeq.

Ex præterito præſumitur etiam ad plus quàm præteritum, & quod ab annis XL. obſervatum, etiam per remotiſſima retrorſum tempora obtinuiſſe, & ſimiliter obſervatum præſumitur. 212. 570.

Præſumtio eſt, non plus in referente dici vel adſtrui, quàm eſt in relato, ſi præſertim relatio fiat in faciem ejus, qui relatum in ſuis ipſe manibus tenet. 175. 157.

Quæ neceſſariò antecedere debuerunt, ex ſubſecutis præceſſiſſe præſumuntur; licet non omnia ſpecificè ſcripturæ legantur inſerta. 1371. 40.

Quinam contractus & pacta in ſcriptis celebrata præſumantur? vid. Scriptura.

De Præſumtione contra mendacem militante vid. Mendax.

Semel malus, in eodem malitiæ genere, ſemper talis præſumitur. 309. 43.

Fœminæ, regulariter, tenaces præſumuntur. cons. 16. n. 1007.

De generalibus Præſumtionum regulis, in interpretatione actuum obſervandis, vid. Actus. Diſpoſitio. Contractus. Teſtamentum. Ult. Voluntas.

Præſumtione fruſtraneæ rerum ſuarum jactationis excluſiva vid. Jactura. Expenſæ.

Rei libertate in dubio potiùs, quàm ſervitute præſumenda, vid. Servitus. Allodialis.

Bonis potiùs cenſiticis, vel emphyteuticis, quàm feudalibus præſumendis vid. Emphyteuſis. Cenſualis.

ſimulatione, quatenùs per Præſumtiones probetur, vel non? vid. Simulatio.

Præſumtione ſcientiæ vel ignorantiæ vid. Scientia. Ignorantia.

Præſumptiva dominii probatione vid. Vindicatio.

Donatione præſumenda, vel non, vid. Donatio. Remiſſio.

Præſumtione ex communiter contingentibus & conſuetis vid. Communiter. Solitum.

Præſumptione feudali vid. Feudum.

Remiſſæ exceptionis vid. Exceptio.

majoris dilectionis, & quæ porrò ex majore dilectione reſultat, vid. Dilectio.

quoad cognatos obtinente vid. Cognatus.

Præſumtione doli in-vel excluſiva vid. Dolus.

Præſumtione inveriſimilium excluſiva vid. Inveriſimile.

Veriſimili in dubio præſumendo vid. Veriſimile.

Doloſi homicidii Præſumtiones quænam ſint? vid. Homicidium.

Præſumtionibus in herede obtinentibus vid. Heres.

Quatenùs circa fideicommiſſa Præſumtio locum habeat, vel non? vid. Fideicommiſſum.

De falſi Præſumtionibus vid. Falſum.

bonæ vel malæ fidei Præſumtione in materia præſcriptionis, & aliàs, vid. Fides. Præſcriptio.

Ingratitudine non præſumenda vid. Ingratus.

familiaritatis jure in dubio præſumendo, vel non, vid. Poſſeſſio. Familiaritas.

Præſumtione pro juramento militante vid. Juramentum purgatorium.

pro fiſco, itemque pro magiſtratu militante vid. Fiſcus. Magiſtratus.

ſolennium vid. Solenne.

quoad dotem militante vid. Dos.

metu, ejusque purgatione per Præſumtionem probandâ vid. Metus.

PRÆSUPPOSITUM.

Ubi deficit Præſuppoſitum diſpoſitionis, deficit etiam diſpoſitio. 1050. 98.

PRÆTERITUM.

Quænam, inter alias, leges etiam Præteritum tempus afficiant? vid. Lex.

De præſumtione ex præſenti ad Præteritum tempus, & contra, vid. Præſumtio.

PRÆTOR.

Nec factum Prætoris juri publico derogare poteſt. 1267. 165.

Illuſtratur hæc regula remiſſivè exemplis. 1267. 166.

Quod in Jure Civ. *de Prætoris decreto ſeu juſſu* ſtatuitur, illud Doctores de ſententia interlocutoria hodiè exaudiunt. cons. 21. n. 23.

Prætor minima non curat. 469. 13.

PRÆVENTIO.

In cauſis mixti fori locus eſt juri Præventionis, ſic, ut ad illum judicem cauſæ cognitio pertineat, qui priùs de re cognoſcere incepit. 1495. 141.

Nec in illis à judice eccleſiaſtico ad ſecularem, & contra, appellare permittitur. 1495. 144.

Prævention, quoad bona debitoris obærati, tantùm inter pari jure munitos creditores locum habet. 1521. 64.

Exceptio Præventionis tùm demùm frugiferè opponitur, quando in utroque judicio de eadem re ex eadem cauſa agitur. cons. 20. n. 47.

PRECARIUM.

Si quis alicui aureos nummos, ea lege, tradiderit, quòd pro uſuali ſeu currente moneta ab aliis mutuanda, illos oppignorandi licentiam habere; ſed poſt certum temporis ſpatium, cum intereſſe, in natura eosdem retinuere debeat, tunc non contrahitur Precarium. 1507. 39.

Poſſeſſio in dubio cum vitio violentiæ, clandeſtinitatis, aut Precarii haud præſumitur conjuncta. 168. 79. 197. 405.

Præſumtio Precarii an in dubio pro ſubditis operas præſtantibus militet? 197. 403. 201. 437.
Planè non eſt veriſimile, quòd ullus ruſticus, per totum decennium, nedùm tricennium, ea precariò ſit præſtiturus, ad quæ ſeſe de jure non obſtrictum eſſe novit. 199. 418.
Hoc igitur multo magis in centenaria vel immemoriali quaſi poſſeſſione procul dubio obtinet. 199. 419.
Vid. plura ſub voc, Poſſeſſio.

PRECES.

Fruſtra Precibus imploratur, quod Jure Communi jam ante conceſſum. 391. 117. cons. 16. n. 786.

PRETIUM.

In vero rerum Pretio definiendo non belli; ſed potiùs tempus pacis ſpectandum. 638. 51.
Ex Pretii magnitudine, vel modicitate vera mens & intentio contrahentium colligitur. 638. 54.
Rerum Pretia ex temporum varietate & ipſa variantur. 71. 652.
Juſta rerum Pretia non ex emtione jamdudùm præterita; ſed ex præſenti æſtimatione conſtituuntur. 72. 660.
Verum rei Pretium illud habendum, quantô communiter hominibus rei æſtimationem ſcientibus vendi poſſet. 72. 661.
Utrum Pretium à retroemente, pro bonis immobilibus ſub pacto de retrovendendo venditis, ſolutum ad ſucceſſorem immobilium, vel mobilium pertineat? 433. 656. & ſqq.
De ceſſione nominis viliore Pretio facta vid. Anaſtaſiana lex.
Pretio ſpei vid. Spes.
Pretio reluitionis à reemtore, vi pacti de retrovendendo, ſolvendo vid. Pactum de retrovendendo.
Melioramenta rei retractui obnoxiæ, juxta Pretium tempore faciendæ reſtitutionis obtinens, æſtimari debent. 72. 663.
De pretio Meliorationum feudalium vid. Melioramentum.
In æſtimandis melioramentis etiam prædiorum Fideicommiſſo obnoxiorum tempus reſtitutionis faciendæ attenditur. 73. 664. & ſqq.
Qui rem ad ſe revocabilis dominii jure ſpectantem meliorem reddidit, & illam deindè vel die veniente, vel exiſtente conditione, reſtituere cogitur, Pretium, quod eſt hoc ipſo tempore, faciendæ videlicet reſtitutionis, attendere debet. 73. 666. & ſeq.
Augmentum in Pretiis, ex tempore, vel ſimili cauſa, ſuperveniens, ad illum ſpectat, qui prædium reſtitutioni obnoxium ſuis expenſis melius reddidit. 73. 667. & ſeq.
Teſtatores & paciſcentes iisdem his regulis ſe conformare voluiſſe creduntur. 73. 669.
Diſpoſitio, quòd bona eodem Pretio, quo comparabuntur, in certum caſum, ſuo fratri, vel maſculis illius deſcendentibus relinqui debeant, intelligi debet, rebus ſic ſtantibus. 74. 672.
Si bona ex titulo emptionis gratioſæ, vel veræ & meræ donationis acquirantur, tunc, inſuper habitâ tali diſpoſitione, plenum & verum bonorum Pretium nihilominùs à fratre vel ipſius maſculina deſcendentia exolvendum. 74. 673. & ſqq.
Teſtatoris voluntas, ſtatutum, vel pactum, ità diſponens, daß eines Guths Löſer in ſolchem Wehrt/wie daſſelbe erkaufft/die Außlöſung thun ſolle/ ad venditionem gratioſam, Germanis einen Freundskauff/ malè porrigitur. 75. 680. & ſeqq.
Retrahens Pretium non ſaltem conventum; ſed totum & plenum, tametſi prædium, vel pretium illius pro parte donatum ſit, exolvere cogitur. 75. 684.
Qui facultatem prædium à ſe eousque poſſeſſum pro pleno & integro Pretio comparandi alicui concedit, ejusdem meliorationes majoris valoris donare voluiſſe, citra abſurditatem, intelligi nequit. 77. 694. & ſeqq.
Ubi plenum & integrum bonorum Pretium fœminis ſolvendum, ſine contradictione dici vix poteſt, quòd pactum de bonis conſtanter & ſemper in familia retinendis in Stemmatis Maſculini magnum commodum cedat. 396. 180. & ſqq. 398. 208. & ſeqq.
Paria ſunt, ſive fœminæ ad ipſa bona familiæ admittantur, ſive plenum illorum Pretium conſequantur, aut majorem hujus partem. 398. 208. & mult. ſeqq.
In quibus judiciis Pretium in locum rei ſucceſſerit? 283. 20. & ſeqq.

PRIMOGENITURA.

In privatis familiis jus Primogenituræ paulo rarius uſitatur. 635. 17.
Hinc nec in dubio iſtud præſumitur. 635. 19.
Quomodo à jure ſenioratus & majoratûs differat? 635. 18.
Ejus exempla inter privatos obvia. 635. 19.
Scriptura ad Primogenituræ inſtitutionem non eſt præcisè neceſſaria. 826. 34.
Hæres Alienatoris bonorum juri Primogenituræ obnoxiorum illa revocare nequit. 1749. 126.

PRINCEPS.

Negotia, quæ inter Principes geruntur, Pacta videlicet, tranſactiones, confraternitates, aliaque quamplurima, juxta quotidianam praxin, non aliter, quàm in ſcriptis, celebrari conſuevit. 831. 105.
Principes etiam ſine ſcriptis validas conventiones inire poſſunt. 831. 106.
Sed, in cauſis præcipuè magni momenti, non alia forma, aut via ab ipſis electa cenſetur, quàm in ſcriptis contrahendi. 831. 107.
An hæc Jura etiam liberorum Nobilium, Baronum, aliorumq; Procerum pactis, tranſactionibus, &c. ſint applicabilia? 832, 110. & ſqq.

Si ex contrahentibus Principibus unus, antequàm ei instrumentum contractus prælegeretur, decesserit, quid juris? 832. 120.
Imperator in Recc. Imp. vocatur der Oberste Fürst. 970. 716.
Statuta & Pacta familiæ à Principibus, &c. condita, quòd v.g. bona paterna ad solos masculos pervenire, & è contra filiabus tantùm congruæ dotes, alimenta, vel alia portio exsolvi debeat, etiam sine Cæsarea confirmatione valent. 402. 256. 412. 368. 827. 52. & seqq.
Neque filiæ tali statuto se opponere possunt. 412. 369.
Quænam Pacta vel statuta Principum, &c. confirmatione Cæsarea præcisè opus habeant? 827. 52. 828. 59. & seq. 839. 205. & seq.
Lite pendente nemo in sua possessione, ne quidem à Judice, eodemque supremo, seu summo Principe, debet turbari. 748. 370.
In revocatione attentatorum non saltem Prætoris; sed & multo magis Principis, præcipuè supremi, majestas vindicatur. 748. 371.
Quæ ad legitimam processus criminalis, præcipuè capitalis, formam jus naturale vel divinum requirit, illa etiam supremi in terris Principes, in determinatione ejusmodi causarum, modis omnibus observare tenentur. 1628. 25.
Princeps, nullum in terris superiorem recognoscens, processum inquisitorium in accusatorium transmutare benè potest; veruntamen de jure ad hoc non tenetur. 1628. 33. 1633. 81.
Utrum Princeps emphyteutam, finita emphyteusi, propria autoritate, & sine citatione causæque cognitione expellere possit? vid. Emphyteusis.
Quod juris Pontifici in terris ad sedem Papalem spectantibus competit, id multo magis alii, nullum superiorem recognoscenti, Principi, in suis ditionibus, competere censendum. 1638. 124. & seq.
Multa supremo Principi licent, quæ aliis inferioribus sunt interdicta. 1638. 125.
Quod Principi placuit, legis habet vigorem. 1638. 123.
Magnificum, liberalem & munificum esse gloria Regum & Principum haud ultima est. 969. 710.
Nemo magis, quàm Princeps, memor esse præsumitur, quòd, qui ipsius servitio sunt, à contributionibus excusentur justissimè. 1220. 129.
In dubio Princeps nobilibus suis Vasallis jura ipsis competentia, immunitates, &c. adimere voluisse haudquaquàm intelligitur. 1220. 128.
Sicuti summum censetur delictum, Majestatem Cæsaream obstinatè contemnere; ità etiam alterius summi Principis contemptus summum pariter delictum constituere censetur. 1638. 126.
De Contumacia adversus summum Principem vid. Contumacia.
Principis assertioni in scriptis factæ multum fidei tribuendum. 737. 264.
Imprimis si hæc ejus morte obsignetur. 737. 266.
Imperii Romano-Germanici Principibus, regulariter, non competit jus nobilitandi. 1211. 12. & seq.
Etiam nostri Imperii Principes feuda ab oneribus publicis immunia concedere possunt. 1211. 16.
De Principum Officialibus vid. Officialis.
promissione bey Fürstlichen Ehren facta vid. Promissio.
testamento Principi oblato vid. Testamentum.
donationibus Principum vid. Donatio.
Rescriptis Principum vid. Rescriptum, Legitimatio.
Injuriis in ædibus Principis alicui illatis vid. Injuria.

PRINCIPIUM.

Sublato Principio etiam reliqua ab eo dependentia corruunt. 43. 383.

PRINCIPALE. Conf. Accessorium.

Ex eo, quod Principale est, cujusliber rei natura æstimari debet. cons. 36. n. 614.

PRIVATIO.

Omnis Privatio præsupponit habitum. cons. 20. n. 12.
Sine Legis specifica dispositione suo jure, regulariter, nemo privandus. 145. 114.
Ubi pœna Privationis, per legem, imponitur, illa, regulariter, per sententiam Judicis, imponi intelligitur. 1047. 64.
In civilibus pœnis delictum non planè ad effectum perductum ad jurium delinquentis Privationem sufficiens dici nequit. 1052. 115.
Violenter dejectus, si per suos agnatos, ab ipso de hoc nullatenùs rogatos, suæ possessioni in continenti restituatur, an, ob factum hoc tertii, remedio Legis 7. Cod. unde vi privandus sit? 1052. 129. & seqq.
De Clausula relictorum in ultima voluntate privatoria vid. Pœna.
De Pœna jurium vel rerum, ob autodicen, privatoria vid. plura sub voc. Vis.

PRIVILEGIUM.

Etiam jus Prælationis, ex sola temporis prioritate competens, Privilegii nomen in Ll. gerit. 1441. 18.
Possessio temporis immemorialis valet in vim Privilegii. 219 642.
An dentur Privilegia mixta? 1523. 88.
Etiam tacitæ, tùm fisco, tùm privatis, per LL. concessæ hypothecæ vera sunt Privilegia. 1523. 90.
Etiam illud Privilegium exigendi simplex, quod inter

inter alios personaliter privilegiatos creditores, Reipublicæ competit, Privilegium personale est. 1517. 30.
Etiam in alicujus fictæ personæ singularem favorem introductum Privilegium pro personali haberi debet. 1517. 30.
Omnia Privilegia Fisco in concursu credd. concessa sunt personalia. 1517. 31.
Privilegia personalia, regulariter, neque ex causa onerosa, nec lucrosa, alteri cedi possunt. 1517. 33. & seqq.
De exceptione Privilegiorum fiscalium ab hac regula vid. Fiscus.
Etiam Privilegium exigendi personale, quod minoribus, de Jure Pandectarum, in bonis suorum tutorum & curatorum competiit, non fuit cessibile. 1518. 38.
Privilegium exigendi personale ne tunc quidem in cessionarium transfertur, quando is in specie pecuniam ad hoc, ut illa creditori privilegiato solvatur, credidit, illaque revera eò impensa fuit. 1518. 39. & seq.
Utrum privilegium Ecclesiæ, aliisque piis corporibus in bonis suorum administratorum de Jure Würtembergico concessum sit personale, vel reale? Et an illud alteri cedi possit? 1517. 28. & seqq.
De successione in jura & Privilegia ejus creditoris, pro quo quis debitum solvit, vid. Credd. concursus.
Favorabilia & in merum solius Privilegiatarii emolumentum tendentia Privilegia non strictè; sed latè sunt interpretanda. 777. 89.
Tale Privilegium concedentis Senatus vel Principis sententia hæc fuisse videtur, quòd illud personæ privilegiatæ omnibus modis prodesse debeat. 777. 90.
Quando Privilegium demùm ex post facto aliis præjudicat, tunc strictissimam requirit interpretationem. 777. 94.
Privilegium non multum ex Jure Communi tollens, nec valdè lædens, latam admittit interpretationem. 778. 100. & seqq.
Ubi de Principis vel alterius Magistratûs privilegiantis voluntate & mente legaliter constat, tunc præjudicium ad tertium redundans non impedit latam ejus interpretationem. 778. 102.
De hac mente non meliùs aliundè constare potest, quàm ex verbis, quibus ille in concessione Privilegii usus fuit, eorumque nativo, juridico, & proprio significatu. 778. 104.
Privilegium, certi loci intuitu concessum, ultra ejus loci limites extendi non debet. 526. 191. 959. 600.
Veteres Jcti ipsi, apud Romanos, erant Juris conditores; & dehinc quoque Leges exorbitantes, & per illas indulta Privilegia favorabilia non semel, in LLbus, ad alios casus extendisse leguntur. 533. 273.
Hoc malè ad modernos extenditur. 523. 155.
Confirmationes Privilegiorum à quovis successore in regimine fieri adsolent. 223. 690.
Privilegia omnia secundum rationem & mentem Principis privilegiantis restringuntur, limitantur, vel ampliantur. 325. 105. 524. 167. 524. 172. & seq.
Privilegia ità sunt interpretanda, ne in damnum, vel injuriam aliorum vergant. 325. 106. & seq.
Privilegia, regulariter, strictissimè, & ut Juri Communi quàm minimùm derogent, sunt interpretànda. 523. 156.
In vera sententia Privilegiantis investiganda præprimis in veras, quæ illum moverunt ad Privilegii concessionem, rationes inquirendum. 523. 157.
Quousque Privilegii ratio in re vel persona privilegiata locum sortitur, etiam ipsum Privilegium suas vires exerit. 523. 157. 523. 170.
Ratio Privilegii inductiva, & in illo expressa, ipsius Privilegii anima dicitur. 524. 168.
Mens Privilegii, & ejus ratio sunt ipsum Privilegium. 524. 169.
Quamprimùm nova causa illi causæ, ob quam Privilegium concessum, contraria supervenit, statim etiam Privilegium, cum suis effectibus, omnimodò deficit. 524. 171.
In privilegiorum interpretatione hæc perpetua Regula: Hoc Princeps non vult, constanter spectanda. 533. 271.
Ad Privilegium alicui asserendum non sufficit, causam vel impulsivam, vel finalem adesse. 542. 422.
In LLbus communibus hæc regula benè valet, quòd, ubicunque eadem ratio militat, etiam eadem dispositio locum obtineat; sed non in Privilegiis. 542. 423. & seq.
Etiam in Privilegiis, sub vocabulo der Leibs-Erben/ omnes cujuscunque gradus, mediatè, vel immediatè à privilegiatario descendentes propriè continentur. 777. 83. & seq. 778. 114. & seq.
Privilegium alicui pro se & suis filiis, ac nepotibus concessum, etiam filiabus illius prodest. 778. 105. & seqq.
Privilegium sic concessum: Hoc Privilegium concedo tibi, & filiis tuis legitimis, nec non & hæredibus descendentibus ex te, & ex ipsis tuis filiis de hæredibus sanguinis, ex ipso illo Privilegiatario, & ipsius descendentibus in infinitum exauditur rectissimè. 778. 109. & seqq.
Quando Senatus, Privilegium concedens, etiam omnes suos Posteros in senatorio officio successuros obstringit, & præcipuè geminata vice, quòd & ipsi Privilegium à se indultum, & personam illo præditam, und alle Leibs-Erben/ in constanti ejus usu tueri debeant, ex his quoque verbis in quoscunque Descendentes transitorium Privilegium colligitur justissimè. 781. 145.
Senatus, vel Princeps, concessi Privilegii manute-

nutenentiam, Dann/ als Jetzt/ und Jetzt/ als Dann/, promittens, eandem in omnia futura tempora promisisse intelligitur. 781. 153.

Privilegium sub conditione concessum, hac non impleta, Juris Communis dispositioni locum conciliat. 233. 795.

Cessante causa Privilegii ipsum quoque Privilegium cessat. 521. 143. 523. 158. 524. 173.

Quandocunque deficit persona singulariter privilegiata, etiam ipsum Privilegium deficere necesse est. 1518. 36.

Privilegia meritorum remuneratoria, regulariter, in hæredes tùm concedentis, tùm acquirentis, transeunt. 774. 43. & seqq.

Nec pro libero concedentis arbitrio revocari possunt. 781. 154. & seq.

Principi, vel alii Imperii Statui, de meritis testanti, plena fides habenda, licet Privilegiatarius sua merita vel servitia à se præstita aliter nequeat probare. 782. 157.

De Privilegiis militum vide Miles, Testamentum.

Privilegiariis Testamentis vid. Testamentum.

Privilegiis Fœminarum à successione exclusivis vid. Fœmina. Fideicommissum.

Privilegio domum revocandi vid. Domus.

Privilegio Rudolphi II. Imp. perillustri in Suevia Ordini Equestri de jure meri Imperii concesso vid. Equestris Ordo.

Privilegio simùl duo Opificia in aliquo loco exercendi vid. Opificium.

Privilegiis piarum causarum vid. Pius. Ecclesia.

PROBATIO.

Non semper sufficit, dicere, imò etiam probare, quòd aliquid factum sit; sed necesse est etiam illud probare, quo tempore hoc vel illud sit factum? 1475. 313.

Omnem Probationem de necessitate concludere oportet. 1648. 51.

Probatio aliter se habens non probat, hoc esse, quod ab hoc contingit abesse. 1648. 52.

Incerta & dubia Probatio probantem non relevat; sed contra probantem interpretanda. 37. 323. & seq. 1648. 53. 1654. 28. & sq.

Neque fiscus, neque quilibet alius, ex suis privatis annotationibus, ullius juris Probationem efficere valet. 1648. 43.

Ad metum probandum, ceu rem difficilis Probationis, etiam præsumtiones sufficiunt. 1613. 86.

In materia copulæ carnalis, ceu in se difficillimæ Probationis, talis Probatio admitti debet, qualis haberi potest. 1780. 35.

In controversiis, gravamen successivum & perpetuò recursurum continentibus, legaliter probandis, irrefragabiles Probationes necessariæ sunt. 663. 34.

Possessio, præcipuè inveterata, totum onus probandi in adversarium rejicit. 188. 201.

Inutili & superflua Probatione nemo est onerandus. 1449. 88. 1471. 275.

Actore non probante, reus, à judicio, tùm civili, tùm criminali, absolvendus venit. 1725. 46.

Deficiente Probatione ipsa causæ substantia deficere dicitur. 289. 86. & sq.

An is, qui nihil probavit, tamen juram. judiciale adversario deferre possit? 1244. 55.

Data paritate Probationum pro actore & reo, pars conventa absolvi debet. 1617. 133.

An juramentum judiciale ex noviter allatis Probationibus rescindi possit? cons. 18. n. 55.

De Probatione solenniter conditi, præcipuè nuncupativi, testamenti, si omnes, vel aliqui testes decesserint, vid. Testamentum.

editione instrumenti, quæ Probationis gratia fit, vid. Editio.

Probatione, quæ fit per confessionem, & quæ eò spectant, vid. Confessio.

per præsumtionem vid. Præsumtio.

Probatione, quæ Juram. suppletorio locum facit, vid. Juramentum suppletorium.

Probatione criminum vid. Delictum.

per testes vid. Testis.

Dominii vid. Vindicatio.

per libros nobilium jurisdictionales & censuales vid. Liber.

erroris vid. Error.

Probatione salarii vid. Salarium.

termino probatorio vid. Terminus.

Probatione per juramentum, & contra illud vid. Juramentum, ejusque species.

per libros rationum privatarum vid. Ratio.

possessionis vel quasi vid. Possessio.

articulis probatorialibus vid. Articulus.

Probatione delictorum, ac in specie de delictis difficilis Probationis vid. Delictum.

PROCESSUS.

Quæ ad legitimam Processûs criminalis, præcipuè capitalis, formam Jus naturale, vel Divinum requirit, illa etiam supremi in terris Principes, in determinatione ejusmodi causarum, modis omnibus observare tenentur. 1628. 25.

Princeps, nullum in terris superiorem recognoscens, Processum inquisitorium, ad instantiam rei, in accusatorium transmutare benè potest; veruntamen ad hoc de jure non tenetur. 1628. 33. 1633. 81.

An inquisitio & accusatio in uno eodemque Processu, sine mutuo impedimento, concurrere possint? 1618. 34.

Judex quidem pro abbrevianda lite, maximè criminali, modis omnibus laborare; veruntamen simùl etiam, ne quid in inquisiti vel accusati innocentia eruenda omittatur, quantum fieri potest, religiosè curare tenetur. 1619. 36.

Hæc ipsa, in gratiam innocentiæ, ab omnibus judicantibus suscipienda cura apud nostri Imperii

periil Rom. German. Status tantum valuit, ut nonnulli ex iis Proceſſum accuſatorium, ceu multo tutiorem, inquiſitorio prætulerint; Alii verò inquiſitorium quidem, ceu ordinarium, in ſua fora receperint; veruntamen reis liberam facultatem unum præ altero eligendi ſimùl illibatam reliquerint.

1629. 37. & ſeq.

Illuſtratur hoc poſterius notabili Sereniſſimi Electoris Brandenburgici exemplo. 1629. 39.

Proceſſus inquiſitorius non ſolùm naturali & Gentium juri conſentaneus; verùm etiam ab Ipſomet ſanctiſſimo DEO ter-optimo maximo adhibitus legitur. 1630. 45. & ſeq.

Eundem non ſaltem Jus Civile conſtabilivit; verùm etiam Jus Canonicum, itemque Jus noviſſimum criminale Carolinum, & plerarumque Imperii Civitatum, imò etiam integrarum, tùm noſtri Imperii, tùm extranearum Provinciarum moderni mores approbarunt, eodemque omnium frequentiſſimè utuntur.

1630. 47. & ſeqq.

Proceſſus inquiſitorius, hodiè, ex generali conſuetudine, non minùs eſt remedium ordinarium, quàm Proceſſus accuſatorius.

1630. 50. & ſeqq.

Judex hodiè, ex officio, per viam inquiſitionis, contra reum, procedens, ipſe accuſatoris partes quodammodò ſuſtinet. 1630. 52.

Modus in Proceſſu accuſatorio procedendi ordinarius idem ferè eſt cum illo, qui etiam in civilibus obſervatur. 1630. 53.

Forma Proceſſus inquiſitorii per ſummam exhibetur. 1630. 54. & ſeqq.

Fiſcalem Judicis inquirentis miniſtrum non malè vocat Ant. Teſſaurus. 1630. 55.

Dum accuſator, vel fiſci procurator delictum alicui imputatum non probat, præſumta rei innocentia ad omnimodam ejus abſolutionem ſufficit. 1725. 48.

Litis conteſtatio ne quidem in Proceſſu inquiſitorio in totum omitti poteſt. Et quid eandem in hoc Proceſſu conſtituat?

1630. 56. & 58.

Inquiſitus innocentiam ſuam deducere volens, cum ſuis defenſionalibus, & eliſivis articulis, regulariter, non auditur, antequam ad inquiſitionales, vel additionales, remoto advocato, proprio ore, reſponderit. 1631. 58. & ſeqq.

In Proceſſu inquiſitorio, regulariter, eadem Proceſſûs ſubſtantialia, idemque ordo & ſolennitates, ſub pœna nullitatis, obſervari debent, quæ in accuſatorio. 1632. 69.

Inquiſitio ſucceſſit in locum olim longè frequentioris accuſationis. 1632. 70.

Quamprimùm inquiſitus ad articulos inquiſitionales ipſi propoſitos reſpondit, ſtatim eidem omnia acta inquiſitionalia, etiam illa, quæ tantùm ad informandum judicem faciunt, ex officio communicari; unus, vel plures Advocati permitti; actorumque ad impartiales JCtos transmiſſio, & quicquid aliàs, ad tuendam ipſius innocentiam, quacunque ratione, proficuum eſſe poteſt, largiſſimè indulgeri debet. 1632. 72. & ſeqq.

De remiſſione actorum inquiſitionalium ad impartiales JCtos vid. Acta.

Quo reſpectu Proceſſus accuſatorius vulgò dicatur ordinarius? 1633. 77.

In Proceſſu accuſatorio innocentia rei longè faciliùs ac certiùs demonſtrari poteſt, quàm in inquiſitorio. 1628. 28.

Proceſſus accuſatorius inquiſitoriô quidem ſecurior eſt; ſi tamen & hic juxta legitimam ſuam normam inſtituatur, ne ſic quidem reo ſufficiens ſuam innocentiam detegendi ac defendendi ratio deerit. 1633. 78.

De contumaci in non-reſpondendo ad articulos inquiſitionales vid. Contumax.

De Confrontatione cum Reo, ceu Proceſſûs inquiſitorii ſpecialis parte, vid. Confrontatio.

In caſu injuriarum Miniſtro verbi divini illatarum modus per vim Inquiſitionis procedendi cum longè minori ſcandalo conjunctus eſt, majoremque amicabili compoſitioni occaſionem relinquit, quàm alter, qui per ordinarium injuriarum proceſſum exercetur.

1720. 46.

Specialia Rei Interrogatoria ne quidem in Proceſſu Inquiſitionis denegari debent. 1369. 20.

Etiam is, qui propter crimen aliquem denuntiat, in proceſſu inquiſitorio teſtis munere fungi poteſt. 1544. 76.

In Ducatu Würtemb. Proceſſus criminalis non, niſi ſpeciali Sereniſſimi Principis juſſu, decernitur. 314. 126.

De certitudine corporis delicti, ceu potiſſima omnis Proceſſus Criminalis baſi & lapide angulari, vid. Delictum.

Reus in Proceſſu criminali non debet de certa aliqua perſona, tanquàm criminis ſocio, interrogari. 1022. 206.

Examen & Confrontatio Inquiſiti cum teſtibus quomodo fieri debeat? 1369. 23. & ſeqq.

Denunciatio transmiſſionis Actorum ad impartiales, hodiè, per generalem ferè conſuetudinem, in Proceſſu inquiſitorio, non ampliùs eſt neceſſitatis. 1370. 33.

Hæc conſuetudo licet magis corruptelæ, quàm veræ conſuetudinis rationem habeat; Judici tamen, mododictam denunciationem omittenti, plenariam à pœna immunitatem præſtat. 1370. 34. & ſeq.

De Proceſſu inquiſitorio ex cauſa communis Famæ decernendo, vel non, vid. Fama.

Etiam in criminali Proceſſu, utriusque partis ſubmiſſio, ante publicationem ſententiæ, neceſſaria eſt. 1600. 73.

Expenſæ in Proceſſu criminali factæ abſoluto prælationis privilegio gaudent. 1506. 23.

Quando Reus pœna corporis afflictiva coërcetur, tunc, regulariter, ſumptus Proceſſûs criminalis ex fiſco ſolvuntur; ſin ſecus, tunc

reus hodienùm in expensas damnatur. 1726. 56.

Etiam is, qui per sententiam definitivam in processu criminali absolvitur, nihilominùs aliquando in expensas condemnari potest. 1726. 57.

Processus ab initio nullus, ex post facto, regulariter, haud convalidatur; licet probationes supervenerint, ex quibus Fiscalis evincere valeat, se non omninò sine justa ratione Processum movisse. 1380. 129.

Judicia suprema, insuper habitis nudis Processûs nullitatibus, solam facti veritatem principaliter respiciunt. 1380. 131.

Judici, præsertim superiori, non negatur Litigantibus talem agendi viam præscribere, per quam Processus celeriùs, sumtuque minori, ad finem perveniat. cons. 18. n. 23.

Hinc & intentio Partis ad eundem scopum tendens magis adjuvanda, quàm impedienda. cons. 18. n. 24.

Judex tamen cavere debet, ne, sub prætextu celerioris expeditionis, causæ discussio præcipitetur. 914. 89. & seq.

Modus procedendi Statuto præscriptus sedulò observandus. 912. 68.

Quod Principi pro ordine Processus placuerit, pro ordine substantiali habetur, &, non observatum, Processum annullat. 912. 69.

Statutum, quod Judex, cum consilio sapientis, causas debeat decidere, non observatum, nullitatem totius processûs causatur. 912. 70.

An Juramentum calumniæ, generale, vel speciale, viva voce exactum, sit de Processûs substantia? vide Juram. Calumniæ.

De Processu summario vid. Executio, Summarius.

PROCURATOR. Conf. Mandatum.

An Procurator, post biennalem vel triennalem Canonis emphyt. solutionis omissionem, sicque caducitatem jamjam fundatam, ignaro domino, canonem recipiens, eidem præjudicet? 618. 66.

In bonis privati Procuratoris regulariter ne quidem privilegium exigendi personale competit. 1422. 224.

Quibus casibus Procuratori competit actio mandati, in illis etiam actio de in rem verso locum habet. 1450. 96.

Actio mandati Procuratori etiam tunc datur, quando negotium ab ipso, ex necessaria, vel utili ratione, inchoatum & susceptum ostendi potest. 1450. 97.

Qualis actio Procuratori adversus principalem suum competat? 1317. 92.

De Salariis Procuratorum vid. Salarium.

Procuratore Fisci vid. Fiscus.

PRODITIO. PRODITOR.

De Rapina proditoria per publici nuntii, hostibus proditi, deprædationem commissa vid. Cons. 5. & 6. per tot.

Proditio Concivis, Conterranei, Amici, detestabilior, quàm hujusmodi nexu non devinctorum. 276. 208. & seqq.

De homicidio, itemque latrocinio ex insidiis proditoriis commisso vid. Homicidium, Latrocinium.

Locum, in quo persona occidenda delitescit, vel commorari solet, Prodens an pœnæ capitali se obnoxium faciat? vid. Homicidium.

PROFESSOR.

De Salariis Professorum vid. Salarium.

PROHIBITIO. PROHIBITUM.

Quod una via Prohibitum est, non debet alia permissum censeri. 397. 190. 1260 71.

Nec quod directè & immediatè Prohibitum, mediatè & per indirectum concessum intelligitur. 397. 191.

Nemo præsumitur id, quod lex prohibet, tacitè approbare. 1266. 155.

Regula, quòd taciti & expressi eadem sit virtus, non procedit in Prohibitis. 1266. 154.

Illustratur hoc notabili exemplo. 1266. 151. & seqq.

Quando Prohibitio hominis & legis concurrit, tunc declaratio pœnæ caducitatis etiam contra hæredes emphyteutæ fieri potest. 1083. 41.

De Prohibitione alienationis Fideicommissum inducente vid. Fideicommissum.

PROMISSIO.

Etiam Promissio bey Adelichen Ehren/ Treu/ und Glauben/ *non exiguæ; sed magnæ remunerationis indicium præbet.* 725. 106.

Tàm enixa & sancta Promissio trientis bonorum, alterius pecunia, periculo & cura recuperandorum, non sanè de solo eorundem usufructu; sed de ipso dominio exaudienda. 725. 108.

Geminata, & præsertim plurium annorum intervallo distincta Promissio probè deliberatam & enixissimam voluntatem significat. 730. 178.

Verba Promissionis obscura & dubia adversus proferentem sunt interpretanda. 735. 247.

Enixa Promissio bey Adelichen Ehren/ Treu und Glauben / cum solennissima omnium beneficiorum renuntiatione facta, & contractui innominato adjecta, pœnitendi facultatem excludit. 751. 410.

Promissio bey Fürstlich-Gräfflich- oder Adelichen Ehren in Germania, Hodiè, (modò non corporale jusjurandum requiratur) cum juramento pari ambulat passu. 752. 413. 725. 106.

Hoc etiam ex Recessu Imp. de Ao. 1555. probare conatur Johannes Schilterus. 752. 414.

In ambiguo non credendum, testatorem id, quod aliis solenniter promisit, revocare voluisse; licet id revocandi facultatem habuerit. 971. 745.

Clausula, en homme d'honneur, tantundem insinuat, quàm Promissio auff Cavaliers Parole

roles; oder bey Adelichen Ehren / Treu und Glauben. 1312. 21.

Talis Promissio hodiè, multis in locis, in vim juramenti valet; modò non requiratur juramentum corporale. 1312. 22. & seq.

De Promissione de renuntiando, tùm in genere, tùm in specie quoad successionem vid. Renuntiatio.

PROPOSITUM.

In æstimatione perpetrati delicti, ejusque pœnæ commensuratione ipsi quoque LLatores hoc imprimis considerant, utrum aliquis ex Proposito, an verò ex impetu, vel casu delinquat. 1342. 70.

PROPRIETAS. Conf. Ususfructus.

An Ususfructus sit pars Proprietatis, & num ab uno ad alterum argumentari liceat? vid. Ususfructus.

De Propriis hominibus vid. Homo proprius.

PROROGATIO.

De Prorogatione Termini vid. Terminus.

PROTECTIO.

Utrum Principis alicujus subditi in alterius clientelam seu Protectionem, inscio, vel invito eorum domino, recipi valeant?
179. 215. & seq.

Jus agricolationis ex hoc neutiquàm excluditur, quòd homines proprii sub alterius Principis protectione stent. 179. 217. & seqq.

Monasteria utplurimùm sub vicini alicujus Principis vel Domini Protectione stant, & per consequentiam etiam illorum subjecti & homines proprii. 180. 218.

Verùm salva manente illa jurisdictionali Protectione, quam quilibet dominus suis propriis hominibus & simùl subditis præstare tenetur.
180. 220.

Plurimæ Civitates Imperiales in Principum vicinorum Protectionem se contulerunt, salva immediatate, & omnibus Juribus ejusmodi Imperii Statibus competentibus, imprimis quæ habent in homines suos proprios, sub illo ipso Principe Protectore viventes.
181. 228.

Ne quidem specialis Imperatorum Protectio mediatæ & ordinariæ Magistratûs inferioris jurisdictioni præjudicat. 181. 233.

PROTESTATIO.

Protestatio tùm demùm jus Protestantis non conservat illæsum, quando illa verè, & non saltem præsumptivè, facto contrariatur.
617. 51.

Quando actus, super quo Protestatio interponitur, dubius est, tunc hæc suum effectum haudquaquam amittit. 617. 52.

Protestatio duntaxat ad mentem Protestantis declarandam interposita, seu ad tollendam præsumtionem ex ipso facto contrario fluentem, sua validitate privari non debet. 617. 53.

De domino directo, post caducitatem emphyteuseos, canonem emphyteuticum, cum Protestatione & reservatione juris caduci, acceptante vid. Emphyteusis.

De solutione usuratum per plures annos, sine Protestatione, ceu ex certo capitali, facta vid. Usura.

Si actor, instituto judicio possessorio, expressè protestetur, quòd se in petitorium immittere nolit, tunc Judex, regulariter, super solo possessorio judicare valet. 186, 282.

Optima cautela pro rusticis hæc est, ut ad nova, vel justo graviora servitia vocati protestentur, vel ad superiorem provocent.
193. 373.

Servitia, per aliquod duntaxat annos, sine Protestatione, præstita quare ex debito præstita intelligantur? 197. 406.

Ubi factum aliquod Protestationis recens, v. gr. intra tempus centenarium interpositum, probari potest, illi præscriptio temporis immemorialis facilè retundi potest. 204. 483.

Exceptio familiaritatis contra numero plurimas, plurifarii generis, magnis sumptibus & laboribus, in- & extra territorium, ultra hominum memoriam, absque ulla vel ab ipsis modò viventibus hominibus propriis, vel ipsorum majoribus, ullo casu interposita Protestatione liberrimè præstitas operas incassum objicitur. 208. 525.

Clausula reservatoria: Jedoch mir / meinem Gottshauß / meinen Nachkommen / an aller Oberkeit / Herrlichkeit und Gerechtigkeit ohne Schaden / omnia monasterii jura conservat, & vice Protestationis fungitur.
219. 634.

Licet Pater, dotem filiæ simpliciter constituens, ex postfacto protestetur, quòd eandem de filiæ maternis constituerit, & hanc Protestationem ejus gener agnoscat; tamen dispositio Legis ult. Cod. de dot. promiss. locum sortitur. 847. 305.

Debitor, ex post facto nova bona acquirendo, ne sua quidem Protestatione efficere valet, ut illa sub universali, sive expressa, sive tacita, Hypotheca non comprehendantur.
1390. 50. & seq.

Licet is, qui à Magistratu ad debitum solvendum, per vim compellitur, in ipsa statim promissione vel solutione dicat, se nonnisi vi metuque compulsum promittere vel solvere, tamen hæc protestatio vana & frustranea est.
790. 86. 1469. 262.

Protestatio super eo interposita, ad quod quis de Jure tenetur, nullius est momenti.
1632. 66.

Protestationes, post actum jamjam perfectum interpositæ, planè sunt frustratoriæ.
1632. 67.

Ad legitimam Protestationem præcisè requiritur, ut illa vel ante, vel in ipso illo actu, super quo interponitur, ab aliquo fiat. 1633. 80.

A contractu ſtipulationis ad Proteſtationem, contra diſertam Legum diſpoſitionem, non valet conſequentia. 1633. 80.
Proteſtationem extrajudicialem, ad jus Proteſtantis illæſum ſervandum, ſemel duntaxat interponere ſufficit. 1672. 6.
Proteſtationem judicialem non in quolibet actu ſequente repetens ab eadem receſſiſſe præſumitur. 1672. 6.
Quando Reus, poſthabita ſua, de lite non conteſtanda, ab initio facta Proteſtatione, abſolutè ad libellum actoris reſpondet; vel à Judice litem conteſtari juſſus, ad contenta libelli, repetita licet tali Proteſtatione, negativè reſpondet, tunc ipſi ſua Proteſtatio nullum parit commodum. 1654. 37.
Inſtrumentum, citra ullam Proteſtationem, in judicio producens, illud etiam contra ſe admittere tenetur. 1667. 35.

PROTIMISIS.

De jure Protimiſeos feudalis vid. Feudum.

PROTOCOLLUM.

Obventiones & commoda Protocollorum ad Uſufructuarium ſpectant. 681. 81.
De Protocollis Notariorum vid. Notarius.

PRO-TUTOR.

Vid. Tutor.

PROVISIO.

Qui in uno duntaxat caſu providit, in caſu omiſſo contrarium obſervari voluiſſe præſumitur. 486. 278.
Proviſio hominis auget, tollit, & minuit Proviſionem Legis. 1050. 104. 1758. 37. & & ſeq.
Modò non à Lege impediatur. 1758. 38.

PROXIMUS. PROXIMITAS.

Non debet benignior & melior conditio remotioris, quàm proximioris gradus agnato, indulta cenſeri. 722. 69.
Nec à remotiori ſolus partis Uſusfructus, & à proximiori ipſa etiam Proprietas poſtulata intelligi. 722. 70.
Quo propiùs aliquis vel ſecum paciſcentem, vel teſtatoris perſonam attingit, tanto etiam magis intelligitur dilectus; & proindè non magis, quàm ille remotior, ſed minùs gravatus. 722. 71. 723. 81.
In fideicommiſſis hoc argumentum: Teſtator gravavit Proximiorem, E. multo magis remotiorem, non ſemper concludit. 61. 538. Conf. Dilectus.

PUBLICATIO. PUBLICUM.

Publicè fieri illud dicitur, quod fit coram populo, vel illis, qui populum repræſentant, & ſic quoque coram Sculteto & Scabinis pagorum. 173. 137.
Nobiles Imperio immediatè ſubjecti non privatæ ſunt perſonæ; ſed publicis redè annumerantur. 831. 108.
De Publicatione Teſtamenti vid. Teſtamentum.

PUERPERA.

Ne quidem Puerpera, ante plenum quadraginta dierum lapſum, regulariter, torturæ ſubjici poteſt. 1591. 5.

PUGNUS.

Percuſſio, robuſti cumptimis hominis, Pugno alterius capiti illata mortifera eſſe poteſt. 1578. 45. & ſeq.
De eo, qui alterum, circa tempora capitis vel cerebrum, Pugno percutit, animum occidendi & Divinæ, & humanæ LL. præſumunt. 1361. 57. 1362. 62.

PUNCTATIO.

Vid. Conceptum.

PUPILLUS.

Vid. Minor.

QUASI.

Particula, Quaſi, eſt nota improprietatis. 986. 501.

QUASI USUSFRUCTUS.

Quaſi uſusfructus natura in quo conſiſtat? 1406. 57. & ſeq.
Etiam pater, finito ejus legitimo Quaſi uſufructu, ſi res fungibiles non fuerint æſtimatæ, præcisè res ejusdem generis, qualitatis, & quantitatis reſtituere debet; neque illarum æſtimatio invitis liberis ab ipſo obtrudi poteſt. 1404. 36. & ſeq.
Sin autem res æſtimatas acceperit, præcisè earum æſtimationem (niſi aliter conventum) reſtituere tenetur. 1404. 38. & ſeq.
Res liberorum fungibiles jure legitimi Quaſi uſusfructus & adminiſtrationis, penes patrem, licet pro indiviſo, exiſtentes ipſi ſolì pereunt. 1406. 56. & ſqq.
Res fungibiles nullibi ab onere Quaſi uſusfructûs legitimi leguntur exceptæ. 1406. 56.
Quando res liberorum fungibiles, æſtimatæ, inventario ſuper hæreditate materna confecto inſeruntur, tunc ipſa hæc æſtimatio venditionis cauſa facta, earumque dominium in patrem Quaſi uſufructuarium, hoc ipſo, translatum cenſeri debet. 1407. 59.
Jure Provinc. Würtembergico res fungibiles patri nonniſi priùs æſtimatæ in Quaſi uſumfructum concedi poſſunt. 1407. 62.
Omne ejusmodi rerum tùm commodum, tùm damnum, quomodocunque contingens, etiam inſpecto Jure Würtembergico, ad patrem Quaſi uſufructuarium ſolitariè pertinet. 1407. 61. & ſq.
Quando bona materna inter patrem & liberos ità dividuntur, ut cuilibet ſua pars in rota materna ſubſtantia indiviſim aſſignetur, tunc, regulariter, quoad commodum vel periculum

lum rerum fungibilium Patri in usumfructum concessarum, eadem Jura obtinent, quæ in casu, quo quilibet suam partem divisim consequitur. 1407. 64.

Hinc, patre bonis cedente, in uno casu æquè ac in altero, Jus liberis, quoad res fungibiles, competens in salvo manet. 1407. 64. & seq.

Etiamsi à patre, isto nomine, nulla cautio fuerit præstita. 1407. 65.

QUAMDIU.

Particula, Quamdiu, Solang/Als lang/ saltem suspensionem quandam inducit, & testatoris, vel paciscentium dispositionem ad illam restringit. 805. 128. 810. 196.

QUANDOCUNQUE.

Si adverbium, Quandocunque, in promissione appositum fuerit, tunc omnis præscriptio, statutaria, & legalis, excluſa censetur. 780. 131. & sq.

QUANTITAS.

In pœna delicto commensuranda etiam rei interversæ sive damni illati, ejusque Quantitatis habenda est ratio. 1202. 47.

De quantitate rei furto ablatæ quid in ordine ad pœnam operetur? vid. Furtum.

QUATENUS.

Particula, Quatenùs, in forma specifica implendam conditionem importat. 521. 129. 955. 560.

QUÆCUNQUE.

Dictio, Einzige/ Einige/ dictioni, Quæcunque, quæ & ipsa universalis est, æquipollet. 413. 390. 414. 399.

De verbis ohne Einige beschwehrde vid. Onus.

Verbum, Omnia, solitariè positum, est universale: At verbum, Quæcunque, est universale & geminatum. 414. 408. & sq.

QUÆSTUARIA NEGOTIATIO.

Vinum vel frumentum in propriis fundis natum, tametsi in magna quantitate, vendentes Negotiatoribus Quæstuariis aggregari nequeunt. 118. 123.

Quæstuaria negotiatio quousque hoc nomen mereatur? 114. 76. junct. 120. 157.

Præprimis intuitu actionis institoriæ? 120. 158.

QUERELA.

Per multas vices reiterata usurarum, pensionum, vel partium debitæ quantitatis præstatio non numeratæ pecuniæ Querelam prorsùs excludit. 1325. 30.

De Querela nullitatis vid. Nullitas.
inofficiosi testamenti vid. Testamentum.
inofficiosæ dotis, vel donationis vid. Dos. Donatio.
Læsionis vid. Læsio.

RAPINA. RAPTOR.

Consummati criminis Rapinæ quænam sint requisita? 1346. 106.

Etiam in Crimine Rapinæ nihil interest, an sua manu quis ipse rapiat, num verò aliorum conductitia, vel gratuita opera ad hoc utatur. 265. 86. 269. 133.

An etiam ille, qui ad committendum delictum Rapinæ armatos colligit, hujus criminis reatum & pœnam incurrat? 265. 88.

Pactum ineuntes de rebus per rapinam auferendis inter se dividendis, &, dùm illa patratur, in excubiis stantes ordinariæ pœnæ reatum incurrunt. 267. 114. & seq. 1557. 7.

Auxilium cooperativum proximum in crimine Rapinæ præstantes eidem supplicio, cum ejusdem autoribus, obnoxii sunt. 269. 126. & seqq.

Licet auxiliatores de pecunia per Rapinam ablata nihil participent. 270. 135. & sqq.

Licet Raptores nec obolum apud viatorem invenerint; tamen pœna gladii dictatur. 270. 140. & seq.

Quoad Raptorum Auxiliatores, qui non ipsi sua manu auxilium contulerunt, nonnunquàm sententiæ informativæ ità concipiuntur, ut Principis gratiæ specifica pœnæ determinatio relinquatur. 278. 227.

Si præsertim Magistratus, sententiam requirens, ipse pro inquisito vel reo intercedat. 278. 229.

Ubi verò Magistratus, sententiam requirens, ex justis causis, potiùs rigorem adhiberi præoptat, talis Clausula non facilè subnecti solet. 278. 230.

Eodem jure censetur is, qui rem per vim rapit, & qui rem vacuam ad se non pertinentem de facto occupat. cons. 20. n. 32.

Cur ob crimen Rapinæ pœna ultimi supplicii dictetur? 1202. 52.

Confessio Rapinæ, si non etiam aliunde de corpore delicti constet, sola pœnæ capitali locum non facit; benè tamen extraordinariæ, etiam morti proximæ. 1034. 56. & sq.

Rapina furtum improbius in LL. dicitur. 275. 191.

Ex quibus indiciis, inter alia, hoc crimen commissum esse colligatur? 245. 16. usque ad 83.

In Ducatu Würtemb. Rapina, etiam plenissimè consumata, regulariter, prima vice, pœna ultimi supplicii non solet puniri. 262. 57. & sq. 271. 148. 1351. 29.

Idemque etiam alibi observatur. 262. 59. 1550. 130. & seq.

Qualibus in terminis ob crimen Rapinæ, prima vice commissum, pœna gladii, tùm alibi, tùm etiam in Ducatu Würtembergico, decerni soleat? 251. 69. 271. 149. & sqq. 273. 174.

Circumstantiæ delictum Rapinæ aggravantes, inter alias, quænam sint? 271. 153. & sqq.

Sollicita Raptorum coadunatio vim publicam aliis inferendam multum adauget. 273. 168.

Proditio hostilibus Hussaris facta Rapinam ab his effectui datam quammaximè aggravat. 273. 171. & sqq.
Dura tractatio personæ spoliatæ ejusdem est effectus. 274. 179. & sqq.
Etiam temporis calamitosissimi conditio delictum hoc aggravat. 274. 182. & sqq.
Itemque conditio ipsius Raptoris, si videlicet ipse, suo labore, ad se & suam familiam exhibendam, necessaria subsidia sine difficultate conquirere potuerit. 274. 186.
Nec non conditio spoliati, si v. g. sit Nuntius publicus. 276. 206. & sqq.
Quid de damni magnitudine sentiendum? 275. 192. & sqq.
Quid de qualitate pecuniæ per Rapinam ablatæ? 275. 195. & sq.
Si v. gr. illa sit publica? 276. 202.
An hoc etiam in eo, cujus ope & consilio rapina fuit commissa, consideretur? 276. 203.
Si quis ex incendio, vel propter incendium, sive propter incendii trepidationem, vel ex prædiis adjacentibus, dolo malo quid rapiat, hæc ablatio inter furta graviora refertur. cons. 17. n. 21. & sqq.
Qualis pœna hîc obtineat? 424. 23. & sqq. cons. 17. n. 23. & sqq. it. 47. & sq.
Quando attentatum Latrocinium cum actuali spolio conjunctum est, Latro pœna Rapinæ ordinaria, i. e. gladii affici non saltem potest; sed etiam debet. 1346. 108.
Asportationem instrumentorum lethiferorum, eorumque, si opus sit, usum DDres commr. circumstantiis Rapinam, ad effectum fundandæ pœnæ capitalis, præcipuè aggravantibus, rectè annumerant. 1343. 80.
Utrum rerum per vim ablatarum restitutio mitigationem pœnæ conciliet? 271. 147.
An extrema Egestas hic aliquid operetur? 275. 189. & sqq.
An rei per Rapinam ablatæ modicitas pœnam capitalem impediat? 1346. 107.
In bonis Raptoris tacita hypotheca non competit. 1423. 227.

RARUM.

Quæ Ratiùs contingunt, in dubio nunquàm præsumi debent. 936. 94.

RASURA.

Rasura nulli damnosa nullam quoque considerationem meretur. 1490. 86.
De Rasura vid. porrò Falsum.

RATIHABITIO.

Ad cujusvis negotii Ratihabitionem plena negotii ratificandi scientia requiritur. 216. 606.
Adeò, ut de substantia Ratificationis censeatur. 216. 607. & sqq.
Hinc prævia de omnibus ejusdem circumstantiis certioratio requiritur. 216. 610.
In quolibet Ratificante negotii ratificati ignorantia præsumitur. 217. 620.
Ab illo, qui in tali Ratificatione se fundat, specificam & plenam Ratificantis scientiam probari oportet. 217. 621.
Sub spe Rati aliquid promittens, hoc ipsum sub conditione, si Ratificatio alterius sequatur, facere censetur. 1403. 11.
De Ratihabitione fideicommissi conventionalis in gratiam absentis constituti vid. Fideicommissum.
Confessionis sub Tortura factæ, vulgò Bestibnung/ vid. Tortura.
Ratificatio negotii in minorennitate gesti, post majorennitatem completam, superveniens, beneficium quidem in integrum Restitutionis excludit; sed non etiam intra minorem ætatem, aliquoties licet facta consensûs geminatio. 1326. 34.
Etiam in maleficiis Ratificatio æquiparatur mandato. 1054. 149.
Etiam ille, qui alterius violentam dejectionem ratificat, violentæ dejectionis reatum incurrit. 1054. 148.
Ratificatio hæc non expresso tantùm & formali consensu; verùm etiam tacito, dum quis omnem ex illa percipit utilitatem, fieri potest. 1054. 151.
Modò talis expulsio ipsius Ratificantis nomine facta fuerit. 1054. 151.

RATIO.

Libri Rationum; vulgò Calendaria, Haußbücher / in quibus *privati patresfamilias suos* reditus & *expensas annotare* adsolent, qualem, post mortem scribentis, probandi vim habeant? 786. 15. & sqq.
Si præsertim illos scribens mercator, opifex, vel alius integræ famæ & vitæ vir fuerit? 786. 16. & sqq.
Etiam Calendarii seu codicis nominum ac Rationum ususfructus ad usufructuarium universalem pertinet. 1738. 15.
Calculatio Rationum, & ad illam spectantia, nec ad officium JCtorum propriè pertinent, neque Judex eadem, regulariter, gravari; sed illa potiùs calculatoribus relinqui debet. 1672. 8.
Calculatorum juratorum officium & autoritas in quo consistat? 1672. 10. & mult. seqq. 1673. 20. & seqq.
Ante judicialem ejusmodi calculationis approbationem adhuc variæ, contra ipsam, exceptiones opponi possunt; neque appellatio à talium calculatorum relatione locum sortiri potest. 1673. 19.
Ad legitimam ejusmodi calculatorum electionem quænam requirantur? remissivè notatur. 1673. 20.
Quid juris obtineat, si juratus ejusmodi calculator aliquid contra claram veritatem fraudulenter, vel erroneè egisse, convinci queat? 1674. 27.
Rationes officialium, regulariter, sumptibus Principis examinantur. 1505. 7. Secus,

Secus, si culpa vel dolus Officialis ejusmodi Examini, vel revisioni, per commissarios Principis faciendæ, causam dederit. 1505. 8.

Multi DDres ejusmodi sumptus (vulgò Commissions-Kösten) in classem creditorum simplicium referunt. 1505. 10.

Tales sumptus in Ducatu Würtembergico eodem, quo mulctæ, aliæque his similes præstationes, privilegio gaudent. 1505. 9. & sqq.

Officialis publicus, doli, vel culpæ, quoad suam administrationem, & desuper reddendas Rationes, commissæ convictus, ad refusionem sumptuum inquisitionis, der Commissions-Kösten / etiam per modum pœnæ tenetur. 1505. 14.

Hinc etiam dispositio Juris Provinc. Würtembergici in parte I. tit. 75. rubr. Herrschafft/ Gemein Nutz und Obrigkeit. ex mente Sereniss imi, ad eosdem validissimè porrigitur. 1506. 15.

Utrum, quando fiscus ad refusionem ejusmodi sumptuum agit, is de mero lucro captando certare dici valeat? 1506. 19.

Tales sumptus sub nomine generali, Gemein Nutz/ benè exaudiri, sicque etiam privilegio cum illis, qui ob publicam salutem & utilitatem erogati, digni habendi veniunt. 1506. 20.

Commissiones ad examinandas vel revidendas officialium Rationes à Principe, ut tali, decernuntur. 1506. 21.

De libro Rationum mercatoriarum per furtum ablato vid. Furtum.

rasura Rationum, & per eam commisso falso vid. Falsum.

subscriptione Rationum vid. Subscriptio.

Autoritas Aristotelis, Hippocratis, &c. non tanta est, ut non cogatur cedere Rationi & recentiori experientiæ. 993. 55.

Vid. porrò Causa.

RECEPTATIO. RECEPTATOR.

De Receptatione Fericidarum vid. Fericidium.

Abigeorum vid. Abigeus.

RECEPTITIUM.

Uxor res suas Receptitias in bonis obærati mariti adhuc extantes, extra concursum, jure separationis ordinario, aufert. 1413. 123.

Maritus in foro tùm Saxonico, tùm Würtembergico, omnium uxoris bonorum, exceptis solis Receptitiis, legitimus administrator est. 1451. 119.

RECEPTUM.

De edicto Prætorio, Nautæ, Caup. & Stab. ut Recepta restituant, & exindè descendentibus actionibus, vid. Nauta. Rhedarius.

RECESSUS IMP.

Quousque Processus Cameræ Imp. post Recessum Imp. novissimum de Ao. 1654. in Principum & Statuum territoriis observandus sit? 1243. 43. & sqq.

RECIPROCUM. Conf. Correspectivum.

De Fideicommisso, itemque Donatione Reciproca vid. Fideicommissum.

RECOGNITIO.

De Recognitione scripturæ vid. Scriptura. Instrumentum.

sigillorum testamentariorum vid. Testamentum.

RECONDUCTIO.

Vid. Locatio Conductio.

RECONVENTIO.

Quando conventio liquida est, & è contra Reconventio illiquida, vel contra, tunc judex etiam in una saltem sententiam proferre, & alteram ulteriori discussioni relinquere debet. 1674. 33.

De Reconventione ex capite injuriarum facta vid. Injuria.

REDEMTIO.

De litis alienæ Redemtione vid. Anastasiana Lex.

Redemtione bonorum sub pacto de retrovendendo alienatorum vid. Pactum de retrovendendo.

REDHIBITIO. REDHIBITORIA ACTIO.

Actio Redhibitoria, ob non tradita ornamenta, vel non præstitam cautionem, quamdiu competat? 1241. 15. & sq.

REDEO. REDITUS.

Ibi quis esse intelligitur, quò redeundi animum habet. 518. 92.

Reditus regulariter non distinguitur à fructu. 691. 223.

Illa omnia, quæ LL. in fructu esse dicunt, appellari possunt prædii Reditus. 691. 224. & sqq.

Ususfructus & Reditus in quo præcipuè à se invicem differant? 1745. 89. & seq.

Reditus annui legatum tantundem dicit, quàm legatum ususfructus. 691. 221

Reditibus alicujus prædii legatis quid debeatur vid. Ususfructus.

Sub usufructu universali omnium Bb. veniunt etiam Reditus annui. 1739. 21.

Usufructu territorii vel castri cum pertinentiis alicui concesso omnes tùm naturales, tùm civiles ejusdem Reditus debentur. 1739. 22. & seqq.

Reditus duorum thalerorum ex Jurisdictione præstat reditu novem thalerorum ex aliis rebus. 1745. 85.

De Reditibus à vasallo redemptis vid. Meliramentum.

Reditibus victalitiis vid. Victalitium.

Reditu dominii legali vid. Feudum. Fideicommissum. Emphyteusis. Dominium.

An, & ex qua causa annui Reditus jure Bb. immobilium censendi sint? 113. 58. 123. 186. & sq. 430. 626. & sqq.

Quid in ſpecie de Reditibus annuis merè perſonalibus ſentiendum? cons. 16. n. 630. & ſq. 124. 199.

Quid de Reditibus annuis ad paucos duntaxat annos coemptis? cons. 16. n. 633. & ſqq. 124. 207.

Jus annuorum Redituum utplurimùm ſuper rebus immobilibus conſtituitur, & ex rebus immobilibus tales Reditus etiam frequentiſſimè præſtantur. cons. 16. n. 628.

Hujusmodi Reditus perpetuam habent cauſam & durationem, &, ceu renascentes, in fructu ſunt, ipſumque jus illos annuatim exigendi quaſi poſſidetur. cons. 16. n. 629.

Etiam annui Reditus, ſub pacto de retrovendendo, comparati, immobilibus aggreganturur, licet ſint redimibiles. cons. 16. n. 637. & ſqq.

Etiam illa prædia, ex quibus certus annuus Reditus, frumentarius, vel vinarius, Landgarb/ Frucht- oder Weingült/ debetur, oneri Retractus tùm cenſualis, tùm territorialis, obnoxia ſunt. 1649. 64. & ſeqq.

Jure Würtembergico poſſeſſor prædii, ex quo annuus Reditus alteri debetur, adverſus emptorem juris ejusmodi annuum Reditum exigendi, jus retractûs non minùs exercere poteſt, quàm emphyteuta vel ſuperficiarius contra emtorem dominii utilis. 1649. 70.

Idem etiam dicendum, ſi ejusmodi prædium redituarium inter duos vel plures poſſeſſores diviſum ſit. 1649. 71.

Cujus temporis valor in reſtitutione pretii annuorum Redituum reſpici debeat? vid. Moneta. Thalerus.

Exolvens Reditus per aliquot annos ſeſe etiam in futurum obligaſſe non præſumitur. 950. 497.

REEMTIO.

Vid. Pactum de retrovendendo.

REGALIA.

Comitibus Palatinis ſæpè datur facultas concedendi id, quod ad Regalia, & quidem majora, ſpectat. 1499. 13.

REGULA.

Omnis exceptio Regulam in contrarium ſupponit. 108. 12. 851, 875. 1452. 119. & 121.

A Regula non excepta juxta Regulam judicantur. 202. 460.

Quando caſus in Lege expreſsè deciditur, inani labore generales tantùm Juris Regulæ allegantur. 449. 851.

Reichs-Thaler.

Vid. Thalerus.

REITERATIO.

In caſibus, ubi certa; ſed mitior eſt pœna, hæc, arbitrio Judicis, ob Reiterationem frequentiorem, etiam ad mortem extendi poteſt. 1790. 68.

De reiterato Furto vid. Furtum.

Adulterio vid. Adulterium.

Fericidio vid. Fericidium.

Crimine falſæ monetæ vid. Moneta.

Solutione uſurarum, penſionum, vel partium debitæ quantitatis vid. Solutio. Uſura.

RELATIO.

Præſumtio eſt, non plus in referente dici, vel adſtrui, quàm eſt in relato, ſi præſertim Relatio fiat in faciem ejus, qui relatum in ſuis ipſe manibus tenet. 175. 157.

Referenti tùm demùm nulla fides habetur ſine relato, quando utrumque in ejusdem perſonæ manibus eſt. 175. 158.

Referens, perfectam orationem vel diſpoſitionem continens, an etiam ſine relato fidem mereatur? 175. 159.

Verba relativa: Wie vorſtehet/ Ut ſupra, quem habeant effectum? 15. 141. & ſeqq.

Relatio cujuslibet elocutionis refertur ad proxima & immediata. 53. 464.

Clara & certa ad alium locum Relatio tantundem valet, ac ſpecifica litera. 351. 26.

RELEGATIO.

Pœna Relegationis, & deſuper præſtanda Utpheda, hodiè, aliquando etiam ultra territorium jus dicentis extendi ſolet. 1550. 137.

Pœna Fuſtigationis & perpetuæ Relegationis nihilominùs aliquando locum habere poteſt; tametſi Reus in tortura nihil fuerit confeſſus. 1578. 48. & ſeq.

In opere publico laborantes diutiùs alios, ſuo exemplo, à flagitiis abſterrent, quàm Relegati. cons. 17. n. 76.

Marito iterati adulterii reo fuſtigatio & perpetua Relegatio, favore matrimonii, liberorum, & conjugis, in operas publicas aliquot menſium converti poteſt, licet correa fuſtigetur, & perpetuò relegetur. 1197. 85.

Utrum Senibus etiam perpetua Relegatio ſit remittenda? cons. 19. n. 94.

RELIGIOSUS.

Vid. Sepulchrum.

RELUITIO.

Utrum filius prædium, cujus Reluitionem Pater, per illius violentam invaſionem, amiſit, licet Patris ſui hæres ſit, ſicque illud, ut Filius, reluere nequeat; nihilominus tanquàm proximus in Familia agnatus, & alterius prædii, cum quo hoc ipſum reluibile prædium, in perpetuum & ſemper, in commodum familiæ, unitum eſſe debet, poſſeſſor reluere valeat? 1072. 352. & ſeqq.

Inter Retractum propriè ſic dictum, & jus perpetuæ Reluitionis per ſtatutum, pactum, vel ultimam voluntatem inductum, ingens eſt differentia. 1072. 359.

In multis tamen capitibus etiam conveniunt, ſic ut jura de retractu loquentia huic alteri juri regulariter applicabilia ſint. 1076. 405.

Reluitio perpetua in omnibus alienationibus à Teſta-

à Testatore, vel gentilitii pacti conditoribus, nominatim prohibitis, locum sortitur. 1076. 406.
Quoties jus Reluendi personæ comperit non ex pacto, vel contractu, & sic Jure Communi; sed de jure speciali, consuetudine provinciæ, vel singulari, etiam certæ alicujus familiæ, statuto, tunc illud haudquaquàm cessibile est. 1078. 423. & 419.
Jus reluendi proximo agnato efficaciter ceditur. An & remotiori? 1078. 125.
Prædium Reluens minores quidem in prædium, quod reluit, factas expensas restituere non cogitur; benè tamen majores. 80. 722. & sq.
De Jure Reluitionis ex pacto de retrovendendo competente vid. Pactum de retrovendendo.
Reluitione fideicommissi oppignorati vid. Fideicommissum. Pactum de retrovendendo.

REMISSIO.

De Remissione adulterii ab innocente conjuge facta vid. Adulterium.
De Remissione crediti vid. Creditor.

REMOTIO.

De Remotione ab officio vid. Officium,

REMOTUS.

Vid. Proximus.

REMUNERATIO.

Etiam promissio bey Adelichen Ehren / Treu und Glauben / non exiguæ; sed magnæ Remunerationis indicium præbet. 725. 106.
De privilegio meritorum remuneratorio vid. Privilegium.
Donatione remuneratoria vid. Donatio.
Cessione remuneratoria tertiæ partis bonorum, ab eorum possessoribus, unius saltem agnati curis, sumtibus & periculo recuperandorum vid. Cessio.
Testamento meritorum remuneratorio vid. Testamentum.

RENOVATIO.

De Renovatione investituræ feudalis vel emphyteuticæ vid. Investitura. Feudum. Emphyteusis.
Renovatione Pacti vid. Pactum.

RENUNCIATIO.

Qui suam voluntatem facillimè declarare potuisset, tacendo, beneficio sibi oblato renuntiasse non immeritò videtur. 1710. 81.
Exceptionem inimicitiæ, per totum processum, testi non objiciens tacitè eidem renunciasse censetur. 1369. 15.
Promissio bey Adelichen Ehren / Treu / und Glauben / cum solennissima omnium beneficiorum Renuntiatione facta, & contractui innominato adjecta, omnem pœnitendi facultatem excludit. 731. 410.
Favori pro se introducto quilibet validè renuntiat. 1264. 126.
Renuntiatio juris, seu in re, seu in spe saltem consistentis, regulariter, non præsumitur. 40. 351. 216. 604. 294. 150. & seq. 724. 94. 1711. 94. Conf. Spes.
Renuntiatio evidenter & per arctiores probationes demonstranda est. 1711. 95.
Renuntiatio ne quidem ex actu proximo inducenda, nisi expressè de illa sit actum. 1711. 96.
Negata Renuntiatione negatur quoque regressus ad bona renuntiata. 812. 223.
Ad Renuntiata non competit regressus. 340. 27. 754. 444.
Renuntiatio exceptionis pacti de futura successione pactum de succedendo procul dubio præsupponit. 838. 194.
Limitatâ Renuntiatione evanescente, omnes quoque clausulæ simùl evanescunt. 1130. 279.
Etiam in materia Renunciationis regula de verisimilibus à DDbus creberrimè in auxilium vocatur. 1152. 516. & sqq.
Etiam illa Renunciatio, quæ ex vi, potestate & mente verborum, quibus usi sunt contrahentes, desumitur, specificæ & expressæ Renunciationis vim habet. 1660. 30.
Ex proœmio tota Renuntiatio regulanda est. 1124. 206.
In proœmio Renunciationis posita in subsequenti principali negotio repetita censentur. 1124. 205.
Hæc verba: Zu erhaltung des Adelichen Stammens und Nahmens / dem Adelichen Manns-Stammen zum besten / & similia, seu in præfatione talis testamenti paterni, vel pacti renuntiatorii, seu in ipsis verbis dispositivis expressè posita, non tàm causam impulsivam, quàm finalem significant. 1124. 202. & sq.
Quando causa finalis Renuntiationis specialis est & certa, tunc illius specialitas hujus generalitatem indubiè restringit. 1131. 288.
Finis intentus à Renuntiatario semper spectari, & ex eo totum negotium, tametsi verbis generalissimis initum, dijudicari debet. 1124. 204. & sqq. 1131. 289. 1135. 325.
Clausulæ quantæcunque, pro indole limitatæ Renuntiationis, etiam ipsæ in suis effectibus limitantur, semperque ad suam causam, tàm expressam, quam tacitam, debent restringi. 1127. 243. 1129. 263. 1131. 286. & sqq. 1140. 376.
Si causa Renunciationi adjecta non operaretur restrictionem ad illum casum, quoadusque ex personis à Renuntiatrice spectatis aliqua superst, tunc illa incassum adjecta dicenda foret. 1129. 263.
Etiam successionum Renunciationes, absque omni causa factæ, omnimodò nullæ sunt; licet verbis & clausulis prægnantissimis turgeant. 1119. 136

Cauſæ Renunciationum impulſivæ, tanquàm leviuſculæ, non impediunt, quo minùs ſorores, ſublatis maſculis, ſicque cauſa finali totaliter ceſſante, de jure ſuo recuperando validè experiantur. 1126. 237.

Aſſignatio dotis cujusnam in materia Renunciationis cauſæ rationem utplurimùm, quemque illa effectum habeat? & quæ eo ſpectant, vid. Dos.

Renunciatio, in dubio, ſecundum ordinem affectionis regulanda. 1140. 370.

A minori ad majus, etiam in materia Renunciationum, validiſſimè arguitur. 1140. 375.

A voluntate tota omnium Renunciationum lex & norma dependet. 1116. 105.

Hæc illarum unica quaſi regina eſt, & domina: Verba verò & clauſulæ in illis obviæ tantummodò famulæ. 1116. 107. 1131. 291.

Cardinalis de Luca hoc magnam primæ claſſis ineptiam & irrationabilitatem redolere dicit, quòd ad Renuntiationum naturam regulandam verborum figura attendi debeat. 1116. 109.

Omnes circa hunc articulum: Qualis cujusvis Renuntiationis natura cenſenda ſit? obviæ Quæſtiones potiùs voluntatis ſunt, quàm Juris, & intra breves cancellos redigibiles. 1116. 111.

Omnes Judices genuinam, tùm ejus, qui præcipit, vel recipit juratam Renuntiationem, tùm eandem præſtantis ſententiam, & mentem omni cura rimari debent. 1116. 112. 1153. 525.

An potiùs illius, qui Renuntiationem injungit, vel recipit, vel Renuntiatricis intentio & mens ſpectari debeat? 1117. 113. & ſqq.

In materia Renunciationum de eo ſollicitè diſpiciendum: Utrum Renunciatio pro abdicativa, vel translativa, & an tùm illa, tùm etiam hæc altera pro reali, vel mixta cenſenda ſit? 1117. 117. & ſq.

Hæ duæ diviſiones utramque totius Renunciationum materiæ paginam abſolvunt. 1117. 119.

Diverſimodè tamen à DDbus explicantur. 1117. 120.

Summa rei principaliter in eo poſita eſt, utrum Renunciatio contemplatione, ſeu in favorem certarum perſonarum in individuo determinatarum, vel ſub nomine agnatorum, vel ſub expreſſione principalis hujusmodi Renunciationum cauſæ finalis, in agnationis conſervatione præcipuè conſiſtentis, generaliter & indefinitè ſpectatarum, ità præſtita, vel à Patre filiabus injuncta ſit, ut illæ paterna vel alia bona, quibus renuntiandum, vel renuntiatum, in fratres, vel alios agnatos transferant? 1117. 121.

An verò hujusmodi Renuntiatio absque ulla perſonarum, in quas renunciatæ hæreditates transferri debeant, contemplatione, ita præſtita fuerit, vel præſtari præcepta, ut filia renuntians è medio tollatur, quaſi ipſa jamdùm naturaliter eſſet mortua, ſic, ut planè non curetur, an bona paterna ad agnatos, vel extraneos, vel planè ad fiſcum ſint perventura? 1117. 122.

Hoc modo renuntians, per quamcunque perſonam, à ſucceſſione in bonis ab ipſa renuntiatis excluditur. 1117. 122.

Cum abdicativa ſeu hoc ſenſu extinctiva Renunciatione certarum perſonarum contemplatio & favor non cenſetur compatibilis. 1118. 113.

Si tamen etiam abdicativa Renunciatio certarum perſonarum contemplatione facta probetur, & dehinc extinctiva perſonalis dicenda ſit, tunc idem de illa, cum translativa, judicium ferendum. 1118. 114.

Contemplatio, etiam tacita, certarum perſonarum omnem realitatem ceſſare facit, & propterea verba Renunciationem extinctivam indicantia de ſolo caſu, quo perſonæ in illa ſpectatæ extabunt, intelligi debent. 1118. 125. 1120. 155. 1129. 264. & ſqq. 1130. 274. & ſeqq. 1133. 306. & ſeq.

Neque talis extinctiva Renunciatio, quæ ad certas perſonas reſtricta eſt, ſeu intuitu filiorum aut fratrum facta, neque etiam translativa pariter ſolos Agnatos in oculis habens, ullam ultra perſonas, à Parente, vel filia conſideratas, extenſionem admittit. 1118. 126. & ſeqq. 1128. 262. & ſeqq. 1130. 278. & ſeqq.

Hæc Quæſtio: Utrum Renunciatio pro abdicativa & totaliter extinctiva; an verò tantùm pro translativa ſeu qualificativa haberi debeat? regulariter, non ex ſolo verborum cortice, quibus Renuntiatio à Patre injuncta, vel à filia fuit præſtita; ſed potiùs ex verſimili voluntate tùm ipſiusmet Patris illam præcipientis, vel recipientis, tùm etiam filiæ renuntiatricis, ex paterno teſtamento, vel Renunciationis interpoſitæ inſtrumento ibique contentis argumentis, circumſtantiis, & indiciis colligenda, dijudicari debet. 1116. 101. & ſeqq.

Renunciatio, certas perſonas in oculis habens, pro tempore duntaxat perpetua dicitur. 1120. 156. 1121. 169. 1130. 280. & ſeqq. 1131. 285. & 290. 1140. 378.

Quousque Renunciationes, ſi in illis certum tempus, ad quod debeant durare, non fuerit expreſſum, pro perpetuis & generalibus haberi debeant? 1114. 90. junct. 1162. 617. & ſeqq.

Quoties perſona, vel una, vel plures, ſub nomine fratrum, & ex ipſis deſcendentium, vel agnatorum, in translativa, vel extinctiva Renuntiatione fuit conſiderata, vel conſideratæ, tunc illa omninò perſonalis cenſetur, & dehinc reſolubilis per mortem perſonæ conſideratæ, vel omnium in oculis habita-

rum perſonarum. 1118. 129. 1128. 250. & ſeqq. 1130. 280. & ſeqq. 1131. 290.
Non obſtantibus quibuscunque &, ut vulgò loquuntur, cubitalibus clauſulis, quemcunque in caſum, & ſub quacunque verborum ſtructura, tametſi exuberantiſſimè conceptis. 1128. 254. & ſeqq. 1130. 274. & ſeqq.
Excepto ſolo hoc caſu, ſi filiæ à renunciata ſucceſſione etiam in caſum totaliter extincti Stemmatis maſculini, &c. diſertè & expreſsè ſeipſas excluſerint. 1128. 256. 1151. 494. 1159. 600. 1162. 629.
In dubio & quamdiu non evidentiſſimè de contrario conſtat, omnes Renunciationes pro perſonalibus, ſive talibus, quæ intuitu, & in commodum vel unius tantùm, vel plurium perſonarum, in individuo, vel ſub certa qualitate, maſculinæ videlicet agnationis, conſideratarum, præceptæ, vel jam præſtitæ ſunt, haberi debent. 1118. 131. 1119. 137. & ſeqq. 1125. 220. 1142. 398. & ſeq.
Quamvis exuberantiſſimæ iisdem adjectæ ſint clauſulæ. 1142. 398. & ſeq.
Etiam Monialium Renunciationes eodem jure cenſeri debent. 1118. 132. 1120. 149. 1143. 490.
Licet multi easdem pronuncient reales, imò planè realiſſimas. 1118. 133. 1130. 282. 1135. 331.
Quoties nobilis, illuſtris, vel alia monialis, intuitu fratrum, ſub quantæcunque efficaciæ clauſulis, renuntiavit, omnibus fratribus demortuis, etiam ipſa & tota talis Renunciatio ſimùl extinguitur, ità, ut monaſterium, ex perſona monialis, in omnibus bonis renuntiatis ſuccedat pleniſſimè. 1118. 134. 1130. 281. & ſeqq. 1140. 372. & ſeqq.
In Monachis & Monialibus perpetua excluſio, etiam in caſu totaliter ſublati ſtemmatis maſculini, faciliùs obtinet, quàm in ſecularium Renuntiationibus. 1131. 284. 1135. 331.
Hæc ipſa præſumtio pro Renunciationis perſonalitate etiam tunc militat, quando tempore præſtitæ, vel à Patre præceptæ Renuntiationis ſaltem unicus filius in medio fuit. 1119. 135.
Etiamſi omninò in dubio verſemur, utrum Renuntiatio in fratris, & extantis maſculæ ſobolis favorem ſit facta, neque etiam ulla mentio favoris erga agnationem ſit facta; tamen pactum regreſsûs reſervatorium, idemque cum reſolutivo conjunctum pro ipſo jure tacitè adjecto haberi debet. 1119. 141. 1120. 144. & ſeq. 1134. 317. 1139. 360. 1162. 630. & ſeqq.
Eademque doctrina & tunc procedit, ſi de filiis tempore actualiter præſtitæ, vel præſtari injunctæ Renunciationis adhuc naſcituris & nondùm conceptis quæſtio ſit. 1120. 146.
Modò ſpes procreandæ adhuc maſculæ ſobolis non omninò decollaverit. 1120. 147. & ſeq.
Idem eſt, ſi de Renunciatione abdicativa ſeu extinctiva; ſed intuitu fratrum interpoſita, quæratur. 1120. 150.
Renunciatio, abdicatio, & acquiſitio ejus, cui fit Renunciatio, adeò ſunt connexæ, ut una ſine altera eſſe poſſit vel minimè. 1120. 154.
Renunciationum cauſam finalem uſus Germaniæ, & fori obſervantia, imò etiam ipſa æquitas, & inter liberos ſervanda æqualitas, in ambiguo, nullam aliam, quàm agnationis conſervationem, à Renunciatricibus, & Renunciatariis intentam exiſtimant. 1119. 142. 1120. 159. 1143. 407.
Iſta Juris præſumtio præprimis tunc quoque locum ſortitur, quando Pater ſuæ filiæ renuntiandi neceſſitatem ipſe imponit, vel Renunciationem ab illa recipit. 1121. 160. & 168.
Si conſervatio familiarum non ſpectaretur, omnis propemodùm Renunciationum materia ceſſaret. 1126. 234.
In ambiguo ſemper præſumi debet, quòd Renuntiatio reſpectu cæterorum liberorum ſit facta, vel à Patre imperata. 1126. 228.
Jurata filiæ Renunciatio, ſub qualibuscunque verbis concepta, ultra expreſſam, vel ratam Patris mentem, nec minimam patitur extenſionem. 1121. 167. & ſeq. 1127. 247. 1140. 376.
Neque Pater ſuam filiam, neque filia ſeipſam, etiam in caſum totaliter extincti Stemmatis maſculini, à ſucceſſione nihilominùs excludere, neque Judex, ad filiæ Renunciationem ità convalidandam, decretum ſuum interponere voluiſſe intelligi debet. 1121. 161. & ſeqq. 1127. 248. 1140. 377. & ſeq.
Diſpoſitio talis teſtamentaria, quòd filiæ ein vor alle mahl renunciare debeant, non majoris eſt potentiæ, quàm DDres de tali conſuetudinaria, privilegiaria, ſtatutaria, pactitia, etiam prægnantioribus clauſulis munita, Renuntiatione communiter tradunt. 1123. 186. 1155. 556. & ſeqq.
Pater à ſua filia renunciationem recipiens, vel exigens, pro ſolis ſuis maſculis filiis; & valdè ratò pro aliis filiabus; pro extraneis verò nunquàm illam deſideraſſe vel acceptaſſe intelligi debet. 1123. 187. 1139. 361.
Etiamſi ampliſſima & generaliſſima in tali præcepto de renunciando, vel in ipſa jurata renuntiatione, verba contineantur. 1123. 188. 1138. 357. & ſeqq. 1140. 377. & ſeq.
In caſu totaliter extincti Stemmatis maſculini filiæ non aliter excluſæ cenſendæ, quàm ſi Pater exertiſſimam & ſpecialiſſimam hujus inſolitiſſimæ excluſionis mentionem injecerit. 1123. 189. & ſeqq. 1128. 255. & ſeqq.
Si Pater talem renunciationem à ſuis filiabus recipiens, extinctis maſculis, ne quidem ſuas alias, nondùm renunciatas, filias ad ſucceſſionem vocare voluiſſe intelligi debet,

quanto minùs extraneos, in talem casum, admittere voluisse existimandus erit? 1139. 367. & seq. 1145. 425.

Tametsi verba Renunciationis ad jura de futuro trahantur; tamen illa restringenda forent ad ea futura jura, quæ ex causa de præsenti competere possent. 1123. 196. 1133. 307.

Nec diversum sentiendum, licet juri de futuro, per pactum de non ulteriùs petendo, fuerit renunciatum. 1123. 197. 1127. 242. & seq.

Huic Clausulæ æquipollet illa: Daß die Töchtern ein vor alle mahl der vätterlichen Erbschafft renunciiren sollen. 1123. 198.

Idem dicendum de quibuscunq; aliis Clausulis, quemcunq; in casum, & sub quacunq; verborum structura, licet exuberantissima & effrænatissima, conceptis. 1128. 254. 1130. 274. & seqq. 1133. 307. & seq.

Quandocunque verba vel præcepti paterni de renuntiando, vel Renunciatricis hoc satis declarant, quòd Renunciatio agnationis conservationem, sivè in universum, sive ejus tantùm, ex qua talis filia oriunda est, lineæ, pro scopo, voto, & fine habuerit, vel debeat habere, tunc, penitùs expirante Agnatione, etiam Renunciatio simùl tota evanescit. 1124. 201. 1127. 246.

Omnes clausulæ, tametsi amplissimæ, Renunciatarii & Renuntiatricis cujuscunque voluntati, ceu reginæ & dominæ, tanquàm meræ illius pedissequæ, famulantur. 1131. 291. 1140. 376.

Propter clausulas adjectas Renuntiatio, ex paciscentium vel disponentium voluntate personalis, in realem haud degenerat. 1131. 292. & sq. 1133. 308.

Nec per illas efficitur, ut Renunciatio ultra genus personarum in oculis habitarum minimum operetur, vel renunciationis negotium tractantibus è diametro adversum producat effectum, ut nempe personæ in Renuntiatione nec comprehensæ, nec consideratæ, tanquàm prorsùs extraneæ, ad successiones in manus solorum agnatorum resignatas contra omnem rationem, paciscentium mentem, omniumque statutorum, pactorum familiæ & consuetudinum naturam, admittantur. 1131. 294.

Ad evitandam turpissimam ingratitudinis notam etiam amplissima, & sub clausulis prægnantissimis facta Renuntiatio, in dubio, saltem pro personali haberi debet. 1140. 389. & sqq.

Renuntiatio successionis contemplatione agnationis, sub quibus- & quantiscunque licet clausulis interposita, semper hanc tacitam conditionem involvit: Si aliquis ex masculis in vivis superst. 1139. 360. 1156. 559. & sqq.

Tales clausulæ, quantumvis exuberantissimæ, respectu personarum in Renunciatione consideratarum, satis operati, multosque effectus producere possunt. 1134. 318.

Sed si nemo ex illis personis amplius superstes, tunc qualescunque & quotcunque eidem adpositæ clausulæ nihil porrò operantur, ac pro nunquam adjectis habentur. 1134. 317. & 319. 1156. 559. & seqq.

Etiam Renuntiatio de quacunque, & omni hæreditate, quandocunque obventura, licet propriè realis, & perindè æstimanda, ac si ex capite unde liberi, agnati, & cognati esset facta; tamen illis personis, in quarum gratiam ista præstita fuit, fato abreptis, totaliter corruit. 1128. 260. & sqq.

Quamvis Renunciatio cum omnibus clausulis, quæ excogitari possunt, interposita fuerit; tamen etiam istæ clausulæ aliis personis in Renunciatione non nominatis vel præsumtivè consideratis, prodesse non possunt. 1129. 266. & sqq.

Hoc etiam obtinet, tametsi à filia renuntiata non certæ personæ, in genere, vel specie fuerint spectatæ; sed Renunciatio à patre recepta vel præcepta, generaliter, pro Stemmatis vel agnationis conservatione interposita fuerit. 1129. 271. & sqq.

Præcipuè secularium Renuntiationes ita exaudiendæ sunt, ut fratribus, vel aliis, à Renuntiatrice magis dilectis, totaliter sublatis, ex verisimillima utriusque voluntate, sub Renuntiatione, *quantumvis ampla, & in forma extinctiva, seu reali concepta, semper casus* dicendus sit non comprehensus. 1137. 345.

Licet verba præcepti de renuntiando, vel ipsiusmet pacti renuntiativi sint generalissima, & omnimodam omnis juris, tùm præsenter competentis, tùm in futurum, quacunque ex causa, competituri, adeoque perpetuam familiæ exclusionem, & omninò extinctivam Renunciationem præ se ferre videantur; tamen causa finalis, videlicet conservatio Agnationis, si præsertim expressa ejus mentio sit facta, ubivis præferenda. 1125. 209. 1127. 242. & sq.

Si in terminis voluntatis saltem conjecturabilis, quòd pater à filia Renunciationem recipiens vel ei præcipiens, agnationis conservationem pro fine habuerit, tota Renunciatio ad solos masculos restringi debet, quanto magis in casu, si pater hanc finalem præcepti sui causam speciatim expresserit, idem pariter obtinebit? 1125. 207.

Hæc verba: Daß die Töchtern/ an ihrer familli, ein vor alle mahl keine prætension mehr zuhaben/ renuntiiren sollen/ nihil aliud important, quàm quòd filiæ præcisè & necessariò, Sie wollen oder wollen nicht/ renuntiare teneantur. 1157. 575. & sqq.

Cum ista formula: Daß die Töchtern ein vor alle mahl nichts prætendiren sollen/ hæc altera: Daß sie auff ewig/ in ewigkeit/ und jure ewigen tagen renunciiren sollen; ut & hæc: Daß

Daß der von den Töchtern noch præstirende Verzücht zu ewigen zeiten crafft/ macht und bestand/ für alles widertreiben / vor allen Richtern haben / und von allen Gerichten darauff geurtheilt werden solle/ procul dubio coincidunt. 1132. 301. & sqq.

Idem etiam de illa Renuntiatione judicium ferendum, daß weder Sie/ noch ihre Nachkommen / über ihre empfangene Außsteuer/ weder von ihrem Vatter/ noch an seiner Erbschafft/ in ewigkeit nichts mehr fordern sollen/ noch wollen. 1132. 303.

Et tamen, ob neutram istarum formularum, Renuntiatrices & illarum hæredes, extinctis masculis, à successione excluſæ censentur. 1029. 272. & seqq. 1131. 290. 1133. 305. 1157. 575. & sqq. 1158. 586. & sqq.

Licet omnes in mundo extantes clausulæ isti clausulæ, auff ewige zeiten/ copulativè adjectæ fuerint. ibid.

Filia promittens, daß Sie in ewigkeit und zu ewigen tagen/ an die Vätterliche Erbschafft weiter nichts prætendiren wolle/ efficaciùs se obstringit, quàm filia promittens, daß Sie an die famili ein vor alle mahl nichts prætendiren wolle. 1132. 303. & sq.

Renuntians sub formula: Daß Sie/ ihre Erben/ und gesampte Nachkommen/ ihrem aydlichen Verzücht nicht contraveniren/ oder nichts was darwider jemahls prætendiren wolle/ unter waserley schein deß rechtens solches immer geschehen/ und wie solches nahmen haben/ oder noch in das künfftig erdacht werden möchte/ tota Agnatione totaliter expirante, justissimè ad successionem adspirat. 1133. 306.

Etiam hæc, ferè omnium durissima, & omni tempore, in vim meræ & veræ donationis, valitura, sublatis Agnatis, quorum contemplatione filia renuntiavit, à recuperatione bonorum ab illa renuntiatorum ipsam neutiquàm excludit. 1130. 277. 1133. 309. & sqq.

Idemque judicium etiam de hac, licet efficacissima, clausula ferendum: Quòd filia paternæ successioni renuntians perindè habenda sit, acsi nunquàm fuisset in rerum natura. 1134. 313. & sq. 1142. 399. 1155. 548. & sqq.

Neque etiam hæc potentissima clausula: Quòd Renunciatio sit & esse debeat realis, quodque omnem in casum effectum realis, atque omni meliore modo interpositæ Renuntiationis, habere, & filia renuntians regressum ad bona renunciata nunquàm, ulla ex causa, etiam non cogitata, & noviter supervenient, etiam rebus cujusvis morte mutatis, & aliter, quàm nunc, se habentibus, prætendere debeat, majores effectus, quàm simpliciter facta Renuntiatio, producere potest. 1134. 316. & sqq.

Idem de Renuntiatione jurata, à Filia dotata, tùm patri, tùm fratri, tùm successoribus ipsorum quibuscunque, tùm & de quibuscunque successionibus, ac sub his emphaticis verbis facta sentiendum: Quòd illa realis existimari, &, ut talis, effectum sortiri, neque renunciatrix prætendere debeat, quòd Renunciatio per mortem patris, vel fratris absq; descendentibus, sit resoluta. 1155. 552. & seq.

Nec hæc exuberantissima Renunciatio, quam pater à filia, etiam propediem monasterium ingressura, pro se & suis filiis recipit, nec non pro omnibus & quibusvis illorum, & quidem singulorum hæredibus, tàm ab intestato, quàm ex testamento, & aliis quomodocunque succedentibus, adjecta & hac effusissima clausula: Quòd pater & filius, eorumque, & cujuslibet ipsorum hæredes & successores de omnibus bonis liberè disponere possint, & ab intestato perindè dispositum censendum sit, acsi filia renuntians nunquàm fuisset in rerum natura, sublatis masculis, ità renunciantem à paternis & fraternis bonis ampliùs excludit. 1134. 320.

Etiam ampliſſimam Renunciationem, cum stipulatione Aquiliana & acceptilatione vel pacto de non petendo conjunctam, & pro se & hæredibus quibuscunque factam, ad personas in ipsa Renunciatione vel expresse nominatas, vel sub titulo conservandæ agnationis tantùm contemplatas, ceu ad illas relativam, restringere oportet. 1127. 242. 1130. 276. 1135. 327. & sqq. 1155. 548. & sqq.

Non majorem, quàm quælibet vulgarissimæ formulæ Renuntiatio, effectum & ista clausula progenerat, quòd Renuntiatrices, quantumvis moniales, nullo unquàm tempore, etiam quavis ex causa, & occasione, ipsis renunciantibus, & ipsarum monasteriis, in, de, & super suorum fratrum, & aliorum quorumcunque hæreditatibus jus aliquod acquisitum esse, neque quidquam de istis hæreditatibus, etiam minimum, habere vel consequi valeant & debeant. 1135. 131. & sqq.

Licet filia, etiam monasterium ingressura, & hac causa ingressus specialiter expressa, de omni & quacunque successione, paterna, materna, imò etiam avita, & cujuscunque alterius generis, quæ Renunciatrici, ex quocunque testamento, seu testamentis, codicillis, legatis, donationibus inter vivos, & mortis causa, aliisque dispositionibus, etiam ab intestato obvenire valuerint, quovis jure, titulo, & causa, etiam in pacto renuntiatorio non specificè expressis, & in corpore Jurium clausis, etiamsi esset necessaria quævis expressa & specifica mentio in omnibus, & per omnia, nil penitùs excepto, ad habendum, &c. renunciaverit; si tamen in tali Renunciatione, pro causa finali, conservatio Stemmatis vel agnationis esset indigitata, tunc filia, hoc modo renuntiata, extincto stemmate, nihilominùs de novo successibilis fieret. 1135. 332. A.

Filia ità renuntians, daß ihr in andern und Neben

ben-Fällen / da ihre Brüder alle / der eine vor / der andere nach / ohne Leibs-Erben / oder ohne Testament / todes versterben / ihre Erb-Gerechtigkeit vorbehalten seyn solle / si postea ultimò decedens frater sine liberis quidem; sed cum testamento, in quo illam sororem renuntiatricem totaliter excluſit, fato fungatur, nihilominùs ad paterna bona renuntiata justissimè adspirat, ità, ut illa, in tanta quantumvis amplitudine & emphasi concepta Clausula: Ohne Leibs-Erben / oder ohne Testament ꝛc. ad solas fraternas hæreditates, die brüderliche Bey- und Neben-Erbschafften / restringi debeat. 1136. 332. B.

Etiam hæc amplissima formula renuntiandi, quòd filia nubens, vel cœnobium ingrediens, universa sua bona, paterna, materna, fraterna, sororia, tàm ex testamento, quàm ab intestato, suis fratribus inter vivos, & irrevocabiliter cedat & donet, simùl commemorata conservatio masculorum, & conservandæ agnationis, tanquàm causa finalis Renunciationis, omnem realitatem, sive durationem in casu extincti stemmatis masculini, ab illa excludit. 1136. 336.

Nihil impedit, quo minùs etiam plures hujusmodi hæreditates, toto tempore intermedio, quamdiu nimirum conditio pacti hæreditatis renuntiatæ reservativi adhuc̀dum pendet, jure veræ & meræ donationis, apud masculos permaneant, omniaque illarum emolumenta interea percepta, imò etiam ipsæmet hæreditates, quoadusque de masculis ad illas vocatis quæstio est, irrevocabiliter ad illos pertineant. 1136. 337.

Imò si etiam omnes clausulæ in mundo, & quæ porrò adhuc, pro majori firmamento Renuntiationum, excogitari possunt, in hujusmodi Pacto renuntiatorio copulativè concurrant; nihilominùs regressus ad renuntiatam, paternam, vel aliam successionem, in casum finitæ agnationis, cujus contemplatione filia renuntiavit, ex universali Europæ consuetudine, Patrisque & filiæ renuntiantis præsumpta mente, haudquaquàm excludit. 1136. 338. & sq. 1155. 548. & sqq.

Idem de præcepto Patris testamentario, daß sein einiger Sohn sein eingesetzter Universal-Erb aller seiner Haab und Güther / und also auch sein alleiniger Successor in allen seinen Ritter- und Mann-Lehenbahren güthern sey und seyn solle / annexa Clausula: Daß er weder seinen Geschwistern / noch sonsten jemanden rechenschafft zugeben; sondern alles handhaben / damit schalten und walten könne und solle / statuendum. 1113. 71. & sqq. 1158. 594. & sqq.

Simile judicium etiam ferendum de Renunciatione sub hac Clausula facta: Daß ihr Bruder hinführo die renunciirte güther / frey / ledig inne haben / verpfänden / verkauffen / und sonst mit allem und jedem verfahren / handlen / thun und lassen solle nach seinem gefallen / als mit andern seinen aigenen Güthern männiglich daran ungehindert / in allweg. 1113. 74. junct. 1158. 594. & sqq. cons. 16, n, 840. & 850. 1161. 618.

Quidsi monialis ità renunciaverit, quod Pater & ejus filius, eorumque & cujuslibet ipsorum hæredes & successores de omnibus bonis liberè disponendi facultatem habere; imò planè ab intestato perindè dispositum censeri debeat, acsi filia renuntians nunquàm fuisset in rerum natura? 1159. 597. & sqq.

Quidsi Pater ità disposuerit, daß einer Verziegs-Tochter weiter lediglich nichts / als allein / was ihr irgends / durch testamentarische Disposition / verschafft werden möchte / wider ihren Vertücht zufallen solle? 1159. 601.

Utrum Patris præceptum sub clausula comminatoria, bey entziehung seines väterlichen Seegens / necessitatem renuntiandi filiabus injungens, si præsertim aliæ, ex modo recensitis clausulis, concurrant, easdem etiam in casu extincti Stemmatis masculini à regressu excludat. 1114. 84. & sqq. junct. 1160. 607. & seqq.

Aliud est actualiter renuntiare, & aliud Renuntiationem duntaxat promittere. 1773. 78.

Simplex promissio de renuntiando, Jure Romano, nullius est momenti. 1773. 80.

Hodiernæ hæreditatum *Renuntiationes* valdè anomalam & *peculiarem ex moribus modernis naturam* hauserunt. 1773. 81.

Filia promissionem de renuntiando à se factam adimplere recusans, contra regulam, fratribus ad præstandum interesse tenetur. 1773. 84.

In quo hoc ipsum interesse consistat? 1774. 83. & seqq.

Renuntiationes illustrium filiarum, regulariter, non præcisæ sunt necessitatis; sed à libero illarum arbitrio dependent. 841. 221. & sqq. 843. 246.

Idque tùm ratione ipsius objecti, an soli paternæ, vel an etiam maternæ, itemque fraternis successionibus? tùm etiam subjecti, in quorum gratiam & utilitatem, an omnium agnatorum, an verò tantùm suorum fratrum, & quorundam, vel unius tantùm? tùm & maximè ratione futuri casus, in quem sibi regressum ad renuntiatas successiones salvum & reservatum velint. 841. 221.

Filiæ consensu deficiente nulla Renuntiatio validè fieri potest. 843. 247.

Ad consuetudinis, quòd filiæ nobiles pro ipso jure Renuntiatis haberi debeant, probationem non sufficit, doceri, quòd plures ejusdem familiæ filiæ ultrò & sponte renuntiaverint. 840. 218. cons. 16. 727. & sqq.

Filiæ nobiles, illustres, & superillustres, regulariter, quidem pro libero suo arbitratu renuntiant; sed diversum dicendum, quando, dote

dote acceptâ, ex neceſſitate ſtatuti, vel legis, ſeu totius Provinciæ, ſeu ſuæ familiæ peculiaris, renuntiare tenentur. cons. 16. n. 775. & ſeq. junct. n. 821. & ſeq.

Tales Filiæ, licet nolint renuntiare, invitæ quidem compelli non poſſunt; ſed tamen, vigore talis pacti, ſtatuti, vel conſuetudinis, à paterna, materna, & fraterna ſucceſſione excluduntur, & pro ipſo jure renunciatis habentur. cons. 16. n. 822. & 960. & ſq. 1772. 86.

Talis conſuetudo vel Statutum univerſale, quòd filiæ illuſtres & nobiles pro ipſo jure renunciatis haberi debeant, demonſtrari non poteſt. 841. 223.

Afferuntur hanc in rem teſtimonia Beſoldi, Kellenbenzii, Meichsneri, &c. 841. 223. & ſqq.

Nec non noviſſimum Imperialis Aulici Judicii præjudicium. 841. 229.

Tale Statutum vel conſuetudinem benè introduci poſſe probatur exemplo Comitum de Bitſch, & Dominorum de Rapolſtein. 841. 226.

Adducitur conſimilis Auſtriæ conſuetudo. 841. 227.

Ad probationem hujusmodi conſuetudinis quænam requirantur? 841. 230.

Talem conſuetudinem in Franconia & circumjacentibus locis vigere, num rectè ſtatuat Everhardus? 842. 231. & mult. ſeqq.

Cur frequens ejusmodi Renunciationum uſus prætenſam hujusmodi conſuetudinem generalem magis deſtruat, quàm ſtabiliat? 842. 238.

Utrum filiæ ad hoc, ut in ſpecie etiam maternæ ſucceſſioni renuncient, invitæ compelli queant? 844. 262. & ſeqq.

Talia Statuta, quibus filiæ, ſua vel dote, vel alia portione contentæ, à ſucceſſione patris & agnatorum excluduntur, totius Provinciæ, vel Ordinis equeſtris, communi ſuffragio, valida pronuntiantur. cons. 16. n. 823.

Illorum exempla remiſſivè notantur. cons. 16. n. 824.

Etiam unica Familia, ad agnationis communis dignitatem, honorem, & potentiam tuendam, tale pactum, ſtatutum, vel conſuetudinem inducere poteſt. cons. 16. n. 823. & 825.

Modò illa familia habeat merum & mixtum imperium. cons. 16. n. 826.

Cur tales filiæ per ſtatutum, conſuetudinem, vel pactum, quoad maſculi ſuperſunt, excluſæ nihilominùs juratò renunciare coguntur? cons. 16. n. 949. & ſeqq.

Ex ſola Renunciationum frequentia non probatur neceſſitas vel jamjam delatis, vel adhuc deferendis ſucceſſionibus renuntiandi. cons. 16. n. 778.

Contumacia filiæ renuntiare recuſantis, in illis familiis, in quibus pactum, ſtatutum, vel conſuetudo fœminarum à ſucceſſione excluſiva viget, habetur pro actuali Renunciatione. cons. 16. n. 957.

Conſuetudinem familiæ allegans, vi cujus filiæ etiam agnatorum ſucceſſioni, den Vetterlichen Erbſchafften/ renuntiare tenentur, eandem legitimè probare tenetur. 1774. 87.

Conſuetudines in materia Renunciationum utramque paginam facere dicuntur. cons. 16. n. 1006.

Enixè & verbis geminatis promittens, quòd nec ſuæ propriæ, nec defuncti fratris filiæ majorem dotem, quàm ter mille, vel, in uno caſu, ſex millium florenorum dare velit, vel dandi facultatem habere debeat, per conſequentiam indeclinabilem etiam velle videtur, quòd omnes illæ filiæ à reliqua hæreditate debeant eſſe excluſæ. cons. 16. n. 835.

Nec ex eo, quòd dicit, omnes filias paternæ ſucceſſioni, prævia ſufficienti certioratione, liberè renuntiare debere, hanc Renunciationem prorsùs libero illarum arbitrio ſubmittit. cons. 16. n. 837.

Hæc verba: Sie ſollen unbezwungen renuntiiren/ hoc ſaltem indigitant, quòd filiæ de omnibus candidè & ſollicitè informandæ, ſicque, repræſentatis omnibus repræſentandis, eò allaborandum ſit, ut ipſæ ultrò & ſpontè renuncient; ſed ſi talis ſpontanea Renunciatio ab una vel altera obtineri non poſſit, tunc altera diſpoſitio intrat, quòd illa, nihilominùs, accepta dote, pro excluſa habenda ſit. cons. 16. n. 837. & ſeq. & n. 980. & ſeqq.

In illuſtribus familiis ut plurimum una eademque Renuntiationis formula obſervari conſuevit. cons. 16. n. 890.

Quando conſtat, omnes filias alicujus familiæ, ſuis dotibus contentas, paternæ, maternæ, itemque fraternæ ſucceſſioni renunciaſſe, ſic, ut nulla in contrarium memoria extet, tunc conſuetudo inducta dicitur, ità, ut, licet in aliquo caſu Renunciatio per unam ex fœminis non fuerit facta; tamen perindè haberi debeat, ac ſi renunciaſſet. cons. 16. n. 895.

In illis locis, in quibus ſtatutum fœminarum, ob exiſtentiam maſculorum, excluſivum viget, cum onere fœminas congruenter dotandi, tàm Renunciatio, quàm Patris ſtipulatio de illa præſtanda, in dubio non aliter, quàm juxta illius ſtatuti formam facta cenſetur, ſic, ut fœminæ non diutiùs, quàm maſculi ſuperfuerint, renuntiaſſe intelligi debeant. 1142. 404. & ſeq.

Si etiam monialis, nach der freyen Reichs-Ritterſchafft alt-löblichem Herkommen/ bonis paternis renuntiaverit, hoc plurimum confert ad ſtatuminandam perſonalem ſolummodò Renuntiationem. 1143. 409.

Semper Renunciatio ſecundum communem Germaniæ conſuetudinem uſumque receptum celebrata præſumitur. 1144. 410.

Etiam nobiles & illuſtres in Franconia filiæ ut plurimum in caſum, ſi ſtemma maſculinum expirare contigerit, ad bona ab ipſis

nuntiata regreſſum reſervare ſolent. 1144. 416.

Huic eidem conſuetudini, in Franconia, Suevia, & tractu Rhenano utplurimùm obtinenti, & pro tali ab ipſo Patre agnitæ, ſimulque filias renuntiatrices ad Jus Commune reducenti, æquè ac ſtatutis & conſuetudinibus in ſua familia vigentibus, etiam ipſe hoc ſuum teſtamentarium præceptum de renunciando conformare voluiſſe modis omnibus cenſeri debet. 1143. 406. 1144. 411. & 419. 1154. 540. & ſeqq.

Tametſi paternæ diſpoſitionis verba repugnent. 1155. 544.

Hæc doctrina præprimis tunc obtinet, ubi ipſe teſtator ſui animi ſenſa, de hac Conſuetudine, utplurimùm obtinente, in duobus teſtamentis, ſicque iteratò, diſertè declaraverit. 1145. 423.

Hæc renuntiandi formula: Daß die adeliche Töchtern biß auff künfftige Todes-Fälle/ und wann ihr lieber Bruder ohne lebendige eheliche Leibs-Erben mit Tod abgehen würde/ aller Forderung ſich verzeihen/ à tota Franconica Nobilitate in ſolenni atteſtato de Anno 1649. eine von unfürdencklichen Jahren eingeführte uhralte Gewohnheit vocatur. 1145. 427.

An in hoc atteſtato, ſub nomine der Leibs-Erben/ tàm filiæ, quàm filii, comprehendantur? 1145. 431. & ſeq.

In pactis ſucceſſionum renuntiatoriis vocabulum, Ehelich gebohrne Leibs-Erben/ ad ſolos maſculos reſtringi debet. 1145. 432. & ſeq.

Fœmina ad juratam Renuntiationem non aliter admittitur, quàm priùs ſufficienter certiorata. cons. 16. n. 928.

Utrum juratæ filiarum nobilium & illuſtrium Renuntiationes tùm demùm, ſi dos, alimenta, vel ſimile præſtandum, in quantitate, legitimam exæquans ipſis præſtetur, ſubſiſtant? 829. 84. & ſqq. 1114. 76. & ſqq. 1150. 488.

Renunciationes filiarum illuſtrium nulla judiciali egent inſinuatione. 970. 726.

Licet illæ, ſi ſint translativæ juris hæreditarii filiabus jam delati, vel adhuc deferendi, veræ ſint ceſſiones. 972. 727.

In Renunciatione hæreditatis jamjam delatæ decretum Magiſtratus requiritur. 1121. 171.

Eo ipſo, dum filia illuſtris renuntiat, etiam adit paternam, vel aliam, cui renuntiat, hæreditatem, & aditam cedit. 970. 728. & ſq.

Extinctis omnibus perſonis, in quarum gratiam Renuntiatio eſt facta, filias tùm ipſa ratio naturalis, tùm lex divina, tùm ipſiſſima æquitas, tùm tantopere inter liberos commendata æqualitas, tùm æquiſſimè præſumpta parentum charitas, imò planè commune parentum & naturæ votum, tùm & omnium Jurisprudentum Reſponſa, Tribunalium judicata & quaſi unanimiter Concordata ad ſucceſſionem vocant. 1141. 381. 1160. 615.

Renunciatio filiarum nobilium, in gratiam agnationis facta, neque delationem hæreditatis renuntiatæ, neque etiam jus ſucceſſionis impedit; ſed tantùm in perſonis ipſarum filiarum duraturam actualem ejus acquiſitionem, quoadusque maſculina agnatio duraverit, ſuſpendit & impedit. 1773. 73.

Tales filiæ Renunciatrices, tempore durantis ſtemmatis maſculini, à DDbus non malè haredes anomalæ vocantur. 1773. 74.

Exiſtente conditione reſervati regreſſûs Renuntiatrices, & illarum ſucceſſores ei, cujus ſucceſſioni renuntiarunt, actuales heredes; & ab ultimo maſculo relictæ filiæ ſimiliter illius mediati heredes fiunt. 1168. 704. & ſqq.

Hinc etiam illis, tali caſu, adverſus ultimi agnati hæredes, actio familiæ erciſcundæ abſque dubio competit. 1168. 703. & ſqq.

Exiſtente conditione pacti hæreditatis reſervativi filia ſtatim vel omnia ſua bona renuntiata, vel ad minimum id, quod ipſius legitimæ deeſt, jure opt. max. prætendit: Sed legitima tùm demùm contenta eſſe cogitur, ſi Pater hoc ipſum expreſsè diſpoſuerit, quòd ipſa in ſola legitima vel dote, in omnem eventum, etiam Agnationis totaliter extinctæ, debeat eſſe inſtituta. 1151. 494. & ſqq.

In caſum totaliter extincti Stemmatis Pater filias à legitimæ *ſupplemento excludere nequit.* 1151. 495.

Cùm, maſculis defunctis, cauſa Renunciationis reducatur ad non-cauſam, filia ad ſui Patris, ſive ille inteſtatus, ſive teſtatus diem ſuum obierit, ſucceſſionem admittitur. 1151. 499.

Duo hæc aſſerta: Quòd Renunciatio, morientibus maſculis, etiam ipſa moriatur, & quòd filia Patri teſtatò decedenti nihilominùs non ſuccedat, ſunt incompatibilia. 1151. 503.

Vi conventionalis fideicommiſſi, per pactum hæreditatis renunciatæ, in caſum exiſtentis certæ conditionis, reſervativum, expreſsè, vel tacitè, à filia renuntiante inducti, ipſa vel ejus poſteri tantùm ad partem, ab ipſa renuntiatam, regreſſum habent. 805. 135.

Hujus renunciatæ, ceu poſt ultimò morientis maſculi deceſſum, ad Renuntiatricem, vel ejus hæredes, vi pacti conventi, certò reverſuræ partis reſtitutionem ipſe ultimus maſculus nullâ prorsùs ratione intervertere poteſt. 805. 137. 1163. 636. & ſq.

Filii, in quos renunciata hæreditas ad tempus transfertur, non ſolùm uſumfructum; verùm etiam, licet revocabile, dominium bonorum ad illud ſpectantium conſequuntur. 1773. 75.

Quamprimùm conditio pacti, ſucceſſionis à filia nobili renuntiatæ reſervatorii, exiſtit, ſtatim omne jus olim renuntiatum ad renunciatricem, ejusdemve hæredes, quantocunque gradu

gradu positos, ipso jure revertitur, acsi renuntiatio nunquàm facta fuisset. 805. 138.
Hincque nulla, interea, à Renunciatariis, vel ultimo masculo, super talibus bonis, ceu necessariæ restitutioni obnoxiis, inita conventio quidquam roboris habet. 806. 139.
Sed nec ulla dispositio, vel suprema voluntas, in ejusmodi portionis præjudicium facta, etiam ad pias causas, subsistere potest. 806. 140. & seq.
Masculi agnati, ultimo loco decedentes, in hoc frequenter hallucinantur, dùm vel alios agnatos in Renuntiatione non comprehensos, vel planè extraneos, in præjudicium renuntiatricum, vel ab his descendentium, vel ad ipsarum successionem testamento ab illis ordinato vocatorum, hæredes instituunt. 806. 143.
Pœna contraventionis, sive testamentaria, in præjudicium fideicommissi conventionalis, incassum adjicitur. 806. 147.
Filia Renuntiatrix, pro assecuranda, certò vel sibi, vel suis hæredibus facienda, bonorum Renuntiatorum restitutione, tùm idoneam cautionem, tùm inventarii confectionem exigere potest. 806. 148.
Si de bonis à filia renuntiatis de facto aliquid alienatum, tunc ad alienatorum revocationem vel rei vindicatio, vel hæreditatis petitio, aliave remedia institui possunt. 806. 149.
Frater, vel alius Renuntiatarius tali filiæ Renuntiatrici ad inventarii editionem tenetur. 164. 648. & sqq.
Filia nec per familiæ Statutum, aut pactum, nec per propriam Renunciationem à successione exclusa, à Jure Communi, ad æqualem cum fratribus successionem vocatur. 840. 217. & sqq.
Masculis, in quorum gratiam filiæ renuntiarunt, in totum sublatis Pater omnes suas filias, tàm renunciatas, quàm non renuntiatas, regulariter, ad partes æquales vocasse præsumi debet. 1139. 368.
Si Pater ab omnibus suis filiabus, in gratiam agnatorum, juratas receperit Renunciationes, & agnatis sublatis, una sola filiarum nepotes masculos in vivis habeat, hi nepotes nec suam propriam matrem, nec ejusdem sorores à successione excludere possent. 1139. 369.
Multo minùs de Patre hoc debet præsumi, quòd ipse filiabus suis Renuntiatis ex præmortuo filio superstites neptes præferre voluerit. 1140. 371.
Ne quidem filia monasterium ingressa, si omnes ejus fratres in Renuntiatione consideratos, sine masculà prole, defungi contingat, à successione exclusa præsumi; sed monasterium, ex ipsius persona, ad eandem admitti debet. 1140. 372. 1153. 520.
Pater à sua filia, etiam monasticam vitam actura, juratam Renunciationem recipiens, in casu extincti Stemmatis masculini, ne quidem avunculos istius filiæ ad successionem vocasse præsumitur; Quanto minùs in totum & omnimodò extraneum? 1153. 518. & sqq.
Partes hæreditariæ, quibus fœminæ in gratiam masculorum renuntiant, his sublatis, illis integræ restitui debent. 811. 211.
Si fratrum, quorum gratia filia renuntiavit, quidam post ejus obitum decesserint, tunc redintegratio filiæ successionis sese variè habet. 811. 212. & sq.
Omnibus hæreditatum necdùm delatarum Renunciationibus semper hæc tacita conditio inest, si hæreditas filiæ renuntiatrici, adhuc viventi, fuerit delata. 811. 218. & sq.
Renunciationes in ordine ad conservationem familiæ quidem favorabiles; sed in ordine ad filias renuntiatrices, earumque parentes, ipsis etiam LLb. exosæ sunt. 1121. 172. 1136. 335.
Hinc, regulariter, strictissimè interpretandæ, & semper ad causam præcedentem expressam restringendæ sunt. 1131. 295. 1136. 335.
Hæc stricta interpretatio etiam ratione objecti observanda est. cons. 16. n. 768. 1134. 315.
Filia, quæ Patris, vel Matris, vel utriusque successioni renuntiavit, à sui Fratris successione, tàm testata, quàm intestata, si non etiam huic renuntiaverit, haudquaquàm excluditur. cons. 16. n. 762. 968. 707.
Etiamsi in fraterna hæreditate nihil aliud, quàm bona paterna, extent. cons. 16. n. 773. 968. 707.
Quousque hoc procedat? 1774. 89. & seq.
Ubi filiæ illustres etiam fraternæ hæreditati specialiter renuntiare tenentur, illud frustra objicitur, quòd filia, quæ paternæ successioni renuntiavit, ad fraternam nihilominùs admitti debeat. cons. 16. n. 926.
Hæc ex Jure communi ordinario & regulari petita ratio, quòd per hæreditatis aditionem bona paterna evadant fraterna, in materia Renunciationum, tanquàm exorbitante, non attenditur, nec filias à regressu ad illa, existente ejusdem conditione, excludit. 1163. 640. & sq.
Si Renunciatio in manus ipsorum fratrum sit facta, soror benè ab illis ad bona renuntiata vocari potest. 968. 709. 1163. 635.
Si filia in gratiam suorum fratrum ità renunciaverit, ut, si illos contingat sine filiis decedere, sibi ad sua jura redire liceret, tunc, uno illorum sine masculis moriente, ipsa statim ad bona à se renuntiata, pro rata istius fratris, admittitur. 969. 710. & sq.
Filiâ nobili, vel illustri, quæ, dote accepta, sui Patris successioni renuntiavit, vivente adhuc ejus patre defunctâ, ipsius liberi, hoc non attento, quòd ipsa pro se & suis heredibus renuntiavit, nihilominus ad avi successionem, ex propria persona, adspirant justissimè. 1074. 383. & sq.
Nihil interest, sive filia à bonis tanquàm fidei-

commissi familiaris nexu devinctis, sive quia juratò renuntiare tenetur, excludatur.
cons. 16. num. 758.

Filiæ renuntiatrices ad bona à se renunciata, tùm universali, tùm particulari titulo, benè vocari possunt. cons. 16. n. 756. & 900. 968. 708. 1163. 635. & seqq.

Filia renuntiatrix legatum ex testamento alterius sibi debitum, à Patre hærede, non obstante jurata sua Renunciatione, validissimè exigit. 858. 21.

An ex eo, quòd hæreditas renuntiata, per integrum seculum, in masculorum manibus exstiterit, Fœminis exceptio præscriptionis opponi possit? 800. 63. & seqq. junct. 812. 224.

Utrum Statutum fœminarum exclusivum, & renunciatio illarum differant? 802. 89.

De Clausula Exceptionum renuntiatoria vid. Exceptio. Notarius.

Renunciatione Scti Vellejani, aliorumque muliebrium beneficiorum vid. Fœmina. Uxor.

Acquæstus conjugalis vid. Societas bonorum conjugalis.

Facultatis pœnitendi in contractibus innominatis competentis vid. Contractus innominatus.

in contractibus super rebus immobilibus celebratis de Jure Würtemb. intra 14. dies competentis vid. Immobile.

Appellationis vel supplicationis vid. Appellatio. Supplicatio.

Exceptionis omissæ litis denuntiationis vid. Evictio.

Exceptionis super re vendita à solo emtore initæ Transactionis vid. Transactio.

Beneficii ordinis vid. Fidejussor.

Præscriptionis vid. Præscriptio.

Querelæ Læsionis vid. Læsio.

REPARATIO.

De Expensis Reparationis vid. Expensæ. Melioratio.

REPRÆSENTATIO.

Jus Repræsentationis in linea collaterali usque ad secundum saltem gradum obtinet. 921. 167.

RES.

De Rebus divini Juris vid. Divinus.

mobilibus, immobilibus, incorporalibus vid. Mobile. Immobile. Incorporalis res.

RESCRIPTUM.

Principum Rescripta non aliter valent, quàm si preces illorum, qui eadem exorant, veritate nitantur. 1234. 114.

Illa semper ità exaudiri debent, ut non vergant in cujusquam alterius injuriam, nec jus aliis competens intervertant vel minuant. 1234. 115.

Etiam ipsius Sacræ Cæsareæ Majestatis Rescriptis hæc clausula semper inesse censetur: Cum justitia, & semper salvo tertii jure. 1234. 116.

Hæc clausula: Supplentes de plenitudine potestatis omnes defectus tàm juris, quàm facti, Rescripto subnexa, quomodo exaudienda? 1234. 118.

De legitimatione liberorum per Rescriptum Principis vid. Legitimatio.

RESERVATIO.

Reservatio certarum solummodò rerum cæterarum abdicationem implicare intelligitur. 39. 346. & seq. 480. 233. 486. 277. cons. 16. n. 877.

Reservatio non novum jus parit; sed tantùm illud, quod hactenùs reservanti competit, conservat in eo statu, in quo est tempore Reservationis. 801. 85.

Sua jura Reservans, ultra specificata, neutiquàm consensisse credendus est, nedùm reliqua omnia planè gratis remisisse. 203. 463. & seq.

Reservatio declarat, quid, & quantum in quolibet negotio vel pacto comprehensum censendum. 400. 234.

Exceptio familiaritatis contra numero plurimas, plurifarii generis, magnis sumtibus & laboribus, in & extra *territorium, ultra hominum memoriam, absque ulla vel ab ipsis modò viventibus hominibus propriis, vel ipsorum majoribus*, ullo casu interposita Reservatione, liberrimè præstitas, operas incassum objicitur. 208. 525.

Liberi, cum suis curatoribus, paternæ substantiæ divisionem, in processu edictali factam, hisce formalibus approbantes, daß Sie verhoffen / daß von dem Herrn Richter die æquität beobachtet seyn werde / in casum contrarium omne suum jus, eo ipso, sibi validissimè reservasse censeri debent. 1403. 30. & seq.

De Reservatione regressus ad bona renunciata vid. Fideicommissum. Renunciatio.

Clausula reservatoria, Mir und meinen Erben ohne schaden / vid. Clausula. Subscriptio.

RESPONSUM.

Pro diversitate causarum & casuum diversum DDres impertiunt Responsum. 698. 324.

Responsa Facultatum Juridicarum, & allorum Collegiorum non ulteriùs attendenda, quàm quousque cum facti veritate conveniunt. 783. 175.

Deficiente Summa appellabili, ad instantiam partis, se gravatam sentientis, Judex transmissionem ad impartiales JCtos, sive particularis revisionis beneficium denegare non potest; hujusque revisorii Collegii Responsa

sum & sententiam Judex præcisè sequi tenetur. 783. 178. & sqq.
In causis criminalibus hodiè Judices nihil ipsi statuere valent; sed præcisè Jurisperitos consulere, eorumque Responsa necessariò sequi tenentur. 1374. 76. & sq.
Hæc Jurisprudentum consilium requirendi necessitas Judicibus in Nemesi Carolina quinquagies septies injungitur. 1374. 76.
In civilibus Judex, regulariter, non necessariò secundum Responsa Jurisprudentum sententias suas publicare tenetur. 1375. 78.
Aliud tamen dicendum, ubi vel lege, vel consuetudine, vel etiam conventione hoc ità cautum reperitur. 1375. 79. & seq.
Quando Judex aggratiandi Jure gaudet, tunc modo dicta consilium Jurisperitorum sequendi necessitas, per legem vel consuetudinem inducta, ipsum non stringit. 1375. 80.
Parere seu Responsa mercatoriorum Collegiorum, quoad ea, quæ practicam & stylum mercaturæ concernunt, regulariter, sequenda. 602. 227.
Quoad ea, quæ articulum juris concernunt, talia vota mercatoria non considerantur. 602. 228.

RESPUBLICA.

Ut supremæ Voluntates exitum sortiantur, Reipublicæ interest. 806. 145.
Pollicitatio D E O vel Reipublicæ facta hoc singulare habet, ut ex illa actio intentari possit. 543. 438.
Reipublicæ interest, illustres familias in perpetuo splendore & flore conservari. cons. 16. n. 799.
Etiam illud privilegium exigendi simplex, quod, inter alios personaliter privilegiatos creditores, Reipublicæ competit, personale est. 1517. 30.
In illis, quæ salutem Reipublicæ concernunt, Judex suum officium, etiam proprio motu, interponere debet. 1368. 5.
Ad publicam salutem imprimis etiam publica inter Concives pax & tranquillitas pertinet. 1368. 5.

RESTITUTIO.

Restituere rem quid in actione spolii denotet? 746. 369. & seqq.
De Restitutione rei furtivæ vel raptæ vid. Furtum. Rapina.
damni per crimen Falsi dati vid. Falsum.

RESTITUTIO IN INTEGRUM.

Judex in concedenda Restitutione in integrum haud difficilis esse debet. 1615. 101.
Quando Judex, ex actis, in integrum Restitutionis auxilium alterutri parti, ex justa causa, competere prospicit, tunc ipsemet ex officio eandem decernere & potest, & debet. 1403. 27. 1615. 102.
Hoc & Rationem suadere, & Praxin observare testatur Mevius. 1615. 102.
Idque tàm in causis judicialibus, quàm extrajudicialibus. 1403. 28.
Cumprimis verò in Processu edictali. 1403. 29.
Restitutio in integrum semper tale negotium præsupponit, quod de jure subsistit. 1147. 453.
Ad impetrandum auxilium in integrum Restitutionis nova causa requiritur. 342. 67.
In casu insignis & evidentis æquitatis Restitutio in integrum etiam sine nova causa indulgetur rectissimè. 342. 69.
Etiam contra rem judicatam Restitutio in integrum, ex causis jamjam in processu deductis, jure conceditur, quoties læsus nulla alia ratione ac via sibi potest consulere, & illæ causæ sunt valdè urgentes. 342. 10.
Ne contra apertam æquitatem illicitæ fiant extorsiones, ex clausula generali, præprimis à sublimioribus tribunalibus, Restitutio in integrum justissimè conceditur. 343. 72.
Exceptio non impletæ transactionis, in prima instantia jam semel objecta, pro nova causa, ad impetrandam in integrum Restitutionem allegari non potest. cons. 20. n. 54.
Adversus decreta executorialia, & alia competentis Magistratus mandata, prævia causæ cognitione interposita; ex capite vis & metus frustra in integrum Restitutio petitur. 789. 72. & seqq. 1469. 261.
Adversus injustum Magistratus decretum appellatio, vel aliud legitimum remedium in auxilium vocandum, nec post multum demùm temporis querela super vi & metu movenda. 790. 82. & seq.
Adversus Magistratum, per potentiam, vel injuriam aliquid facientem, Restitutio, ex edicto, quod metus causa, rectissimè petitur. 790. 84.
Sed adversus Magistratum, citra injuriosum potestatis abusum, jure licito quid jubentem, comminantem, vel exequentem, Restitutio frustrà petitur. 790. 85.
Licet is, qui ejusmodi severo Magistratus præcepto obtemperat, in ipsa confestim promissione, vel solutione dicat, se, vi metuque per executorialia mandata compulsum, promittere, vel solvere. 790. 86. 1469. 262.
Ad fundandam in integrum Restitutionem improba vis necessaria est. 790. 87.
Talis non censetur, quæ à Judice proficiscitur. 790. 88.
Uxor ex contractu, ex parte sui prætensivè coacto, per integros IX. annos, & post Præfecti, à quo se ad eundem ineundum compulsam prætendit, ex isto loco discessum, quatuor annuas, sine omni omninò mussitatione, unà cum marito, creditori solvens, eúndem pro legitimo toties quoties agnovisse præsumitur, sic, ut adversus illum Restitutionem in integrum petere vix possit. 1469. 263.

Edictum, quod metus causa, ipsum Spiritum S. Prætori in os dictitasse Schneidewinus pronuntiat. 1607. 34.
Hæres non, nisi ex persona defuncti, in integrum restituitur. 1148. 464.
Hæres etiam aliàs parciùs restituitur, quàm defunctus. 1148. 466.
Contra aditionem hæreditatis, sine beneficio legis & inventarii factam, Restitutio in integrum, regulariter, haud competit. 83. 749.
Grave æs alienum, hucusque latens, etiam in majorennibus, contra aditionem hæreditatis simpliciter factam, locum parit in integrum Restitutioni. 90. 820. & seq.
Liberi legitimi, contra divisionem paternæ substantiæ in partes æquales, cum naturali fratre factam, in integrum Restitutionis auxilium implorant æquissimè. 1264. 136.
Quamdiu illud peti possit? 1264. 137.
Etiam vero hæredi majorenni, cum falso hærede, judiciali autoritate hæreditatem dividenti DDres concedunt remedium Restitutionis in integrum ex clausula generali. 1265. 144.
Restitutio in integrum Liberis, etiam adversus erroneæ paternarum facultatum computationis agnitionem, licet cum tutoris authoritate factam, æquissimè conceditur. 1403. 25.
An ex causa ignorantiæ Restitutio in integrum locum habeat? 90. 821. 1232. 90. & seqq.
In integrum Restitutionem & instrumentorum editionem petens, de malitia quandoque jurare tenetur. cons. 18. n. 36. & seqq.
An hoc, modernis moribus, præcisæ sit necessitatis? cons. 18. n. 38.
Clausula Prætoris: Si qua alia justa mihi videbitur causa, etiam in immemoriali præscriptione obtinet. 201. 445.
Imploratio nobilis officii Judicis ad petendam Restitutionem in integrum competens est loco actionis. cons. 18. n. 31.
Ejusdemque naturam in omnibus imitatur. cons. 18. n. 32.
Quadriennium in integrum Restitutioni præfinitum, ratione initii, non continuum; sed utile est. 1236. 132. & sqq.
Non itaque minorennibus statim post annum vigesimum quintum, nec majorennibus confestim à tempore acceptæ læsionis; sed demùm à tempore scientiæ currit, quòd & quatenùs quis ab altero læsus sit. 1236. 133. & sqq. 1264. 136. & sq.
Hincque post L. & plures annos illa adhuc impetrari potest. 1236. 134.
Quadriennium in Restitutione minorennium & majorennium ex capite Absentiæ &c. in locum anni utilis est surrogatum. 1236. 135. & seq.
De Restitutione in integrum Minorum vid. Minor.
Militum vid. Miles.
Universitatum vid. Universitas.

RETENTIO.

Exceptio Retentionis adversus depositum, regulariter, nullum locum sortitur. 1618. 144.
De Jure Retentionis ob Meliorationes competente vid. Melioratio.

RETICENTIA. Conf. Celatio.

De Reticentia rerum alienarum inventionis vid. Inventio. Inventor.
Reticentia prædiorum emphyteuticorum vid. Emphyteusis.

RETRACTUS.

Ad fundandum Retractum censualem, etiam Jure Provinc. Würtembergico, duo ad minimum prædia requiruntur, ex quibus uni eidemque domino, vel alii, unus idemque, atque adeò communis census, fundiarius, vel imposititius, quotannis præstari debet. 1645. 7. & 8.
Hoc Retractus censualis primario fundamento deficiente, deficit etiam ipse Retractus. 1645. 9.
Quibus modis hæc prædiorum qualitas probari valeat? 1645. 5. 1648. 46.
An, & quando ad probandam hanc qualitatem Sculteti in loco, in scriptis, & absque juramento impertitum, testimonium sufficiat? 1646. 22. & seqq.
Sola Præfecti vel Officialis, in libro publico, non adjecta ratione, documento, vel testimonio, obvia annotatio istius qualitatis probationem non conficit. 1647. 35. & seqq.
Præsertim si illa evidenti contrarietatis vitio laboret, vel alias juris præsumtiones sibi habeat adversas. 1647. 38. & sqq.
Hæc ipsa prædii retrahendi qualitas non qualiter qualiter; sed per necessariam probationem demonstrari debet. 1648. 44. & sqq.
Utrum sola ejusmodi prædii in classem prædiorum censualium (Landgarbiger Güther) cum aliis huic oneri obnoxiis prædiis, in libris publicis facta relatio ad hanc probationem sufficiat? 1648. 49. & sqq.
Ultronea Retractûs censualis admissio sequentibus prædii possessoribus, si illud verè censuale non probetur, haud quaquàm præjudicat. 1648. 54. & sqq.
Quando constat, censum ex pluribus prædiis debitum, nonnisi eo tempore, quo unus tantùm, idemque simultaneus eorundem possessor fuit, ex una manu præstitum fuisse, tunc, præprimis inspecto Jure Würtembergico, hæc præsumtio, quòd ille census omnibus illis prædiis pro indiviso communis sit, eandè tutò colligi nequit. 1647. 29. & sqq.
Quoad omnia illa prædia, ex quibus, quotannis, uni domino, communis census fundarius, vel imposititius, debetur, Retractus, tùm censualis, tùm territorialis, tùm & quilibet alius locùm sortitur. 1649. 60. & sqq.
Etiam illa prædia, ex quibus certus annuus reditus, frumentarius, vel vinarius, Landgarb/

Früchte.

Frucht- oder Wein-Gültt / debetur, oneri Retractus tùm territorialis, tùm censualis, obnoxia sunt. 1649. 64. & sqq.

Jure Württembergico possessor prædii, ex quo annuus reditus alteri debetur, adversus emptorem juris, ejusmodi annuum reditum exigendi, jus Retractus non minùs exercere potest, quàm emphyteuta vel superficiarius contra emptorem dominii utilis. 1649. 70.

Idem etiam dicendum in casu, quando ejusmodi prædium redituarium inter duos vel plures possessores divisum est. 1649. 71.

Inter Retractum propriè sic dictum, & jus perpetuæ reluitionis, per Statutum, pactum vel testamentum inductum, ingens est differentia. 1072. 359.

Jus Retractus propriè & strictè sic dictum prærequirit emtionem, vel alium titulum ei æquipollentem. 1076. 404.

Jus Retractus & perpetuæ reluitionis in multis coincidit, sic, ut etiam Jura de Retractu loquentia huic alteri juri regulariter applicabilia sint. 1076. 405.

Quoties jus retrahendi personæ competit, non ex pacto vel contractu, & sic Jure Communi; sed de Jure speciali, consuetudine provinciæ, vel singulari, etiam certæ alicujus familiæ, statuto; tunc illud haudquaquàm cessibile est. 1078. 423 & 419.

Restitutio in integrum, contra lapsum anni & diei, minoris, pro individua Retractus natura, etiam majorennibus litis consortibus prodest. 329. 151.

Melioramenta rei Retractui obnoxiæ, juxta pretium tempore faciendæ restitutionis obtinens, æstimari debent. 72. 663.

Testatoris voluntas, statutum vel pactum, ità disponens, daß eines Guths Lö:er in solchem wehrt / wie dasselbe erkaufft / die außlösung thun solle / ad venditionem gratiosam, Germanis einen Freundskauff / malè porrigitur. 75. 680. sqq.

Retrahens pretium non saltem conventum; sed & totum & plenum, tametsi prædium vel pretium illius pro parte donatum sit, exolvere cogitur. 75. 684.

Qui facultatem prædium à se eousque possessum, pro pleno & integro precio retrahendi alicui concedit, ejusdem augmenta seu melioramenta majoris valoris donare voluisse, citra absurditatem, intelligi nequit. 77. 694. & sqq.

Verba hæc: Daß / was an Hauß / Scheuren / und andern Gebäuen erbauen / davor solle der Außlosungs-Schilling nicht erstaigert werden / quomodo exaudienda? 76. 688. & sqq. 78. 703. & sqq.

Quasnam expensas Retrahens restituere cogatur, vel non? 80. 722. & sq.

De Retractu Bb. feudalium vid. Feudum.

Retractu Bb. fideicommisso obnoxiorum seu gentilitio vid. Fideicommissum.

RETROTRACTIO.

Retrotractio est species fictionum juris, quæ sine expresso textu non admittendæ, cons. 16. n. 661.

Ubi alteri parti jam quæsitum est jus, nulla ampliùs Retrotractio locum sortiri potest. cons. 16. n. 662. & seq.

Nec item in casu, ubi omnia à merè potestativa, seu arbitraria conditione dependent. cons. 16. n. 664.

Si præsertim de tertii præjudicio quæratur. cons. 16. n. 666.

RETROVENDITIO.

De Retrovenditione vid. Pactum de retrovendendo.

REVISIO.

Deficiente Summa appellabili, ad instantiam partis, se gravatam sentientis, judex particularis Revisionis beneficium denegare non potest. 783. 177.

Hujusmodi Revisorii Collegii sententiam Judex præcisè sequi tenetur. 783. 178. & seqq.

De Revisione Processûs criminalis adversus famam nonnihil præcipitanter instituti vid. cons. 67.

Quibus casibus etiam Revisionis Judex modis omnibus transactionem inter partes tentare debeat? 1240. 3. & seqq.

REVOCATIO.

De Jure Revocandi feudum vel fideicommissum alienatum vid. Feudum. Fideicommissum.

Revocatione testamenti vid. Testamentum, itemque Donationis, vid. Donatio.

REUS.

In dubio pro Reo pronuntiandum. 37. 326.

Quando probationes Actoris & Rei sunt pares, tunc, regulariter, Reus absolvitur. 1617. 133.

De editione instrumentorum in gratiam Rei faciendа vid Editio.

RHEDA. RHEDARIUS.

Rhedæ meritoriæ, vehicula, veredi, & publici cursores etiam Romanis fuêre notissimi. 592. 74. & seqq.

Romani cursum publicum exactissimè adornarunt. 592. 78.

Italorum vectores, Rhedarii & publici cursores vocantur Procacci. 593. 98. & 101.

Rhedam meritoriam cuivis privato exercere fas est. 591. 67.

Cum Aurigis, Mulionibus, Postarum & Rhedarum exercitoribus publicis, & privatis, verus locationis contractus celebratur. 693. 96. & seqq. 600. 197. & passim.

Ad quam culpam ipsi sint obstricti? 593. 99. & seqq.

Aurigæ, Rhedarii, & similes vectores de rebus vehiculo vel Rhedæ impositis quando teneantur? 594. 109. & seq.

Quidsi Viator sibi ipsi, suarum, quas vehiculo vel Rhedæ imposuit, rerum custodiam reservet? 594. 111.

An actio utilis de recepto etiam adversus Aurigam, vel Rhedarium, qui publicam, vel privatam Rhedam meritoriam exercet, wider einen Landkutscher / itemque adversus Postarum Magistrum, Postmeister / Posthalter / & sic deinceps, ob merces ab ejus ministro amissas, institui valeat? 588. 19. usq; ad 229.

Quid de Actione pœnali ex eodem Edicto descendente dicendum? 594. 112.

Annon necessitas, etiam privato Aurigæ, rem vectoriam, sui lucri causa, publicè exercenti, ad hoc, ut hostili deprædationi subducantur, res concredendi, ad fundandam actionem de recepto sufficiat? 599. 180. & seqq.

Si tempore communis necessitatis, alius publicæ Rhedæ exercitoris, & alter privati Aurigæ opera utatur, & hi ambo, ad eundem locum simùl tendentes, à raptoribus spolientur, anne tunc utriusque par sit obligatio? 600. 183.

Utrum statum tempus abeundi & redeundi in fundanda actione de recepto adversus Rhedarios aliquid conferat? 600. 190. & sqq.

An postarum insigne, quo publici cursores instructi sunt, hîc aliquid operetur? 600. 193.

An ex eo, quòd Aurigis, Rhedariis, & aliis quibusvis Vectoribus de rebus ex curru vel Rheda ablatis actio furti concedatur, ad staturninandam actionem de recepto contra illos rectè concludatur? 601. 203. & sqq.

An Caupo ex eo, quòd nullum vehiculo per noctem custodiendo apposuerit custodem, domino pecuniæ ex dolio eidem impositæ ablatæ teneatur? 588. 170.

In ejusmodi casibus Aurigæ non tenentur, si ipsis non indicetur, quòd pecunia in doliis contineatur. 598. 171.

Si famulus Aurigæ, dùm merces in doliis contentas evacuare necesse habet, in harum mercium consignatione non adhibeat juratos loci Dicastas, ob hanc culpam, ceu levissimam, Auriga nulla actione tenetur. 599 173.

Utrum Rhedæ exercitor, secundum naturam locationis, de levissima sui famuli culpa teneatur? 603. 230. & seqq.

An ille, qui rem in alium locum transvehendam accepit, hoc nomine plenam satisfactionem præstare teneatur? 603. 231. & seqq.

An hoc etiam in damno, illorum, quorum opera Auriga utitur, culpa dato obtineat? 603. 232. & seqq.

Utrum famulus Rhedarii ex eo, quòd merces sibi concreditas Rhedæ imponit, sollicitè compingit, sorgfältig zusammen packt / diuque probatum cauponis famulum, pro peculiari mercede, conducit, ut per integram noctem illas merces custodiat, à culpa levi statim immunis sit? 603. 237. & sqq.

Merces pretiosæ & nullius ferè ponderis non debent per noctem in Rheda relinqui; sed cauponi specialiter in custodiam dari. 603. 239. & sq.

Hanc curam omittens cujus culpæ reum se propter incurrat? 603. 242.

Res exigui ponderis & tamen pretiosæ quomodò, noctu præsertim, debeant custodiri? 604. 244. & sqq.

Rhedarius aliquem ex viatoribus suæ Rhedæ impositis suspectum habens tanto plus curæ & sollicitudinis adhibere debet. 604. 251.

Rhedarius ex caupona discedens, & non priùs dispiciens, an omnes res suæ Rhedæ impositæ adhuc sint præsentes? ad minimum levis culpæ reus evadit. 604. 253.

Si præcipuè aliquem ex viatoribus non sine ratione suspectum habuerit, & merces pretiosas, specialiter diligenti custodiæ demandatas, nec per noctem cauponis custodiæ commendaverit, nec loris, ut non tàm facilè amoveri possint, constrinxerit; sed solùm inter medias valisias reposuerit. 604. 257.

Ut Rhedæ exercitor ex factó famuli sui obligetur, quænam sint necessaria? 605. 264. & sqq.

An pœnarum, quibus Nautæ & Aurigæ obnoxii sunt, identitas ad actionem de recepto contra aurigas fundandam aliquid conferat? 601. 207.

An variorum delictorum inter Nautas & Aurigas communis frequentia hunc effectum producere queat? 601. 210.

Utrum Aurigæ, propterea, quòd, tanquàm artifices, artem vectoriam, latè sic dictam, das Fuhrwerckh / exerceant, ad summi gradus diligentiam teneantur? 602. 211. & sqq.

Ordinatio liberæ Imperialis Francofordiæ de jure stapulæ utrum aliquid de utili, adversus Rhedarios & Postarum magistros, actione de recepto constitutum contineat? 602. 219.

Societas Aurigarum cum prædonibus & furibus non tàm facilè metuenda, ac nautarum, cauponum & stabulariorum. 602. 211.

Talis fœda cum furibus & prædonibus societas, adversus Aurigas, ex nullo Juris textu evinci potest. 602. 212.

A convenientia in uno tertio Rhedæ vel vehiculi & Navis non licet concludere ad universalem juris identitatem. 600. 200.

Si præsertim de juris exorbitantis & odiosi extensione quæratur. 601. 201.

In rebus currui vel Rhedæ impositis nulla Aurigæ vel Rhedario tacita competit hypotheca. 601. 202.

Per latrones vel milites in itinere graviter vulneratus an coram Rhedario & famulo suo validè testetur? 537. 34. junct. 541. 414. & sqq.

RIXA.

Utrum per merum jocum flagello alterum leviter percutiens autor Rixæ ea propter rectè voceretur, & de eo, quod inde secutum, teneatur? 578. 44. & 51.

Conf. Illicitum. Ho-

Homicidii præmeditatio ex verbis in Rixa, & tùm ante, tùm poſt prolatis, jure colligitur. 763. 90.

ROMA.

Urbs Roma communis omnium civium Romanorum patria vocatur. 535. 315.

ROTA ROMANA.

Autoritas Rotæ Romanæ in cauſis fideicommiſſariis. 60. 524.

RUSTICUS.

Etiam Ruſtici verorum feudorum capaces ſunt. 656. 171. 1220. 122.

An etiam in Saxonia? 300. 42.

Prædium à Ruſtico poſſeſſum potiùs emphyteuticum, quàm feudale, præſumitur. 656. 176. 657. 183.

Tametſi illud ſub nomine Eines Lehen poſſederit. 656. 170.

Feudum Ruſtico datum non-nobile præſumitur. 1212. 26.

Optima cautela pro Ruſticis ad nova, vel juſto graviora ſervitia vocatis hæc eſt, ut proteſentur, vel ad ſuperiorem provocent. 193. 372. & ſq.

Plane non eſt veriſimile, quòd ullus Ruſticus, per totum decennium, nedùm tricennium, ea precariò ſit præſtiturus, ad quæ ſeſe de jure non obſtrictum eſſe novit. 199. 418.

Hoc igitur multo magis in centenaria, vel immemoriali quaſi poſſeſſione procul dubio obtinet. 199. 419.

Res ruſticæ tales ſunt, ut illas non ratio, nec ſolus labor; ſed res incertiſſimæ, venti, tempeſtatesque moderentur. 1177. 74.

De prædiis Ruſticorum, Fallgäthern dictis, vid. Emphyteuſis.

itemque Beſtand-Güthern vid. Locatio Conductio.

Prædiis Ruſticis in oppoſitione ad urbana ſic dictis vid. Prædium.

Operis Ruſticorum vid. Operæ.

Teſtamentis & codicillis Ruſticorum vid. Teſtamentum. Codicillus.

SACCULARIUS.

Vid. Furtum.

SACRILEGIUM.

Qualis pœna illos, qui, dùm Sacrilegium committitur, in excubiis ſtant, maneat? 1557. 8.

SACRUM.

Res Sacræ ſeu divini juris in DEI ſolius jure quodammodo & poteſtate exiſtere cenſentur. 470. 41.

Ædes divino cultui conſecratæ nec alienari, nec illarum, ceu commercio hominum exemptarum, poſſeſſio acquiri poteſt. 470. 42.

Et dehinc nec præſcribi poſſunt. 470. 43.

An hoc rectè ad ſubſellia Templi extendatur? 470. 47. & ſqq.

De injuriis in loco Sacro alicui illatis vid. Injuria.

Qualis pœna turbatores Sacrorum publicorum maneat? 1719. 37. & ſeq.

In caſu turbationis Sacrorum, præprimis cum injuriis publicè ſacerdoti illatis conjunctæ, ipſa publica ſalus, tranquillitas, & Sacrorum Magiſtratui mandata cura Chriſtiani Magiſtratus officium implorare cenſetur. 1719. 44.

Hinc in tali caſu querela Epiſcopi, vel alterius eccleſiæ antiſtitis non eſt expectanda; ſed ipſe Magiſtratus ex officio in tale delictum inquirere tenetur. 1719. 45.

Modus ejusmodi cauſas per viam inquiſitionis tractandi cum longè minori ſcandalo conjunctus eſt, majoremque amicabili compoſitioni occaſionem relinquit, quàm qui per ordinarium proceſſum exercetur. 1720. 46.

Conf. Templum. Divinus.

SÆPIUS.

Dictio, Sæpiùs, regulariter, tres ſaltem actus requirit. 1553. 331.

SAGA. Conf. Magia.

Legitimæ Sagarum denunciationis requiſita quænam ſint? 1378. 107.

Illegitima, præprimis ab unica ſaltem Saga facta, denunciatio ne quidem ad ſpecialem inquiſitionem & confrontationem ſufficiens eſt, 1378. 111.

Confrontatio cum Sagis & Magis honeſtæ perſonæ exiſtimationem haud patitur illæſam. 1378. 108.

Imò etiam ſola infamiam inurere à multis creditur. 1378. 108. & ſeq.

Inquiſitus, ſine præcedanea corporis delicti inveſtigatione, vel absque alio ſortilegii indicio, cum ſaga temerè confrontatus, adverſus judicem, ex capite injuriarum fundatam actionem habet. 1379. 112.

Maleſici ac Sagæ tormenta utplurimùm contumaciſſimè perferre, imò etiam ridere, vel inter illa ſuaviter dormire ſolent. 1724. 31.

Plura de hoc vid. ſub voc. Fortura.

SALARIUM. Conf. Merces.

Salarium aliquando ſub nomine viatici in Jure Rom. intelligitur. 146. 135.

Salarium annuum, & in ſingulos annos relictum tantundem ſignificant. 682. 104.

Declaratio clientis, daß/ wann der Advocat raiſonnable ſeyn werde/ Er auch an ſeiner ſeiten es ſeyn wolle/ adhuc debiti Salarii advocatorii veritatem & juſtitiam haud obſcurè demonſtrat. 1312. 27. & ſeqq.

Ad probationem Salarii non adeò exquiſitæ & plenæ probationes requiruntur; ſed etiam ſemiplenæ ſufficiunt; ut & præſumptiones pro illis militantes. 1314. 55.

Ad prætenſi Salarii quantitatem legaliter probandam Advocatus quoque, cæteris paribus, ad

ad juramentum in ſupplementum admitti debet. 1315. 62. & ſqq.

Quo caſu etiam Juramentum dicendæ veritatis, καθ' ἐξοχὴν ſic dictum, ad verificandam Salarii quantitatem deferri poſſit? 1315. 68. & ſqq.

An pro debito Salario exigi poſſint uſuræ? 1316. 89. & ſqq.

Proceſſus in exigendis Salariis, tanquàm favorabilibus & privilegiatis, ſummarius eſt atque executivus. 1318. 119. & ſq.

An à ſententia ad præſtandum Salarium condemnatoria appellare ſit integrum? 1318. 121. & ſqq.

Multi delictum pro modo aſſignant etiam temporis præteriti Salarium perdendi. 144. 101.

Utrum famulo in ſuo officio delinquenti exſolutum Salarium rursùs auferri queat? 144. 100. & ſqq.

Quid in Medico obtineat ægroti curationem protelante? Quid in Procuratore, vel Advocato ſubterfugia & dilationes quærentibus? 144. 102. & ſq.

Quid in Profeſſoribus ſui muneris partes non decenter obeuntibus? 144. 104.

Itemque in aliis Officialibus? 144. 105. & ſqq.

Tali famulo, qui in officio ſuo deliquit, Salarium exigenti utrum obſtet exceptio non competentis actionis? 144. 114.

Adducitur reſponſio Brunnemanni ad L. 10. Cod. de ann. & trib. 145. 119.

Eademque applicatur Legi 1. Cod. de ſtat. & imagin. 145. 121.

Aliorum ſententia, quòd propter delictum in officio commiſſum tantùm in futurum amittatur Salarium. 145. 122.

Nec non aliorum, qui jacturam illius ad modum damni illati reſtringunt. 145. 123.

Sine Legis expreſſa diſpoſitione ſuo Salario, regulariter, nemo privandus. 145. 124.

Quando famulus, de cætero, ſuo domino utiles operas præſtat, & in uno duntaxat vel altero delinquit, tunc vix eſt, ut ab illo promeritum Salarium vel retineri, vel eidem ſolutum condici poſſit. 145. 125.

Illuſtrantur hæc ex notabili Modeſtini Reſponſo in L. 36. princ. ff. ad municip. 145. 126. & ſq.

Qui non delinquit in illo actu, ex quo actio oritur; verùm in alio, non amittit Salarium. 146. 137.

Saal.

Saal antiquitus, & hodiè, idem denotat, quod freyr/ ſeu liberum ab oneribus. 1215. 77.

SALVUS CONDUCTUS.

Salvum Conductum petens juſtam cauſam allegare & probare tenetur, ob quam illum exoret. §48. 17.

Salvum Conductum, ſine juſta ratione, malitiosè deſiderans, eapropter injuriarum conveniri poteſt; niſi aliquem colorem eundem petendi habeat. §48. 20. & ſq.

Salvus conductus non aliter concedendus, quàm ſi cauſæ cognitio, ex parte Magiſtratus concedentis, præceſſerit. §49. 22.

Talisque cognitio celeriter expediri debet. §49. 23.

Et re publica eſt, ut Salvus Conductus non adeò facilè indulgeatur. §49. 25.

Adverſarius, contra quem Salvus Conductus concedi debet, ad illam præcedaneam cauſæ cognitionem citari debet. §49. 26.

Summaria atteſtata, per notarium, à teſtibus petita, hîc non ſufficiunt. §49. 30.

Etiam ſuperior magiſtratus, contra alium inferiorem magiſtratum, hoc non priùs audito, Salvum Conductum iſtius ſubdito concedere non debet. §49. 31.

Salvi Conductus, absque ſufficienti cauſæ cognitione, facta conceſſio ipſo jure nulla eſt. §49. 33. & ſqq.

Hoc modo conceſſus Salvus Conductus nullo modo obſervari poteſt, vel debet. §49. 36.

Et dehinc nec hujusmodi informiter indultus Salvus Conductus inferius judicium ullatenùs impedit, neq; ea, quæ ſunt ordinariæ jurisdictionis, immutat, vel tollit. §49. 38.

Salvus Conductus ſubditis, contra ordinarium ſuum magiſtratum, vel planè non concedendus, vel pro magiſtratu interpretandus eſt. §50. 48.

Obſervantia, quoad hæc, Cameræ Imp. & Aulæ Cæſareæ. §50. 50.

Quousque magiſtratus, *cum ſubdito litigans*, talem Salvum Conductum, nihilominùs ut Principis, vel alterius Dominî publicus Officialis, refigere valeat? §50. 51. & ſq.

Magiſtratus, qui ipſe, ſine juſta ratione, vel debita cauſæ cognitione, vel ex aliâ cauſa nullum Salvum Conductum alicui conceſſit, eidem ipſemet non contravenire, vel impetrantem carceri mancipare poteſt. §51. 54.

Salvus Conductus, à ſuperiori præſertim Tribunali, alicui conceſſus, quem habeat effectum? §48. 7.

Violator ejusmodi Salvi Conductûs quali pœnæ ſubjaceat? §48. 8.

Quidſi ille indebitè conceſſus fuerit? §48. 9.

Salvo Conductu non minùs, quàm appellatione pendente, nihil debet innovari; ſed hoc tantùm quoad illas perſonas, quæ magiſtratui eundem concedenti immediatè & absque ulla exceptione ſubjectæ ſunt, obtinet.

Salvus Conductus illegaliter conceſſus æquè refigi poteſt, ac ad Judicem notoriè incompetentem citatus impune emanet. §51. 58.

De homicidio in ira commiſſo, non obſtante Cæſareo Salvo Conductu, capitaliter puniro vid. Cons. 37.

SCHOLA.

Onus conſervationis & reparationis Scholarum cui incumbat? 161. 8. & ſqq.

SCIENTIA.

Qui, tempore poſſeſſionis proprio auſu apprehen-

hensæ, in justa fuit credulitate, quòd illa sit vacua, per supervenientem contrariæ veritatis Scientiam, ex hac antecedanea sua credulitate, retrò neutiquàm punitur. 1059. 210. & sqq.

Filius cum Patre habitans ejus facta scire præsumitur. 494. 51.

Uxor quænam facta sui mariti scire præsumatur? 616. 25.

Scientia cum patientia conjuncta præsumtum consensum vel fictam concessionem involvit. 473. 89.

Quatenùs in præscriptione tituli loco fungatur? vid. Præscriptio.

Plena negotii, in quod quis consentit, ac perfecta Scientia omnes exceptiones, quas ille alioquin, qui de toto negotio plenissimè informatus, illud tamen, in suiipsius præjudicium, fieri patitur, objicere potuisset, suo robore exuit. 1180. 106.

Illustratur hoc variis exemplis. 1180. 107. & sqq.

Geminatio vim Clausulæ: Ex certa scientia, habere censetur. 390. 100.

Clausula: Ex certa Scientia, quem habeat effectum? 1229. 52. junct. 1234. 117. & sqq.

Christianus equum vitiosum Judæo scienter vendens an contractum ex capite læsionis vel nullitatis ipsemet impugnare possit? vid. Judæus.

Quatenùs itidem Scientia Constit. Imp. Polit. de Ao. 1551. §. 78. & 79. exceptionem contra cessionem actionis in Christianum à Judæo factam excludat? vid. Judæus.

Scientia inter alia ex cohabitatione & arctissimo cognationis vinculo præsumitur. 873. 204.

Quatenùs Scientia ad fundandam confirmationem vel ratificationem sit necessaria? vid. Confirmatio. Ratihabitio.

De Scientia Officialium, an & quatenùs domino præjudicet? vid. Officialis.

Quatenùs Scientia cum silentio conjuncta, ad inducendam ratificationem, in materia fideicommissi conventionalis sufficiat? vid. Fideicommissum.

SCRIPTURA. Conf. Instrumentum. Liber.

Nemo sua, tametsi jurata, Scriptura, vel summarum à se debitarum determinatione privata, suis creditoribus ullatenùs præjudicare valet. 1492. 117.

Ne fiscus quidem ex suis privatis annotationibus & Scripturis ullius juris probationem efficere valet. 1648. 43.

Contra ipsum scribentem probat omnis Scriptura. 290. 94.

Modò talis Scriptura ab ipso scribente fuerit recognita. 290 96.

Scriptura, & per illam, ejus autor semper loqui existimatur. 293. 128.

Non minùs valet, quod Scriptura, quàm quod vocibus lingua figuratis significatur. 293. 129.

Utrum Scriptura, per testes, qui illius exarationi non præsentes fuere, recognita, fidem mereatur? 293. 131.

Scriptura indigitat longè pleniorem præmeditationem & maturiorem deliberationem. 39. 345.

Scripturæ, ex morte sui authoris, si persona bonæ famæ & existimationis fuerit, haud exiguum accedit momentum. 1472. 182.

Scriptura ad nullius negotii substantiam necessaria est, nisi hoc nominatim in jure sit cautum. 826. 35.

Scriptura nec ad majoratus, vel primogenii institutionem præcisè requiritur. 826. 34.

In dubio præsumitur, Scripturam publicam & similia saltem facilioris probationis & majoris negotii securitatis causa interveniss̃e. 826. 36. & sq. 839. 202.

Ad hoc, ut Scriptura, & vel publico Notarii, vel ipsorum paciscentium propria manu & sigillis roborata Scriptura, ad validitatem contractûs vel pacti, præcisè necessaria intelligatur, regulariter, liquidò declarata ipsarummet partium voluntas requiritur. 826. 40. & sq.

Qualis mentis declaratio ad hoc sit necessaria? 826. 42.

Negotia, quæ inter Principes geruntur, pacta scilicet, transactiones, confraternitates, aliaque quamplurima, juxta quotidianam praxin, non aliter, quàm in Scriptis, celebrari consuevit. 831. 105.

Principes etiam sine Scriptis validas conventiones inire possunt. 831. 106.

Sed in causis præcipuè magni momenti, non alia forma, aut via ab ipsis electa censetur, quàm in Scriptis contrahendi. 831. 107. 839. 202.

Eademque consuetudo etiam ad valdè arduos contractus & pacta aliarum illustrium familiarum & immediatorum Imperii Nobilium jure porrigitur. 831. 107.

Eandem doctrinam etiam pacto, ab ejusmodi Nobilibus jurisdictionem habentibus, de feudo in unum ex agnatis, vel filiis transferendo, inito accommodat Betsius. 832. 111.

Statuta & pacta familiarum, ad hoc, ut omnes hæredes obligent, non aliter, quàm scripto, debere confici, idem Betsius pronunciat. 832. 112.

Eademque de Potentum & Baronum conventionibus, plura capita complectentibus, jam sua ætate tradidit Paulus de Castro, quem alii sequuntur. 832. 113. & sq.

Eandem doctrinam etiam pacto, quo quinque nobiles fratres feuda paterna inter se diviserunt, adjecta haclege, quòd, si feuda divisa ab alterutro fratrum alienentur, illa uni ex cæteris, eodem pretio, quo fuere æstimata, vendi debeant, applicat Cothmannus. 833. 122.

Nobiles observantiæ, in scriptis scil. contrahend

hendi, inter ipsos obtinenti se conformare voluisse censendi. 833. 123.
Hanc observantiæ inter nobiles vigentis sollicitam custodiam enixè comendat B. Creidemannus. 833. 124.
Scriptura, in quam magni ponderis negotium, inter illustres personas celebratum, relatum est, ob intermissam usitatam sigillorum impressionem, pro nudo concepto, & non obligatoria punctatione habetur. 834. 133.
De ejusmodi punctationibus vid. porrò Conceptum.
Dictio, Libellus, nihil aliud denotat, quàm quodlibet breve, pro re nata, Scriptum. 834. 140.
Etiam inter privatos initæ conventiones, si præcisè in scriptis contrahere voluerint, tunc demùm subsistunt, si illæ per omnium transigentium, paciscentium, vel contrahentium subscriptionem atque subsignationem suam ultimam perfectionem acceperint. 832. 115.
Quicquid, quoad privatorum contractus & pacta, specialis ipsorum conventio operatur, idem circa tùm Principum, & similium Procerum, tùm & immediatorum Imperii nobilium contractus & pacta, magni ponderis & momenti, operatur consuetudo. 832. 117. & seq.
In hujusmodi casibus, si aliquis paciscentium, priusquàm instrumentum ei prælegeretur, decesserit, contractus non obligat. 832. 120.
Ex contractibus & pactis in Scriptis celebratis nulla actio vel obligatio nascitur, priusquàm Scriptura, privata, vel publica, omnibus numeris & punctis sit absoluta. 836. 160. & seqq.
Talia pacta sunt conditionalia, hinc q; ante existentiam conditionis non obligant. 836. 165.
An, pendente conditione, cuilibet contrahentium pœnitere liceat? 836. 166. & seq.
In perpetuis illustrium familiarum fideicommissis, cùm variæ leges & conditiones illis adjici soleant, Scriptura, ad minimum ex necessitate expedientiæ, ne videlicet illorum probatio intercidat, necessaria reputatur. 836. 172. & seq.
Si frater, qui non subscripsit, positivè declaret, se ante plenariam instrumenti, super pacto tali fideicommissario, confectionem obligari noluisse, tunc pactum tantò minùs pro obligatorio haberi potest. 837. 179.
Licet res ex contractu dominii translativo, in Scriptis celebrato, tradita fuerit; tamen Titulus ex tali contractu resultans nondùm perfectus est, & dehinc nec dominium in accipientem transiisse dici potest. 840. 210.
Venditio quidem per subsecutam traditionem, perfecta redditur, licet partes convenerint, quòd instrumentum desuper confici debeat; limitatur tamen hoc, si contractus plura habeat pacta & capitula, & in curiis Potentum & Baronum, &c. 840. 211. & seqq.
Ex ordine Scripturæ cujuslibet dispositionis concludenter colligitur. 1227. 30. & seqq.
Inter illos, quorum alter post alterum nominatus est vel scriptus, inducitur prælatio. 1228. 32.
Priùs scriptus, etiam priùs vocatus intelligitur. 1228. 33.
Ordo prioris nominationis vel Scripturæ, sive illa sit generalis, sive specialis, etiam ordinem majoris, aut minoris dilectionis designat. 1228. 36.
Priùs Scriptus etiam præsumitur prædilectus. 1228. 37.
De Furto Scripturarum, præprimis mercatoriarum, vid. Furtum.
Falso circa Scripturam per rasuram commisso vid. Falsum.
Confessione in Scriptis vid. Confessio.
Testimonio in Scriptis vid. Testis.
Subscriptione vid. Subscriptio.
Sententia præcisè in scriptis proferenda vid. Sententia.

SCULTETUS.

Publicè etiam illud fieri dicitur, quod fit coram Sculteto & Scabinis pagorum. 173. 137.
In Ducatu Würtembergico etiam Sculteti cum Consulibus & Scabinis jurisdictio haud dubiè competit. 1646. 23.
Quando cum injurato & in *scriptis solummodò* impertito *Sculteti testimonio, alia fortiora* adminicula concurrunt, tuncillud, regulariter, in probanda prædii censualis qualitate haud exiguam fidem meretur. 1646. 23. & seqq.

SECURITAS PUBLICA.

Quatenùs violatio Securitatis publicæ in pœna furti determinanda sit respicienda? vid. Furtum.

SEDUCTIO.

Subjectum seductionis constituit tantùm persona priùs honesta, & candidæ frontis. 568. 47.
Seductio & sollicitatio alterius complicis ad crimen assassinii perpetrandum, etiam sæpiùs repetita, pœnam non mitigat. 1033. 41.
Adulteri Seductio quousque ad doli imminutionem prosit? 1277. 23. & seqq.
Fœminæ, semel virum in illicito concubitu expertæ, præsumptio Juris hæc contrariatur, quòd semel mala, eodé in genere, semper talis censuatur, & dehinc non seducta. 1278. 28.
Quatenus seductio in crimine incestûs ad pœnæ mitigationem prosit? 1278. 31. & seqq.
De Seductione ad perpetrandum crimen Fericidii vid. Fericidium.

SENATOR.

An Senator ex eo, quòd baculi, post sententiam in causa capitali publicatam, à Judice confra-

di partem ipse, & carnifex alteram sustulerit, à suo collegio excludi mereatur? Cons. 15. per tot.

Approbatur suspensio ab officio ad interim decreta. 355. 10.

Et decernitur porrò, propter hoc indecorum factum, mulcta pecuniaria. 355. 11.

Inter cæteras plures Senatoris virtutes haud postrema est gravitas. 355. 15.

Pœna remotionis è collegio senatorio non, nisi ob facta probrosa, decernitur, quæ infamia vel juris, vel facti comitatur, vel ad minimum levis notæ macula. 355. 17. & sq.

SENATUSCONSULTUM VELLEJANUM.

De hoc vid. Fœmina. Uxor. Tutela.

SENECTUS. SENEX.

Injuria Seni illata pro atrociore habetur. 1717. 21.

Senes Fœminæ an torturæ subjici possint? 314. 121. & sqq. 1584. 115. & seq.

An, in hac materia, quinquagenarii in classem Senum veniant referendi? 1584. 115.

Provecta Senectus ad delirium inclinans à Dolo immunem præstat. cons. 19. n. 50.

Quando eadem ad liberationem à pœna quoque extraordinaria, ob conatum criminis alicujus atrocissimi aliàs dictari solita, attendi debeat? cons. 19. n. 77.

Pœna uniformiter LL. determinata, ob solam Senectam, non relaxatur. cons. 19. n. 81.

Et fustigatio, & manûs ampurario, regulariter, Senibus remitti solet. cons. 19. n. 83.

An hoc tùm demùm, quando metus subest, pœnam corporis afflictivam, absque vitæ periculo, non posse decerni, obtineat? cons. 19. n. 84. & seq.

Senis facinorosi simplicitas etiam aliquid contribuit ad pœnam mitigandam. cons. 19. n. 85.

Nec non, in casu à Sene attentati uxoricidii, uxoris de adulterio suspecta vita. cons. 19. n. 86.

Et ipsiusmet Senis vita beneantecta. cons. 19. n. 88. & sq.

Itemque diuturna in carcere detentio à reo ipso non conciliata. cons. 19. n. 90.

Utrum Senibus etiam positio ad numellas & perpetua relegatio sit remittenda? cons. 19. n. 92.

Pœna fustigationis & perpetuæ relegationis ex causa provectæ Senectutis in condemnationem ad operas publicas haud dubiè mutari potest. 1363. 72.

SENIORATUS.

In privatis familiis jus Senioratûs paulo rarius usitatur. 635. 17.

Hinc in dubio id non præsumitur. 635. 19.

Quomodo à jure primogenituræ & majoratus differat? 635. 18.

Exempla inter privatos recepti juris Senioratus. 635. 19.

SENTENTIA. Conf. Judicatum.

Judex Sententiam legibus cognitam edere debet. 1267. 169.

Non omnis vox judicis Sententia est. 1269. 191.

Absolutio de sola Sententia definitiva prædicari potest. 1725. 47.

Sententia libello conformis esse debet. 1732. 36.

Quod in Jure Civ. de Prætoris decreto, seu jussu statuitur, illud DDres de Sententia interlocutoria hodiè exaudiunt. cons. 21. n. 23.

Etiam tres conformes Sententiæ, super alio controverso articulo latæ, non pariunt judicati exceptionem in alio ab illo separato articulo. cons. 20. n. 42.

Quando Judex usumfructum non in aliquo judicio divisorio adjudicat; sed, verb. gr. actione personali ex testamento contra aliquem intentata, reum condemnat, ut actorem quietè utifrui patiatur; vel, intentata rei vindicatione, actorem illius dominum declarat, tunc actori, in primo casu, non acquiritur ususfructus, nec ex altera dominium; sed tantummodò jus ususfructus vel dominii jamjam acquisitum, per Sententiam, declaratur. 741. 311. & sqq.

Per Sententiam non constituitur servitus; sed tantùm declaratur, quòd sit constituta. 741. 313.

Sententia in curia feudali lata, quòd non solus ususfructus; verùm utile bonorum feudalium dominium ad aliquem pertineat, satis declarat, quòd hucusque, indivisim, à domino profectæ investituræ etiam ipsum spectaverint. 741. 314.

Sententia in omni reali actione, sicque etiam utili rei vendicatione lata, non novum jus tribuit; sed jamdudùm acquisitum duntaxat declarat. 741. 315.

Verus debitor naturaliter & civiliter obligatus, per Sententiam judicis absolutoriam, vires licet judicati nactam, à nexu naturalis suæ obligationis non liberatur. 1079. 431.

Dictio, Immediatè, regulariter Sententiam excludit. 409. 342.

Clausula: Ipso jure & facto, quatenùs vim Sententiæ habeat? 406. 303. & sqq. 409. 341. & sqq. 1083. 44. & sq.

Pœna Legis 7. C. unde vi non incurritur ipso jure, & proinde nec sola declaratoria Sententia sufficit; sed condemnatoria necessaria est. 1047. 62. & sq.

Ubi pœna amissionis per legem imponitur, illa, regulariter, per Sententiam judicis imponi intelligitur. 1047. 64.

Quibus casibus hoc limitetur? 1047. 64.

Trium Sententiarum conformium autoritas. 462. 127.

Sententia Judicis stricti juris est, nec ultra ea, de quibus specialis in illa fit mentio, ullo modo extendi potest, vel debet. 556 17.

Multò minùs Commissarii eandem, in suis capitibus, alterare possunt. 556. 21.
Non solùm id, quod verbis exprimitur; sed & illud, quod ex expressis necessariò sequitur, in Sententiis judicialibus, pro expresso haberi debet. 1661. 49.
Judex semel à se prolatam Sententiam nec corrigere, nec quidquam in illa supplere potest. 556. 21.
Aliud dicendum de Sententia interlocutoria. cons. 21. n. 23.
Manifesta iniquitas Sententiam nullam reddit. 557. 45.
Sententia contra rem judicatam lata prorsùs immedicabili nullitate laborat. 562. 125. 563. 136. 558. 48.
Sententia ipso jure nulla per suam nullitatem adeò strangulatur, ut illius executio peti non possit. 563. 139.
Sententia Juri statutario, æquè ac communi, in judicio, ex oblivione, non prolato adversa, habetur pro nulla, ceu ex errore juris lata. 119. 123.
Modò error, ex ipsius statuti vel legis inspectione, evidenter appareat. 119. 136.
Judex verba Sententiæ prolatæ semel declarans, nullam ulteriorem declarationem porrò addere potest. 119. 143. & seq.
Sententia in feriis vindemialibus lata ipso jure nulla est. 910. 45.
Sententia præcisè in scriptis proferenda seu ex breviculo recitanda. 910 47.
Tametsi Sententia oretenùs publicata in scripturam redigatur, hoc tamen illius nullitatem non corrigit. 910. 48.
Si Sententia tantùm oretenùs proferatur, & postmodò partibus scripta edatur, ex hoc illa insanabilem nullitatem incurrit. 911. 51. & sq.
Sententia in ipso judiciali loco, Judice pro tribunali sedente, præsentibus partibus, ex scriptura prælegenda. 911. 49. & seqq.
Sententia partibus ad eandem audiendam non legitimè citatis; sed absentibus lata, nulla est. 911. 54. & seqq.
Sententia inter omnes illos, qui in lite fuerunt, proferri debet. 911 58.
Expressis tùm Judicis, tùm Partium nominibus. 911. 59.
Aliàs Sententia ipso jure nulla est. 911. 60.
Sententia stylo Curiæ adversa ipso jure pariter nulla est. 912. 67.
Statutum, quòd Judex cum consilio sapientis causas debeat decidere, non observatum, nullitatem totius processus causatur. 912. 70.
Sententia super eo, de quo nulla inter partes lis fuit, prolata, saltem hactenùs illam nullam reddit. 912. 71. & seq. 913. 83.
De Sententia à Commissario lata vid. Commissarius.
Si defectus à primæ instantiæ Judice commissi ipsa Acta & processum coram illo ventilatum annullent, tunc ex illius instantiæ abitu non potest nova Sententia ferri: Secus est, sub illo commissæ nullitates tantùm ipsius Sententiam respiciant. 913. 74.
Quando causa nullitatis primæ instantiæ cessat, illa benè à Judice superiore confirmari potest. 913. 75.
Nullitas, quæ solam Sententiam concernit, reliqua acta judicii non reddit nulla, & proindè à Judice appellationis benè potest confirmari. 913. 76.
Quando Judex superior Sententiam à qua, non attentis nullitatibus, ex certa illarum scientia, confirmat, tunc nulla illarum porrò ratio habetur. 913. 77.
Modò illa Sententia, quoad merita causæ, justitiæ & legibus consentanea sit. 913. 78.
Sententia partium petitioni & disceptationi non conformis ipso jure nulla est. 913. 81. & seqq.
Judex Sententiam definitivam laturus quænam in oculis habere debeat? 913. 84.
Sententia, posthabita quæstione præjudiciali lata, utrum illam annullet? 913. 85.
Nimis præcipitanter lata Sententia ex capite nullitatis benè potest impugnari. 914. 87.
Sententia contra minorennem indefensum lata, regulariter, non subsistit. 1062. 241.
Sententia ex manifesto juris errore lata ipso jure nulla est. 1267. 175.
Sententia pro fœmina lata nihilominùs subsistit; licet sine curatore *in judicio* steterit. 1414. 140.
Etiam Judicis Sententia, qua transactio inter Patrem & filium naturalem de æquali ipsius cum legitimis liberis ad successionem admissione confirmatur, ipso jure nulla est. 1267. 174.
Per actionem ex L. 31. ff. de jurejur. redintegratam intenditur rescissio prioris Sententiæ. 562. 117.
Rescissio Sententiæ manifestas desiderat probationes. 562. 118.
Nec ad istum effectum juramentum in supplementum veritatis sufficit. 562. 119.
De Sententia ad consilium Jctorum præcisè ferenda vid. Responsum.
Restitutione in integrum adversus Sententiam vid. Restitutio in integrum.
executione Sententiæ vid. Executio.
In dubio benignior Sententia tutior. 765. 15.
In delictis semper mitior Sententia amplectenda. 1550. 155.

SEPARATIO.

De Jure Separationis ordinario dominis in concursu creditorum competente vid. Credd. concursus.
Quæ in oratione separata tractantur, suam etiam singularem determinationem exindè accipiunt. 109. 15.

SEPULTURA. SEPULCHRUM.

Sepulturæ causa aliquid accipiens, de Jure Canon. Simoniæ reatum incurrit. 478. 166.

Jus sepeliendi ad Laicos haud pertinere contendit Abbas Panormitanus. 478. 167.

Sepulchra nec emi, nec vendi valere Curia Mechliniensis pronunciavit. 478. 168.

Etiam de Jure Justinianeo locus, in quem corpus hominis mortui, animo sepeliendi, illatum est, ex primo momento hujus illationis, religiosus efficitur. 478. 169.

Sed hoc non impedit, quo minùs, hoc Jure, Sepulchra habeamus tùm hæreditaria, tùm familiaria. 478. 170. & seq.

Quæ sint hæreditaria, quæ familiaria? 478. 170. & seq.

Sepulchra de Jure Justinianeo sunt extra commercium. 479. 173.

Nec in venditionem, aliamve quamcunque conventionem deduci possunt, nisi per consequentiam & in modum alicujus accessionis. 479. 174.

Proprietas Sepulchri in alium transferri per LL. Romanas nequit. 479. 175.

Jus Sepulturæ seu jus mortuum inferendi & sepeliendi, ceu non religiosum, etiam Jure Romano, in alterum quovis titulo benè transferri potest. 479. 176. & 178.

An Jus Sepulturæ, & jus Sepulchri reverà differant? 479. 177. & seqq.

Affertur præjudicium de remuneratoria Sepulchri hæreditarii donatione. 479. 180. & sq.

Quid hîc caveant Canones? 479. 181.

Moribus modernis non saltem Jus sepeliendi; sed & ipsa Sepulchra vendibilia & in commercio sunt. 479. 183.

Modò non in prophanos vertantur usus. 479. 184.

Sepulchra & Fornices, Schwibbögen zum Begräbnus, hodiè vendi & cedi possunt. 479. 186.

Hodiè, ut Sepulchra sint in commercio, totius ferè Germaniæ moribus obtinet. 479. 187.

Etiam in Ecclesiis Reformatis, imò ubique ferè locorum. 479. 188.

In Saxonia civitates reperiuntur, ubi locum Sepulchri vix pro C. Joachimicis emere liceat. 479. 189.

Jus Sepulchra vendendi hodiè adeò invaluit, ut expediat ratione valoris & pretii correctionem adhiberi. 479. 190.

Hodiè etiam in Ecclesia Sepulchra ità possidentur, acsi sint in commercio. 479. 192.

Etiam in Belgio Sepulchra, hodiè, magno pretio venduntur. 480. 193.

Rectiùs dici videtur, non ipsum Sepulchrum; sed jus in illo speliendi in commercio esse. 480. 194.

Qui jus Sepulchri habet, minùs rectè illius dominus dicitur. 480. 195.

E contra illius quasi seu usuale dominium habere rectè dicitur. 480. 196. & sq.

Vi hujus dominii Sepulchrum, ratione materialitatis, omni spiritualitatis mixturâ exclusâ, in hæreditate esse, in hæredes transire, imò etiam in concursu seu processu edictali à creditoribus distrahi potest. 480. 198. & sq.

Modò sit hæreditarium; non familiare, vel fideicommissi, aut majoratûs nexu devinctum. 480. 200. & sq.

Usus Sepulchri hæreditarii & pretio æstimari & distrahi potest, & quolibet titulo alienari. 480. 202.

Adferuntur præjudicia, ubi talia Sepulchra, pro satisfactione creditorum, fuere distracta. 480. 204. & seq.

Ad usum hujusmodi Sepulchri tuendum etiam utilis confessoria à DDbus conceditur. 481. 207.

Dominium Sepulchrorum familiarium & hæreditariorum ad Ecclesiam pertinere; quoad usum verò illa ad privatos spectare, dicit etiam Schilterus. 481. 208.

Ex hoc, quòd Sepulchra, hodiè, titulo emptionis acquiri valeant, infertur, quòd illa etiam præscriptionis objectum constituant. Ad quem effectum? 481. 209. & sqq.

Quando possessio Juris suos mortuos in aliquo loco sepeliendi est titulata, tunc ad præscriptionem etiam sola longi temporis possessio sufficit. 482. 219.

Longissimi temporis præscriptio etiam ad jus sepulturæ præscribendum, nec titulum requirit, nec bonæ fidei probationem. 482. 223.

Defectus tituli in longi temporis præscriptione, & probatio malæ fidei in longissimi temporis præscriptione, etiam Sepulchri possessori opponi potest. 482. 225.

Bona fides, inter alia, per securam & justam Rei credulitatem, Ecclesiæ Præfectorum aliquoties accommodatam patientiam, & solam pecuniæ exactionem pro sepulchri apertura rectè probatur. 482. 212. & sq.

Novi Superintendentis, venerandi Ministerii, Præfectorum Ecclesiæ, totiusque Magistratus, & omnium Civium scientia cum patientia conjuncta, in jure Sepulchri hæreditarii per præscriptionem acquirendo, vices tituli benè explere potest. 483. 234.

An ad præscribendum jus Sepulchri hæreditarii titulus præsumptus sufficiens sit? 483. 236.

Sepulturæ & capellæ extant in loco parenti; unde Episcopus suam ignorantiam, contra præscriptionem, allegare non potest. 483. 238.

Titulus præsumptæ donationis ex magnitudine meritorum Superintendentis erga Ecclesiam, per tempus longissimum ipsi concreditam, cæteris paribus, rectè inducitur. 483. 243.

Ex sumptuosa profundi & lati, undecunque murati, & lapidibus sepulchralibus cooperti Sepulchri exstructione colligitur intentio veri hæreditarium, vel familiare extruendi Sepulchrum. 485. 260. & sqq.

Ex ſola Sepulchri extructione ejusdem poſſeſſio in continenti quæſita cenſetur. 485. 262.
Et hoc jus etiam in hæredes tranſit. 485. 263.
Ex ſubſecuta aliquot corporum ex familia mortuorum Sepultura in ejusmodi loco ingens pro qualitate hæreditaria exurgit præſumtio. 485. 264.
Paucis annis, poſt talis longi, lati, & profundi, undecunque murati, & duobus cippis tecti Sepulchri exſtructionem ſubſecuta illatio mortuorum liberorum, & quidem aliunde huc transvectorum, & interjectis compluribus annis ulteriùs defunctorum aliorum liberorum, absque contradictione Eccleſiæ Proviſorum, facta illatio inſigni argumento eſt hæreditarii Sepulchri conceſſionis. 485. 268. & ſqq.
Exactio donarii, pro apertura talis Sepulchri, Eccleſiæ faciendi, à juratis illius Proviſoribus ipſis, diverſis occaſionibus facta, urgentiſſimum Sepulchri hæreditarii argumentum ſuppeditat. 485. 274.
Præſertim ſi poſſeſſor Sepulchri etiam tale donarium charitativum exolvere renuat. 485. 275. & ſq.
Dignitas Superintendentis, ceu in terris Evangelicis de dignitate Epiſcopali aliquatenùs participans, non patitur credere, quòd Superintendens, illicito auſu, Sepulchrum hæreditarium, vel familiare, per fas & nefas, ſibi ipſi addixerit. 486. 280. & ſq.
Ex inſcriptione & inſignibus cippo inciſis an hæreditarii Sepulchri qualitas probetur? 486. 285. & mult. ſqq.
Præſertim ſi temporis longiſſimi vel immemorialis poſſeſſio concurrat? 487. 302. & ſqq.

SEQUENS. Conf. Antecedens.

Ea, quæ negotium ſtatim ſequuntur, juris intellectu, eidem ineſſe cenſentur. 1515. 13.
De actibus aliquam conventionem vel diſpoſitionem ſequentibus vid. porrò Actus. Obſervantia.

SEQUESTRUM.

Sequeſtrum neceſſarium ſeu judiciale pro remedio legibus exoſo habetur. 91. 824.
Nec id aliter admittendum, quàm ſi nullum aliud remedium ſuppetat. 91. 825.
Poſſeſſio ſemel legitimè quæſita, ſine cauſa graviſſima, ex. gr. metus armorum, vel dilapidationis, per ſequeſtrationem, non debet auferri. 91. 826.
Poſſeſſionem nullatenùs dubiam, ne quidem in caſu metûs armorum, ſequeſtrare permiſſum. 91. 828.
Sequeſtratio tùm demùm licita eſt, quando defenſio poſſeſſionis tantæ difficultatis eſt, ut periculum & turbas, per eandem, amoliri impoſſibile ſit. 91. 829.
Sequeſtratione, tanquàm executionis ſpecie, non debet fieri proceſsûs initium. 91. 831.
Quantum eſt commodum ex poſſeſſione, tantum incommodi per rei Sequeſtrationem iclum.
Appellatione ad ſuperiorem legitimè interpoſitâ, poſſeſſio, ſine vitiô attentati, ſequeſtrari non poteſt. 91. 832.
Si poſt interpoſitam & introductam appellationem ad Sequeſtrum decernendum juſta cauſa emergat, hoc non à judice inferiore; ſed ſuperiore, decerni debet. 91. 833.
Sequeſtratio magnam cauſæ innovationem inducit, quam tamen appellatio quiescere jubet. 91. 834. & ſq.
Quando judex à quo Sequeſtrum, per modum proviſionis, etiam in poſſeſſorio ſummariſſimo, ad ſcandalum, & armorum timorem evitandum decernit, illud, juxta communem attentatorum naturam, revocatur. 92. 837.
Judex à quo expenſas parti, cui tale Sequeſtrum præjudicavit, reſtituere tenetur. 92. 838.
Præcipuè tunc, quando ei non ſaltem interpoſita Appellatio legitimè intimata; verùm etiam poſſeſſio, cujus Sequeſtrationem contra jura decernit, ipſius præſcitu & cum ſpecifica ipſius approbatione, ab aliquo apprehenſa fuit. 92. 839. & ſqq.

SERVITIUM. SERVITUS.

In dubio, quoadusque Servitus probatur, res & perſona quælibet libera præſumitur. 649. 58. 164. 32. & ſqq.
Per ſententiam non conſtituitur Servitus; ſed tantùm declaratur. 741. 313.
Optima cautela *pro ruſticis hæc eſt*, ut ad nova, vel juſto graviora Servitia vocati proteſtentur, vel ad ſuperiorem provocent. 193. 373.
Utrum jus operas à ſubditis, &c. exigendi continuis, an verò diſcontinuis Servitutibus magis aſſimilandum ſit? 220. 646.
De Servitiis feudalibus vid. Feudum. Vaſallus.

SERVUS.

Defuncto poſſeſſore ne quidem Servi ab illo relicti ipſius poſſeſſionem continuant. 1059. 200.
Uſucapio, vivente adhuc domino inchoata, per tempora hæreditatis jacentis, à Servis illius continuari, & ex cauſa peculii etiam de novo poſſeſſio ab illis acquiri poteſt. 1059. 202. & ſq.
Actio de Servo corrupto utilis ad quid hodiè competat? 139. 53.
Servo, ex joco, aliquid mali perſuadens, an ſubjaceat actioni de Servo corrupto? 578. 43. Conf. Famulus. Homo proprius.

SIGILLUM.

Sigilla in vim voluntatis, conſenſus, atque perfectionis apponi ſolent. 833. 130.
Actusque celebrati perfectionem operantur. 833. 131. & ſq.
Scriptura, in quam magni ponderis negotium, inter illuſtres perſonas celebratum, relatum eſt, ob intermiſſam uſitatam Sigillorum impreſſionem, pro nudo concepto, & non obligatoria punctatione habetur. 834. 133.

In dubio Sigilla saltem facilioris probationis & majoris securitatis gratia, quàm ex absoluta necessitate, adjecta præsumuntur. 826. 36.
Ad hoc, ut Sigillum ad validitatem negotii præcisè necessarium intelligatur, qualis contrahentium mentis declaratio requiratur? 826. 40. & sqq.
Solius Sigilli judicialis appositio Divisionem non statim efficit judicialem. 1269. 186.
Sigillum solum, sine subscriptione Cancellarii, Secretarii, vel Actuarii, an etiam in causa magni ponderis probet? 217. 624. & sqq.
Hodiè, regulariter, Sigilla sola fidem merentur. 218. 626.
Nisi de gravi præjudicio agatur. 218. 627. & sq.
Hanc limitationem generali consuetudine observari autor est Innocentius. 218. 629.
Eademque imprimis in inferioribus Prælatis obtinet, ac Abbatissis Principali dignitate non corruscantibus. 218. 630.
Et omnium maximè in talibus instrumentis, quibus Abbas ejusmodi vel Abbatissa aliquid in præjudicium sibi concrediti monasterii confitetur. 218. 631.
Sigillum conventus Monachorum, aut Monialium facilè surripi potest. 219. 637.
Abbatissa cœnobii, ab Officiali suo, & eô præsente, gesta ipsius cœnobii Sigillo corroborans utrum ei præjudicet? 174. 149. & sqq. junct. 241. 178. & sqq.
Commoda Sigilli spectant ad usufructuarium. 681. 76. & sq. 1739. 27.
De subsignatione testium testamentariorum vid. Testamentum.
Sigillo notariatus vid. Instrumentum.
falsis Sigillis vid. Falsum.

SIGNUM.

De Signis meri Imperii executivis, Stockh und Galgen/ vid. Jurisdictio.

SILENTIUM.

Quicquid pars, in judicio, Silentiô transmittit, nec contradicit, meritò pro concesso & confesso habetur. 191. 349. & sq. 332. 17. 1214. 57. cons. 19. n. 38.

SIMILE.

De Similibus idem judicium ferendum venit. 304. 95.
Dictio, Dergleichen/ est ampliativa, & omnia Similem qualitatem habentia complectitur. 617. 43.
Inter Similia facilè erratur. Probatur hoc per varia exempla. 646. 5. & sqq.

SIMONIA.

Vid. Divinus. Sepulchrum.

SIMPLICITAS.

Simplicitas furis quatenùs pœnæ mitigationem operetur? vid. Furtum.
De Simplicitate senum vid. Senex.

SIMULATIO.

Simulatio, tanquàm delicti species, legitimam probationem efflagitat. 492. 25.
Præprimis si illa inter viros illustres, nobiles, & alias honoratas personas commissa dicatur. 291. 107. 400. 227. 492. 26.
Simulatio, regulariter, per solas præsumtiones benè probari potest. 492. 28.
Contra proprium contractum allegata Simulatio, per solas conjecturas seu præsumptiones, haudquaquàm probatur; sed testes ad hoc necessarii sunt. 492. 28.
Si quis ipse contractum, quocunque modo, saltem conciliaverit, vel de illo participet, tunc, contra suæ propriæ manûs subscriptionem, illum, ex capite Simulationis, impugnare non potest. 493. 29.
Ut Simulatio per juramentum in supplementum probari possit, non solùm semiplena illius probatio; verùm etiam specifica tùm modi, quô illam commissam prætendit, tùm & causæ impulsivæ, ob quam quis ad illam commotus fuerit, designatio requiritur. 493. 31. & sq.
Qui, amicitiam erga alterum simulando, nulla rixa vel odio interveniente, eum, somno sepultum, animo spoliandi vel planè occidendi, armis insultant, sine dubio, graviorem, ob hanc geminam circumstantiam, reatum incurrunt. 1345. 98.
Hujusmodi inimicô nulla pestis ad nocendum efficacior habetur. 1345. 99.
De Simulatione alterius personæ dolosa vid. Falsum.

SINGULARE. SINGULI.
Conf. Speciale.

In negotiis, quæ plures, ut Singulos concernunt, omnes, indè obligandi, subscribere tenentur. 833. 127.
De singularibus testibus vid. Testis.

SOCIUS. SOCIETAS.

Nemo ex Sociis, in re communi, invito altero, aliquid facere potest. 1443. 44. 320. 33.
Contradictio vel Prohibitio unius Socii majorem vim habet, quàm plurium concessio. 1443. 45. & seqq.
Socius, circa negotia Societatis, semper mandatum ab altero habere censetur. 1450. 101.
Dolus, à cujuscunque Societatis quæstuariæ præfecto commissus, potiùs Sociis præponentibus, quàm illis, qui cum ipso bona fide contraxerunt, officere debet. 1449. 87.
In determinatione partium lucri inter Socios, quorum alter insignem pecuniæ quantitatem, alter operas isti sorti æquales contulit, alter gratiam Principis, pro ipsorum quæstuaria negotiatione, saluberrimis privilegiis ab illo donandâ, ei conciliavit, alius omne periculum, omnesque molestias administrationis

tionis in se recepit, omnium istarum collationum sollicita ratio haberi debet. 731. 188.
Industria Socii haud rarò tanta est, ut Societati plus conferat, quàm pecunia. 731. 189.
Plus operæ, industriæ, pecuniæ, gratiæ, vel utilitatis ex sua solummodò authoritate, Societati conferens tanto etiam majorem partem lucri habere debet. 731. 190. & seq.
Litis consortes sunt instar Sociorum. 732. 202.
Litis consortes ità invicem pacti, quòd litem communibus impensis instruere, & tùm ejus periculum in commune subire, tùm & omnes ad ejus tractationem necessarias operas, vigilias, & curas in se suscipere velint, æqualium lucri & damni partium inter ipsos conventam participationem declinare non possunt. 731. 201. & seq.
Quando unus ex Sociis notabilem paratæ pecuniæ quantitatem, alter verò solas operas; sed Societati valdè utiles contulit, etiam sortis Proprietas cum talibus operis collata censetur, sic, ut quemliber Socium dimidia lucrorum portio sequatur. 732. 206.
Quando plures Socii, communi consensu, cum extraneo contrahunt, singuli tantùm pro rata obligantur. 1421. 211. 1445. 55.
In Societate nemo invitus manere tenetur. 321. 42.
In quibus casibus hoc limitetur? 322. 50. & seqq.
Intrepida criminis Sociæ denunciatio, sub gravibus, in actu confrontationis, obtestationibus, & Divinæ vindictæ imploratione facta, contra denuntiatam, ad omnia objecta vel planè tacentem, vel sub simplici negatione respondentem, haud contemnendum indicium parit. 1026. 262.
Socium criminis denuncians, si contra seipsum confiteatur, denunciationi suæ multum verisimilitudinis hoc ipso conciliat. 1026. 264.
Inquisitus non debet de certa aliqua persona, tanquàm criminis Socio, interrogari. 1022. 205.
Reus delictum suum confessus, hac ipsa de causa, quòd famosi delicti se reum fatetur, infamis evadit, & propterea jurata ejus depositio contra criminis Socium non sufficiens est; sed per torturam firmata requiritur. 1022. 207. & sq. 1034. 52.
Quidsi concurrat aliud indicium? 1022. 209. & sqq.
Verisimilitudo indiciorum contra denuntiatam criminis Sociam militantium hoc operatur, ut denuntians tanto remissiori torturæ subdatur. 1023. 218.
Ad infirmandam criminis Socii denunciationem non satis est, ipsos post crimen commissum, vel attentatum, in gravissimam delabi inimicitiam; sed hæc denunciationem præcedere debet. 1024. 231. & sq.
In Assassinio etiam criminis Socius de facti veritate, sub torturæ cruciatibus interrogatus, ad convincendum Assassinatorem, etiamnon concurrentibus ullis aliis indiciis, fidem meretur. 1021. 197.
Multo igitur magis, si etiam alia adminicula concurrant. 1021. 198.
Duo criminis hujus Socii tertium denuntiantes, ad decernendam torturam sufficiunt sine aliis adminiculis: Unus verò etiam aliis argumentis concurrentibus. 1021. 199.
Nominatio criminis Socii, ad hoc, ut indicium ad torturam constituat, quomodo in aliis delictis, extra assassinium, comparata esse debeat? 1021. 202. & sqq. junct. 1024. 230. & sqq.
Requisita illius in crimine assassinii non adeò præcisè necessaria sunt. 1021. 201. & sqq.

SOCIETAS Bb. CONJUGALIS. Conf. Uxor.

Connubialis Bb. Societas non saltem in LL. Justinianeis, præter promiscuum bonorum usum, incognita; verùm etiam in locis, ubi illa hodiè viget, tàm diversæ est naturæ, ut de illa, ceu irregulari planè Societate, sine clara Statuti dispositione, vix aliquid certi definiri valeat. 1755. 3. & seqq.
Illustratur hoc notabili, de Lubecana bonorum inter Conjuges communione, loco Meviano. 1756. 6.
In materia Societatis Bb. connubialis, verbis statuti vel pacti dotalis deficientibus, non ad communem quæstuariæ Societatis naturam; sed potiùs ad *Jus commune, ejusque de conjugibus* dispositionem recurri debet. 1756. 6. & 7.
In hac materia ne quidem ab alienis Statutis explicationem sumere licet; nisi vel Juris mutuatio, vel in aliis morum similitudo justam opinionem de similitudine juris faciat. 1756. 8.
Referuntur aliquot Loca, in quibus, præter Societatem simpliciter bonorum, simili ratione Bb. mobilium, tempore initi matrimonii à conjugibus collatorum, universalis communio, per consuetudinem, obtinet. 1756. 9. & seqq.
Universalis omnium Bb. Societas in specie sic dicta universalem quoque, tùm quoad bona collata, tùm quoad debita, etiam ante illam contracta, communionem inducit. 1756. 18. & seq.
Per eandem una domus & commixta familia inter conjuges inducitur. 1757. 25.
Etiam uxoris bona, pro debitis, ante mododictam Societatem, à Marito contractis, constante matrimonio hastæ subjugari possunt. 1757. 29.
De hoc, quòd conjux, in locis, ubi, præter acquæstum conjugalem, etiam bona mobilia, ab ipsis collata, statim, jure dominii, communicantur, etiam pro parte dimidia ad exsolvenda alterius debita obstrictus esse debeat,

beat, vix aliquod ſpecificum Statutum produci poteſt. 1757. 21.

Hæc ipſa tamen neceſſitas in communi Societatis quæſtuariæ natura nihilominùs ſatis eſt fundata. 1761. 68. & ſq.

Articuli de communione Bb. mobilium & ſolutione æris alieni habentur pro correſpectivis. 1761. 67.

Æquiſſimum eſt, ut conjux de omnibus ſui conjugis in Societatem univerſalem illatis bonis particeps factus, etiamdamni, ex alterius ære alieno, ante nuptias contracto proficiſcentis, particeps fiat. 1760. 53.

Idem etiam affirmatur de univerſali Bb. mobilium & acquiſitorum connubialium communione. 1760. 54. & ſqq.

Jus ex primo Societatis Bb. mobilium & acquiſitorum momento, creditoribus mariti, adverſus uxorem, pro parte dimidia, ſemel quæſitum, per ſubſecutam contrariam pactionem, illis nequit auferri. 1761. 62. & ſeqq.

Si ſponſa ſtatim ab initio cum ſponſo pactum Societatis hujus renuntiativum inierit, tunc illa ad æris alieni ab altero illati ſolutionem nullatenùs obligatur. 1761. 63.

Pactum, quòd uxor quidem de mariti illatis, vel univerſis, vel ſaltem mobilibus, & acquiſitis participare; nec tamen ad ſolutionem æris alieni, etiam ante nuptias contracti, obſtricta eſſe debeat, doloſum, ac propterea ipſo jure nullum cenſetur. 1761. 64. & ſeqq.

Etiam generali conſuetudini, ad communicationem commodi & incommodi utrumque conjugem adſtringenti, per pactum antenuptiale, derogare licet. 1761. 64.

In illis regionibus, ubi univerſalis in ſpecie ſic dicta Bb. communio inter conjuges obtinet, uxor pro debitis mariti etiam ante matrimonium contractis, adeò tenetur, ut ne quidem competentiæ beneficium adverſus mariti creditores locum habeat. 1762. 71. & ſq.

Idem etiam in illis obtinet locis, in quibus omnia bona mobilia & acquiſita inter conjuges jure Societatis ſunt communia. 1762. 73.

Etiam in hac Societate bona non cenſentur, niſi quæ, omni ære alieno deducto, ſuperſunt. 1762. 73.

Hæc jura non in ratione merè poſitiva & ſtatutaria; ſed in ipſius naturalis æquitatis dictamine, Jurisque communis principiis apertiſſimè fundantur. 1762. 74.

Utrum ſtatuta & conſuetudines, quæ uxorem ad ſolvendum pro marito obſtringunt, pro juſtis & validis habendæ? 1757. 24. & ſeqq. junct. 1762. 75.

Valet ſtatutum vel conſuetudo, quâ conjugi certa portio bonorum mariti defertur, ut ipſa omnem ſuam ſubſtantiam in communem conferat hæreditatem, eamque cum liberis hæredibus dividat. 1762. 76.

Tametſi uxor ampliſſimam dotem marito attulerit, & parum è contra vel planè nihil ex mariti hæreditate conſequatur. 1762. 76.

Uxor ejusmodi damnum, per pactum dotale, declinare negligens, illud non ſtatuto; ſed ſibimet ipſi imputare debet. 1763. 77.

Uxor, in caſu vel univerſalis in ſpecie ſic dictæ, vel omnium mobilium Societatis cum marito initæ, ad exſolvendum ejus æs alienum, ante nuptias contractum, non alia ratione, ac hæres creditoribus teſtamentariis, tenetur. 1763. 78.

Tametſi mariti morte Societas bb. iterum dirempta ſit. 1763. 79.

Hæc tamen Uxoris obligatio ſaltem de parte dimidia exaudienda venit. 1763. 80.

Ad hoc, ut Societas bb. inter conjuges excluſa dici poſſit, ſpecialis & expreſſa ſtatuti vel conſuetudinis, iisdemque approbatæ Societatis excluſio & renunciatio neceſſaria eſt. 1764. 88.

Illuſtratur hoc remiſſivè nonnullis exemplis. 1764. 89.

In Societate univerſali tùm in ſpecie ſic dicta, tùm & omnium mobilium, Renunciatio communionis non aliter, quàm ſtatim ab initio, ante contractum matrimonium, fieri poteſt. 1764. 90. & ſeq.

Pactum ab initio ſtatim inter conjuges initum, quòd quidem connubialis bonorum communio quoad ipſos intercedere; veruntamen certis caſibus iterum ceſſare debeat, cujus ſit effectus? 1764. 92. & ſeq.

Uxor ex omnibus, à marito, Societatis quæſtuariæ nomine, Gemeiner Haußhaltung zu guthem / initis contractibus, & quidem ex primo illorum momento, efficaciſſimè obſtringitur. 1447. 71.

Æs alienum ſociale, ab utroque Conjugum ſolvendum, etiam Jure Würtembergico, illud omne dicitur, quod ex tali cauſa venit, cujus commodum principale ipſi Societati cedit, & ad connubialem acquæſtum pertinet. 1447. 72. & ſeqq.

Ad hunc effectum, ut debitum dicatur ſociale, non requiritur, ut rebus, ex cauſa talis debiti comparatis, uterque conjugum, conſtante conjugio, æqualiter utatur, vel de illis diſponendi, & communiter negotiandi facultatem conſequatur. 1447. 73. & ſeq.

Multò minùs ad eundem neceſſarium eſt, ut negotium in communem Societatis utilitatem directum, præcisè in præſentia uxoris contrahatur. 1447. 75. & ſeqq.

Maritus ſuæ familiæ princeps, hujusque gratia contractæ conjugalis Bb. Societatis adminiſtrator & quaſi præpoſitus eſt. 1444. 51. 1447. 76.

Hinc omne illud, quod ipſe ſua opera & induſtria acquirit, etiam ejus uxori, tàm quoad dominium, quàm poſſeſſionem, pro parte indiviſa, confeſtim acquiritur. 1447. 77.

Etiamſi Maritus (intellige ſecundum Jus Wür-

uembergicum) hujusmodi contractus, proprio nomine celebraverit, & aliquid, quod aliàs ad hanc Societatem pertinet, ex illis quæsiverit. 1448. 78.

Hinc vicissim quoque Uxor ex ejusmodi contractu, ipsâ licet illius planè nesciâ inito, nihilominùs alterius debitrix efficitur, & ad omne, exindè proveniens, æs alienum, pro rata solvendnm, obligatur haud dubiè. 1448. 80.

Ad constituendum debitum sociale hoc solum sufficit, quòd res ex illo acquisita utrique conjugum, confestim, tùm qua dominium, tùm qua possessionem, communis reddatur. 1448. 82. & seq.

Tametsi debitum aliquod invita & contradicente uxore contractum sit; id tamen, dummodò in communem Societatis utilitatem fit factum, nihilominùs pro Sociali habendum. 1448. 84.

Neque creditor, hoc casu, versionem in rem & utilitatem communis Societatis specificè demonstrare tenetur. 1448. 85.

Æquè ac in tali etiam casu, quando maritus in communem quidem Societatis utilitatem contraxit; sed deindè pecuniam, &c. exindè receptam dilapidavit, creditori petenti, ut debitum illud ex communi acquæstu, vel ex aliis conjugum bonis solvatur, specifica versionis probatio pariter nullatenùs incumbit. 1448. 86.

Ad legitimandum debitum sociale sufficit, si creditor probet, maritum Societatis causa, sive in verisimilem ejus necessitatem, vel utilitatem, pecuniam, vel aliam rem accepisse. 127. 238. & seqq. 1449. 89. 1450. 100. & seqq.

Hinc etiam, si maritus, Societatis gratia, æs alienum contraxerit, licet eventus non responderit, & pro sperato lucro damnum inde secutum fuerit; tamen debitum manet sociale. 1449. 90. 1450. 102.

Idque sive casu fortuito, sive mariti imprudentia & culpa damnum illud contigerit. 1449. 91.

Licet Ædes, quarum comparandarum, vel noviter exstruendarum gratia, maritus mutuam pecuniam accepit, mox iterum in cineres redactæ fuerint; tamen pretium pro illis debitum, vel mutuum earum causa contractum, ab utroque conjugum, solvi ac restitui debet. 1449. 92.

Idem dicendum, si marito pecunia, ex venditione rerum socialium redacta, per furtum, vel rapinam, domi, vel foris, rursus fuerit ablata. 1449. 93.

Si oves, vel aliæ pecudes, communis quæstûs gratia, in Galliam, ut ibi cariùs vendantur, missæ, per luem, inter ejusmodi pecudes, ibi grassantem intereant, totum illud damnum sociale est. 1450. 98.

Sufficit, negotium, ex quo debitum Sociale processit, ex prima Socii conjugalis intentione, utiliter gestum esse, etiamsi effectu el planè non responderit. 1450. 101.

Etiam statuta, quibus æris alieni, durante matrimonio contracti, solutio utrique conjugi imponitur, ità passim DDres interpretantur, quòd, si quidem maritus in sui solius utilitatem contraxerit, uxor pro illo haudquaquàm teneatur; Sin verò contractus ab illo celebrati, ex bona ipsius intentione, in communem Societatis utilitatem fuerint directi, tunc ambo conjuges, ex tali, ceu verè sociali, debito obligentur indubiè. 1450. 103.

Ad fundandum debitum sociale non sufficit, contractum constante Societate bonorum conjugali fuisse initum; sed & porrò requiritur, ut ille quoque ratione communis utilitatis fuerit initus. 1451. 104.

Etiam Jure Würtembergico uxor, ex contractibus mariti Socialibus, statim, pro parte dimidia, efficaciter obligatur. 1451. 106.

Uxor ad exolvendum æs alienum sociale, à se & marito contractum, tenetur; tametsi ipsa nullum alium adhibuerit curatorem. 1451. 116. & sqq.

Utrum hæc in principio Tit. XXIX. Part. 1. Juris Provinc. Würtemb. obvia verba: Es wäre dann/ daß Sie aus freyem und gantz ungezwungenem Willen/ und NB. gemeiner Haußhalttung zu guthem thäte/ solches auch vor Gericht genugsamlich erscheinte/ de reali & effectiva versione *in rem communis Bb. Societatis*; an verò tantùm ità accipienda sint, ut, juxta illa, contractum in communem Societatis utilitatem, saltem ex voto, atque intentione contrahentium conjugum, vel utriusque, vel solius mariti, si ipse, ceu hujusdem Societatis præpositus Magister, eundem solus inierit, celebratum esse sufficiat? 1470. 265. & seqq.

Hæ duæ positiones: Quòd ad istum effectum, ut ex contractu, à solo Marito cum tertio inito, etiam uxor obligetur, debitum Societatis causa, seu in Societatis utilitatem contractum esse debeat: Et quòd, ad eundem effectum, pecuniam, vel rem, ex contractu, in communem pariter Societatis utilitatem, à solo marito, cum aliis inito, acquisitam, etiam realiter & effectivè in rem uxoris versam esse oporteat, toto cœlo à se invicem differunt. 1471. 276.

Tametsi maritus pecuniam, Societatis causa, mutuò acceptam in suam propriam utilitatem converterit; uxor tamen ex semisse ad ejus restitutionem obstricta est. 1471. 276.

Hinc creditor, cum marito bona fide contrahens, non tenetur inquirere, in quam causam maritus eam sit conversurus? 1471. 276.

An hæc regula, quòd in rebus communibus socii prohibentis conditio sit melior, & quòd in talibus rebus Socius, invito altero, nihil facere possit,

possit, etiam in Societate bonorum conjugali, præprimis ex parte uxoris, obtineat ? 1444. 47. junct. 1448. 84. 1475. 312. & seqq.

Æs alienum, per periculosam, omniumque prudentum judicio damnosam mariti negotiationem, contra uxoris & amicorum seriam dehortationem, prætensivè tamen in communem Societatis utilitatem, contractum, an pro debito sociali haberi possit ? 1444. 50. & seqq.

Maritus pecuniam ex contractibus, in communem Societatis utilitatem initis redactam, ludendo, heluando, vel simili modo consumens, utrum creditori, vel potiùs Sociæ uxori noceat ? 1444. 52. & seqq. 1449. 87. junct. 1476. 321. & seqq.

Quoad contractus, in verisimilem saltem & probabilem communis Bb. Societatis utilitatem initos, sola uxoris contradictio non impedit, quo minùs debita per eosdem contracta sint Socialia, ex communi acquæstu sociali solvenda. 1475. 314.

Aliud dicendum, si maritus aliquam prorsùs insolitam, suæ conditioni, atque professioni non convenientem, omniumque judicio damnosam, vel saltem valdè periculosam negotiationem suscipiat. 1475. 315.

Si bona fide cum alterutro, vel utroque conjugum contrahentes certum communis utilitatis eventum vel effectum præstare tenerentur, ipsis, per hoc, obligatio ferè ad impossibile incumberet. 1475. 316.

Maritus ad felicem ac prosperum contractuum, Societatis bonorum conjugalis causa, à se initorum, eventum præstandum, non magis, ac alii contrahentes, tenetur. 1475. 319.

Si maritus pecuniam suæ fidei administratoriæ commissam Baccho, Venere, vel simili prodigali modo consumpserit, uxor, regulariter, exindè non tenetur. 1422. 218.

Quando uxor, unà cum marito, cum tertio bona fide contrahit, tunc, licet maritus pecuniam exindè receptam postea prodigaliter consumpserit, illa tamen pro parte dimidia efficaciter obstricta manet. 1422. 220.

An conjugalis bonorum Societas excludat beneficium Senatus-consulti Vellejani, vel novæ constitutionis ? vid. Uxor. Fœmina.

Quando creditor, tempore contractûs, nondùm scivit, vel scire potuit, quòd maritus pecuniam, vel rem, Societatis causa, à se emptam, malè collocaturus, vel planè dilapidaturus sit, tunc nihilosecius uxorem, ex mariti, ceu Societatis præpositi, contractibus, convenire potest. 1446. 66. & seq.

Dolus vel culpa mariti, ceu conjugalis bonorum Societatis præpositi, justiùs uxori, quàm creditori, bona fide, in communem Societatis utilitatem, cum illo contrahenti, imputatur. 1446. 67. & seq.

Damnum ex Baccho, Venere, alea, similive mariti prodigalitate descendens innocenti ipsius uxori, regulariter, imputari non debet. 1476. 321.

Diversum tamen, quoad hoc punctum, pro Statutorum inter conjuges obtinentium diversitate, judicium ferendum. 1476. 322.

Si maritus pecuniam, vel aliam, Societatis nomine acquisitam rem non in Societatis causam impendat ; sed ludendo, vel alia prodigalitatis specie, cum gravi familiæ damno, deperdat, tunc, si quidem desuper inter ipsosmet conjuges, vel ipsorum hæredes controversia oriatur, tale damnum maritus haud dubiè solus de suo præstare tenetur : Sin verò inter talem creditorem & ambos conjuges lis desuper moveatur, tunc dolus à marito, ceu Societatis præposito, commissus longè justiùs uxori, ejusdem conditionis gnaræ, quàm extraneo, imputatur. 1476. 323.

Debitum Sociale, ab utroque conjugum contractum, regulariter, ex communi acquæstu, vel, in ejus defectu, ex propriis amborum conjugum bonis exsolvi debet. 1421. 208. & seq.

Quilibet tamen, regulariter, suam saltem dimidiam ; non etiam alterius exsolvere tenetur. 1421. 210. & seqq. 1445. 56. & seqq.

Etiam inspecto Jure Würtembergico. 1445. 58.

Quidsi uxor cum marito se in solidum obligaverit ? 1445. 58. & seqq. 1461. 192.

In contractibus communis Societatis gratia ab utroque conjugum celebratis, de Jure Würtembergico, ex parte uxoris, tùm demùm alterius extranei curatoris consensus, &, si summa C. florenos excedat, Judicis cognitio requiritur, si suspicio adsit, uxorem vi metuve, aut dolosa mariti persuasione, ad talem contractum fuisse inductam. 1421. 214.

Quando ambo conjuges, in conjugalis Societatis utilitatem, simùl cum tertio contrahunt, tunc etiam uterque ad illud solvendum æqualiter tenetur. 1453. 129.

Neque beneficium novæ Constitutionis vel Sctî Vellejani uxorem hic juvat. 1454. 130.

Ex sola uxoris renunciatione jus communibus seu amborum contrahentium conjugum creditoribus Socialibus quæsitum non auferetur. 1421. 216. 1455. 141.

Renunciatio acquæstus Socialis eas solùm uxores ab executione liberat, quæ in obligationibus non sunt nominatæ. 1422. 217. 1455. 144.

Hæc juris doctrina, quòd uxor, acquæstui Societatis conjugalis, suique mariti hæreditati, & exinde sibi debitæ portioni renuntiando, se ab ære Sociali eximere valeat, in omnibus his casibus, ubi uxor vel sola, puta sine marito ; veruntamen cum alterius legitimè constituti curatoris consensu, vel unà cum marito, vel simpliciter, vel in solidum, (modò

dò non pro marito) sese alteri obligavit, officium suum perdit. 1455. 138. & seqq.

Hujus generis statutariæ dispositiones, quòd nimirum renuntiatio acquæstus conjugalis uxorem ab iis saltem Socialibus debitis immunem præstet, in quæ ipsa, vel sola, vel cum marito specialiter non consensit, etiam in Palatinatu, Comitatu Solmensi & civitate Francofurtana similiter obtinent. 1455. 148.

Textus Juris Provinc. Würtembergici in parte I. tit. 75. §. Nicht weniger, de qualibus casibus sit exaudendus? 1455. 147.

Sicut unius conjugis morte ipsum conjugium, ità etiam conjugalis bonorum Societas similiter solvitur. 1402. 20.

Ubi ipsa Societas bonorum conjugalis jam totaliter dissoluta est, ibi nullum æs alienum Sociale contractum, neque quidquam ampliùs in hac Societate vel acquisitum, vel in illa consumptum, vel ex illa amissum, vel alienatum intelligi potest. 1403. 20. 1404. 33.

Universus acquæstus conjugum Socialis est instar alicujus rerum universitatis, quâ legatâ priùs debita sunt deducenda. 128. 259.

Hincque tale legatum non priùs præstandum, quàm prævia totius æris alieni deductione, vel præstita cautione de illo solvendo. 128. 260.

Legatum, à prima uxore, marito, ceu illius hæredi, injunctum, & demùm in secundo connubio solutum, in ordine ad secundam uxorem, debitum sociale dici nequit, nec ab illa solvendum venit, nisi in locis, ubi Societas bb. conjugalis est universalis in specie universarum fortunarum. 127. 242.

Proindè solutio ejusmodi debiti non ex acquæstu connubiali; sed ex reliquis à præmoriente marito relictis bonis, fieri debet. 127. 243.

Acquæstu hoc sociali uxori legato omnia debita Socialia ab ipsa solvenda sunt; sed non-Socialia à mariti hæredibus. 127. 244. & seqq. junct. 128. 259.

Eademque distinctio & tunc rectè adhibetur, quando integer Acquæstus Socialis, per loci Statutum, superviventi conjugi addicitur. 127. 246.

Superstes conjux, sub hoc respectu, quòd præmortuo, in omnibus mobilibus, succedat, ad solutionem æris alieni, quantumvis Socialis, solitariè non tenetur. 127. 248.

Debita socialia, der gemeinen Haußhaltung zur Nothdurfft / Nutzen / und guthem gemachte Schulden / ante omnia ex acquæstu conjugali solvenda. 128. 254. & seqq.

Sive illa communi conjugum consensu, sive à solo alterutro conjuge contracta fuerint. 128. 257.

Prædicta distinctio inter debita Socialia & non-Socialia etiam tunc attendenda, quando plenus acquæstus superstiti conjugi, per connubialia pacta, defertur. 128. 258.

SODOMIA.

Ad pœnam capitalem in crimine Sodomitico dictandam non præcisè, ut in aliis delictis carnis, actualis seminis & sanguinis commixtio requiritur. 1192. 8.

SOLARIUM.

Solarii nomine quid in LL. propriè indigitetur? 126. 227.

Fiscus, ratione Solarii publici non minùs, quàm ratione aliarum publicarum pensitationum, de Jure Communi, omnibus hypothecariis, licet anterioribus, creditoribus præfertur. 1440. 8. & seqq.

Aliud tamen in dominis directis privatis obtinet. 1440. 14.

SOLENNE. SOLENNITAS.

Facti impedimenta Solennitatem actus non tollunt. 542. 431.

Extrinsecorum Solennium interventus, regulariter, ex lapsu temporis immemorialis satis probatur. 213. 579.

Hæc regula tùm demùm procedit, si illa præsumtio pro actualiter observatis Solennibus, etiam per uniformem, constantem & certam observantiam, suffulciatur. 213. 580. & seqq. 215. 599. & seqq.

Præsumtio talium Solennitatum, ex solo temporis decursu desumpta, frivola & fragilis à DDbus appellatur. 213. 582. & seq.

Hinc præprimis elidituer & omninò enecatur, si à tempore pacti, in quo tales Solennitates adhibitæ præsumuntur, meritissimum contrarium, præprimis per tempus immemoriale, observatum probari queat. 214. 585. & seq.

Idem obtinet, si de Ecclesiæ, vel alterius pii corporis gravissimo præjudicio, præprimis tractum successivum habente, quæstio sit. 214. 587. & seqq.

Itemque, si ille, qui huic præsumtioni innititur, nullum verum sui juris titulum probare valeat. 214. 589.

Hinc multo magis dicta præsumtio nullum locum sortitur, quando alienatio ecclesiæ, vel cœnobio evidenter & manifeste damnosa est. 214. 593.

Utrum omissio Solennitatum canonicarum eo ipso probetur, quòd in recessu seu instrumento alienationis nulla illarum mentio fiat? 171. 111. & seqq. junct. 240. 859. & seqq.

Præsumtio interventûs Solennitatum extrinsecarum ex lapsu temporis, Jure potiùs civili, quàm canonico, obtinet. 215. 598.

Consensus in alienationem rei ad ecclesiam spectantis, ab Episcopo, vel Pontifice desiderandus, in archivis sollicitè asservari consuevit. 214. 590.

Probatio interventus talium Solennitatum exilis archivis facilè haberi potest. 214. 591.

Tametsi alicui libera facultas, nulla Solennitate servata, in causis criminalibus procedendi con-

concessa sit; tamen semper hæc conditio, dummodò de corpore delicti constet, subintelligi debet. 999. 124.
Tametsi in contractu, pro liberatione mariti incarcerati, vel incarcerandi, ab uxore inito, Solennitates necessariæ adhibitæ haud fuerint, iste tamen, ex causæ, propter quam celebratus est, favore nihilominùs subsistit. 1465. 236.
Solennitates statutariæ non habent locum, quando uxor ex causa pia se obligat. 1465. 236. 1466. 245.
De Solennitatibus alienationis bonorum ecclesiasticorum, & similis vid. porrò Ecclesia.
probatione Solennitatum testamentariarum vid. Testamentum.

SOLIDUS.

Quid per Solidos hodiè intelligatur? 541. 408.

SOLITUM.

Ex iis, quæ communiter fieri solent, validum sumitur argumentum. 657. 182.
Ex eo, quod consuetum & Solitum, cujusliber, præprimis dubii, negotii interpretatio justissimè petitur. 834. 135. 1144. 413. 1145. 424.
Ex Solitis fortissima & optima præsumtio nascitur. 834. 136. 973. 763. & seqq.
Ità, ut onus probandi contrarium in adversarium rejiciatur. 834. 137.
In cujusvis testatoris familia, ipsomet teste, fieri solita, in dubio pariter lex facta præsumit. 1146. 415.

SOLITUDO.

Conatus latrocinandi, in Solitudine, vel alio remoto loco exercitus, ex hac quoque circumstantia, insigniter aggravatur. 1345. 100.

SOLLICITATIO.

De Testamento per nimias Sollicitationes extorto vid. Testamentum.

SOLUM.

Res in alieno Solo defossæ, affixæ, exstructæ, positæ, satæ, plantatæ quousque illius Soli domino acquirantur? 126. 231.
Cur Lacus Coriarius in Solum Civitatis, vel cujusvis privati, de annuo locario cum infodiente pacisccntis, infossus non cedat domino loci? 126. 233.

SOLUS.

Particula, Solus, est exclusiva omnium aliorum. 521. 128. 955. 559.

SOLUTIO.

Aliud pro alio invito creditori solvi haud potest. 730. 175.
Judex debitorem ad Solutionem totius sortis & usurarum, intra certum terminum faciendam, condemnans, arrestum, hujus debiti gratia, jam antea decretum in dubio non relaxasse; sed potiùs confirmasse censendus est. 1661. 47. & seq.
Cautionem pro Solutione, regulariter, nemo acceptare tenetur. 1662. 56.
Nihil tàm naturale est, quàm eo modo quodque dissolvi, quò & fuit colligatum. 967. 694.
Particularem Solutionem, regulariter, nemo admittere cogitur. 81. 732.
Commodum particularis Solutionis successori in emphyteusi indultum non debet in damnum fructuarii porrigi. 702. 366.
Licet quantitas debita statis temporibus exsolvi debeat; tamen illa confestim tota debetur. 702. 367.
Stipulatio quantitatis annua, bima, trima die solvendæ, an pro una vel pluribus haberi debeat? 702. 373.
Legatum annua, bima, trima die solvendum non multiplex censetur; sed tantummodo unum. 702. 375.
In conventionibus in diem contractis dies saltem Solutionis gratia adjectus censetur. 702. 370.
Dies Solutionis, regulariter, in gratiam debitoris adjicitur. 702. 380.
Quando debitor, ex pluribus causis obligatus, simpliciter aliquid solvit, tunc, regulariter, arbitrio creditoris, in quam causam solutum imputare velit, relictum censeri debet. 1731. 29.
In dubio tamen hæc ipsa electio seu imputatio in causam duriorem facta præsumitur. 1731. 30.
In classem ejusmodi duriorum causarum præcipuè etiam hæc refertur, pro cujus securitate etiam fidejussores suam fidem obstrinxerunt. 1731. 31.
Per multas vices reiterata usurarum, pensionum, vel partium debitæ quantitatis Solutio non numeratæ pecuniæ querelam prorsùs excludit. 1325. 30.
Quando causa metus, ex quo quis aliquid promisit, tempore subsecutæ Solutionis adhucdum duravit, tunc, regulariter, metus, per subsecutam Solutionem, haud censetur purgatus. 1618. 140.
De Solutione usurarum ex putativo capitali per plures annos facta vid. Usura.
diuturna Canonis emphyteutici Solutione vid. Emphyteusis.
Solutione legatorum ex testamento invalido facta vid. Legatum.
indebiti vid. Condictio indebiti.
ab administratore alterius bonorum facta vid. Administrator. Pater.
censûs annua vid. Census. Reditus.
pecuniæ creditori privilegiato à creditore simplici facta, ejusque effectu, vid. Credd. concursus.
Quale tempus, Solutionis, an contractus, in casu

ſu mutatæ monetæ bonitatis, reſpici debeat? vid. Moneta. Thalerus.

De terminis Solutionis, von Zahlungs-Friſten/ vid. Terminus.

SPECIALE. SPECIES. Conf. Generale.

Specialis expreſſio, omnis dubitationis tollendæ gratia, ab ipſo LLatore facta, omnem extenſionem omninò excludit. 534. 282.

Specialis conventio, æquè ac conſtitutio, derogat generali. 177. 183.

Speciei, per genus, derogatur haudquaquàm. 177. 184.

Species abſolutè poſita ſemper habet reſtrictum genus prædicationis, ſive genus præcedat, ſive ſequatur. 177. 185.

Certarum ſpecierum enumeratio an taxationis gratia facta cenſeri debeat? 178. 190.

Concurſus duorum vel plurium Specialium in una eademque re vel perſona, regulariter, non admittitur. 1195. 54. 1263. 113.

Hinc & à tali interpretatione, qua duo vel plura Specialia inducuntur, ſedulò abſtinendum. cons. 16. n. 868.

Imò tale Statutum, in quo duo vel plura Specialia concurrunt, regulariter, abſurdum DDres pronuntiant. cons. 16. n. 869.

De reſtitutione pecuniæ mutuò acceptæ, &c. in certa monetæ Specie facienda vid. Moneta, Thalerus.

SPECIFICATIO JURATA.

In caſu non confecti legitimi inventarii res hæreditariæ, mediante juratâ Specificatione, ſunt manifeſtandæ. 555. 14.

Hujus juramenti effectus eſt, ut omnes à jurante, tùm juris, tùm hominis, præſumptiones removeantur. 556. 15. & ſq.

SPES.

Nemo ſummè incertam, & lubricam, ſicque nullatenùs conſiderabilem Spem, magno ſumtu, & moleſtiis redimere voluiſſe præſumi debet. 723. 84. & 93.

Nemo, omnem in caſum, utro modo res ceciderit, complurium annorum laboribus, expenſis, & innumeris moleſtiis, ſemetipſum, ſine Spe remuneratoriæ, in caſum, ſi ſcopum ſuorum laborum feliciter obtinuerit, ab aliis obtinendæ ſatisfactionis, ſubjugare voluiſſe cenſeri poteſt. 723. 87. & ſq.

Nemo magnæ Spei jacturam, ſine juſta & probabili cauſa, facere voluiſſe, in dubio præſumitur. 294. 150. & ſqq. 724. 94.

Multo minùs hujusmodi præſumptio de illo, qui in rerum ſuarum adminiſtratione exactiſſimus eſt, pedem figere poteſt. 724. 95. & ſq.

Etiam Spes ſuum pretium habet. 749. 385.

Etiam Spei emtori, ſi enormiter ſe læſum probare valeat, enormis læſionis querela competit. 749. 386.

Quomodo læſio in tali caſu computetur? 749. 387.

ſibi debet imputare, qui Spem majoris; ſed incerti, & hucusque deſperati, futuri commodi diffidentiùs concepit, & fortunam pro arbitra eligere noluit, atque ità, ob casûs incertitudinem, minus quidem; ſed certum emolumentum paciſci maluit. 755. 461.

Spes, debitum iri, in omni conditionali conventione, & dehinc etiam in conventionali fideicommiſſo, in hæredes tranſit. 870. 171.

Spes iſta, ex pacto vel conventione debitum iri, ex cauſa oneroſa & lucrativa ceſſibilis eſt. 870. 173. & ſqq.

Confeſſio Spe præmii elicita nihil roboris habet. 1653. 22. & ſeq.

SPOLIUM.

Actio Spolii quid ſit? 744. 345.

Quænam ejus ſint requiſita? 744. 346. & ſqq.

Quænam actor, in hac actione, probare teneatur? 745. 350. & ſeqq.

Spoliatio eo ipſo intelligitur probata, quo actoris antiquior poſſeſſio probatur. 745. 351. & ſeq.

Ad ſtatuminandam Spolii actionem non requiritur vis, nedùm atrox & armata. 745. 355. & ſeq.

Qui, ſine violentia, ſua poſſeſſione aliquem privat, actioni quidem Spolii; ſed non etiam interdicto unde vi, ſe obnoxium reddit. 745. 356.

Actio Spolii omnibus competit, qui de aliqua re vel vi dejecti, vel *quibus quocunque alio modo*, ſine juſta *cauſa*, *res fuit ablata*. 745. 358.

Etiam ille, qui jure ſuo uti impeditur, dicitur Spoliari. 745. 359.

Ut & ille, qui ad ſuam poſſeſſionem non ampliùs admittitur. 745. 360. & ſeq.

Dejectus dejectorem rursùs incontinenti, licet coadunatis hominibus, expellens, nullius Spolii reatum incurrit. 1050. 93. & ſeqq. 1051. 107. & ſeqq.

Rem ſtatim recuperans malè dicitur Spoliatus. 1050. 99.

Nemo poſſeſſione ſua, quantumvis injuſtiſſima, debet Spoliari. 625. 179.

Emphyteuta ſui prædii poſſeſſione, ſive cum, ſive ſine violentia Spoliatus, etiam contra ſuum Principem, non minùs, quàm contra privatum, debet redintegrari. 626. 188.

Ordinarius proceſſus, in talibus caſibus, etiam à Principe, contra ſubditum ſuum inſtitui debet. 626. 190.

Totius caſtri, ſucceſſori feudali cum domino agnato communis, occupatio, privata autoritate facta, illiusque præcluſio à totali ejus uſu ſpeciem Spolii conſtituit. 744. 344.

Injuſta Spoliati poſſeſſio Spoliantem haud relevat. 745. 365. 744. 342. & ſeqq.

Etiam injuſtiſſimus poſſeſſor, ſua poſſeſſione, per Spolium, deſtitutus, ante omnia reſtituendus venit. 746. 367.

De remedio Legis 7. Cod. unde vi vid. Vis.

Actio Spolii etiam creditori pignoratitio competit. cons. 20. n. 8.

Modò pignus per contractum realem pignoratitium sit constitutum, vel hypothecæ per nudam conventionem constitutæ possessio, ex post facto, ex justa causa, ad creditorem pervenerit. cons. 20. n. 9.

Quodsi verò hypotheca in sua ordinaria natura remaneat, creditor hypothecarius uti non spoliari; ità etiam de Spolio experiri non potest. cons. 20. 10. & seq.

Utrum creditori hypothecario actio Spolii, ex eo, competere adstrui valeat, quia ipse debitoris sui hæres effectus etiam possessionem rerum sibi hypothecæ nexu obligatarum ipso jure consecutus sit? cons. 20. n. 14. & seqq.

In Spolii actione non tàm persona rem ab altero occupatam eousque possidentis, quàm audacia & temeritas occupatoris, consideratur. cons. 20. n. 29.

Contra Spolii actionem ne quidem Dominii exceptio auditur, nisi incontinenti probari valeat. cons. 20. n. 37.

An sufficiat, illius probationem in continenti faciendam, nudis verbis, offerri?
cons. 20. n. 38.

Exceptio Litis, super retentionis, vel pignoris jure alibi pendentis, an contra Spolii actionem, alio loco intentatam, rectè opponatur? cons. 20. n. 40.

Si in uno judicio de rei hæreditariæ per Spolium ablatæ restitutione, & in altero de hæreditatis petitione agatur, exceptio litis coram altero judice jamjam pendentis frustrà objicitur. cons. 20. n. 45. & seq.

Idem dicendum de exceptione præventionis.
cons. 20. n. 47.

Exceptiones altioris indaginis in Spolii actione non attenduntur. cons. 20. n. 59.

De occupatione rerum hæreditariarum an & quat. Spolii actioni obnoxia sit? vid. Hæreditas.

In Spolii actione Spoliator ad omne interesse tenetur. 746. 368. & seq.

Quid sub illo comprehendatur? 746. 369. & seqq.

Ad quosnam fructus vel expensas teneatur?
746. 369. d. | 747. 369. g.

STABULARIUS.

Vid. Nauta.

STATUS.

Defectus matriculæ provincialis veris Statibus provinciæ non magis obesse debent, quàm defectuosa Imperii matricula veris Statibus Imperii. 1219. 115.

STATUTUM.

Statuta in loco statuentium Jus civile constituunt, præ Jure Communi, ibidem præcisè observandum. 1501. 38. & seq.

Jus Statutarium derogat Juri Communi, sicut species generi. 1155. 545.

Licet Statuto certa testandi forma introducatur, non tamen propterea aliæ formæ Juris civilis sublatæ censentur. 1502. 41.

Quicquid in Statuto non expressè dispositum, illud Juris Communis dispositioni relictum intelligi debet. 1502. 41.

In Statuto non expressa habentur pro omissis.
1502. 46. 1708. 70.

Jura Statutaria semper ità sunt explicanda, ut, quantum possibile, Jus Commune, per illa, non lædatur; sed potiùs illa ad terminos Juris Civilis reducantur, & ex illo restringantur ac suppleantur. 1502. 43. & seq.

In dubio Statuta à Juris Communis sanctione haud exorbitare præsumi debent.
1502. 45. & 47.

Quod Statutum nec disertis verbis, nec certa demonstratione disponit, id nec per subauditos intellectus supplendum. 1709. 72.

Statutum, ab ipso Civitatis Senatu jam declaratum, procul dubio attendendum. 118. 130.

Tali declarationi adversa sententia judicialis, diu post subsecuta, nihil penitùs derogat.
119. 131.

Sententia Juri Statutario, æquè ac communi, in judicio, ex oblivione, non prolato adversa, habetur pro nulla, ceu ex errore juris lata.
119. 133.

Modò error ex ipsius Statuti inspectione evidenter appareat. 119. 136.

Magistratus jus, per Statutum, licet declaratorium, semel introductum, pro arbitrio iterum tollere potest. 120. 145.

Statuta regulariter in viridi observantia præsumuntur. 229. 747.

Utrum ad observantiam alicujus Statuti interpretativam plures actus requirantur?
121. 166.

Quando, circa alicujus Statuti observantiam, actus difformes reperiuntur, tunc Juri communi acquiescendum. 121. 168.

Quando de observantia Statuto, ex se jam satis claro & restrictè loquenti; sed per subsequens Statutum adhuc magis declarato derogante quæritur, tunc probatio omnium, ad probandam Consuetudinem necessariorum requisitorum, pariformiter requiritur.
121. 170.

Observantia, Statuto satis clarè concepto adversa, nullius momenti est. 683. 114.

Statutum satis clarè loquens nec interpretationem, nec declarationem, nec interpretativam observantiam recipit. 683. 118.

In tali casu prætensa observantia nullius momenti est. 683. 119.

Statutum moribus utentium non comprobatum non obligat. 1064. 471. 839. 200.

Per unicam illorum, qui Statutum condiderunt, contraventionem Statutum rursùs censetur sublatum. 839. 201.

Statutum suos subditos etiam extra territorium delinquentes ligare potest. 1281. 88.

Statutum simpliciter loquens ad subditos extra territorium delinquentes haud extendendum. 1281. 89.

Ubi pœna Statuto loci domicilii, etiam contra delinquentes extra territorium, expressè legitur præfinita, illa semper irroganda. 1281. 88.

Etiam delinquentes Statutis & pœnis in loco delicti obtinentibus se subjicere voluisse existimantur. 1281. 81. & sqq.

In Statuto dispositæ perindè contractui, pacto, &c. inesse videntur, acsi pactum specificum desuper initum fuisset. 1143. 405. 1155. 544. & sqq. 1281. 81. & sqq.

Statuta vulgarium cumprimis hominum captui accommodata censentur. 652. 104. & sq.

Hinc etiam, regulariter, non in proprio & stricto sensu; sed potiùs ità intelligi debent, prout illa popularis loquendi consuetudo communiter accipit. 61. 547.

Usus & observantia in Statutorum interpretatione maximè attendenda, etiamsi verborum proprietas repugnet. 109. 15. 115. 84. & sqq.

In Statutis, ante omnia, ipsa verba Statuentium, quibus ipsi sunt usi, attendi oportet. 110. 23.

Dispositio Statuti non aliter obtinet, quàm si omnes in illo præscriptæ Qualitates conjunctim concurrant. 110. 24. 113. 67.

Statuti una pars ex alia recipit declarationem. 110. 28. & sqq.

Quicquid in Statuto de uno æquiparatorum legitur, etiam ad alia rectissimè porrigitur. 111. 36.

Ratio Statuti, non minùs quàm legis, anima est. 111. 37.

Statuta, præprimis de successione conjugum disponentia, semper ità interpretanda sunt, ne quisquam indebitè damnum patiatur, vel alter solus lucrum reportet, sicque ipsum Statutum prudentum reprehensionem mereatur. 113. 60. & sqq.

Quousque Statutum Juris communis correctorium, ex majoritate vel identitate rationis, à casu expresso ad omissum possit porrigi, vel non? 114. 77. junct. 120. 147. & sqq. 117. 109.

Consuetudo Statuti interpretativa omnes alios illius intellectus prosternit. 115 87.

Licet lapsu longissimi temporis non sit munita. 115. 88.

Statuta strictissimè, & prout litera illorum jacet, sunt exaudienda. 117 107.

Itemque ut Jus commune quam minimùm corrigant. 117. 108.

Statuta ex Jure communi passivam recipiunt interpretationem. 1407. 63.

Statutum, corrigens Jus commune tantùm in casu expresso, in casu omisso id non corrigere existimandum. 117. 108.

Statutum nihil intelligitur disponere, quàm de quo ex disertis illius verbis, certaque demonstratione constat. 117. 111. & sq.

Statuta, mularum instar non parturientium, sterilia sunt. 117. 113. &c.

Statuti conditores circa ea, de quibus nihil expressè sanxerunt, se Juris communis dispositioni conformare voluisse intelliguntur. 117. 115.

Præprimis si non solùm Jus commune corrigant; verùm etiam circa successiones disponant. 117. 116.

Statutum in dubio ità interpretandum, ut potiùs unum, quàm duo, operetur. 117. 117. 1709. 71.

Statutum correctorium, von Kauffmanns-Wahren solitariè conceptum, ad merces opificum, Handwercks-Wahren, malè extenditur. 118. 119.

Argumentum à pacto ad Statutum, & contra, frequens, forte, & utile. 128. 162.

Statuta tamen publica pactis sunt fortiora. 839. 201.

A Statuto ad ultimas Voluntates itidem validè arguitur. 802. 90.

An Statutum, quo in aliquo loco abrogata stigmatum inustio in usum revocatur, pro valido habendum? 1551. 139. & seqq.

Quatenùs forenses Statutis subjiciantur? vid. Forensis.

Statutum, in quo duo vel plura specialia concurrunt, omninò absurdum DDres pronuntiant. cons. 16. n. 869.

Statuto, veram probationem requirenti, satisfit, si aliquid juris præsumptione edoceatur. 650. 71.

In qualibet causarum specie plerubique locorum, ultra Juris communis dispositionem, per Statuta localia, certus modus procedendi præfinitus est, præcisè observandus. 912. 681.

Verbum, Sollen / præsertim in Statuto positum, præcisam importat necessitatem. 1294. 13. cons. 16. n. 688. & 956.

De termino per Statutum præfixo vid. Terminus.

An etiam Statuta, certam pœnam delictum committentibus præfinientia, sive in rem loquantur, sive in personam, in illis obtineant, qui tale delictum committi mandant, vel aliorum opera ad hoc utuntur? 265. 91. & sqq.

Statuto, regulariter, contravenire haud creditur, qui ex necessitate ei contravenit. 537. 348.

Regula, quòd posteriora prioribus derogent, in Statutis quoque locum habet. 177. 182.

Argumentum à contrario in Statutorum interpretatione est efficacissimum. 1452. 118.

Statuta, inter alia, etiam ex vicinorum Jure & consuetudine, haud infrequentem interpretationem facilè recipiunt. 207. 503. & sqq. 130. 282. 1756. 8.

Statutum Viciniæ, in dubio, tùm demùm respicitur, quando æquitas naturalis, & Jus commune super re, de qua agitur, nihil disponit. 664. 46.

In aliquâ provinciâ Statuta vel consueta quoad omnes familias & homines obtinent, donec contrarium legitimè probetur. 228. 739.

Statutum liberæ & immediatæ Civitatis Hailbronnensis de legitima conjugum successione latè examinatur. cons. 2.

Exhibetur prædicatum istius Statuti, quòd quædam bona verè mobilia, vel incorporalia, immobilium jure, ex dispositione illius, censeri, & post obitum conjugis superviventis præmortui cognatis restitui debeant. 109. 16. & seq.

Subjectum hujus dispositionis, quænam scil. bona ista gemina qualitate sint affecta?

109. 18. & seqq.

Ad fundandum effectum successionis, ut videlicet supervivens maritus, vel uxor, in bonis à prædefuncto relictis, tùm verè immobilibus, tùm & illis, quæ per hujus Statuti sanctionem pro talibus habenda, succedere valeat, requiritur, ut illa, à prædefuncto, dotis, donationis propter nuptias, vel hæreditario, vel quolibet alio honesto titulo, in connubium illata, vel eo durante, ab illo coempta, aut alio titulo sint acquisita.

110. 22.

Immobilia bona ex connubiali acquæstu parata, vi hujus Statuti, cedunt superviventi jure pleni dominii. 110. 32. 112. 56. & sqq.

Idem obtinet etiam in frumentis & vinis, ad quæstum exinde faciendum paratis, quòd etiam illa, si ex communi coemantur acquæstu, ad superstitem conjugem, sine onere futuræ restitutionis, jure pleni dominii, similiter pertineant. 110. 33. 112. 56. & sqq. 113. 63. & sqq.

Parata pecunia à conjugibus, & ab illis in cistâ otiosa relicta, cum cæteris lucris connubialibus, superstiti pariter pleno dominio cedit.

111. 43.

Idemque dicendum, si talis pecunia in vinariam, frumentariam, pecuariam, vel aliam quæstuariam negotiationem semel quidem vel pluries fuerit expensa; sed ante præmortui conjugis obitum, ex illa rursus redacta supersit. 111. 43.

Nec diversum tunc obtinet, si pecunia, utriusque sudore parata, in ejusmodi negotiationem impensa, & primùm contingentis decessûs tempore, exindè nondùm sit recuperata.

111. 44. & sq.

Quàm variè & facilè in fraudem hujus Statuti quid fieri valeat? 112. 50. & seqq.

Bona tùm naturaliter & verè Immobilia, tùm, ex hujus Statuti singulari sanctione, pro talibus habenda, tùm demùm futuræ restitutionis, eines Ruckh, oder Widerfalls / defuncti cognatis faciendæ, objectum constituunt, si vel à conjuge præmoriente, tanquàm domino, ab initio in societatem conjugalem illata, vel pecunia illius solius propria, constante connubio, sint comparata.

112. 56. & seqq.

Vina, vel Frumenta, quæ quis ex propria cultura & cura, ex propriis vineis, vel agris, quotannis percipit, jure rerum immobilium, & restituendarum, ex mente hujus Statuti, censentur haudquaquam. 108. 10. junct. 113. 65. & seq. 118. 121.

Statutum, quòd vina, itemque frumenta ex propriis agris & vineis coacta, immobilium jure censeri non debeant, ceu nos ad Jus Commune reducens, favorabile est, & dehinc non difficilem patitur extensionem.

118. 129.

Utrum, juxta hoc Statutum, à præmortuo marito, ceu pellipario, in magna, vel etiam modica quantitate parata coria immobilium jure censeri debeant, & dehinc ejus viduæ non plena illorum proprietas competat; sed solùm ususfructus ad dies vitæ; ipsâ verò defunctâ tantundem in genere, vel æstimationem, prædefuncti cognatis restitui oporteat?

114. 72. & seqq.

Expenduntur hæc verba laudati Statuti: Daß die Gewahr / die einer einkaufft hat zum Kauffhandel / den damit treibende / und was darein und dazu gehört / vor ligend Guth gehalten werden solle. 114. 73. & seq.

Vi Statuti quæstionis etiam omnia coria jàm perfectè parata, vel parari saltem cœpta, aut destinata, sub nomine omnium à præmortuo marito relictorum mobilium, daß dem überlebenden Ehegatten alle fahrende Haab zugehörig seyn solle / comprehenduntur.

115. 90. & seq.

Merces ad negotiandum coemptæ speciali Statuto tùm Colonienſi, tùm Nassovico, tùm Francofurtano, & Hailbronnensi in classem bb. immobilium, posthabito Jure communi, referuntur. 117. 104. & seq.

Hujusmodi Statuta ad pelles & coria, licet negotiationis causa parata, non debent extendi. 117. 106. & seqq.

Qui pelles animalium hoc fine compararunt, ut Coria hinc parent, Leder bereiten / suoque labore parata divendant, non malè cum illis, qui frumenta, vel vina in suis prædiis, sua propria cultura & cura percipiunt, per Statutum Hailbronnense comparari videntur.

118. 127.

Verpfändete Schulden / in Statuto Hailbronnensi, illa debita dicuntur, pro quibus privata, vel publica hypotheca est constituta: Ac eapropter & ipsa immobilium censui annumerantur. 124. 202.

Utrum, juxta successorium Statutum Hailbronnense, solutio æris alieni, à præmoriente conjuge contracti, ipsius heredibus fideicommissariis, Widerfalls, Erben / an verò superstiti conjugi incumbat? 126. 235. & seqq.

An portio conjugibus secundum Statutum Hail-

Hailbronnense debita, ab altero conjuge, in totum vel pro parte adimi vel legatis, fideicommissis, aut aliis modis gravari possit? 131. 291. usque ad 317.

Quando integer acquæstus conjugalis superviventi conjugi per Statutum addicitur, tunc omnia debita socialia ab ipso solvenda sunt; sed non-socialia à mariti hæredibus. 127. 246.

Etiam in Statutis sub nomine mobilium non sola utensilia, Hauß-Geräth, veniunt; sed ea omnia, quæ, de loco in locum, salva & integra transferri possunt. 418. 476.

Statutum, superstiti conjugi successionem deferens, sub nomine mobilium etiam pecudes & animalia complectitur. cons. 16. n. 498.

Tale in ditione Nassovica viget. cons. 16. n. 500.

Idem obtinet in pecoribus, fundi instruendi causa paratis. cons. 16. n. 507.

Statuta familiæ à Principibus, Comitibus, imò etiam Baronibus, & Nobilibus omnimodam jurisdictionem habentibus, condita, quòd bona paterna ad solos masculos pervenire, & è contra filiabus tantùm congruæ dotes, alimenta, vel alia portio exolvi debeat, etiam sine Cæsarea confirmatione valent: 402. 256.

Neque filiæ tali Statuto se opponere possunt. 412. 369.

Statuta & pacta familiarum illustrium & superillustrium, juxta quotidianam praxin, non aliter, quàm in scriptis, confici solent. 831. 105. 833. 122.

Libera testandi facultas nemini per Statutum, etiam familiæ, auferri potest. cons. 16. n. 712. & seq.

De Statuto duorum opificiorum simultaneum exercitium prohibente vid. Opificium.

Statuto nexui agricolationis futuros alicujus loci incolas afficiente vid. Homo proprius.

Societate bb. conjugalium Statutaria vid. Societas bb. conjugalis.

Statuto, præter societatem simpliciter bonorum, simùl ratione bb. mobilium universalem communionem inducente vid. Societas Bb. conjugalis.

Portione conjugum statutaria vid. porrò Conjux.

Statutis Fœminarum à successione exclusivis vid. porrò Fideicommissum. Renuntiatio.

Quatenùs Statuto legitima mutari valeat? vid. Legitima.

STATIM.

Hæ duæ Clausulæ: Ipso jure, & ipso facto, inter alia, etiam idem significant, quod adverbia, Mox, Statim, Confestim. 407. 310. & seqq.

STELLIONATUS.

Ad probandum crimen Stellionatus non præcisè directæ & vulgares requiruntur probationes; sed etiam perspicuæ, vehementes, urgentes, & valdè evidentes præsumptiones ab ipsis LLatoribus admittuntur. 1545. 86.

Crimen Stellionatus, non minùs ac Falsi, atrociorem, & quidem ex falsitate profectum, dolum ad sui constitutionem requirit. 1546. 99.

Dolus iste improbior, gravior & atrocior esse debet, quàm in actione de dolo requiritur. 1546. 99.

Differentia specifica criminis Stellionatus à crimine falsi in quo consistat? 1546. 97.

Tàm illa oppignoratio, quando quis, loco aureæ, quam primò ostenderat, totam aream, vel totam argenteam; sed tantùm inauratam catenam, vel pro genuina & vera gemma, creditori monstrata, aliam adulterinam subdolè subjicit, quàm hæc, si quis, non præcedente tali ostensione, falsas catenas, margaritas, & similia, pro veris, simpliciter pignori subjiciat, extraordinarium saltem Stellionatûs crimen inducit. 1547. 103. & seqq.

Aliud exemplum criminis Stellionatus. 277. 255.

Quando damnum ex crimine Stellionatus in Rempublicam vel privatos redundans, magnum est & notabile, tunc, ob illa, etiam ultimi supplicii pœna decerni potest. 1548. 118.

Idem etiam de *frequenti hujus criminis reiteratione*, pro qualitate circumstantiarum, asserendum. 1549. 121.

Inter crimen falsi & Stellionatûs, quoad pœnam, non magnum intercedit discrimen. 1546. 100.

Etiam pœna Stellionatûs est arbitraria. 1550. 119.

STIGMA.

Ex qua ratione Imp. Constantinus Stigma frontis humanæ inuri prohibuerit? 1550. 138.

An Statutum huic prohibitioni contrarium pro valido habendum? 1551. 139. & seqq.

Quid in specie in Saxonia quoad hoc punctum obtineat? 1551. 141. & 149. & seq.

In quibus locis, & delictis, quo fine, ac quot modis ejusmodi Stigmatum inustio hodiè frequentetur? 1551. 144. & seqq.

De Stigmatis inustione vid. porrò Fericidium. Furtum.

STIPENDIUM.

Stipendia cum ecclesiasticis & aliis similibus corporibus eodem jure censenda. 676. 18.

Hinc & legata pro iisdem relicta ad pias causas facta dicuntur. 676. 19. & 20.

Quando ususfructus Stipendii alicui relictus, tunc ipse jure veri usufructuarii censeri debet. 676. 25.

Ad quem prædii in usumfructum ità concessi proprietas spectet? 676. 18.

Primo loco ad Stipendii usumfructum vocatus substitutos excludit. 677. 27.

Stipendium duobus, de familia testatoris, ad studia idoneis adolescentibus, &, si ex familia nemo studiis incumbat, duobus egenis Civium filiis relictum, si saltem unus de familia testatoris studiis operam navet, ei totus Stipendii reditus exolvitur, exclusis & hactenùs civium filiis. 678. 45.

Natura tùm substitutionis, tùm juris accrescendi, tùm voluntas testatoris prorsùs negligerentur, si, vel uno agnato literis operam dante, extranei simùl in talis Stipendii communionem admitterentur. 678. 48.

Agnati, in tali casu, sunt primarii legatarii. 679. 49.

Verissimè dicitur, quòd adsint agnati, etiamsi duntaxat unicus adsit. 679. 50. 697. 299. & sqq.

An illi unico agnato universus Stipendii usufructus debeatur? 679. 57.

Quidsi reditus illius, ob rarissimam etiam complurium annorum fertilitatem, sint exuberantissimi? 679. 59.

Usufructu Stipendii alicui relictô, quinam fructus vel reditus ad stipendiarium pertineant? 679. 63. & mult. sqq. Conf. Ususfructus.

An etiam laudemia ipsum sequantur, vel an illa ad Stipendium, tanquàm pium corpus, ut ejus augmentum, referri debeant? vid. Laudemium.

Deficientibus de familia studiosis consultissimum est, illius proventus annuos fœnori collocari, ut ex annuis usuris Stipendium augeatur, atque ità ejusdem beneficiarii tanto locupletiore fruantur subsidio. 684. 122. & seq.

Salvo jure veri ususfructus benè fieri potest, ut administrator Stipendii, nomine beneficiarii, fructus percipiat. 689. 199. & sqq.

Tales Stipendiarii fructus non ipsi percipere possunt, ceu suorum studiorum causa absentes. 690. 206.

Stipendium sic relictum: Denen Studenten von meinem Geschlecht verschaffe ich alle jahr/ und eines jeden jahrs besonders/ die Nutznieſſung von meinem Guth N. omnes ejus, etiam extraordinarios, reditus complectitur. 682. 99.

Idem pronuntiandum de hac fundatione: Denen Studenten von meinem Geschlecht verschaffe ich die jährliche Nutznieſſung von meinem Guth N. 682. 100.

Disponens: Daß/ nach seiner Haußfrauen tod/ deren er eines Guths plenissimum usumfructum, sub nominibus aller jährlichen Gefäll/ nutzungen und einkommens/ verschafft/ der usufructus zu einem Stipendio verwendet/ und davon einig Christliche Evangelische Jugend von seinem Geschlecht bestmöglichst unterhalten/ und fortbefördert werden solle/ etiam suis cognatis haud obscurè usumfructum legasse existimatur, 689. 192.

Fundum seu dotem sui Stipendii, in gratiam literarum planè rudium Cognatorum augeri prohibens, multo magis in gratiam academicis studiis, magno sumptu, incumbentium aliorum Cognatorum id augeri noluisse, & his potiùs quovis modo prospicere voluisse existimari debet. 694. 270.

Expresse disponens, quòd, in casu vacaturæ, etiam multorum annorum reditus non debeant suo Stipendio adjici; sed inter alios ab eodem Stipendio, regulariter, excluſos, cognatos in partes distribui debeant, multo magis & hoc, quòd rarenter obveniens reditus laudemialis non debeat suo Stipendio adjici; sed potiùs inter suos, quos ad plenum illius usumfructum vocavit, academicis studiis, per multos annos, magnis sumtibus incumbentes cognatos similiter distribui debeat, per optimam consequentiam, voluisse censetur. 694. 272.

Qui tùm faciliori, tùm & efficaciori, imò etiam justiori & suæ principali intentioni, quam in fundatione Stipendii habuit, longè congruentiore via & mediis hoc suum Stipendium augeri noluit, ille utique multo minùs via difficiliori, & non tàm efficaci, & in ordine ad suos stipendiarios, ceu ad plenum illius usumfructum vocatos, cum juris fructuarii præjudicio conjuncta, & præcipuè intentum studiorum favorem valdè imminuente, sicque propriæ voluntati omninò adversa, ad augendum Stipendium uti voluisse intelligi debet. 694. 273.

Qui majore favore suos illiteratos, quos habet, cognatos, quàm à sese fundatum Stipendium, complectitur, multo utique majore literatos cognatos, quorum commodo idem illud Stipendium condidit, in simili casu, favore complexus intelligi debet. 695. 279. & sq.

Quis ordo in Stipendii, in commodum familiæ relicti, fruitione servari debeat? 1227. 30. & sqq.

In una eademque oratione ad Stipendium vocati, & per particulam, Et, copulati, non demùm successivè, seu post deficientiam alterius Partis vocati censentur. 1230. 70. & sq.

Fundator expresse dicens, daß/ im fall aus seiner/ NB. und seiner Frauen obgedachter Freundschafft/ keiner/ oder doch nicht drey seyn möchten/ die sich zu der perception seiner Stipendien qualificiren könten/ alsdann NB. weiter absteigenden Bluts-Freunden/ oder/ in ermanglung deren/ es NB. Frembden unvermögenden Subjectis &c. gereicht werden solle/ multo magis primo loco, cum suis Agnatis, si horum non tres; sed duo tantùm academicis studiis actualiter incumbant, vel unus solùm, vel planè nullus, vocatos cognatos suæ uxoris ad hoc beneficium stipendiarium admittere voluisse censeri debet. 1234. 75.

In casum, si non tres; sed duo solùm, vel unus solus, ex suis Agnatis, & suæ uxoris primo loco vocatis Cognatis supersit, etiam remotiores uxoris cognatos, & si nec ex his aliquis ad studia academica aptus concurrat, etiam prorsùs extraneos, à pietate & ingenii felicitate commendabiles, vocans, multo utique magis primo loco vocatos uxorios cognatos, simùl cum uno vel duobus agnatis vocare voluisse intelligi debet. 1231. 78. & seqq.

Si igitur saltem unus, vel duo agnati in academia actualiter degant, tunc uxoris cognatorum simultaneo concursui; si verò nullus talis agnatus supersit, tunc trium cognatorum primo loco vocatorum admissioni locus patescit. 1231. 80.

Si præteritis annis non tres; sed tantummodò duo, vel unus, vel planè nullus testatoris agnatus academicis studiis operam navaverit; & ex uxoris cognatione vel unus, vel duo, vel tres academici hac fundatione frui debuissent, tunc cuique illorum æquissimè succurritur, ut per integrum sexennium ipsis debiti reditus istius Stipendii adhuc exolvantur. 1231. 84.

Modò lapsus tricennii unius vel alterius anni reditum non peremerit. 1232. 85.

Adversus Stipendii administratorem & inspectores imploratio nobilis officii Judicis per totos XXX. annos competit. 1232. 87.

Contra lapsum dicti temporis an ex capite ignorantiæ, & quamdiu in integrum restitutio competat? 1232. 88. & seqq. 1236. 132. & seqq.

Transactio super Stipendio, à solis fundatoris agnatis, cum aliis inita, cognatis uxoris, Stipendii ab illo, etiam in ipsorum gratiam, fundati ignaris, officere haud potest. 1233. 101.

Quidsi talis transactio à Principe fuerit confirmata? 1233. 107. & seqq. 1234. 124. & seqq.

Transactio super Stipendio in ultima voluntate ordinato non aliter subsistit, quàm tabulis ejus plenè inspectis & cognitis. 1234. 120. & seqq.

STIPULATIO.

Stipulatio, etiam de Jure Romano, pœnitentiam excludit. 750. 397.

Hodiè solennis Stipulationis efficacia nudo pacto plenissimè est communicata. 750. 396. 288. 72. 751. 412. 1709. 75.

Nisi pactum sit merè contractûs præparatorium. 1709. 76.

Etiam simplex Stipulatio, contractui innominato adjecta, pœnitentiam excludit. 751. 409. 1706. 39. & seqq.

Stipulatio quantitatis, annua, bima, trima die solvendæ, an pro una vel pluribus haberi debeat? 702. 373.

Stipulatio unius rei, per promissionem duarum, an vitietur? 829. 74.

Licum intervallum ne quidem scrupulosissimum Stipulationis contractum vitiat; dumq; dò eodem die Promissio subsequatur. 1628. 31.

Stipulatio ad favorem personarum contemplatarum restringi debet, neque aliter absolutè realis dici potest, quàm quoadusque personæ contemplatæ adhuc supersunt. 1135. 330.

Stipulatio quando præsumatur? 1371. 40.

An alteri Stipulari liceat? vid. Obligatio.

De Stipulatione pro se & suis hæredibus facta vid. Hæres.

STUDIOSUS. STUDIUM.

Studiosi, amore scientiæ, exules facti, de divitibus pauperes semetipsos exinaniunt. 692. 240.

De Legato pro Studiis & Stipendiis relicto vid. Stipendium.

STYLUS CURIÆ.

Stylus Curiæ & ordo judicii accuratè servandus. 912. 66. 1629. 42.

Eandem cum lege ac consuetudine vim habet, ac proin nemini, & præprimis nec subditis, ab illo recedere ullatenùs licet. 1630. 43.

Illo non observato sententia ipso jure nulla est. 912. 67.

Utrum Stylus Curiæ de curia domini directi prædiorum emphyteuticorum æquè prædicari possit, ac de Curia feudali? 648. 33. junct. 657. 195.

SUBDITUS.

Moribus Germaniæ Subditi in viros & homines dividuntur, in Männer und Leuthe/ sicut Jure Romano in liberos & servos. 165. 40.

De mandato de non offendendo Subditis contra magistratum non facilè concedendo vid. Mandatum de non offendendo. Salvus Conductus.

Observantia & hoc præprimis declarat, ad quid Subditi teneantur suo superiori. 211. 558. & seq.

Posterior conventio cum Subditis inita prioribus derogat. 177. 177. & seqq.

Utrum Principis alicujus Subditi in alterius clientelam seu protectionem, invito vel inscio ipsorum domino, recipi valeant? 179. 215. & seq.

Subditi non semper sunt homines proprii, & homines proprii non semper sunt Subditi. 180. 213. & seqq.

De operis Subditorum vid. Operæ.

SUBHASTATIO.

Ubi societas bb. universalis in specie sic dicta inter conjuges obtinet, ibi etiam bona Uxoris, pro debitis ante matrimonium à marito contractis, subhastari possunt. 1757. 29.

SUBJECTUM.

Negato Subjecto omne etiam illius objectum negatur. 812. 223. 294. 141. 781. 150.

Qualia sunt prædicata, tale quoque Subjectum, 230. 761.

Contraria eidem Subjecto simùl inesse nequeunt. 1230.61.

SUBSCRIPTIO.

Subscriptio totam illam Scripturam, cui subjicitur, repræsentare censetur. 340.35.
Instrumentum subscribens, regulariter, omnia illius contenta perlegisse,& pro veris approbare intelligitur. 340.13. & seq. 290.96. & seq. 1473.295.
Si præsertim in suis actionibus circumspectus & industrius esse soleat. 340.36.
Vel si actus ipsemet illum per necessariam consequentiam tangat, ab ipso tamen facilè impediri possit. 36.314.
Vel si officii nomine aliquid subscribat. 1472.289.
Sive Subscriptio sit generalis, sive specialis. 299.98.
Si quis ipse contractum, quocunque modo,saltem conciliaverit, vel de illo participet,tunc, contra propriæ suæ manûs Subscriptionem, illum, ex capite simulationis, impugnare non potest. 493.29. 36.311. & seqq.
Qui Instrumentum venditionis tantùm, ut testis, vel autoritatis præstandæ causa subscribit, sibi planè non præjudicat. 323.77.
Præprimis si Clausulam: Mit und meinen Erben ohne schaden / adjecerit. 323.78.
Ut Subscriptio agnatorum, quoad venditionem feudi,ipsis præjudicet, declaratio requiritur, se subscribere, ut Agnatos. 323.79.
Negotium, absoluta & simplici, etiam testis, tutoris, curatoris, & similium personarum Subscriptione munitum, illis præjudicat. 36.315.
Ex subscriptione redditarum Rationum fides approbationis & justificationis illarum principaliter dependet. 500.28.
De rasura nominis subscripti vid. Falsum.
In negotiis, quæ plures, ut singulos, concernunt, omnes, indè obligandi, subscribere tenentur. 833.127.
Instrumentum privatum fidem non facit, nisi quatenùs Subscriptum reperitur à partibus. 833.128.
Quatenùs appositio Sigilli vice Subscriptionis fungatur, vel non? vid. Sigillum.
De Subscriptione in contractu in scriptis celebrato necessaria vid. Scriptura.
testium testamentariorum vid. Testamentum.
Crimine falsi per Subscriptionem commisso vid. Falsum.

SUBSELLIUM.

De Subselliis Templorum, Kirch-Stühlen / vid. Templum.

SUBSTITUTIO.

Substitutio directa, in casum vulgaris Substitutionis proprium facta, utrumque casum, voluntatis & impotentiæ, regulariter, complect[illegible] 13.105.
Sed aliud obtinet in casu adjectæ particulæ, Tunc, oder Alßdann. 13.106.
Ultra casus ab ipso testatore expressos, & certo modo ac gradu circumscriptos, solo favore Agnationis, plures Substitutiones, in dubio, haudquaquàm admitti debent. 27.228. 29.248. & seq. 60.530.
Ab activa ad passivam vocationem etiam in casibus, ubi testator plures Substitutionum gradus ordinavit, non valet consequentia. 33.283.
Deficiente prima Substitutione, per defectum adjectæ conditionis, etiam subordinatæ, & abilla pendentes totaliter corruunt. 43.378. & seq. 54.476. & seq.
Non obstantibus amplissimis, temporis infinitatem, perpetuam familiæ, & bonorum in illa conservationem importantibus verbis. 43.380. 55.478. & seq.
Verba,per modum enunciationis eventus prolata, non ampliant præcedentem Substitutionem. 56.491.
Prima Substitutio declarat, quæ fuerit mens testatoris in secunda. 59.522.
Quotnam testes ad Substitutionem legaliter probandam sint necessarii? 952.518.
Utrum alternativa hæc institutio: Meum fratrem,(vel meam sororem,) aut ejus liberos hæredes instituo, pro fideicommissaria haberi debeat, vel an illa directam, nimirum vulgarem, Substitutionem operetur? 863.83. & seqq.
In reciprocis Substitutionibus una eademque determinatio, plura respiciens determinabilia, omnia æqualiter determinat. 394.155.
Substitutio etiam in legatis & donationibus tàm inter vivos, quàm mortis causa, locum sortitur. 864.93.
In legatis tàm vulgarem, quàm fideicommissariam Substitutionem fieri posse num rectè dicatur? 864.94. & seqq.
De Substitutione sub conditione, si hæres sine Liberis, vel sine Liberis masculis, decesserit, facta vid. Liberi.
Substitutione fideicommissaria vid, porrò Fideicommissum.
Substitutione quoad personas ad Stipendium vocatas vid. Stipendium.

SUCCESSIO. SUCCESSOR.
Conf. Heres.

Testatoris cognatos in pari gradu positos & lex naturæ, & omnia prudentum responsa ad Successionem vocant. 346.31. 807.162. 973.763. 1138.352. 1160.615.
Confirmationes pactorum,jurium & privilegiorum à quovis Successore in regimine fieri solent. 223.690.
In dubio quilibet ordinem succedendi ab intestato observari voluisse intelligi debet. 804.118.
Donatio proximis cognatis facta in modum an-

vicipatæ Successionis ab intestato facta videtur, & juxta hanc regulanda venit. 971. 737.
In Qq. ad Successionum, sive hæreditariarum, sive fideicommiss. materiam spectantibus, regulariter, tempus mortis illius personæ, de cujus Successione agitur, considerari solet. cons. 16. n. 658.
Soli Successores universales ad æris alieni solutionem tenentur. 742. 321.
Usufructuarius, etiam omnium bonorum, non est Successor universalis. 742. 321.
Exceptiones reales etiam Hæredibus, & illis, quos jus autoris circa rem sequitur, competunt. 1483. 22.
Etiam Legatarii in horum classem referendi. 1483. 23.
Etiam maximæ bonorum partis Donatarius tamen non universalis; sed saltem singularis est successor. 949. 489.
De Successione in feudis vid. Feudum.
Pactis Successoriis vid. Pactum. Fideicommissum.
Successionum renuntiationibus vid. Renuntiatio.
Unius Creditoris in alterius locum Successione vid. Credd. Concursus.
Successione Conjugum Statutaria, in specie Hailbronnensi, vid. Statutum. Conjux.
Pactis Successoriis vid. Pactum. Dos. Fideicommissum.

SUCCESSIVUM.

De Gravamine Successivo vid. Gravamen.

SUGGESTIO.

De Testamento ad Suggestionem alterius condito vid. Testamentum.

SUMMA.

De Summa appellabili vid. Appellatio.
Donatione magnæ Summæ vid. Donatio.

SUMMARIUS. Conf. Executio.

In Causis Summariis sine strepitu & figura judicii procedi debet. 1325. 22.
Causa dotis aggregatur Summariis. 1325. 21.

SUPELLEX.

An sub nomine Supellectilis, des Haußraths/ Haußgeräths/ etiam tapetia comprehendantur? 416. 436. & sq.
Complures, hodiè, unter dem Haußrath/ und denen Mobilien/ oder Fahrnus/ nullam faciunt differentiam. 416. 440. & sq.
Galli les Meubles utplurimùm ad solam Supellectilem domesticam restringunt. 417. 447.
Idem de Italia testatur Tessaurus. 417. 449.
Et de regno Lusitaniæ Ar. Pinellus. 417. 450.
Usus tamen modernus in hoc, ut sub nomine mobilium, Germanis der Mobilien/ in Germania, Gallia, & alibi, sola supellex & utensilia indigitentur, non universalis est. 418. 471. & seqq.
Ubi talis communis usus loquendi, quo nomen mobilium ad sola Supellectilia restringitur, probari non potest, à propria verborum significatione non recedendum. 418. 475.
Supellectilis nomine non veniunt res moventes & animales. 419. 493.

SUPERFLUITAS.

Omnes Superfluitates Legibus exosæ sunt. 345. 3.
Sola ratio evitandæ Superfluitatis ad inducendum novum fideicommissum haud sufficit. 23. 197.

SUPERINTENDENS.

In Ecclesiis Evangelicis Superintendentes, sua ratione, repræsentant Episcopos. 483. 237. 486. 280.
Non-dissensus Superintendentis in materia præscriptionis æquipollet ipsius consensui expresso. 483. 239.
De Superintendentibus Ecclesiæ vid. nonnulla sub voc. Templum.

SUPERSTITIO.

Qui, sine expresso cum Dæmone pacto vel colloquio, tantùm superstitiosis remediis, v. g. ad depellendos morbos utitur, saltem extraordinaria aliqua coërcitione afficitur. 568. 51.

SUPPLICATIO.

Toties Supplicare *LL. permittunt, quoties novum à Judice gravamen infertur.* 791. 1143.
Renuntiatio Supplicationis sententiam mutatæ in rem judicatam. 1243. 54.

SUPRADICTUM. SUPRASCRIPTUM.

Verba relativa: Wie vorstehet/ ut Supra, vim repetendi & restringendi habent. 15. 121. & seqq.

SURROGATUM.

Surrogatum illius, in cujus locum Surrogatum est, naturam sapit. 1236. 138. 1632. 71.
In judiciis particularibus hæc regula non obtinet. 283. 23.

SUUM.

Vid. Meum.

SYNDICATUS.

Fiscalis Judicem criminalem ex capite Syndicatus conveniens, si tamen nonnisi leviores quosdam, & vix censura dignos excessus vel defectus probare valeat, nullatenùs excusatur. 1380. 123.
Quando constat, processum Syndicarùs non sine omni ratione à Procuratore fisci institutum, tunc, regulariter, actio injuriarum locum non habet. 1381. 132.

SYNONYMUM.

Etiam verba Synonyma, ad idem cumulata, majorem pariunt effectum. 414. 407.

TABERNA.

De Taberna mercatoria vid. Merx.

TABULÆ.

Tabulæ inanes & evacuatæ quæ in LL. dicantur? 141. 75.

De furto Tabularum cautionis, mercatoriarum, &c. vid. Furtum.

TACENS.

Aliud est Tacere, aliud expressè contradicere. 1444. 47.

Qui suam voluntatem facillimè declarare potuisset, Tacendo, beneficium sibi oblatum repudiasse omninò censetur. 1710. 81.

De præsente & Tacente vid. Præsens.

TACITUM.

Utrum Tacitus consensus in perpetua bonorum communione inducenda, præ expresso, majoris sit efficaciæ? 322. 55.

Quæ Tacitè insunt, expressè adjecta nihil operantur. conf. 16. n. 673.

Regula, quòd Taciti & expressi eadem sit virtus, non procedit in prohibitis. 1266. 154. & seq.

Illustratur hoc notabili exemplo. 1266. 151. & seqq.

Nec ubi expressa voluntatis declaratio necessaria est. 1394. 95.

TALIS.

Vocabulum, Dergleichen / eique æquipollens Latina vox, Talis, vel Talia, regulariter, omnes casus in lege expresso casui æquales seu similes complectitur. 1506. 16.

TANTUM.

Particula, Tantùm, Allein / excludit omnia ab expresso diversa & dissimilia. 35. 309.

TAPETIA.

Sub nomine des Haußraths / oder Haußgeräths / etiam veniunt Tapetia; sed tantùm quotidiana, gemeine / und zum täglichen Gebrauch an den Wänden angemachte Tapezereyen; non verò etiam splendidiora, zur besonderen Zierath gebräuchige Tapeten. 416. 436. & seq.

Tapetia, præcipuè splendidiora, & non servientia usui quotidiano, utrum rebus mobilibus, an immobilibus veniant annumeranda, & an, castro venditô, pro simùl venditis haberi debeant? 417. 454. & seqq. junct. 418. 480. & seqq.

TEMPLUM.

Quatenùs cura & administratio Templi subselliorum Ædilibus, seu Præfectis Ecclesiæ, denen Kirchen / Provisorn / Kirchen / Vättern / Juraten / und Vorstehern / alibi denen Altar / Leuthen / cum Superintendentibus communis sit? 474. 107. 475. 117. & sq. 467. 134.

An Præfecti Ecclesiæ soli subsellia Templi, præprimis ad dies vitæ, justo pretio, vendere queant? 474. 108. & 475. 118.

An item titulo donationis remuneratoriæ eadem in alium transferre possint? 474. 109. & seq. 475. 120. & seqq.

De ecclesia benemerito Ministro & Superattendenti unum & alterum in illa subsellium, jure hæreditario, justissimè donatur. 475. 120.

An Ædituis jus sacelli, ex capite donationis remuneratoriæ, cuiquam dare liceat? 475. 128. & seq.

Si Ecclesiæ Præfecti simùl Consules civitatis, & ejusdem Senatores sint, aliaque concurrant, tunc pro donationis sedilium Templi remuneratoriæ validitate non injuria judicatur. 476. 130. & seq.

Si præprimis ex post facto, post obitum donatarii Superintendentis, in officio successor, cum reliquo civitatis venerando Ministerio, totusque Magistratus, & Cives ipsi, tali donationi non contradicant. 476. 132. & seqq.

Præfecti ecclesiæ tali donatione nihil contra juramentum feciss præsumuntur. 476. 156.

Ad adquirenda subsellia Templi etiam tacitus Episcopi assensus sufficit, & simplex tolerantia. 476. 136.

Subsellia Templi per traditionem, ex quolibet titulo dominii translativo factam, oneroso & lucroso, acquiri possunt. 476. 139.

A subselliis Templorum hæreditariis hæredes ab Ecclesiæ juratis præfectis excludi non possunt. 469. 15.

Hæreditaria subsellia patent omnibus hæredibus, sive sint de familia, sive non. 469. 16. 472. 70.

Ex quo talia subsellia fiunt hæreditaria, desinunt ecclesiæ proprietas esse, & in privatorum patrimonium transeunt. 469. 17.

Subsellia Templorum ex pacto speciali vel consuetudine fiunt hæreditaria & patrimonialia. 469. 18. & 21. 472. 72.

Sellarum ejusmodi qualitas hæreditaria, in dubio, non præsumitur; sed probanda, cum ecclesiæ incommodo conjuncta. 469. 20. & seq. 476. 140.

Contra hæreditariam hanc qualitatem valdè militat descriptio talium subselliorum publica autoritate facta. 469. 22.

Ex quibus verbis, inter alia, hæc qualitas probari queat? 476. 141. & 145.

Subsellium officio pastorali adscriptum pro hæreditario venditari non potest. 469. 23.

A Superintendente alicujus ecclesiæ sibi ipsi & familiæ facta subsellii adscriptio nihil operatur. 469. 25.

Nisi ad præviam legitimam ejusmodi subselliorum in ipsum collatam donationem facta fuerit. 476. 143. & seq.

Provisores Ecclesiæ, der Kirchen / Vorsteher / &c.

Kirchen-Juraten / &c. utrum alicui, titulo donationis, hæreditarium in templo subsellium adscribere valeant? 470. 29.
An & quatenùs subsellia Templi objectum præscriptionis constituant? 470. 40. & seqq. 471. 58. & seqq.
Tale subsellium hæreditar. etiam ab ecclesiæ Superattendente, propter vitium malæ fidei, præscribi non potest. 470. 34.
Quamdiu Superintendens & ejus familia, ratione officii, subselliis utuntur, nulla præscriptio incipere potest. 470. 37.
Sola scientia Juris circa subsellia ecclesiæ competentis donatarium Superintendentem malæ fidei non convincit. 477. 153.
Certitudo insignium de ecclesia meritorum, ab ecclesiæ Præfectis grata mente agnitorum, malæ fidei notam totaliter resecat. 477. 150. & seq.
Malæ fidei argumenta ex tricennalis, & multo magis ex quadragenarii temporis lapsu omnimodò purgantur. 477. 158. & seq.
In Templo complura sunt non DEO consecrata; sed Parochianorum usibus inservientia. 471. 47. & seqq.
Sedilia in Templo non animo consecrandi; sed sibi habendi & retinendi in Templo extruuntur. 471. 48.
Et proindè, ceu res in commercio existentes, tùm venditionis, tùm alio titulo, in alios transferri possunt. 471. 49.
Nisi ecclesiastica unius vel alterius loci vel Provinciæ ordinatio adversetur. 471. 49.
In Foro Saxonico talia subsellia nec inter vivos, nec per ultimam voluntatem in alios transferri possunt. 471. 49.
Possessores hujusmodi subselliorum, in Foro Saxonico, illorum meri sunt usufructuarii. 471. 51.
Alibi talia subsellia, ceu usui hominum accommodata, & privatis cujusvis expensis comparata, ità possidentur, ac si sint in commercio; & venalia sunt. 471. 52. & seqq.
Hujusmodi subsellia ab illis, qui aliquandiu injustum illorum usum habuerunt, tanquàm propria, vindicari queunt, etiam ex sententia Pontificiorum. 7411 55.
Et pro illis quoque competunt remedia possessoria, tùm retinendæ, tùm recuperandæ possessionis. 471. 56.
Imò etiam eorundem defensio armatâ quoque manu fieri potest. 471. 57.
Si aliquis neque vi, neque clam, neque precariò, talem Sellam, tanquàm vacuam, possidere inceperit, & possessionem diu continuaverit, adversus Ecclesiam, per annorum XL. & adversus privatum per XXX. tantùm annorum decursum illam præscribit. 472. 63.
Quibus locis subsellia hæreditaria titulo emtionis vend. parari possunt, etiam præscribi possunt. 472. 64.
Non saltem per temporis immemorialis; verùm etiam solius longissimi lapsum. 472. 65.
Subsellia, ceu in Templis certo loco affixa, immobilium jure existimantur. 472. 68.
Et, ob usum perpetuum, feudo annumerantur. 472. 69.
In acquirendo honorifico scamno in Templo eadem præscriptionis & consuetudinis auctoritas est. 472. 71. & seqq.
Utrum ad talium subselliorum præscriptionem etiam titulus requiratur? 472. 75. & seqq.
An patientia sit loco tituli? 472. 80. & seqq.
Si titulus suppetat, an præscriptio sit fructranea? 472. 81.
An per præscriptionem talium subselliorum dominium acquiratur, vel tantùm aliquod inferius Jus? 473. 82. & seqq.
Templorum exstructio, conservatio & reparatio cui incumbat? 162. 8. & seqq.
De injuria in Templo alicui illata, eique annexa turbatione sacrorum publicorum vid. Injuria. Sacrum.

TEMPUS.

Quæ ad certum Tempus sunt concessa, eo finito non amplius debentur. 622. 119. & sqq.
Inclusio unius Temporis continet alterius exclusionem. 994. 75.
Clausula: Wann/Wie/und So offt sie wollen/ Latinis, toties, quoties, nullo tempore circumscribitur; *sed Temporis infinitatem significat.* 779. 125.
Idem de Clausula: Uber kurtz oder lang/ vel Jederzeit/ dicendum. 780. 116. 780. 137. & seqq.
Illustratur hoc exemplo pacti de retrovendendo sub hac clausula initi. 780. 130.
Si adverbium, Quandocunque, in promissione appositum fuerit, tunc omnis Temporis præscriptio, sive statutaria, sive legalis, exclusa censetur. 780. 131. & seq.
Quodnam Tempus in æstimando vero pretio & læsione sit respiciendum? vid. Pretium. Læsio.
Senatus concessi Privilegii manutentiam, Dann/ als Jetzt/ und Jetzt/ als Dann/ promittens, eandem in omnia futura Tempora promisisse intelligitur. 781. 153.
Temporum diversitas etiam diversitatem factorum inducit, sive de criminali, sive de civili causa quæstio sit. 1060. 212.
Quodnam Tempus in dijudicanda alicujus prætensa credulitate respici debeat? vid. Credulitas.
De antiquitate Temporis, cujus sit effectus in ordine ad probandum dominium? vid. Vindicatio.
In pœna delicto commensuranda attendendum est Tempus commissi delicti. 1281. 81.
Quem effectum lapsus Temporis in ordine ad excludendam præsumtionem violentæ vel precariæ possessionis habeat? vid. Possessio.

Tempus utile adversus ignorantem non currit. 1236. 139.
Tempus immemoriale quodnam dicatur? 203. 474.
Falsum est, quòd illud, cujus contrarium ratione initii, ex antiquis instrumentis probari potest, non sit immemoriale. 203. 472. & sqq.
Refertur egregia distinctio B. Dni Strykii inter probandum facti initium, & facti memoriam. 203. 475. & sqq.
Ad probationem Temporis immemorialis satis est, ut illius initium memoriam senum, qui modò supervivunt, etiam ex auditu & traditione suorum antecessorum, excedat. 193. 367. 204. 482.
Memoria contrarii ex instrumentis antiquis probati tùm demùm attenditur, si etiam juris, quod quis per illa probare intendit, continuatio cum illis concurrat. 205. 487.
Plura de possessione Temporis immemorialis vid. sub voc. Possessio.
Etiam jus prælationis, ex sola Temporis prioritate competens, privilegii nomen in LL. gerit. 1441. 18.
Quæ incerta adhuc sunt, utrum sint Temporaria, vel perpetua? pro perpetuis habentur. 432. 638.
Quæ ab initio statim nulla sunt, regulariter, solo Temporis tractu convalescere nequeunt. 1485. 43.
Tametsi de actu geminato quæstio sit. 1485. 43.
Non semper sufficit dicere, imò etiam probare, quòd aliquid factum sit; sed necesse est etiam illud probare, quo Tempore hoc vel illud sit factum? 1475. 313.
De bona fide ex lapsu Temporis præsumenda vid. Præscriptio.
præsumtione ex præsenti Tempore ad præteritum, & contra, vid. Præsumtio.
solennibus ex lapsu Temporis præsumendis vid. Solenne.
Temporis in æstimando vero rei pretio habenda ratione vid. Pretium.
Tempore mortis vid. Mors.
Tempore nocturno vid. Nox.
Quale Tempus in restitutione monetæ, interea Temporis mutatæ, respiciendum sit? vid. Moneta. Thalerus.

TERMINUS. Conf. Mensis.

Debitori grandi ære alieno oppresso æquissimè indulgentur Termini solutionis. 343. 73.
Judex Terminum quadrimestrem in L. fin. Cod. de usur. rei judic. præscriptum, ex justis causis, arctare potest, vel prolongare. 343. 75. & seq.
Plus favoris est in Terminô prolongandô, quàm eôdem arctando. 343. 77.
In nominibus, per plures pensiones, in vielen Jahres-Fristen / in futurum solvendis, licet longè minus pretium pro illis solvatur; tamen
Lex Anastasiana nullum locum sortitur. 1177. 63. & sq.
Omnis Teminus probatorius est peremptorius. 1247. 90.
Ex lapsu Termini, à lege vel judice præstituti, adversæ parti statim acquiritur jus. 1241. 23.
Jus per lapsum Termini probatorii adversæ parti acquisitum nec per moræ purgationem, nec expensarum refusionem, nec celerrimè peragendæ novæ actionis oblationem, eidem adimi potest. 1241. 23. 1247. 91. & sqq.
Novi Termini concessio, vel concessi; sed totaliter elapsi prorogatio, imò etiam probatio postea demùm facta, regulariter, nulla est. 1247. 94. & sq.
Ad obtinendam Termini probatorii prorogationem sufficit, illam ante Termini præfixi decursum decenter exorari. 1240. 7. & seqq.
Terminus legalis longè fortiùs adstringit, quàm judicialis. 1247. 98.
Elapso licet Termino judiciali tamen probationes in secunda instantia adhuc audiuntur. 1247. 100.
Ubi calculi errores commissi dicuntur, Judex facilis esse debet in concedendo novo Termino. 1247. 102.
Summum Principis consistorium plures Terminos concedere potest. 1247. 101.
De facultate ex domo conducta ante Terminum conventum emigrandi vid. Locatio Conductio.
laudemio sub certis Terminis solvendo vid. Laudemium.

TERRITIO.

Vid. Tortura.

TERRITORIUM. TERRITORIALIS.

An leges Territorii etiam extraneos ligent? vid. Forensis.
De Jure operas à subditis exigendi Territoriali superioritati adhærente vid. Operæ.

TERTIUS.

Res inter alios actæ Tertio non præjudicant. 1761. 65.
Hæc regula in ipsa naturali ratione fundata est. 1649. 57. & sq.
In jure Tertii nemo quisquam, agendo, vel excipiendo, fundare se potest. 322. 65. 827. 47. 874. 211. & sq. 970. 734. 1682. 11.
Quibus casibus hoc limitetur? 839. 203. 1682. 13.
Jus Tertii allegare nihil aliud est, quàm se plumis alienis, cùm propriis sit nudus, contegere velle. 827. 49. 970. 735.
Ne quidem jus fisci, ecclesiæ, vel domini feudi tertio, regulariter, allegare licet. 1682. 12.
An confessio Tertio præjudicet? vid. Confessio.
De facto Tertii vid. porrò Factum.

TESTAMENTUM.

Testamenta innumeris falsitatibus & fraudibus obnoxia sunt. 921. 196.

Hinc LLatores, pro iisdem omnimodò averruncandis, multum vigiliarum & curarum sumpserunt. 921. 169.

Ad obtinendam sinceritatem Testamentorum principale remedium Principibus visum fuit, ut in illorum ordinatione septenarius testium numerus requiratur. 922. 170. & seqq. 924. 195. 941. 398.

Quænam diversissimi hujus juris, quòd ad contractuum probationem duo testes sufficiant, & in ultimis voluntatibus è contra septem vel quinque testes necessarii sint, sit ratio? 916. 106. 922. 173. & sqq.

Legi divinæ LLator humanus non adversatur, quando, ad falsitates & innumeras fraudes à supremis elogiis eliminandas, septenarium vel alium testium numerum efflagitat. 961. 623. 962. 631.

Tales LL. politicæ subditos etiam in conscientia obligant. 962. 624.

Quænam fraudes tùm in ipsa Testamentorum ordinatione, tùm per subjectionem adulterini Testamenti post mortem sint consuetæ? 922. 174. & sqq.

Consilium Imp. Maximiliani I. de pluribus, quàm VII. testibus adhibendis. 922. 177.

Quandocunque de ipsa testatoris voluntate ejusque substantia probanda quæritur, septenarius testium numerus præcisè requiritur. 924. 187.

Etiam secundum modernam Praxin Cameræ Imperialis. 924. 188.

Contendens, se esse hæredem institutum, super ipsa substantia voluntatis se fundat, hincque probationem per VII. testes afferre oportet. 924. 189. & sq.

Ad probandam testatoris voluntatis solennitatem, v. gr. quod Testamentum deperditum pleno testium numero, omnique alia solennitate constiterit, duo testes sufficiunt; sed ad probandam voluntatis veritatem, quid scil. testator in eadem verè disposuerit, vel quæ ipsius mens fuerit, præcisè septem testes necessarii sunt. 924. 191. & sq. 926. 214. 939. 377. 940. 388. 952. 516. & sqq.

Septenarius testium numerus est de substantia actus testandi, & forma illius probationis, hincque, salvo Testamento, abesse non potest. 943. 418. 952. 520.

Testamenta uno contextu sunt ordinanda. 861. 64.

In solennibus Testamentis tantùm septenarius testium numerus legitimus est. 862. 74. 924. 187.

Testis testamentarius, de seipso sponte confitens, quòd per Testatoris ægrotantis domesticos, ad hoc, ut illum ad Testamentum condendum disponeret, specialiter vocatus, & propterea, quòd illum, ultra opinionem suam, periculosè decumbentem deprehenderit, per duas horas ejus lecto assederit, variasque eidem, de condendo Testamento, rationes suggesserit, ac tandem eundem, suis perlocutionibus, ad erigendum Testamentum commoverit, suum proprium testimonium suspectissimum reddit, imò planè annihilat. 934. 325.

Etiam domesticorum, qui talem testem, ad condendum Testamentum, moribundum, non testaturum, instantissimè urgentem, advocarunt, & ad tales sollicitationes adhibendas subornarunt, testimonium, hoc ipso, suspectum evadit. 935. 334.

In hujusmodi casu hæc nonnullorum in se valè periculosa sententia, quòd ad Testamenti, etiam nuncupativi, probationem nonnisi binarius testium numerus requiratur, in summo gradu periculosa, imò nulla ratione admissibilis est. 935. 335.

Minister, vel Officialis in Testamento, in quo ipsius dominus hæres institutur, vel alio modo honoratur, benè testis esse potest. 1489. 90. & seq.

Utrum & quatenus Monachi & Religiosi testium testamentariorum officio fungi queant? 919. 140. & sqq. junct. 951. 515.

Quid in specie de Clericis secularibus dicendum? 919. 143.

Quidsi nulli alii testes, quàm VII. Minoritæ, in actu testandi præsentes fuerint? 919. 148.

Anne etiam in casu, quo hæreditas monasterio relinquitur, Monachi in illo degentes in talis Testamenti *ordinatione testes esse possint?* 920. 151.

Etiam Famuli, in domini sui Testamento, testium munere fungi possunt. 530. 237. 920. 154.

Testatoris Secretarius, etiamsi de pane illius vivat; tamen in Testamento, quod ille ordinat, æquè testis esse potest, ac alii moderni ministri & famuli. 920. 152 & seqq.

Legatarii & Fideicommissarii particulares etiam in Testamento nuncupativo testis munus obire queunt. 920. 155. & seqq.

Ad Testamenti probationem testes rogari necessarii sunt. 943. 40.

Scientia testium, quòd testator in instanti suum ultimum elogium conficere velit, & cùm ipsi, ob adventum testamentarii, in proximum conclave discedere vellent, ipsius testatoris mox adjecta revocatio, Sie sollen nur da bleiben / oder alle da bleiben / an ad rogationem sufficiat? 918. 132. & seqq. junct. 951. 515.

Ad rogationem testium nihil aliud requiritur, quàm ut testes moneantur, se ad ordinationem Testamenti adhiberi. 918. 135.

Jus Canonum permittit, ut quilibet coram Parocho & duobus saltem testibus suæ mentis postremum judicium publicet. 961. 615.

Modò ille sit proprius Testatoris Parochus, 961. 616.

Vel saltem tempore confecti Testamenti testatoris actualis vel ordinarius sit Confessionarius. 961. 617.

Et de fide ipſius atque integritate nulla incidat dubitatio. 961. 618.
Hic modus teſtandi etiam Legi Divinæ congruentior videtur. 961. 621.
Hic novus teſtandi modus per Jus Canonicum inductus in ſolis terris Eccleſiæ Romanæ, quæ Pontificis ſeculari poteſtati obnoxiæ, receptus eſt. 962. 633.
Ex terris Imperii nova hæc conſtitutio, ex omnium concordi teſtimonio, exulat. 962. 636.
Valde anceps eſt Quæſtio: Utrum illa in terris, in quibus Eccleſia ſecularem poteſtatem aliis conceſſit, nimirum in Regno Neapolitano, Ducatibus Urbinenſi & Ferrarienſi, locum obtineat? 963. 637.
Suprema Curia Pariſienſis Anno 1592. Teſtamentum ità conditum ideò confirmavit, quia conditor illius civis Avenionenſis fuit. 963. 638.
Imò iſtam Pontificiam teſtandi rationem hodiè à tota exulare Italia, ipſaque Roma, probatiſſimi Italiæ DDres teſtantur. 963. 639.
Ante tempora Bartoli hujus generis Teſtamenta nunquàm fuere admiſſa. 963. 639.
In Germania iſte teſtandi modus adeò non receptus, ut nec ipſi Romano-Catholicæ Eccleſiæ addicti Status eundem in ſuis ditionibus tolerent. 963. 641.
In ſola Saxonia ſingulariter receptum, ut ruſtici coram Parocho & duobus teſtibus teſtari valeant. 963. 642.
In terris Imperii, neglecta Canonum diſpoſitione, præciſe ſervanda Conſtitutio Imperii Politica de Anno 1512. Coloniæ promulgata. 963. 644.
Omnes ferè teſtamentariæ ſolennitates ſunt juris merè poſitivi. 1500. 25.
Principem alicui privilegium ſine omni omninò ſolennitate teſtandi concedere poſſe, dummodò ſolennitas probatoria, & quæ ex Jure Gg. deſcendit, non intermittatur, indubium eſt. 1500. 25.
Recenſetur tale Privilegium ab Imp. Rudolpho II. olim conceſſum. 1500. 25.
Teſtamentum Principi, Comiti, vel alii Imperii Statui, etiam absque ulla vel teſtium, vel alterius cujuslibet teſtamentariæ ſolennitatis interventu oblatum, non minùs validum eſt, quàm coram VII. teſtibus ordinatum. 1499. 11.
Idem etiam de Teſtamento coram ſolo Comite Palatino vel ordinato, vel ab illo confirmato dicendum. 1499. 12.
Teſtamentum à Comite Palatino ſubſcriptum ac confirmatum non minùs validum eſt, ac apud acta Judicii ſolenniſſimè confectum. 1501. 34.
Ad Teſtamentum Judiciale ſeu apud acta condendum Jure communi nihil ultra requiritur, quàm præſentia Judicis, à Teſtatore ſupremum ipſius elogium acceptantis. 952. 522.
Eodem Jure præſentia ſolius Judicis, vel ab illo mandatam jurisdictionem habentis, præprimis in ipſo Judicii loco, absque ullo Scabino, ad hujusmodi Teſtamentum ſufficiens eſt. 952. 523. & ſqq. 1499. 14.
Etiam ſereniſſimus Saxoniæ Elector Legem 19. Cod. de teſtam. non alio ſenſu, quàm quòd ſolius Judicis præſentia ad Teſtamenti judicialis ordinationem ſufficiens ſit, exaudiendam eſſe exiſtimat. 1500. 18.
Adducuntur hanc in rem aliquot conformia Reſponſa & Præjudicia Dnn. Jenenſium & Lipſienſium. 1500. 19. & ſeq.
Hujusmodi Teſtamenta rectè quidem conduntur vor einem Land-Richter; ſed non etiam in præſentia des alleinigen Land-Schreibers. 952. 526. & ſeq.
Secundum modernam Jurisprudentiam hujusmodi Teſtamenta, extra locum judicii, coram Judice ſolo, propriiſſimè ſic dicto, plerubique locorum, ordinari non poſſunt; ſed & porrò duorum, vel quatuor Scabinorum, & nonnullibi etiam aliquot civium præſentia requiritur. 952. 528.
In Provinciis, ubi Jus Saxenicum viget, ut & aliis multis, (quæ recenſentur) præſentia Judicis & duorum, ad minimum, Scabinorum requiritur. 953. 529.
Hincque talia Teſtamenta, in iſtis locis, non poſſunt condi coram Judice, & ejusdem Judicii Actuario. 953. 532.
Nec coram Actuario & unico Scabino. 953. 533.
Nec præſente ſolo Judice; vel ſolo Actuario. 953. 534. & ſeq.
Neque etiam coram unico ex Judicii Aſſeſſoribus ſeu Senatoribus; tametſi à Judice ſpecialiter deputato. 953. 536.
Et omnium minimè coram tribus vel pluribus perſonis privatis, quamvis judiciali authoritate ad domum teſtatoris ægroti ablegatis. 953. 537.
Alibi trium Scabinorum præſentia neceſſaria eſt. 953. 538.
Alibi duorum, vel trium Scabinorum; & præterea unius, vel plurium civium. 953. 539.
Alibi quatuor Scabinorum præſentia requiritur, ut in terris Würtembergicis. 953. 540.
In Teſtamentis judicialibus, quæ extra locum Judicii conduntur, major fraudis & falſitatis ſuſpicio militat, quàm in loco judicii, ut ideò unica duntaxat perſona illis amoliendis non credatur ſufficere. 953. 541.
Etiam quoad Scabinos, in multis locis, haudquaquàm ſufficit, ut illi tantùm à Teſtatore privatim convocentur; ſed Teſtator ipſum Judicem, vel totum Senatum rogare tenetur, ut aliqui, ipſius voluntatem excepturi, ab illo deputentur. 954. 543.
Conſul regens, vel Judex hoc Scabinis non ſolùm in Judicii loco; verùm etiam privatim committere poteſt, ut, nomine Senatûs, actui teſtandi in ædibus privatis peragendo interſint. 953. 544.

Non sufficit, Scabinos, à Testatore, duntaxat privatim, tanquàm testes, rogari, vel alia de causa ad ipsum venisse. 954. 545.
Nonnullibi tamen hujusmodi prævia Senatus vel Superioris rogatio & deputatio non est necessitatis. 954. 550.
In quibusdam locis Testamenta etiam soli Procuratori specialiter ad hoc constituto (dem Testaments-Herrn/ sive Testaments-Secretario exindè dicto) exhiberi sufficit; modò illa à Testatore exarata vel subscripta sint. 1500. 21.
Talis Consuetudo obtinet in Civitate Brunsuicensi. 1500. 22.
Ad Testamentum judiciale præcisè requiritur, ut Testator Senatum, Scabinos, vel Judicem expressè roget, ut ipsius Testamentum ab ipso acceptent, & publicis Judicii actis insinuent. 954. 554.
Testamentum in scriptis per VII. testium subscriptionem & subsignationem, nec non propriam manum ipsius testatoris, vel subscriptionem octavi testis extra omnem controversiæ aleam ponitur. 923. 178.
Quamplurimi DDres etiam ad talis Testamenti subsistentiam & probationem præcisè requirunt, ut omnes VII. testes, post obitum testatoris, adhuc sint in vivis, omnesque & singuli sua sigilla publicè recognoscant. 923. 179.
Sicut in scriptis confectum Testamentum septem testium signis & subscriptionibus corroboratur, licet omnes moriantur; ità nuncupativi tota fides à jurato septem testium testimonio dependet. 925. 201.
In Testamento in scriptis condendo VII. testes testimonium de defuncti voluntate, sua subscriptione, & subsignatione, perhibere dicuntur. 925. 202.
Istæ subscriptiones exindè vocantur testium depositiones. 925. 202.
Hæ verò ipsæ depositiones præcisè septenarium testium numerum exigunt. 925. 203.
Si unus testis, vel unius testis subscriptio vel subsignatio deficiat, totum deficit Testamentum. 925. 204. & 207.
Testamentum in scriptis confectum ne, per amissionem unius solummodò originalis, facilè pereat, quale consilium suppeditet Imp. Justinianus? 941. 397.
Quænam Testamenti nuncupativi sint requisita substantialia? 914. 94. & sqq.
Quot nam testes in illo sint necessarii? 915. 105.
In casu, quo plures, quàm VII. testes in actu testandi præsentes fuere, & testatorem non saltem viderunt; sed & omnia suæ ult. voluntatis capitula enarrantem audiverunt; sed septem duntaxat fuere rogati, his præmorientibus, aliorum septem testium; verùm non rogatorum jurata testimonia haud admittuntur. 942. 406. & sqq.
Quidsi testes non rogati numero quadraginta vel plures sint? 942. 407. & sqq.
An ad legitimam Testamenti nuncupativi expliciti probationem requiratur, ut testes in ipsa verborum figura & formalitate conspirent? An verò sufficiat, si testes de omnibus Testamenti particulis in principali & substantia concordent? 932. 302. & mult. sqq.
Quidsi ipsa testatoris, quibus ille usus dicitur, verborum formalitas, ab ipso actore, in articulis probatorialibus fuerit proposita? 933. 303. & sqq.
An in probatione Testamenti nuncupativi explicitis illi etiam testes, qui dicunt, se hoc vel illud non audivisse, vel se non recordari, quòd illa audiverint, ità ut aliqui plus, aliqui minùs deponant, pro testibus contradicentibus, & consequenter pro illegitimis habendi veniant? 933. 314. & sqq. 934. 316. & sqq.
Si præsertim de ipsa hæredis institutione quæratur? 933. 315. & sq.
Testamentum nuncupativum explicitum conservandi primus modus est, ut desuper solenne, à publico Notario, instrumentum conficiatur. 923. 180. & sq. 925. 201. 926. 215. & sqq. 941. 396. 944. 430.
Secundus, ut illud illicò, vel post ipsum testandi actum, vel post obitum testatoris, per juratum omnium & singulorum VII. testium examen, publicetur. 923. 183. 926. 218. & sqq. 941. 396. 943. 424. & sqq. 944. 428.
Hæc publicatio, etiam vivente adhuc testatore, fieri potest. 923. 184. 943. 425. 944. 428.
Publicique instrumenti vice fungitur. 923. 184.
Requisita hujus publicationis. 944. 429.
Duo hi modi Testamentum tale nuncupativum conservant, etiamsi omnes testes, vivo adhuc testatore, decedant. 923. 184. 928. 245.
Quando hæres nuncupatus, adhuc vivo testatore, juratum VII. testium examen desiderat, & hæredes legitimi, ad videndum & audiendum, testes illos jurare, secundum nonnullos DDres citandi, Testamenti ordinati notitiam consequuntur, longè difficilius, quàm post mortem illius, falsitates committi possunt. 944. 426.
Tertius modus talia Testamenta conservandi hic est, si summa Principis autoritate, vel publica actorum judicii fide ordinentur. 923. 185.
Si neuter ex istis modis intervenerit, tunc Testamentum nuncupativum explicitum, vel per omnes VII. testes, & præcisè illos ipsos, qui ordinationi ejus interfuere, cum omnibus illius capitulis & contentis probari oportet, vel totum Testamentum, si vel unicus ex illis septem testibus decesserit, totaliter corruit. 924. 186. & sqq. 925. 201. & sq. 926. 215. & mult. sqq. 928. 249. & sqq. 940. 395.
Unico ex VII. testibus ante ipsum testatorem nuncupativum moriente non quidem jus desistit

ficit hæredi in tali Teſtamento vocato; benè tamen legitima & ſufficiens probatio.
492. 405.
Annon hæres tali caſu, ſi ipſemet ſui nuncupationem coram audiverit, ad juramentùm in ſupplementum admittendus veniat?
943. 414. & ſqq.
Hæredis inſtitutio per nuncupationem explicitam facta non aliter probatur, quàm per ſeptenarium teſtium numerum. 924. 190.
Quo ſenſu Imperator dicat, quòd in Teſtamento nuncupativo non tot ac tantæ, ac in myſtico Teſtamento, ſolennitates neceſſariæ ſint? 924. 197. ſq.
In Teſtamentis nuncupativis rigoroſior & exactior, quàm in myſticis Teſtamentis, probatio requiritur. 924. 199. & ſq.
In nuncupativo Teſtamento ipſa tota teſtatoris voluntas, ceu præcisè VII. teſtium ſimùl præſentium ſcientiæ, conſcientiæ & fidei concredita, mediante corporali omnium jurejurando, probari oportet. 925. 205. & 208.
Probatio illius, præcisè per VII. teſtes facienda, ſuccedit in locum ejus, quæ in myſtico Teſtamento fit per ſcripturam, ſeptem teſtium manu & ſigillis roboratam. 925. 206.
Uno itaque teſte deficiente hujusmodi Teſtamenti ſolennitas & probatio deficit, imò ipſa ejusdem eſſentia atque ſubſtantia.
925. 207. & 210. 926. 215. & mult. ſqq.
Hæc quorundàm DDrum nimiùm generaliter concepta doctrina, quòd quidem ad Teſtamentum nuncupativum explicitum condendum ſeptem teſtes requirantur; ſed ad illud probandum ſaltem duo ſufficiant, nullo prorsùs in LL. fundamento ſubnititur.
936. 352. juncto 916. 110. ſqq.
Contraria ſententia, quòd, ſi tale Teſtamentum nec apud acta judicii conditum, neque per inſtrumenti publici confeſſionem, neque alia ratione, vivente adhuc teſtatore, publicatum; ſed privata ſeptem teſtium fide ſit conditum, non aliter probari queat, quàm ſi omnes hi teſtes illius contenta juratò atteſtentur, pertextus apertos, inconcuſſas rationes, & innumeras authoritates probatur. 937. 354.
Si ſuper Teſtamento nuncupativo ſolenne à publico Notario inſtrumentum confectum fuerit, & hoc ipſum inſtrumentum poſtea caſu fortuito amiſſum probetur, tunc per duos ſaltem teſtes, omni exceptione ſuperiores, qui actui teſtandi interfuerunt, tùm hoc quòd tale ſolenne inſtrumentum revera confectum aliquando extiterit, tùm illius contenta probari valere, non adeò inveriſimile eſt. 937. 363. 940. 389. & ſeqq.
In talibus terminis utrum etiam teſtes, qui actui teſtandi non interfuere; veruntamen inſtrumentum ſuper nuncupativo Teſtamento confectum viderunt, legerunt, & tùm Solennitates in illo adhibitas, tùm & ipſam Teſtatoris voluntatem, omniaque & ſingula illius capitula perſpectiſſima ſe habere, juratò atteſtantur, pro arbitrio Judicis admitti debeant? 937. 366. & ſeqq.
Quidſi præſertim aliundè jam conſtet, quòd tale Teſtamentum, ſuper quo à Notario confectum ſolenne & publicum inſtrumentum amiſſum eſt, reverà adhibitâ debita ſolennitate, fuerit ordinatum? 938. 373. & ſeqq.
Quid dicendum, ſi nuda tantùm Voluntatis Teſtatoris conſignatio, tametſi ab ipſo, etiam publico Notario, ad calamum dictata, & ab hoc Teſtatori, præſentibus teſtibus, rursùs prælecta; ſed neque teſtium, neque etiam Notarii ſubſcriptione, neque Notariatûs ſigillo munita, deperdita dicatur?
939. 378. & ſeqq.
Multum refert, an ſuper Teſtamento explicitè nuncupato à Notario publico ſolenne Inſtrumentum conficiatur; an verò id ſaltem à perſona privata in ſcripturam redigatur.
930. 278. & ſeqq. 939. 386.
Hæc ſententia, quod ad probationem Teſtamenti nuncupativi, quotiescunque de ipſa Teſtatoris voluntate probanda agitur, præcisè iidem hi ſeptem teſtes, qui actui teſtandi interfuerunt, neceſſarii ſint, & uno illorum morte prærepto Teſtamentum prorsùs corruat, uſu fori obſervatur, & tùm Cameræ Imperialis, tùm etiam aliorum ſummorum Tribunalium judicatis comprobata eſt.
945. 435. & ſeqq.
Teſtamentum nuncupativum per duos teſtes non aliter probatur, quàm ſi (1.) ſuper illo inſtrumentum omnibus numeris abſolutum, (2.) à publico Notario confectum; vel ipſum Teſtamentum à Judice publicatum & authenticatum, (3.) de talis ſolennis inſtrumenti confectione, atque vera, per aliquod tempus exiſtentia; vel ipſius Teſtamenti publicatione; (4.) de caſuali ejusdem amiſſione legaliter conſtet; & ut (5.) duo teſtes, omni exceptione ſuperiores, tùm de voluntate in illo contenta, tùm de actus teſtandi ſolennitate, mediante juramento, atque ità deponant, ut nulla ex cauſa reddantur ſuſpecti.
940. 394.
Hisce ſummè neceſſariis reſtrictionibus & requiſitis poſthabitis quot & quænam inconvenientiæ & abſurditates admittendæ forent? 940. 395. & mult. ſeqq. 944. 428. & ſeqq.
Inter cautelas & modos Teſtamentum nuncupativum conſervandi etiam hic refertur à DDbus, ut, ſi tale Teſtamentum coram VII. ad illud rogatis teſtibus perfectè ſit conditum, confeſtim Notarius, cum duobus teſtibus inſtrumentariis, eo fine advocetur, ut tùm ipſe teſtator, tùm & omnes VII. teſtes ſuam manum & ſigillum, coram ipſis, recognoſcant, & ſuper hac ipſa recognitione ſolenne inſtrumentum conficiatur.
945. 431. & ſeq.
Vel: Ut teſtator per nuncupationem implici-

tam testaturus Notarium adhibeat, Schedam ità inscripturum: Hanc esse ipsam illam Schedam, quam testator, coram VII. testibus subscriptis pro sua voluntate haberi voluerit. 945.433.

In Testamento nuncupativo implicito septem, vel ad minimum quinq; testium juratæ depositiones, ad identitatem Schedæ probandam, necessariæ sunt. 943.423.

Duo hæc: Testamentum nuncupativum in scripturam redactum, & publicum instrumentum desuper esse confectum, qua ratione differant? 928.244. & seqq.

An ad hoc, ut Testamento nuncupativo plena fides constet, sufficiat, ut illud à Notario, & testibus, ad ejus confectionem rogatis, subscribatur? 929.250.

Juxta LL. Romanas illi soli, qui in bellica expeditione constituti sunt, Jure militari testari possunt. 521.126. 955.558. 957.582. & sqq.

Expeditio bellica quænam in genere contineat? 521.130. 955.561. & seq. 958.591.

Illa non solùm præsentia, ab hoste præsente imminentia, pericula; sed & remotiora, & non tàm evidenter ob oculos versantia, suo ambitu complectitur. 521.131.

Etiam hostis fugientis persecutionem. 522.132.

Etiam tempus, quo hostis, seu in terra, seu in mari, exploratur, vel expectatur. 522.133. 523.153.

Etiam, quando milites in armis procedunt, locum aliquem invasuri, & obsidio cincturi, einen Orth zu berennen und investiren. 522.136.

Etiam quando in extremis castrorum terminis agunt, verlohrne Schildwacht halten. 522.137.

Etiam quando in castris à fronte suorum hostium stant. 522.134.

Etiam quando invasio ab hoste metuenda. 522.135.

Miles, hostem nec in oculis, nec in vicinia habens, & per Principis, cui militat, intermedium exercitum à periculis tutus, absque solennitate testari non potest. 522.139.

Quando unicus miles nunc primùm castra Ducis sui sequitur, der Armee erst nachraißt/ & in medio itinere gravi morbo corripitur, ob quem in aliquo intermedio oppido vel pago remanet, ubi sufficientem testium numerum habere posset, tunc ipse singulari militum privilegio in condendo Testamento uti non potest. 522.138.

Præsertim si non hostilem; sed amicum exercitum, in fronte, seu oculis, & hunc ipsum inter se & hostium legiones intermedium habeat, sicq; nullum ab hoste præsens periculum metuere teneatur. 523.153.

Privilegium testandi militibus indultum certis finibus circumscriptum est, & militibus non semper, nec ubique competit. 523.147. 956.568.

Absona quorundam sententia est, quòd omnes milites, quamprimùm in matriculam relati sunt, jure militari testari possint. 956.574. & seqq.

Miles in pugna graviter vulneratus, si, ad vulnera sua obliganda & curanda, in aliquem vicinum locum concedat, ab hostili periculo non satis tutum, ibi sine solennibus testari potest. 523.148.

Sive incolæ ejus loci, ex hostium metu, jam omnes aufugerint, sive omnia in summo disturbio sint posita, & ad fugam parata, 523.149. & seq.

Pericula bellica, & quidem præsentanea, præcipuam rationem privilegiis militum in ordinatione testamenti dederunt. 522.140. & 142. 955.565.

Cessante hac ipsa palmaria ratione ipsum etiam privilegium militibus indultum totaliter cessat. 522.141. 525.175. & sq. 955.566. & sq.

Solus metus periculi ad id sufficiens haud est. 522.143. 955.567.

Privilegia militaria confestim, ac milites sua Testamenta alibi, quàm in castris, conficiunt, omnimodò conticescunt. 524.160. & sqq.

Milites, qui extra periculum & aciem sunt, sive domi, sive alibi sint, Jure communi testari coguntur. 525.176. 527.207. 531.247. & seq. 532.258. 960.609.

Paganus in hosticum demùm proficiscens, & extra hosticum Testamentum suum ordinans, omnes solennitates *adhibere tenetur; Neque* sufficit, ipsum postea in hostico decedere. 526.192.

Nisi illud denuò, in hostico existens, specialiter confirmet. 526.193.

Pagani in hostico, summoque ab hostibus vitæ periculo, privilegium in testando militibus indultum frustrà sibi vindicarent, si Principum specificæ constitutiones hoc non concessissent. 542.419.

Ex Testamento à milite condito, tanquàm privilegiario, succedere anhelantes probare tenentur, periculum invasionis sive expeditionis, eo tempore, quo id condebatur, non vanum subfuisse. 523.145. & seq.

Quatenùs, in dubio, pro validitate Testamenti militaris pronuntiandum? 536.319. & seqq.

Constitutio Imperii Politica de Anno 1512. ab Imp. Maximil. I. Coloniæ promulgata hodiè omnium, à militantibus, quandocunque condendorum, Testamentorum perpetua cynosura est. 525.177. & seqq. 958.592.

In illa tres Militum classes ponuntur: Prima illorum, die zwar zu Felde; aber nicht am Streitt seyn: Secunda eorum, die in Ubung des Streitts seyn: Tertia illorum, die weder in solcher übung und streitt/ noch auch zu feld ligen. 525.182. 958.591. & sq.

Milites in castris, im offentlichen Feldlager; sed sine præsenti, ab hoste præsenti, imminente periculo, sicque etiam in conflictu, nec actu

actu primo, nec secundo existentes, binarium testium numerum adhibere tenentur.
525. 184. & 179. 958. 595. & sq.

Nisi perditas, quas dicunt, excubias agant.
525. 185. 959. 596.

Zu Felde Ligen nihil aliud denotat, quàm præsenter existere in congregatione militantium copiarum, suo ordine per castra dispositarum, & quidem in tali loco & tempore, ubi nullum præsentaneum ab hoste præsente periculum imminet; sicque milites nec actu, nec potentia proxima in conflictu existunt.
526. 188. 959. 598.

Quando miles in castra necdùm pervenit; sed ad illa modò iter facit, & in medio itinere morbo correptus, in aliquo intermedio pago, vel oppido, usque ad suam mortem, manere compellitur, an de Testamento ab illo confecto dici possit, daß es von einem zufeld gelegenen Soldaten gemacht sey?
526. 186. & sqq.

Noviter in militiam lecti tyrones, licet publicis expensis in castra iter faciant; tamen jure militari nondùm testari queunt. 526. 194.

Erst in das Feld stehen/ und in dem Feld ligen diversissima sunt. 526. 195. & sqq.

Phrasis hæc, in Ubung des Streitts seyn/ quoad milites secundæ classis in d. Const. Maxim. obvia, non tantùm actualem prœliantium congressum denotat; sed & totum exercitus in castris existentis, operosum ad pugnam, vel proximè metuendam, vel jamdùm imminentem, vel jamjam inchoatam apparatum complectitur. 527. 199. & sq. 959. 602.

An illa militi in castra demùm proficiscenti applicari possit? 527. 198. 202. & sqq.

Miles in pugna, in Ubung des Streits/ graviter vulneratus; vel tempore pugnæ, propter morbi gravitatem, in loco hostilis periculi pleno constitutus omnibus militi in expeditione constituto concessis privilegiis gaudet.
534. 291.

In talibus terminis etiam loquitur Viglius, cujus decisionem minùs rectè intellectam alii malè extenderunt. 534. 292. & sqq.

Miles ad actualem expeditionem procedens, &, dùm ità procedit, in suam patriam civitatem delatus, si tantillum saltem temporis, ut propria manu suæ ultimæ voluntatis capitula in chartam conjicere valeat, ipsi reliquum sit, &, hoc facto, confestim cœptam expeditionem prosequi teneatur, absque solennitatibus securè testatur. 535. 309. & seqq.

Idque sive supremum suæ mentis judicium in forma Testamenti, codicilli, vel similis suprema voluntatis declaret, sive in forma alicujus chirographi, sive denique in modum alicujus epistolæ. 520, 105. & sqq. junct. 535. 309. & sqq.

Facilè fieri potest, ut miles in expeditionis celeritate constitutus, non possit quinarium, vel septenarium habilium testium numerum confestim ad manus habere. 535. 311.

Vel ut inter cœptæ & celeriter prosequendæ expeditionis necessitates unam vel alteram solennitatem non decenter adhibeat.
535. 312.

De tali milite, durante actuali expeditione, per patriam suam civitatem transeunte, & in illa suam ultimam voluntatem ordinante, propter necessitatem jam susceptæ executionis, quâ animus ipsius variè distringitur, vix dici potest, quòd ipse in suis ædibus testetur.
535. 313.

Milites tertiæ classis in dicta sanctione Maximilianæa secundum regulas Juris communis testari oportet. 960. 607.

In nuncupativis militum Testamentis etiam LL. Romanæ duos testes requirunt; verùm tantùm ad probationem. 528. 211.

Constitutio Maximilianæa duos testes pro peculiari talium Testamentorum in castris conditorum solennitate requirit. 528. 212. & sqq.

Hæc nova solennitas, sine talis Testamenti omnimoda nullitate, intermitti non potest.
528. 213. & sqq.

Milites in castris, extra præsens periculum constituti, privilegiis militum testamentariis quidem omnibus gaudent; sed cum hâc novâ limitatione, ut semper binarium testium numerum adhibeant. 528. 216. & sqq.

Sive de Testamento in scriptis quæratur, sive nuncupativo. 528. 218. & sq.

Constitutio Maximilianæa malè ad sola Testamenta restringitur. 532. 256. & sq.

Etiam Jure Rom. quando milites in castris; sed citra hostilem necessitatem, degunt, duo testes præcisè necessarii reputantur. 529. 220.

Binarius iste testium numerus, velut quoddam militaris, in Testando, privilegii adjumentum requiritur. 529. 222.

Quando milites in castris vel navi existunt, & nullum ab hoste præsens imminet periculum, binarius testium numerus facilè adhiberi potest. 529. 224.

Etiam fœminæ in militis Testamento ad testimonium sufficiunt. 529. 225.

Sive illud in scriptis conditum sit, sive per nuncupationem. 529. 226.

Magis quieta commoratio in castris, cessante præsente ab hoste timore, in condendis Testamentis, majorem cautelam jure requirit.
529. 227.

In Testamentis militum binarius quidem testium numerus requiritur; sed non etiam testium subscriptiones, nec subsignationes.
529. 228.

Idque non solùm Jure Justinianeo; sed & juxta sæpedictam Constitutionem Maximilianæam.
529. 229.

Quando miles in castra demùm proficiscitur, & nec hostem vicinum, nec periculum ab illo de præsenti metuendum; sed exercitum si

Principis vicinum habet, & in pago, vel oppido, ubi morbo corripitur, satis temporis ei & testium suppetit, ut solenne coram illis Testamentum ordinare queat, à necessitate solenniter testandi excusatur haudquaquàm, nec coram duobus solummodò testibus Testamentum rectè ordinat. 530. 230. & sqq.

Hæredi in tali Testamento instituto probandum incumbit, quòd Testator plures testes habere nequiverit. 530. 240.

Collegii Jctorum Lipsiensium variantes sententiæ de necessitate adhibendi duos testes in Testamento in castris pacatis à milite condendo. 531. 242. & sqq.

Facultas Juridica, & Scabinatus Lipsiensis in Testamento, à milite, in castris ab hostium indultu securis condendo, binarium Testium numerum indistinctè requirit, sive de Testamento in scriptis quæratur, sive nuncupativo. 531. 244. & seq.

Nec Præfectus militaris, nec milites in loco hostibus vicino, sed benè munito, ex. gr. in præsidiis zu Lauffenburg/ Rheinfelden/ ꝛc. oder in Gränz-Vöstungen commorantes, tempore pacato, & cessantibus omnibus excursionibus, omnique à vicinis præsidiariis periculo cessante, utut vigiliæ & curæ Fortalitiorum, aliisque militaribus exercitiis incumbant, privilegii testandi participes sunt. 956. 573. 960. 605. & seq.

Tales tùm peritiorum, si quos velint consulere, tùm, quotquot voluerint, testium copiam habere possunt; hinc, sine manifestissima huic privilegio illata vi, ad hanc privilegiariam testandi rationem admitti non possunt. 957. 586.

Quando miles vulneratus, vel aliàs morbo laborans, in locum pugnæ vicinum abit, eo animo, ut, quamprimùm sanitati restitutus fuerit, ad pugnam rediret, & vel confestim, vel paulo post, ex quo in locum vicinum concessit, atque ità periculum ab hoste vicino adhucdùm durat, Testamentum suum ordinat, tunc hoc, etiam omissâ omni solennitate, validum existimatur. 531. 246. & sqq. 534. 287. & seqq.

Aliud dicendum, si testamentum ex aliquo temporis intervallo, posteaquàm periculum ab hoste remisit, in loco securo conficiatur. 531. 253. & sq.

Honorariam tantùm militiam militantes non gaudent testandi jure privilegiario. 532. 259. & seqq.

Testamentum à milite in insula Melithe, in oppido, & hospitali, & loco ab expeditione remoto, confectum, jure privilegiarii Testamenti militaris haud sustinetur. 532. 262. 956. 572.

Milites, ob adversam valetudinem, vel propter vulnera in prælio accepta, in urbe, vel alio, ab hostibus securo, loco degentes ab aliis quidem militaribus privilegiis haud excludendi; veruntamen liberæ & privilegiariæ licentiæ testandi haud participes sunt. 532. 268. & seq.

Neque dicta Constitutio Maximilianæa, sub obtentu æquitatis, & sine expressa Legis dispositione, ad alia Testamenta, quàm in expeditione vel castris confecta, extendi potest. 533. 270. & seqq.

Privilegia militum testamentaria non tàm in Ratione essentialiter consistunt, quàm in Principis voluntate, nec per modernos Jureconsultos, nec Judices extendibili. 533. 272. 960. 610. & seqq.

Sola Militis, in bellica expeditione nondùm constituti, in Epistola satis absona declarata voluntas in vim Testamenti militaris valere nequit. 536. 323.

Milites præsidiarii & limitanei tùm demum jure privilegiario testari possunt, si, nulla vel pace, vel indiciis condictis, in limitibus excubent, & quidem talibus, qui perpetuis hostium atque quotidianis excursibus obnoxii, sic, ut semper ad pericula pro Republica subeunda ipsos paratos esse oporteat. 534. 289. & sq. 956. 569. & sqq.

Idem dicendum de illis, qui in periculosis hybernis degunt, in gefährlichen Postirungen/ oder Quartieren. 534. 289. & seq. 956. 569. & seqq.

Ipsa militarium Testamentorum natura huic asserto refragatur, quòd Clausula codicillaris in iisdem *præsumatur*. 538. 364. & sqq.

Clausula codicillaris in talibus Testamentis prorsùs otiosa censenda, ceu plures requirens solennitates, quàm in talibus Testamentis necessariæ sunt. 538. 369.

Clausula, Omni meliore modo, an Testamentum à milite confectum in vim donationis inter vivos sustentet? 538. 372.

Ubi de voluntate à milite ordinata de hoc non constat, quòd illa in expeditione condita fuerit, frustra; Qr. An in illa clausula codicillaris, vel omni meliore modo aliquem habeat effectum? 539. 385. & sqq.

Clausula codicillaris etiam in Militum Testamentis non ulteriùs operatur, quàm ut omnia obliquentur, & in vim codicilli vel fideicommissi accipiantur. 541. 405.

Ad Testamentum inter libb. privilegiarium in scriptis condendum quænam requisita, Jure novissimo, sint necessaria? 1768. 21. & seq.

Dispositio Patris testamentaria inter libb. suo modo majoribus gaudet privilegiis, quàm militis Testamentum privilegiario jure conditum, ac dispositioni ad pias causas factæ æquiparatur. 1769. 30.

Etiam ab intestato decedentis Parentis, quantumvis sine omni solennitate, aut quibuscunque indiciis vel verbis declaratam, voluntatem non saltem liberos; verùm etiam Judicem sequi oportet. 1768. 23. & seqq.

Quando

Quando Pater à ſe confectum Teſtamentum, vel aliam quamlibet, etiam ab inteſtato ordinatam, ultimam voluntatem totam propria manu ſcripſit, tunc nec alia ſubſcriptio, neque teſtium præſentia neceſſaria eſt. 1769. 31. & ſeq.

Etiam nuda patris inteſtati de rebus ſuis non alienandis quomodocunque facta, voluntatis declaratio ad inducendum perpetuum familiæ fideicommiſſum ſufficere creditur. 1769. 25. & ſeqq.

De hoc vid. plura ſub tit. Fideicommiſſum.

Hinc ab omnibus ejus liberis, & quidem in ſpecie etiam à filiabus, ſemel firmiter approbata poſtea reprobari non poteſt. 1771. 51. & ſeqq.

Pater liberos legitimos, & naturales liberos habens, inter ſolos legitimos jure privilegiario diſponere poteſt. 1258. 56. & ſeqq. 1259. 62. 1262. 106. & ſqq.

Utrum in Teſtamento Parentum privilegiario clauſula codicillaris præſumatur? 536. 333. junct. 538. 369.

Teſtamentum à Patre inter libb. privilegiarium, quatenùs, propter adjectionem perſonæ extraneæ, vitietur? 829. 76.

De Pacto ſucceſſorio inter Parr. & Libb. inito vid. Pactum.

In Teſtamentis ad pias cauſas Jus Civile de ſolennibus nihil prorsùs remiſit. 1488. 73. & ſeqq.

Jure Canonico, eidemque in hoc conformibus moribus modernis Teſtamenta ad pias cauſas, coram binario ſaltem teſtium numero, validè conficiuntur. 1488. 77. & 78.

Etiam privilegiaria, à ruſticis, ruri, ordinata Teſtamenta non aliter ſubſiſtunt, quàm ſi in illo adhibiti teſtes illiterati teſtatoris voluntatem non ſaltem recognoſcant; verùm etiam jurati de illa deponant. 925. 212. 941. 400.

Teſtamentum ruſticum quot teſtes deſideret? 941. 400.

An & quatenùs unus pro altero literarum imperito ſubſcribere valeat? 941. 400.

An ad probationem talis Teſtamenti duo ſaltem teſtes ſufficiant? 941. 401.

In Saxonia ruſtici coram Parocho & duobus teſtibus teſtari poſſunt. 963. 642.

In Indias navigantium, & exindè redeuntium Teſtamenta, ex Hollandiæ Generalium Ordinum diſpoſitione, in libros his rebus deſtinatos annotari, & illius, qui hoc ſcripſit, nec non duorum teſtium ſubſcriptione firmari debent. 529. 225.

Utrum miles, vel paganus, ſi ſufficientem teſtium numerum, in itinere, quod proſequitur, habere non poſſit, annon ſaltem in tali neceſſitate, prout poteſt & vult, ſicque ſine ſolennibus, de ſua familia teſtari poſſit? & an tale Teſtamentum pro valido habendum? 537. 334. & ſeqq. junct. 541. 414. & ſqq.

Per Latrones & milites graviter vulneratus an coram auriga & famulo ſuo validè teſtetur? 537. 340. junct. 541. 414. & ſeqq.

Quid de illorum Teſtamentis ſentiendum, qui in carcere publico, vel caſtello Tyranni, ad quod nullus cuiquam acceſſus patet, coram Commentarienſi, atque alia fortaſſis præſente perſona, ſuæ mentis poſtremum judicium publicant? 537. 342. & ſeq. junct. 541. 414. & ſeqq. imprimis 425. & ſeqq.

Quid item, ſi alia, ſeu loci, ſeu temporis, ratione contingat, ut legitimus teſtium numerus adhiberi non poſſit? 537. 344. junct. 541. 414. & ſeqq.

Privilegiaria teſtandi ratio, citra Principis ſpecificam conceſſionem, nemini adſeri poteſt. 542. 418.

Inſtitutio omnium teſtatoris cognatorum non debet mutari in quorundam ſolumodò inſtitutionem. 346. 29.

Qui omnes ſuos cognatos inſtituit, nullum excludit. 346. 30.

Teſtatoris conſanguineos & Lex naturæ, & omnium prudentum reſponſa ad ſucceſſionem vocant. 346. 31. 808. 164.

Executor ult. voluntatis circa teſtamentariam hæredis inſtitutionem nihil habet poteſtatis, & nec primam, nec ſecundam inſtitutionem, vel legata ordinandi facultatem habet. 348. 60. & ſeq.

De Inſtitutione cognatorum in Teſtamento hoc modo facta, daß des Teſtatoris natürliche hæredes zu Erben eingeſetzt; jedoch die Catholiſche denen nicht Cathol. ſchen præferirt werden ſollen / vid. Cons. 13.

Voluntas teſtatoris ex majori illius dilectione & affectione erga quasdam perſonas colligitur rectiſſimè. 807. 162. 1137. 347. & ſeq.

Teſtator extraneos ſuo proprio ſanguini prætuliſſe haud præſumitur. 388. 72. 807. 163. 1138. 350. & ſeqq.

Quo propiùs aliquis teſtatoris perſonam attingit, tanto etiam magis intelligitur dilectus; & proindè in Teſtamento etiam non magis, quàm remotior cognatus; ſed potiùs minùs gravatus præſumitur. 722. 71. 723. 81. Conf. Dilectus.

Verba hæc: Daß Er folgender maſſen teſtirt und verordnet haben wolle / daß / auff zutragenden Erbfall / in der Verlaſſenſchafft es alſo gehaltten werden ſolle / daß der Sohn Theobaldus den Hof erblich beſitzen / und einer jeden Schweſter 1000. Gulden hinausgeben; das übrige alles aber die vier Erben / auff den Fall / miteinander / zu gleichen Theilen / erben und theilen ſollen / potiùs Hæredis inſtitutionem, quàm pactum redolent. 3. 21.

Æqualis erga omnes Teſtatoris affectio etiam

hoc operatur, ut in successione pariter omnium æqualis conditio sit. 866. 112.

Quando plures personæ, inter quas quidem ordo charitatis; sed non etiam necessitas illas instituendi locum obtinet, ad hæreditatem vocantur, tunc illæ simùl, & non ordine successorio, vocatæ intelliguntur. 868. 152. & seqq.

Si testator ità dicat: Meus frater, vel soror, & ejus liberi æquè hæredes sunto, tunc hæreditas dividitur in partes viriles. 869. 162.

Secùs est, si particula, Æquè, non fuerit adjecta. 870. 162.

Quoties testator plures scribit hæredes, unum simpliciter, vel proprio nomine; alios verò collectivè, seu sub collectione plurium personarum, tunc primus solus totum semissem, & cæteri omnes alterum habent. 870. 164.

De Hæredis institutione in Testamento facienda vid. porrò Hæres.

Si testator, agnatis suis, cum cognatis, simùl institutis certum aliquod præcipuum relicturus, bina, vel pluribus vicibus, de hoc, in quo illud præcipuum consistere debeat? interrogatus, sese non declaraverit, tunc vel istud Testamentum, ceu imperfectum, vel planè perplexum, vel ab ipso mutatum nullatenùs attenditur. 348. 58.

De Clausulis Testamentorum vid. Clausula. Codicillaris Clausula.

Etiam filio, per rescriptum Principis, vel à Comite Palatino legitimato, in Testamento paterno præterito, vel non ritè & legitimè exhæredato competit querela nullitatis. 1270. 203.

Ritè verò & legitimè; veruntamen iniquè exhæredato datur querela inofficiosi Testamenti. 1270. 204.

Idem obtinet in casu legitimæ non honorabili titulo institutionis tali filio relictæ. 1270. 205.

Testamentum ante filii legitimationem confectum, hac superveniente, si ille in eo nec institutus, nec exhæredatus, per sui hæredis quasi agnationem, rumpitur. 1270. 206.

Personæ à Testatore, seu universali, seu particulari titulo honoratæ, non ulteriùs ab illo onerari possunt, quàm ab illo sunt nactæ. 64. 574. 580. & seqq. 69. 628.

De bonis ab onere restitutionis immunibus Testator pro lubitu disponit. 858. 17.

Quatenùs de bonis Fideicommisso obnoxiis testari permissum, vel non? vid. Fideicommissum. Renunciatio.

Testator rem alienam legans, nihilominùs de suo intelligitur legare. 67. 613.

Res, etiam in totum aliena, à Testatore legari potest. 67. 612.

Testator de bonis futuri hæredis, non minùs, quàm de suis, disponere potest. 67. 614. & seq. 68. 614.

Eademque facultas non solùm in supremis elogiis competit; verùm etiam in pactis & negotiis inter vivos. 67. 616. seq.

Testator futuri hæredis bona etiam oppignorare, & alio titulo alienare potest. 68. 624.

Idem etiam bonis ab hærede adhuc acquirendis, tùm conventionale, tùm testamentarium fideicommissum imponere valet. 68. 625.

Idemque dicendum in specie de familiæ fideicommisso. 68. 626.

Verùm hæc omnia non ulteriùs sunt permissa, quàm quousque & quatenùs quis à Testatore fuit honoratus. 69. 628.

Bona à Testatore profecta ad personam fideicommisso honoratam gratis; sed à filiis fideicommisso oneratis emta, non nisi refuso illorum pretio, ad illam perveniunt. 69. 631.

Testator suum hæredem nimiùm onerare voluisse haud præsumitur. 80. 725.

In dubio Testator voluisse præsumitur, ut hæres suus faciat id, quod ipse facturus esset. 81. 728.

Verba in Testamento apposita omnia aliquid operari debent. 345. 13.

Verba testatoris potiùs improprianda, quàm & voluntas ejus omnimodò destruenda atque destituenda. 345. 16.

Testamenta ac supremæ voluntates adjuvandæ potiùs, quàm coarctandæ. 345. 17.

Intentio testatoris *in supremis elogiis* præcipuè spectanda. 345. 18.

Voluntas testatoris ex eo, quod dispositum, demonstratur. 345. 19.

Verbis testatoris tamdiu standum, quoadusque contraria defuncti voluntas non demonstratur. 345. 20.

Verba testatoris verè, naturaliter, & propriè intelligi debent. 345. 21.

Impium & crudele est, supremam testantis voluntatem contemni. 346. 27.

Mortale peccatum committere dicitur, qui supremam testantium voluntatem non exequitur. 346. 28.

Non præsumitur testator semetipsum in eadem oratione, uno halitu & momento, corrigere voluisse. 24. 206. 343. 33. & seqq.

Una pars Testamenti declarat alteram. 723. 74. 696. 286. 1231. 82.

Voluntas testatoris non ex una tantùm ejus parte petenda; sed ex pleno tenore. 696. 290.

Testator, in dubio, suam dispositionem juris Comm. dispositioni conformare voluisse intelligi debet. 73. 669. 681. 86. & seqq.

Testatores plerumque in suis Testamentis non adeò specificè & exactè; sed plerumque abusivè & impropriè loquuntur. 61. 546. 681. 90.

Testator seipsum declarans nulla alia declaratione necessum habet. 682. 93. 695. 285. 1231. 81.

Teſtatores ſæpè illud, quod implicitè jam dixerunt, deinceps etiam explicitè efferunt. 23. 196.
In ambiguo à ſermonis proprietate non recedendum; licet præſumtio in contrarium militet, Teſtatorem fortaſſis aliter ſenſiſſe. 689. 195. & ſq.
In caſu magis dubio à Teſtatore declarata voluntas apertiſſimo argumento eſt, quòd ipſe etiam de caſu minùs dubio non aliam voluntatem declarare voluerit. 696. 287. & 289.
Ab eo, quod certum in defuncti voluntate, non debemus recedere, & incertum admittere. 25. 213. 696. 291.
Quando mens Teſtatoris aliundè pateſcit, à propria verborum ſignificatione recedere fas eſt, imò etiam neceſſe. 63. 568. & ſq.
Ex una tantùm, vel altera voce, contra priùs jam ſatis declaratam voluntatem, eidem contrariam non licet elicere. 63. 570.
Aperta ipſius Teſtatoris voluntas tollit omnia objecta, totumque facit in ipſius Teſtamento. 1228. 42.
Teſtamentum per ſe ſatis clarè conceptum nec interpretationem, nec declarationem, nec interpretativam obſervantiam admittit. 683. 117. & ſqq. 1228. 40.
In talibus caſibus prætenſa obſervantia nihil præjudicat. 683. 119.
Non datur major Teſtatoris voluntatis veriſimilitudo, imò planè certitudo, quàm quæ ex expreſſa ipſiusmet diſpoſitione colligitur. 87. 785. & ſqq. 694. 269.
Magna veriſimilitudo, ex verbis ipſius Teſtatoris apparens, habetur pro lege & aperta veritate. 87. 785. & ſqq.
Ubi conſtat de defuncti veriſimili voluntate, non attendimus rigidam verborum illius ſignificationem. 87. 789.
Officium Judicum & Juriſprudentum in legaliter explicanda ultima Teſtatoris voluntate. 696. 288.
Quod Teſtator non voluit, nemo prudens ſupplebit. 698. 312. & ſq.
Quod Teſtator non dixit, cùm facilè potuiſſet, noſtrum non eſt ſupplere. 983. 871.
In Teſtamentis magna veritatis authoritas eſt. 536. 322.
Sed veritas ſola ad Teſtamenti validitatem haudquaquàm ſufficit; verùm etiam ſolennitas ad hoc requiritur. 536. 323.
Nemo poteſt cavere, ne LL. in ſuo Teſtamento locum habeant. 536. 324.
Æquitas non patitur, ut pro Teſtamento, non ſatis conſtantis animi judicii indiciis pleno, in dubio judicetur. 536. 319.
Obtentu æquitatis in cujuslibet cerebro natæ jura teſtamentaria non convenit ruinam facere. 536. 329.
In dubio pro Teſtamento, maximè militari, pronuntiandum. 536. 326.
Verùm, ubi de illius nullitate apertiſſimè conſtat, illud indubitanter nullum pronuntiandum. 136. 327.
Ex Teſtamento, à quo vel veritas, vel ſolennitas abeſt, nihil exigi poteſt. 536. 325.
Ulterior Teſtatoris voluntas tunc demùm aliundè induci debet, quando ipſa diſpoſitio in neceſſariam expreſſorum conſequentiam hoc præcisè efflagitat. 31. 266.
Geminatio voluntatis, ſicque etiam geminata, inſimulque ſub verbis relativis facta conditionis expreſſio, parciſſimam & ſtrictiſſimam Teſtatoris voluntatem indigitat. 55. 482.
Multa potuerunt Teſtatorem movere ad ſic diſponendum, quæ nos penitùs latent. 55. 484.
Quando ipſe Teſtator, in alia Teſtamenti parte, dictionem univerſalem reſtrinxit, illa nihil dubii parit. 63. 566.
Evitandi abſurdi cauſa, & ut menti Teſtatoris ſatisfiat, quæcunque verborum reſtrictio admittitur. 63. 567.
Teſtatoris affectio, in conjecturanda ipſius voluntate, plurimùm valet. 85. 772. & ſq. 1137. 548. Conf. Dilectio.
Voluntas Teſtatoris, regulariter, non ulteriùs attenditur, niſi quatenùs illa ex verbis appareret. 405. 288. & ſqq.
Ex ſupplementis aliundè allatis magna oritur voluntatis incertitudo, imò facilè magnus error committi poteſt. 405. 291.
Etiam in Teſtamentis quælibet dictio ad proximè præcedentia, regulariter, reſtringi debet. 860. 39.
Ad evitandam abſurditatem, vel ad claram aut præſumptam Teſtatoris voluntatem in tuto locandam, ab iſta regula ſæpe receditur. 860. 41.
Voluntatem Teſtatoris haud ratò ipſa lex vel conſuetudo interpretatur. 1144. 421.
Quando lex ipſa ultimum Teſtatoris judicium interpretatur, tunc huic interpretationi præcisè ſtandum. 1145. 422.
In cujusvis Teſtatoris familia, ipſomet teſte, fieri conſueta in dubio pro factis haberi debent. 1146. 435.
De voluntate Teſtatoris ex ordine verborum vel ſcripturæ interpretanda, vid. Scriptura.
Quando perſpicua Teſtatoris, voluntas ex ipſiusmet propriis verbis pateſcit, ibi omnis diſputatio de ipſius voluntate planè ſupervacua eſt. 1153. 532. & ſeq.
Nemo cavere poteſt, ne LL. in ſuo Teſtamento locum habeant. 1260. 69.
Si Teſtator de longè minoris momenti articulis ſpecialiter proſpexerit, & multo majoris momenti articulum nec verbulo tetigerit, quoad hunc ipſius voluntas, omni veriſimilitudine adverſante, ſomniari haud debet. 405. 285.

Testator omnia prudenter & considerate ordinâsse credendus. 398. 101.
Testator voluntatem vel jamjam declaratam, vel adhuc coram testibus solenniter declarandam ipse interpretari potest. 862. 65.
Ubi Testator seipsum glossat, non oportet recurrere ad glossam legis. 862. 65. & seq.
Testator suæ ultimæ voluntatis capitula ipse interpretari potest etiam extra Testamentum, ità nempe, ut ex verbis, extra Testamentum, ab illo prolatis, genuina illius intentio probetur. 862. 67.
Etiam ex verbis à Testatore ante Testamenti ordinationem prolatis nonnihil obscuriùs ab illo disposita declarari possunt. 862. 68.
Itemque ex verbis, post conditum Testamentum, ab illo prolatis. 862. 69.
Licet talis declaratio post longi temporis intervallum sequatur. 862. 70.
Testatoris voluntas, quasi lex, observanda. 922. 169.
In ambiguo non credendum, Testatorem id, quod aliis solenniter promisit, revocare voluisse, licet id revocandi facultatem habuerit. 971. 745.
Qui hunc sibi scopum proponit, ut ex omnibus agnatis unum solum sui stemmatis propagatorem & hæredem ex asse, hoc fine, scriberet, ut familia per ipsum in majori splendore conservari valeret, ille sui Testamenti ordinationem non ad novissima suæ vitæ momenta differre voluisse censetur. 981. 853. & seqq.
Nec in talibus Testamentis, quæ agnationis conservationem pro scopo habent, cancellos ab ipso Testatore præscriptos transilire debemus. 983. 870.
Lex talem in Testatore voluntatem præsumit, qualis bonum virum decet, & propterea semper arguit, ipsum rectæ rationi, & communi prudentum hominum consuetudini congruenter disponere. 1138. 351.
Testator suam dispositionem consuetudini & Statutis in sua familia vel provincia obtinentibus conformare voluisse intelligi debet. 1154. 542. & seq.
Leges talem in Testatore voluntatem præsumunt, quæ cum communi hominum inclinatione & officio congruit. 1138. 354.
Argumentum à Testamentis ad contractus, & vicissim est validissimum. 683. 115. 723. 76. 1144. 412.
Idem dicendum de argumento à Legum dispositione ad interpretationem supremæ voluntatis. 683. 116.
Testamenta non debent pendere ab alieno arbitrio. 3. 20.
Jura contractuum & Testamentorum non sunt confundenda. 1262. 94.
Contractus & pacta, nec in ipso Testamento, nec extra Testamentum, nec inter ipsum testandi actum validè iniri possunt. 3. 24. & seq.
An in contractu vel pacto, æquè ac in Testamento, hæres possit institui? 1261. 89. & seqq.
An ob commixtionem Testamenti & pacti, utrumque, vel utrum, Testamentum aut pactum, vitio nullitatis afficiatur? in specie nostris moribus inspectis? 5. 41. & seqq. 34. 31. & seqq.
Quid in specie de Pactis successoriis, fideicommissi constitutivis, & similibus statuendum? 5. 37. & seqq.
Quemadmodum hæc verba: Gesserunt, Contraxerunt, &c. non pertinent ad testandi jus; ità multo minùs hæc: Absolutam inter vivos donationem celebrarunt. 541. 399.
Omnes, etiam infimæ sortis, homines liberam de bonis suis testandi facultatem habent. cons. 16. n. 714. & seq.
Libera testandi facultas nec per Statutum, vel pactum, etiam familiæ, alicui adimi potest. cons. 16. n. 712. & seq. & 720.
Fideicommissum universale omnia, etiam mobilia, bona afficiens liberam testandi facultatem adimit. cons. 16. n. 711.
Hinc vix ullum illustris vel illustrissimæ familiæ exemplum adduci potest, in quo illud obtineat. cons. 16. n. 714.
Talis fideicommissi inductiva conventio à paucissimis agnoscitur. cons. 16. n. 717. & seq.
Ablatio facultatis testandi naturali æquitati adversari intelligitur. cons. 16. n. 710.
Idem passim frequentatur *in pactis illustrium* confraternitatum. cons. 16. n. 721. & seqq.
Per renuntiationem filiæ, etiam quoad testamentariam successionem factam, Patri libera eidem per Testamentum, vel quamcunque aliam ultimam Voluntatem, aliquid relinquendi facultas adempta censeri haud debet. cons. 16. n. 756. & 900. 968. 708. 1163. 635.
Utrum facultas testandi per pactum hæreditatis renunciatæ in casum extincti Stemmatis masculini expressè vel tacitè reservativum, Renunciatario adempta censeri debeat? 1115. 95. & seq. junct. 1163. 636. & seq.
Quando quis probat, se eo tempore, quo Testamentum confectum fuit, non fuisse præsentem, tunc etiam ea, quæ, in ipso Testamento, tanquàm ab ipso præsente peracta dicuntur, validissimè retunduntur. 295. 158.
De Testamento meritorum secundæ conjugis remuneratorio, an, & in quantum illud dispositioni Legis 6. Cod. de sec. nupt. itemque Nov. 22. cap. 48. subjaceat? vid. Cons. 91. per tot.
Alimentis ex Testamento, vel alia ultima voluntate debitis vid. Alimentum.
Hypotheca à Testatore in bonis Hæredis constituta vid. Hypotheca.
Confessione in Testamento facta vid. Confessio.
Pœna testamentaria vid. Pœna.

Teſtamento Fœminarum à ſucceſſione excluſivo vid. Fœmina. Fideicommiſſum.
Transactione ſuper Teſtamento, vel alia ult. voluntate, vid. Transactio.
Inſtrumento publico ſuper eadem conficiendo vid. plura ſub voc. Inſtrumentum.
Actio perſonalis ex Teſtamento eſt ſtricti juris. 543. 447.
Sed quoad Uſuras bonæ fidei actionum naturam imitatur. 544. 446.
Qui Teſtamentum, vel aliam ult. voluntatem antehac ordinarunt, ad amputandas omnes dubitationes, plerumq; illam ſpecialiſſimè revocare ſolent. 973. 766.
Si vivente adhuc & ſciente Teſtatore aliquid contingat, quod ipſum meritò ad jam conditi Teſtamenti mutationem incitare potuiſſet; ipſe verò jam diſpoſita immutata relinquat, tunc ipſe multo magis in eadem voluntate perſtitiſſe præſumitur. 974. 771.
Qui ſuum Teſtamentum mutare potuit, & non mutavit, videtur illud approbare. 974. 772.
Mutatio Teſtamenti, in dubio, non præſumitur; ſed ab allegante legitimè probanda venit. 974. 778. & ſeqq. 978. 809. 1142. 394. & ſqq.
Nullus paganus cum duobus Teſtamentis decedere poteſt. 976. 791.
Teſtamentum ſolenniter & validè conditum, per poſterius Teſtamentum etiam perfectum, ipſo jure revocatur. 965. 664.
Licet nulla illius in hoc mentio fiat. 977. 792.
An ex hoc fundamento etiam antegreſſa mortis cauſa donatio per ſubſequens Teſtamentum, in quo Teſtator hæredem ſcribit univerſalem, nec tamen prioris donationis mentionem injicit, revocata cenſenda veniat? 965, 665. & ſqq. junct. 976. 788. & ſqq.
Quidſi inſtitutio hæc univerſalis ſub verbis geminatis facta fuerit? 978. 815. & ſqq.
Etiam paganus cum Teſtamento & pluribus mortis cauſa donationibus, æquè ac etiam cum Teſtamento & pluribus codicillis, præcedentibus, vel ſequentibus, decedere poteſt. 977. 793.
De codicillis ante Teſtamentum confectis, an & hi, & in illis ordinata fideicommiſſa & legata, per ſubſequens Teſtamentum, pro revocatis haberi debeant? vid. Codicillus. Fideicommiſſum.
Per ſupremum Teſtamentum præcedentia omnia ipſo quidem jure tolluntur; ſed tamen, ad dubia ſuper ultimo hoc Teſtamento ſuborta radicitùs tollenda, antegreſſa Teſtamenta quàmplurimùm conferunt. 1142. 392.
Verba hæc: Ohne Teſtament/ ſimpliciter prolata, juxta communem JCtorum regulam, materiam ſubjectam, & naturam ac qualitates rei ſubſtratæ intelligi debent; licet impropriandа forent. 1136. 333.
Si ei, qui omnia ſua paterna & materna bona alicui donavit, poſtea liberi naſcantur, &, poſt hanc illorum nativitatem, ab ipſo quidem Teſtamentum condatur, in quo univerſalem hæredem inſtituit; ſed nulla illius Donationis, quòd eandem revocatam velit, mentio injiciatur, tunc donatio haudquaquàm ex dicta cauſa, liberorum ſcilicet ſupervenientiæ, revocata cenſetur. 975. 785.
Multo igitur magis donatio remuneratoria, erga fratrem chariſſimum & beneficentiſſimum, ac potiſſimam partem de bonis, ab ipſo illo fratre, paulo ante, inter vivos, ſimpliciter donatis, reciprocè & ſolenniter facta, non concurrente tali cauſa impulſiva, qualis eſt liberorum ſupervenientia, ex ſola Teſtamenti, in quo nulla omninò ejus mentio fit, ordinatione pro tacitè revocata haberi deber. 975. 786.
Lex ipſa præſumit, quòd donator mortis cauſa Teſtamentum, poſt donationem, conficiens, potiùs hæredem à ſe inſtitutum ad ea, quæ ipſe donatario promiſit, adimplenda adſtringere, quàm donationem in illum collatam revocare voluiſſe cenſeri debeat. 976. E. & ſqq. 971. 738. & ſqq.
Omnes Commentatores, Deciſioniſtæ, & Conſultatores intrepidè definiunt, quòd per inſtitutionem hæredis univerſalis, ſive in univerſis bonis, antegreſſa mortis cauſa donatio pro revocata haberi non debeat. 971. 741. & ſq.
Mortis cauſa donator, ſi in Teſtamento, quod poſtea conficit, non expreſsè illam revocet, communiſſimæ huic regulæ, quòd antegreſſa mortis cauſa donatio, per ſubſequentem hæredis inſtitutionem, etiam in univerſis bonis factam, haudquaquàm revocata cenſeri debeat, ſe conformare voluiſſe cenſeri debet. 974. 770.
Tametſi, in hoc ipſo Teſtamento, eidem donatario omnium ſuorum bonorum uſumfructum, adjecta clauſula derogatoria omnis priùs à ſe conditæ ſupremæ voluntatis, reliquerit. 975. A. & ſqq. 980. 845.
Idem etiam dicendum de hoc caſu, quando ſcil. Teſtator tali donatario, nulla pariter donationis prioris mentione injuncta, aliud inſigne legatum relinquit. 975. C. & ſqq.
Donatio mortis cauſa univerſalis, per univerſalem hæredis inſtitutionem, omninò pro tacitè revocata haberi debet. 966, 678. 979. 822.
Si quis prius Teſtamentum, in quo extraneos hæredes inſtituit, per aliud Teſtamentum, coram quinque ſaltem teſtibus confectum, revocet, in quo illos inſtituit, qui ipſi etiam in caſu inteſtati ſucceſſuri eſſent, tunc hoc ultimum Teſtamentum, ut voluntas ab inteſtato, ſuſtinetur. 964. 657. & ſqq. 942 402. & ſq.
Hoc non aliter procedit, quàm ſi illi omnes, qui, tanquam in pari gradu conſtituti, ab inteſtato ſucceſſuri eſſent, in poſteriore Teſtamento vocentur. 964. 658. & ſeqq.
Hoc præcipuè Clericis probroſum cenſendum, ſi ipſi ſe à domeſticis ægroti, veriſimillimè ab

ab intestato decedere cupidi, vocari & quasi conduci patiantur, ut in necem agnatorum, vel fratrum illius, in casu intestati ei successurorum, ipsum ad Testamentum uno solo ex illis hærede scripto, ordinandum instigent, & per suas suasiones atque persuasiones, diu continuatas, instanter sollicitent. 935. 328. & seqq.

Testamenti extorsio, per nimias, instantissimas, atque immoderatas suggestiones, justi metûs effectum, in negotio libertatem omnimodam requirente, habere dicitur, ac proin Testamentum ejusmodi dicitur meticulosum, ein abgezwungen / abgenöthigtes Testament. 935. 332. & 339.

Tales instantissimæ, per integrum bihorium continuatæ, variarum rationum sollicita suggestione incrustatæ, & à tali præsertim persona profectæ, cujus persuasionibus etiam sacri, quod gerit, officii veneratio majorem apud virum lethaliter decumbentem, efficaciam & authoritatem circumdat, & tamdiu eidem, donec ipse, his cedens, ad condendum Testamentum se moveri patiatur, inculcatæ & iteratæ sollicitationes tantundem operantur, quantum violentissima Testamenti extorsio. 935. 336.

Testamenti ordinatio veræ libertatis & liberalis animi est. 935. 337.

Si aliquis, gravissimo morbo decumbens, per Notarium, vel alium interrogatus, nihil responderit; sed demùm ad secundam interrogationem responsum dederit, de ipso LL. præsumunt, quòd non testandi; sed ab interrogantium vexationibus sese liberandi animo ità responderit. 936. 342.

In graviter infirmô, vel morti proximô, & instantia Novissima curæ habente tales persuasiones & sollicitationes facillimè criminosæ fiunt, & per illas elicita Testamentum annullant. 936. 343.

Qui unum solum ex suis agnatis, tanquàm propagatorem illustris suæ agnationis, in oculis habet, suaque universa bona etiam fratri jam ante mortis causa donata, soli assignare cupit, ille planè non expectat, ut à suis domesticis, demùm, per alium, ad Testamenti confectionem, per varias & iteratas sollicitationes, excitetur & urgeatur. 982. 856.

Qui etiam fratri mortis causa donata, & potissimam partem ab hoc ipso fratre sibi ipsi donata bona, cum ingratitudine, ei rursùs adimere, & alii illa per Testamentum relinquere intendit, ille, jam morti proximus, ut hanc suam voluntatem coram legitimo testium numero declarare possit, omnem moram abrumpit. 982. 858.

Neque patitur, ut sibi dilectus Presbyter varii generis rationes & persuasoria operosè conquirat, quibus ipsum ad condendum Testamentum movere, per integrum bihorium, omnibus viribus eniti necesse habeat. 982. 859.

Neque adeò moræ patientem se præbet, ut jam moribundus, totum illud bihorium, sine ulla voluntatis, quòd Testamentum conficere velit, significatione, elabi patiatur. 982. 860.

Sed summa cum cura instantissimè ipsemet urget, ut Notarius & testes ad actum testandi quàm celerrimè convocentur. 982. 861.

Si Pater, loco filii, à se scripti hæredis, falso rumore de ejus decessu ad se perlato, alium instituat, multisque ipsum legatis oneret, superveniens filius hujus quidem alterius hæredis institutionem jure impugnat; sed tamen legata huic injuncta, regulariter, exolvere tenetur. 84. 736. & seq.

Nisi legata nimis onerosa & valdè magna sint. 89. 814.

Causa à Testatore in ipsa Testamenti præfatione, posita intelligitur finalis, & in omnibus sequentibus capitulis repetita censetur. 84. 755. & seq.

Si Testamentum in causa finali errorem contineat, tunc totum Testamentum, regulariter, annullatur. 84. 757. & sqq.

An idem de Causa impulsiva dicendum? 83. 743. junct. 87. 790. 89. 815. & seq.

Ex viva, qua Testator utitur, causa omnes scripturæ & dispositiones ejus sunt interpretandæ, tùm restrictivè, *tùm extensivè. 85. 786.* & seq.

Testatoris voluntas, ex præfatione, inibique expressa ratione elucescens, etiam verborum significationi anteferenda. 85. 770. & sq.

Voluntas Testatoris ex opinione ipsius æstimari debet. 86. 779. & seq.

Testatoris dubitatio, an hæres ipsius hæreditatem, ceu multis legatis gravatam aditurus sit? evidenti argumento est, quòd, si ipse scivisset, majorem bonorum suorum partem onere fideicommissi gravatam esse, tot & tanta, quæ reliquit, legata haudquaquam relicturus fuisset. 86. 781. & sqq.

Si illi, quorum interest, etiam nulliter conditam & informem voluntatem pro perfecto & valido Testamento agnoscant, tunc illius invaliditas incassum objicitur. 862. 76.

Quousque hoc, quòd Testamentum semel verbis vel factis approbans illud postea improbare nequeat, verum sit? 947. 464. & seqq. junct. 951. 502. & sqq. 1266. 153.

Quid in specie de agnitione Testamenti ex Legatorum solutione colligenda dicendum? vid. Legatum.

Consensus liberorum legitimorum de naturali filio ad æqualem cum ipsis successionem admittendo, ex actuali hæreditatis aditione præsumptus, an eis præjudicet? 1266. 151. & sqq.

Confessio hæredis ab intestato successuri nullibi in Jure nostro inter modos probandi & conservan-

servandi defunctorum Testamenta refertur. 947. 458.
Confessio hæredis ab intestato tùm demùm ei nocet, si ille in tali pleniore figura confiteatur, hanc esse defuncti voluntatem & dispositionem, & neque intrinseca, neque extrinseca Testamenti solennia impugnet. 947. 455.
Secus est, si ipse Testamentum quidem conditum fateatur; sed illud simùl solenniter factum neget. 947. 456.
An hîc aliqua distinctio inter probationem solennitatis & voluntatis pedem figere, vel aliquam juris diversitatem inducere valeat? 946. 447. & sqq. junct. 947. 456. & seq.
Hæres ab intestato historicè saltem referens, quòd Testamentum confectum sit, hoc nullatenùs confiteri, sibive hac sua confessione nocere intelligitur. 946. 444.
Hæres talis legitimus Testamentum, quod factum; sed simùl nullum dicit, non saltem ex capite defectus solennium; verùm etiam veræ Testatoris voluntatis, id nullitatis incusare intelligitur. 946. 446. & seqq.
Ad hoc, ut hæres ab intestato Testamentum non ipse confiteri censeatur, satis est, si ab illo Testamentum generaliter pro invalido declaretur. 946. 451.

TESTIS.

Lex Divina duos Testes non hoc sensu requirit, quasi amplior numerus per Legem positivam introduci non possit; sed tantùm hoc respectu, ut unius solius Testis dicta rejiceret. 961. 622.
De Legibus humanis, majorem, quàm ternarium Testium numerum in testamentis requirentibus, vid. Testamentum.
Pontifices ipsi à Lege divina, binario tantùm testium numero contenta, multis modis recedunt, etiam in ipso Capit. 10. X. de testam. 962. 625.
Et tùm ad Presbyterum delicti convincendum XLIV. tùm ad Præsulem convincendum LXXII. testes desiderant. 962. 626.
Apostolus Paulus in talibus casibus nonnisi duos vel tres Testes requirit. 962. 628.
Si etiam Pontifex alicujus delicti, per duos Testes, convinci posset, tunc etiam ipsum, æquè ac Diabolum, eapropter damnandum pronuntiat Glossa. 962. 629.
Unicus Testis nullus Testis. 981. 841. 1677. 8.
Etiamsi in magna, seu clericali, seu seculari, dignitate sit positus. 981. 841.
Testimonio Judicis, cujuscunque dignitatis, in causis coram ipso vel adhuc vertentibus, vel jam decisis non aliter credendum, quàm si, & quousque, illud probetur ex actis. 1370. 32.
Quando ad probandam prædii qualitatem, quòd nempe illud communem cum alio prædio censum debeat, Sculteti in loco, in scriptis & absque juramento impertitum Testimonium sufficiat? 1646. 22. & sqq.
De Testibus testamentariis aliarumque ult. voluntatum vid. Testamentum. Legatum. Codicillus.
Quando singulæ probationes, per singulos Testes factæ, tendunt ad unum eundemque finem, tunc exceptio singularitatis, regulariter, ilsdem nihil derogat. 1369. 17. 1545. 87. & seq.
In casu, quando dementia solummodò in genere probanda est, singularitas Testium, tametsi diversificativa, nihil parit obstaculi. 1570. 41.
Modica Testium discrepantia circa factum principale etiam in aliis non præjudicat. 933. 308.
Quando ipsa testatoris verborum formalitas, quibus ipse in testamento nuncupativo explicito usus dicitur, ab ipso actore, in articulis proponitur, tunc Testium discrepantia quoad eandem omninò præjudicat. 932. 309. & seqq.
Testes ità deponere debent, ut ipsorum depositio per necesse concludat, & proindè incerta atque dubia depositio nullam fidem meretur. 1474. 301. 1617. 130.
Talis depositio censetur & illa, quando Testes deponunt, se non amplius recordari, vel se nescire. 1474. 302.
Ubi nullum ex jurato Testium examine commodum sperandum, ibi etiam illud, regulariter, decerni non debet. 1474. 303.
Testis inverisimilia deponens, non saltem non probat; verùm etiam de falso se suspectum reddit. 1617. 131.
Tametsi tales Testes numero plures sint. 1617. 132.
Testis in uno falsus & mendax, in omnibus talis censetur. 1616. 113.
Sive ille super connexis, sive super separatis deposuerit articulis. 1616. 114.
Ne Princeps quidem hoc facere potest, ut Testis in uno falsus non sit falsus in omnibus. 1616. 115.
Quando Testis suo proprio sensu contrahentes ipse audit, hoc non de auditu; verùm propriissimè sic dictum Testimonium censeri debet. 1611. 75.
Idem etiam dicendum, si Testes de violenta obligationis extorsione testaturi, Procerum Civitatis violentam & injustam incarcerationem ipsi viderint, & causam istius incarcerationis à prætensis creditoribus & istius violentiæ executoribus non saltem ipsis, & quidem per ipsos incarcerationis durantis dies; sed etiam porrò à Proceribus incarceratis, & post obligationem extortam rursùs dimissis, multoties desuper suspirantibus audiverunt. 1612. 76.
Quando cum depositionibus Testium, de auditu auditûs duntaxat deponentium, alia adminicula, ac cumprimis ipsius creditoris con-

confessio concurrit, tunc in probanda violenta debiti extorsione illis fides denegari nequit. 1613. 90.
Testis de alieno auditu deponens nullam fidem generat. 494. 46.
Testis de veritate deponere debet; non verò de sola credulitate. 494. 47.
Idem multo magis in Heredibus requiritur, in propria causa deponere volentibus. 494. 48.
Testis, sine ratione sui dicti, simpliciter deponens, ut pecus deponit, & ideò nullam fidem meretur. 494. 52. & seq. 932. 301.
Multò igitur minùs in causa propria quisquam audiendus, nisi ipse de negotio probè sit informatus. 494. 54.
Testium juramentum est pars substantialis probationis, quæ fit per Testes. 561. 105. 1326. 39.
Ut testes jurent, juris est naturalis. 561. 106.
Jurare nolle manifestæ turpitudinis etiam Testes convincit. 561. 107.
Testimonium injuratum nullius momenti est. 561. 103. 1660. 36.
Testes injurati, si ipsorum juramentum haberi potuisset, nullam fidem merentur. 561. 108.
Testes injurati aliquam saltem præsumtionem in judicio generant. 561. 109.
Quid si bonæ famæ, & ipsorum depositiones morte corroboratæ fuerint? 291. 111.
Si Testes juramentum omnimodò recusaverint, ne quidem præsumtionem ipsorum depositiones generant. 561. 110.
Præsumtio ex præstito juramento legali profecta illam præsumtionem, quæ ex testimoniis injuratis resultat, totaliter prosternit. 561. 111.
Vix per Statutum, vel consuetudinem induci hoc potest, ut Testibus sine juramento credatur. 1024. 241.
Testis injuratus, tametsi in publico officio constitutus, nullam fidem in judicio meretur. cons. 18. n. 10.
Clerici & verbi divini ministri à Testium juramento, regulariter, haud immunes sunt. 1276. 6. & seqq.
Testimonium Parochi de bis baptizato infante, in scriptis impertitum, concurrente vel facti notorietate, vel personæ inquisitæ confessione, etiam in ordine ad capitalem pœnam sufficiens est. 1276. 10. & seqq.
Testis extra articulos & adversarii interrogatoria testimonium perhibens nullam fidem meretur. 981. 850.
Testes tantùm quoad articulos & interrogatoria jurati censentur. 981. 850.
Testis articulum simpliciter affirmans, & nullam suæ depositionis rationem reddens, parum fidei meretur. 932. 301.
Ad omnes articulos sibi propositos nimis celeriter & præpropere deponens, quòd illa omnia, quæ in sequentibus interrogatoriis continentur, etiam vera sint, suspectissimus inde redditur. 934. 322. & seqq.
Ne quidem in processu inquisitorio specialia Rei interrogatoria, absque nullitate in ejusdem examine omitti possunt. 1369. 20.
A libero Partis arbitrio dependet, utrum specialia Interrogatoria ad articulos contra se productos dare velit, nec ne? 1369. 22.
Quando Pars ipsa beneficio Testes interrogandi non utitur, tunc neque Judex aliquam ejusdem rationem habere tenetur. 1369. 21.
Testis à Judice non evocatus & examinatus nihil fidei meretur. 1615. 107.
Nec Testis ad articulos vel interrogatoria partis adversæ non examinatus. cons. 18. n. 10. & 13.
Idem dicendum de Teste, absque judiciali commissione, à solo Notario examinato. cons. 18. n. 10. & 14.
Testibus ad solos articulos, & non etiam ad simùl exhibita Interrogatoria examinatis, totum Testium examen, si hoc repeti nequeat, vitio nullitatis afficitur. 1369. 19.
Testes domestici, regulariter, nullam in judicio fidem merentur. cons. 18. n. 10.
Quando nullum vel valdè exiguum commodum ex causæ ad universitatem spectantis victoria ad Testem redundat, tunc ipse à testimonio pro universitate dicendo repelli nequit. 1604. 6. & seqq. 1605. 15. 22. & seqq.
Quando Testes, *ob suam exemptionem*, vel paupertatem, & non-solutionem collectarum, nullum gravamen ex sinistro causæ ad universitatem spectantis eventu percipiunt, tunc ipsi validum pro illa testimonium perhibent. 1606. 23.
Præprimis si ejusmodi testes numerum regularem, duorum nimirum, vel trium, excedant. 1606. 23.
Hinc etiam in causa pascuorum universitatis cives pauperes, qui nulla animalia habent, Testium munere benè fungi possunt. 1606. 24.
Quotiescunque testis de universitate est pauper, & non habet media utendi rebus, quoad usum, ad singula ejus membra pertinentibus, toties quoque pro eadem testimonium ferre potest. 1606. 25.
Idem etiam in talibus causis obtinet, ex quibus, ob numerosam civium multitudinem, saltem modicum, seu minimum incommodum vel commodum ad singulos pervenit. 1606. 26.
Quando, ob facti antiquitatem, vel etiam belli, quo obligatio extorta est, injurias, aut denique ob militum, omnes atrocitates & nequitias committentium, in urbe vel alio loco præsentiam, veritas aliter haberi non potest, tunc etiam illorum civium depositiones, qui majus commodum vel incommodum ex illa causa percipere possunt, cum assertis illorum, qui nullum, vel minus lucrum

crum aut damnum exindè percipiunt, in vim pleniſſimæ probationis recipi valent. 1606. 28.
Jurata depoſitio forenſium Teſtium teſtimonia civium egregiè adjuvat. 1606. 30.
Quando incertum eſt, utrum, ob ſuccumbentiam univerſitatis in lite, ſingulis civibus imponenda ſit collecta? tunc cauſa non dicitur ſpectare ad ſingulos, neque ſinguli cives à dicendo teſtimonio eapropter excluduntur; ſecus, ſi hoc ſit apertum & certum. 1608. 45. & ſeqq.
Hanc doctrinam notabile verbum haud immeritò vocat Alexander Tartagnus. 1608. 48.
Fœminarum curatores ad litem validum, pro illis, teſtimonium ferre non poſſunt. 1473. 299.
Teſtimonium publici Officialis de famuli diligentia dominum, in caſu damni per famulum alteri dati, valdè relevat. 605. 266.
Exceptio inimicitiæ teſti objecta etiam à Fiſcali probari debet. 1368. 14.
Hanc exceptionem, per totum proceſſum, non objiciens tacitè eidem renunciaſſe cenſetur. 1369. 15.
Teſtes in cauſa civili ardua veritatem occultantes vel vacillantes torqueri poſſunt. 307. 17.
Teſtes gratuitò, & non pro pecunia, deponere debent. 501. 50.
Teſtimonii perhibitio pro quacunque mercede turpis exiſtimatur. 501. 51.
Acceptio nummorum pro dicendo teſtimonio veritatis prævaricatio eſt. 501. 52.
Qui pecuniam ad dicendum, etiam verum, vel non dicendum teſtimonium accipit, criminis falſi reus eſt, & in L. Corn. de fals. incidit. 501. 49. & 53. & ſq.
Sive ſub juramento, ſive, illô remiſſô, Teſtimonium perhibeat. 501. 55.
Teſtis de proprio facto deponens plenam judici fidem facit; modò etiam alia adminicula concurrant. 293. 132. 410. 351.
Etiamſi de magno agatur præjudicio. 293. 133. 410. 352.
Etiamſi unicus ſit. 410. 351.
Ad minimum talis Teſtis, etiam in gravi & ardua cauſa, plusquàm ſemiplenam fidem facit. 293. 134. 410. 354.
Confeſſio adverſarii plus roboris habet, quàm mille Teſtes. 194. 378.
Teſtimonium de proprio deponentis Teſtis facto pleniſſimam contra ipſummet fidem meretur. 934. 327.
Judæi, adverſus Chriſtianos, Teſtimonium ferre nequeunt. 333. 26.
In quibus conveniat vel differat probatio per Teſtes à probatione inſtrumentaria? vid. Inſtrumentum.
Quomodo Jurans in ſupplem. quaſi Teſtis in propria cauſa conſtituatur, & quæ eo ſpectant, vid. Juramentum in ſupplementum.
De delictis per Teſtes probandis vid. Delictum.
Contra proprium contractum allegata ſimulatio, per ſolas præſumtiones, haudquaquàm probatur; ſed Teſtes ad id neceſſarii ſunt. 492. 28.
De ſubſcriptione ab aliquo, ut Teſte, facta vid. Subſcriptio.
Teſtibus, contra dementiam teſtimonium perhibentibus, in dubio, plus fidei tribuitur, quàm pro illa deponentibus. 1568. 13.
Quales Teſtes ad probandum crimen aſſaſſinii admittantur? vid. Aſſaſſinium.
Quatenùs ſocius criminis ad probandum Delictum admittatur? vid. Socius.
Qui, propter crimen, aliquem denunciat, regulariter, pro Teſte omni exceptione majore haberi non debet. 1544. 75.
Aliud dicendum, quando denuntians nullum ex ſua delatione commodum ſperare poteſt, vel ſi de proceſſu inquiſitorio quæſtio ſit. 1544. 76.
Teſtis deponens, ſe venenum perſonæ de veneficio ſuſpectæ vendidiſſe, ſub religione juriſjurandi, hoc aſſeverare debet. 1024. 240.
In criminibus exceptis, & quæ difficilis ſunt probationis, etiam inhabiles Teſtes admittuntur. 1368. 11. & ſqq.
Jurata teſtimonia etiam in criminibus exceptis requiruntur. 1024. 241.
Ad decernendam Territionem realem etiam illorum depoſitiones ſufficiunt, quibus à perſona Magiæ ſuſpecta, vel in corpore, vel in bonis, damnum illatum eſſe conſtat. 1368. 8.
Examen & confrontatio inquiſiti cum Teſtibus quomodo facienda? 1369. 23. & ſqq.
Qui pertinaci ſua negatione Teſtium productioni ſolus cauſam dedit, ſolus quoque in expenſas deſuper factas juſtiſſimè condemnatur. 1715. 119. & ſqq.
An in proceſſu executivo probatio per Teſtes locum habeat? vid. Executio.
De commiſſario ad Teſtes examinandos conſtituto, & quæ eo ſpectant, vid. Commiſſarius.
An probatio per Teſtes admittatur contra præſtitum jusjurandum? vid. Juramentum in genere, & in ſpeciebus.
An & quatenùs Teſtes contra inſtrumentum publicum probent? vid. Inſtrumentum.
De literis teſtimonialibus à Magiſtratu vel Parocho impertitis vid. Literæ.

THALERUS. Conf. Moneta.

Thalerus olim vocatus fuit ein dickher Pfenning. 1297. 48.
Mille & nongenti aurei Rhenenſes, 1900. Rheiniſche Gold-Gülden / Anno 1502. non pluris valuere, quàm 1900. Imperiales ſive Thaleri. 1297. 51.
Haud infrequens eſt, ut Thaleri nulla peculiari affectione habeantur. 1298. 65.
Ex hac verborum figura, quòd M. Thaleri, in quingentis pleni ponderis & probis ſcutatis mutuò dentur, daß tauſend Reichsthaler/an

guthen wohlwichtigen Ducaten / geliehen worden; cum specifico promisso, daß besagte 1000. Reichsthaler wider an guthen/untadelhafften / gangbahren und wohlwichtigen Ducaten / oder Reichsthalern sollen restituirt werden / non potest præcisè certa specierum descriptio extundi. 1295. 30.

Neque hoc inde sequitur, quòd debitor præcisè numero totidem scutatos, vel imperiales, tausend species Ducaten / oder tausend Reichsthaler-Stückh restituere teneatur. 1295. 30.

Sed nuda & sola, in dictis verbis, monetarum seu nummorum descriptio continetur, an waserley Sorten das anlehnen geschehen / und dasselbe / zu seiner zeit / mit gleich-guthen geben Sorten / und nicht mit allerhand am Schroot und Korn ringhaltigen Sorten / heimgegeben werden solle. 1296. 31. 1297. 57.

Si aliud statueretur, valdè rarum hoc foret, ut pactum de pecunia alicui credita, vel ex venditione annuorum redituum, vel ex conventa retrovenditione, præcisè in numero totidem scutatis, vel Thaleris in specie, Germanis Stückh vor Stückh / suo tempore reddendis, non pro adjecto haberi deberet. 1296. 32. & sqq.

Inter has duas loquendi formas, quando debitor promittit, daß er die an guthen und untadelhafften 500. Ducaten paar angeliehene Eintausend Reichsthaler hinwider an guthen und untadelhefften Ducaten oder Reichsthalern zuruckhgeben wolle: Et quando promittit, daß er für die / an guthen und untadelhafften 500. Ducaten / ihme vorgestreckte Eintausend Reichsthaler / hinwider præcisè 500. guthe species Ducaten / oder Tausend Reichsthaler-Stück zurückgeben wolle / permultum interest. 1297. 55. & sq.

Promittens, se sibi mutuò datos mille Thaleros, in justi & probi valoris scutatis, vel Thaleris, præcisè restituturum esse, non mille Thaleros, in pleno hoc numero, vel quingentos scutatos in specie promittit; sed mille tantùm & quingentos florenos, quos in integris mille Thaleris accepit, se reddere velle. 1297. 57. 1298. 74. & sqq. 1306. 195.

Talis debitor, si tot Thaleros vel scutatos, creditori restituat, quot ad mutuò acceptos mille Thaleros, habito respectu ad illorum valorem, qui tempore initi contractus obtinuit, exæquandos sufficiunt, suæ obligationi ex asse satisfacit. 1297. 58. 1298. 74. & sqq. 1300. 95. 1306. 196.

Et talis creditor sibi debet imputare, quare pacto speciali, de quingentis scutatis, vel mille Thaleris, hoc ipso numero, & in specie reddendis sibi non prospexerit. 1297. 60. 1300. 95. & 98.

Promittens, daß er für die / an guthen und wohlwichtigen 500. Ducaten / ihm angelihene Eintausend Reichsthaler / præcisè 500. Ducaten species, oder Tausend Reichsthaler-Stückh restituiren wolle / is præcisè tot, numero, scutatos, vel thaleros præstare tenetur, quantacunque deinceps in imposititio illorum valore mutatio contigerit. 1297. 61. 1302. 119.

In hoc casu frustranea hæc exceptio est, quòd Debitor pecuniam sibi mutuò datam in longè minore quantitate expenderit. 1298. 63.

Quando certus numerus Thalerorum, vel aureorum, inæstimatorum, tanquàm corpora, vel massa auri, vel argenti, mutuò datur, eine Anzahl an Thalern / oder Goldgulden / Stuckh vor Stuckh / tunc nulla valoris, auctui, vel diminuti, ratio habetur. 1299. 91. 341. 47. & seqq. 1301. 106.

Diversa hæc sunt, si Joachimici, ut Joachimici, guthe harte Thaler / so nicht zu Gülden geschlagen worden / & certa Summa in Joachimicis, Tausend Gulden an Thalern / fuerit mutuò data, & restitui promissa. 1301. 114. 1302. 123.

Hæc verba: Die offtberührte Haupt-Summ an guthen / gantzen / wohlgeltenden und unverbottenen Thalern / zuruckhgeben / nullam specialem obligationem inducunt. 1302. 118. & seq. 341. 51.

Igitur primo in casu mille quidem & ducenti Thaleri, & in altera specie mille Thaleri, in promissis speciebus, *an guthen und gantzen* Thalern / restitui debent; verum nonnisi in illo valore, quo talis Thalerus tempore celebrati contractûs valuit. 1302. 132.

Hæc conventio, quòd mille Thaleri integri reddi debeant, & quòd quis mille in integris Thaleris restituere debeat, quàm maximè differunt. 1302. 133.

Priori in casu numerum mille Thalerorum implere oportet; sed in altero casu satis est, quantitatem seu valorem mille Thalerorum præstari, qui tempore celebrati contractus obtinuit. 1302. 134.

Licet debitor fateatur, daß er drey tausend guthe / gantz unverbottene / und wohlgeltende Reichs-Thaler / an guthen / genehmen / und valvirten Reichs-Thalern bezahlen wolle; tamen numero ter mille Thaleros, 3000. Reichs-Thaler-Stückh / seu Stückh vor Stückh / non tenetur restituere. 1302. 137. & seqq.

Idemque dicendum, licet debitor promiserit, daß Er die ihm gelihene Eintausend Reichs-Thaler / mit harten / guthen / geschlagenen / item guthen / genehmen und valvirten Reichs-Thalern wider bezahlen wolle. 1303. 139. 341. 52. & 54. & seqq.

Augmentum Thalerorum, quod à tempore celebrati contractus accessit, die Ubermaaß hîc spectat ad debitorem. 1303. 141. 341. 55.

Pariterque in casu, quo debitor fatetur, daß Er

Er die entlehnte dreytausend Reichs-Thaler/ baar über/ an guthen/ harten/ vollwichtigen/ unverbottenen Thalern empfangen habe/ adjecto promisso, das hundert mit sechs Reichs-Thalern zuverzinsen/ und die Haupt-Summ zu seiner Zeit/ hinwider an guten/ vollwichtigen Reichs-Thalern zu restituiren. 1303. 142. & seqq. 341. 57. & seq.

Sententia Dni de Lyncker de casu, quo debitor, hatte/ vel gantze Thaler redditum iri, promisit. 1303. 147.

In omnibus ejusmodi casibus Thaleri non debentur ut massa argenti; sed secundum valorem, qui tempore contractus obtinuit, & proindè augmentum & decrementum ad solum debitorem spectat. 342. 60.

Utrum, vi pacti ità concepti: Wir/die Schuldnere/wollen auch diſe willkührliche Obligation nicht anderſt deutten/ als ſie im buchſtaben lauttet/ und vom Herrn Glaubiger/ und ſeinen Erben allein verſtanden und gedeutttet wird/ Creditor dicere possit, se, hoc ipso, quòd M. Thaleros in 500. integris, justi valoris & ponderis, scuratis crediderit, hac lege adjecta, quòd M. Thaleri ità mutuò dati, vicissim in justi & antiqui valoris Thaleris & ducatis, restitui debeant, nihil aliud indigitare voluisse, quàm quòd sibi iterum præciso numero quingenti ducati, vel bis mille Thaleri, Stückh für Stückh/ reddi debeant? 1306. 185. & seqqq.

Quando res dubia est, utrum M. Thaleri mutuò dati, in tot speciebus præcisè restitui, an verò Thaleri quidem; sed, si valor illorum intereà creverit, ità debeant restitui, ut hoc ipsum augmentum debitoris lucro cedat? ex usurarum interimistica solutione haud postremum à DDbus argumentum colligitur. 1300. 103.

Quando debitor promittit Reichs-Thaler in specie, Banco-Thaler/ Thaler-Stückh/ stück vor stückh/ oder in dem valor, wie Er debitor sie empfangen/ ꝛc. ad quid teneatur? vid. Moneta.

THESAURUS.

De Thesauro invento suspecti torturæ subjici possunt. 307. 18.

TITULUS.

Ex diuturna Usurarum, ceu ex vero capitali, per integrum decennium, continuata solutione stipulatio sortis præcessisse præsumitur, & Titulus invalidus efficitur validus. 788. 54.

Modò nullitas Tituli probari non possit, vel usuras solvens possit evincere, se hoc non feciſſe animo sortem agnoscendi. 788. 55.

Confessio adversarii in possessorio etiam pro Tituli colore & ad imponendum silentium sufficit. 194. 375.

Tametsi dominus nullum Titulum ostendere valeat, tamen quasi possessionem juris operas à rusticis exigendi probans in illa tamdiu manutenendus, donec rustici in petitorio probent, easdem indebitè fuisse exactas. 195. 385. & seq.

Possessio immemorialis sola quemcunque, in judicio allegabilem, Titulum tribuit. 196. 394.

Quatenùs Possessio immemorialis defectum Tituli suppleat? vid. Possessio.

Titulum suæ Possessionis, vel quasi, licet inutilem, habens nunquàm jure familiaritatis; sed proprio possediſſe existimatur. 199. 422.

Si is, qui præsumtioni solennium ex solo temporis lapsu deductæ innititur, nullum verum sui juris Titulum simùl probare valeat, nullo quoque ejus effectu potiri potest. 214. 589.

De Titulo in præscriptione necessario vid. Præscriptio.

TORTURA.

Ad fundandam Torturam quænam sint necessaria? 1579. 58.

Ad hoc, ut Tortura decerni possit, inter alia & hoc necessarium est, ut tale delictum commissum sit, propter quod pœna vel ultimi supplicii, vel ad minimum corporis afflictiva decerni possit. 1338. 4. 1579. 58.

Multi, etiam magni nominis, DDres in criminibus atrociſſimis, Torturæ, etiam nullis existentibus Indiciis, locum assignant. 1339. 41.

Si Reus hoc primùm confessus: Daß seine Cameraden den Bauren erwürgen/ und ihme das Geld nemmen wollen/ hanc confessionem postea revocet, & hoc saltem fateatur, Er habe gesagt/ ſie wollen den Bauren würgen/ und ihme ſein Geld nemmen/ haud exiguum, hoc ipso, adversus se ipsum, ad Torturam decernendam, indicium suppeditat. 1339. 43.

Tortura omni corporali pœna gravior reputatur. 996. 98.

Non minùs fallax, quàm periculosum, veritatis eruendæ remedium est Tortura. 1615. 106. 1724. 34.

Ubi de corpore delicti nondùm constat, Tortura decerni nequit. 1575. 7.

Tortura non ad liquidandum delictum; sed tantùm ad delicti jamjam liquidati autorem explorandum, & confessionem ab illo extorquendam decerni debet. cons. 17. n. 96.

De corpore delicti aliter constare debet ad effectum specialis inquisitionis, aliter ad effectum Torturæ, aliter ad ultimum supplicium. 1019. 163.

Sine indiciis ad dictandam Torturam sufficientibus hæc ne quidem in criminibus difficilioris probationis, ceu exceptis, decernitur. 1020. 190.

Nominatio criminis socii, ad hoc, ut indicium

ut indicium ad Torturam constituat, quomodo comparata esse debeat?
1021. 202. & seqq.

Qualis in specie in crimine assassinii sufficiat?
1021. 197. & seq.

Inquisitus non debet de certa aliqua persona, tanquàm criminis socio, interrogari.
1022. 206.

Reus delictum suum confessus hac ipsa de causa, quòd famosi delicti reum se fatetur, infamis evadit, & propterea jurata ipsius depositio contra criminis socium non sufficiens est; sed per Torturam firmata requiritur.
1022. 207. & seq.

Quidsi concurrat aliud indicium?
1022. 209. & seqq.

Verisimilitudo indiciorum contra denuntiatam criminis sociam militantium hoc operatur, ut denuntians tanto remissiori Torturæ subdatur. 1023. 218.

In crimine infanticidii de corpore delicti, etiam ad effectum decernendæ Torturæ, legitimè constare oportet. 996. 96. & seqq. 997. 104.

Quomodo hoc certum reddi possit? vid. Infanticidium.

Ad Torturam in crimine Assassinii decernendam majora quidem & urgentia indicia; veruntamen & hactenùs levior probatio, quàm in aliis criminibus, quæ facilioris sunt probationis, admittitur. 1019. 168.

Conf. Assassinium.

Etiam ob sola remota, conjunctim tamen spectata, indicia criminis Tortura, summi etiam gradus, decerni potest. 1723. 11. & seq.

Etiam ex indubitatis & nullum scrupulum relinquentibus indiciis pœna capitalis, sine prævia Tortura, decerni potest. 1577. 36.

Quando certum quidem est, Homicidium aliquod nonnisi à certis personis committi potuisse; incertum verò, num ab omnibus simùl, vel ab alterutra saltem illarum commissum fuerit? tunc, sine prævia Tortura, neutri illarum pœna capitalis dictari potest.
1577. 36. & seqq.

In Tortura decernenda moderatæ rationis temperamentum, imprimis in eo, attendi debet, ut qualitas indiciorum sollicitè spectetur.
1023. 219.

Insignis reorum variatio etiam proximum & per se sufficiens, quandoque, ad Torturam indicium parit. 311. 78.

Quando suspiciones contra aliquem militantes tanti ponderis sunt, ut Torturæ corporali locum concilient, Tortura spiritualis, per præstationem juramenti purgatorii, nullum locum sortitur. 314. 118.

Adversus deprehensum in ipso crimine ab unico saltem teste non quidem pœna ultimi supplicii; benè tamen Tortura decerni potest.
760, 35.

Testis inhabilis ad decernendam Torturam solus, regulariter, haud sufficit. 1022. 213.

Nisi jungatur aliqua alia præsumtio vel indicium. 1022. 211. & seqq.

Tortura, pro circumspecto judicis arbitrio, debet esse moderata, ne quid durius vel remissius quoad illam statuatur. 1591. 10.

Ad fundandam Territionem realem etiam illorum depositiones sufficiunt, quibus à persona magiæ suspecta, vel in corpore, vel in bonis, damnum illatum esse constat.
1368. 8. & seqq.

Constrictio pollicum minùs est dolorifica, quàm compressio crurum; quàmvis nec magnum, etiam hoc respectu, inter ipsas, intercedat discrimen. 1371. 43. & seqq.

Forcipes pollicum ad realem Territionem pertinent. 1371. 45.

Territionem realem Carpzovius non malè leviuscula Torturæ præludia appellat. 1372. 53.

Forcipes pollicum, die Daumschrauben, quoad personas ætatis provectioris benè applicari possunt. 314. 121. & seq.

Summus in Ducatu Würtembergico Torturæ gradus eumque exequendi modus quis sit?
1027. 278. 1347. 120. 1723. 14.

Utrum appensio lapidis, in nonnullis locis usitata, vicem Quassationis, ad constituendum summum Torturæ gradum, supplere possit?
1723. 15. & seq.

Ignis, aliaque graviora tormenta, *nonnisi in solis criminibus nefandis & exceptis*, neque aliter, quàm si multùm urgentia atque certissima indicia occurrant, ità, ut sola rei confessio videatur deficere, decerni solent. 1724. 32.

Si Judex inquisito, post præambulam Territionem verbalem, tùm forcipes pollicum, die Daumenstöckhe/ tùm pedicas, Beinstöckt/ successivè applicare jussus, saltem posteriores applicando, confessionem extorserit, tunc, per hoc, neque processus irritus, neque Judex ulli pœnæ obnoxius redditur. 1371. 41. & seqq.

Torturæ commodissimum est tempus matutinum. 1592. 13.

Quibus de causis Tortura, ad minimum per quinque vel sex horas post sumptum cibum, soleat differri? 1592. 15.

Si persona epilepsia laborans matutino tempore frequentiores ejusdem insultus patiatur, tunc etiam pomeridianis horis nuda Forcipum applicatio benè, contra illam, decerni valet.
1592. 14.

Consilium Strykianum de remedio ab insultu epileptico præservativo personis, hoc morbo laborantibus, ante Torturam, applicando. 1592. 19.

Utrum Tortura etiam in causis pecuniariis locum obtineat? 307. 12. & seqq.

Tortura, regulariter, in illis causis obtinet, ubi vel capitalis, vel corporis afflictiva pœna locum sortitur. 307. 14.

Notæ.

Notatur ſententia Boceri, quòd in furto Tortura ne tum quidem obtineat, quando fuſtigationis pœna locum ſortitur. 307. 14.
In cauſis civilibus, quæ tale crimen annexum habent, ut ob illud Tortura decerni queat, hæc bene decerni poteſt. 307. 15.
Mercatores falliti ſeu Banciruptores torqueri poſſunt. 307. 16.
Itemque teſtes, etiam in cauſa civili ardua veritatem occultantes, vel vacillantes. 307. 17.
Nec non de Theſauro invento ſuſpecti. 307. 18.
Inventio rerum alienarum, ob annexum furti crimen, ejusdem quæſtionis ſeveritati locum conciliat. 307. 19.
Recitantur rationes, ob quas Bocerus in cauſis civilibus, tametſi crimen annexum habentibus, Torturæ nullum locum patere contendit. 307. 20. & ſq.
Opponuntur hiſce rationibus, partim, per retorſionem, ipſiusmet propriæ, partim aliæ rationes. 307. 22. & ſqq.
Reticentia rerum ab alio amiſſarum indicium Torturæ contra ipſum conciliat. 309. 38. & ſeqq.
Unum alterumve furtum confeſſus utrum etiam, propter alia, Torturæ ſubjici poſſit? cons. 17. n. 85. junct. n. 95. & ſq.
Cauſæ tùm criminales, tùm civiles tàm arduæ, ut Tortura in illis decerni valeat, ab uno ſolo JCto non facilè definiri debent. 306. 3.
Tortura, præprimis in cauſa civili, ſeu pecuniaria, in Ducatu Würtemb. ſine ſpeciali Principis permiſſu, decerni haud poteſt. 314 126.
Accedente ſpeciali Principis conſenſu Tortura etiam contra ſupremi regiminis, ſive intimioris admiſſionis Conſiliarium in non-reſpondendo ad articulos inquiſitionales contumacem, cæteris paribus, benè decerni poteſt. 1634. 88.
In criminibus levioribus reus in non-reſpondendo contumax, regulariter, captis pignoribus, vel mulctæ dictione, ad reſpondendum compellitur; In gravioribus verò, ſi omnem tùm de inferenda ſummi gradûs Tortura, tùm de imputato crimine pro confeſſato accipiendo, nunquam non præmittendam ſeriam comminationem pertinaci ſua contumacia fruſtratoriam reddiderit, ille, cæteris paribus, Torturæ rectè ſubjicitur. 1634. 89. & ſqq.
Quando adverſus contumacem in non-reſpondendo Tortura decernitur, tunc illa non tàm ad eruendam ipſius delicti confeſſionem, quàm potiùs ad extorquendam, eousque pertinaciter retardatam, congruam reſponſionem adhibetur. 1634. 98. 100. & ſqq.
Nec, regulariter, ei ad reſpondendum dilatio danda eſt. 1635. 99.
Tortura tamen in ejusmodi caſu moderata eſſe debet. 1635. 101.
Ad Torturam ex capite contumaciæ decernendam etiam indicia non adeò violenta ſufficiant. 1635. 102. & ſqq.
Imò hoc ipſum, quòd reus ad articulos inquiſitionales cathegoricè reſpondere detrectat, ſufficiens ad Torturam indicium per ſe præbet, ità, ut alio indicio opus haud ſit. 1635. 103. & ſeqq.
Niſi adverſus ejusmodi contumaces Tortura uti liceret, quilibet reus promeritum ſupplicium facili negotio effugere poſſet. 1635. 104.
In Torturæ, præprimis adverſus perſonam aliqua infirmitate affectam, decernendæ, gradu ac modo determinando religioſi judicis arbitrio multum relinquitur. 1347. 121. & ſq.
An, & quatenùs ſenes Torturæ ſubjici poſſint? 1584. 115. & ſq.
An, in hac quæſtione, quinquagenarii in claſſem ſenum veniant referendi? 1584. 115.
Etiam fœminæ torqueri poſſunt. 1027. 277.
Mulieres ſenes utrum Torturæ ſubjici valeant? 314. 121. & ſqq.
Prægnantes, etiamſi ex illicito coitu tales ſint, tamen ob partum in utero conſtitutum, regulariter, neque torqueri, neque terreri poſſunt. 1588. 157. 1591. 5. & ſq.
Quando prægnantis valdè inveriſimilis eſt, Tortura ſine ulteriore dilatione ſecurè decerni poteſt. 1588. 158. & ſqq.
Ne quidem puerpera, ante plenum XL. dierum lapſum, regulariter, torqueri poteſt. 1591. 5.
Si, juxta medici arbitrium, puerperæ corporis vires id patiantur, etiam poſt viginti ſolummodò, vel paulò plurium dierum lapſum, forcipes pollicum, die Daumenſtöckhe / absque tamen elevatione, in caſu neceſſitatis, eidem benè applicari poſſunt. 1591. 6. & ſeqq.
Multi DDres remiſſum hunc Torturæ gradum ne quidem pro Tortura agnoſcunt. 1591. 9.
In caſu etiam levioris, contra puerperam decernendæ, Torturæ gradûs partui, per aliquot dies, aliunde de alimentis proſpici oportet. 1592. 12.
Partu vel mortuo edito, vel mox iterum vivis erepto, puerpera, pro qualitate corporis virium, etiam ante XX. dies Torturæ ſubjici poteſt. 1592. 20.
An, & quatenùs Valetudinarii, Hernioſi, graviter Vulnerati, Epilepſia, vel ſimili morbo laborantes Torturæ ſubjici queant? 1586. 129. usque ad 156.
Reo in ipſa Tortura motum epilepticum, ve veram ſyncopen patiente, quid juris obtineat? 1590. 183
An, & quatenùs Furioſi, intervallato furore laborantes, torqueri valeant? Quænam, quoad hos, ſingularis planè fuerit Taboris ſententia? 1586. 135. & ſq. 1587. 143. & ſqq.
Vindicatur Bocerus, malè à Tabore, pro erronea ſua ſententia allegatus. 1587. 148. & ſqq.
Cœcitas à Tortura non liberat. 1585. 119.
Hujus Quæſtionis: Quantum temporis ſpatium inter

inter Torturam, & Confessionis ratihabitionem (die Bestätigung) intercedere debeat? determinatio prudentis Judicis arbitrio relinquenda est. 1371. 50.

In hoc tamen plerique DDres conveniunt, quòd sufficiat, si Judex Reum, per unum diem, & unam noctem, requiescere sinat. 1372. 51.

Etiam in Ducatu Würtembergico hanc ipsam ratificationem post elapsum spatium viginti quatuor horarum, coram septem masculini sexûs, & honestæ vitæ testibus, fieri sufficit. 1372. 52.

Executio pœnæ capitalis post ratificationem Confessionis tertio die legaliter suscipitur. 1372. 55.

Quando legitimè Tortus suam confessionem, debito tempore, loco & modo ratificatam, in ipso executionis die revocat, tunc Judex universa Inquisitionis Acta denuò ad impartiales Jctos transmittere tenetur. 1374. 74. & seq.

Sententia B. Carpzovii de revocatione Confessionis post legitimam ejusdem ratificationem in die executionis, sine justa causa, facta. 1375. 81.

Qua ratione inquisiti Confessio sub Tortura facta, ejusdemque ratificatio tàm firma & efficax reddi queat, ut sententia condemnatoria, etiam in casu revocationis, eidem nihilominùs superstrui queat? 1375. 82.

Sive Reus ex justa & verisimili, sive ex minùs justa & inverisimili causa suam Confessionem legitimè ratificatam, in die executionis revocet; semper tamen Executio eapropter differri, & Acta Inquisitionis denuò ad impartiales Jctos transmitti debent. 1375. 83. & seqq.

Quid ante hanc iteratam Actorum transmissionem Judici priùs faciendum? 1376. 86.

Quidsi Judex criminalis non obscurè animadvertat, quòd ab inquisito nihil aliud intendatur, quàm ut dolosè differat diem, atque executionem impediat? 1376. 87.

Si necessitas consulendi peritiores, in casu revocatæ ejusmodi Confessionis, etiam illi Judici incumbit, qui jam ante, in ferenda sententia, consilium Jurisprudentum secutus fuit, tunc illa multo magis, in simili casu, tali Judici incumbet, qui Reum, sine prævia Actorum transmissione, ad ultimi supplicii, & præprimis horrendissimam Vivicomburii pœnam damnavit. 1376. 89. & seq.

In casu, quando quis confessionem sub Tortura factam, absque ulla vel erroris, vel alterius justæ causæ allegatione, nedùm ejus legitima probatione, revocat, Tortura, regulariter, licet in gradu saltem mitiore, repeti potest. 1598. 49.

Tametsi alia nova indicia non adsint. 1598. 50.

Hæc ipsa confessionis semel factæ revocatio per se novum indicium constituit. 1598. 50.

Quænam conscientiosus Judex, in casu reiteratæ Torturæ, ex pio B. Brunnemanni monito, potissimùm in oculis habere debeat? 1598. 51.

Extra casum confessionis semel factæ revocationis Tortura, sine novis indiciis, repeti nequit. 1599. 58.

Quando ex circumstantiis verisimiliter appareat, Torturæ repetitionem ad nihil, vel ad minimum parum profuturam, illa rectiùs omittitur. 1599. 59. & seqq.

Quando reus Torturam legitimè sustinuit, tunc omnia, contra ipsum militantia, indicia pro omninò purgatis, ipsiusque innocentia pro satis probata haberi, & ipse à reatu criminis omnique etiam extraordinaria, pœna definitivè absolvi debet. 1351. 27. 1723. 21. & seq. 1725. 44.

Quibus casibus etiam post Torturam legitimè toleratam nihilominùs pœna aliqua extraordinaria decerni possit? 1599. 66. 1725. 45. 1726. 51. & seqq.

Tortura veras probationes, ex Rei confessione, & jurata duorum, omni exceptione majorum, testium depositione prostantes, purgat haud quaquàm. 1578. 50.

Justo leviùs Tortus habetur pro non Torto. 1723. 16.

Hæc regula ei, qui summi gradûs Torturam passus est, applicari nequit. 1723. 16.

Tortura, sine novis indiciis, repeti non potest. 1724. 18.

Ad hoc, ut Tortura repeti possit, talia Indicia requiruntur, quæ per se & solitariè, ac sine prioribus sufficiunt, & quæ ab hisce specie differunt. 1723. 19. & 21.

Tortura, sine ejusmodi indiciis, de facto reiterata, ipso jure nulla, nec ad Reum exindè condemnandum sufficiens habetur. 1723. 20.

Extra casum novorum, à prioribus specie differentium, & ferè indubitatorum indiciorum supervenientiæ, regulariter, haud gravior, sed potiùs lenior & levior solummodò Torturæ gradus, secundo loco dictari potest. 1725. 40.

Nisi de crimine excepto & summè nefando agatur. 1725. 40.

Si Reus, arte magica, vel alia simili ratione, corpus & animum induraverit, ut omnia tormenta intrepidè & quasi insensibiliter sustinere potuerit, tunc etiam absque supervenientibus novis indiciis Tortura, contra ipsum, repeti potest. 1723. 24.

Undè talis insensibilitas oriri queat? Ejus exempla. 1724. 25.

Si quis statim sub ligatura impatientissimum se exhibuerit, vel sub prima, aut reliquis elevationibus graviter & multùm ejulaverit, licet post ipsius elevationis actum id facere desierit, vel in ejus vestimentis aut indusio nihil, quod ipsum talis indurationis suspectum facere posset, deprehensum fuerit, in modo-

mododictæ limitationis subjectum non constituit. 1724. 26. & seqq.
Quales præcautiones contra Reos de tali indurations suspectos adhiberi soleant? 1724. 30.
In quibus casibus & criminibus mododictæ præcautiones locum habeant? 1724. 31.
Malefici, itemque sagæ Tormenta urplurimùm contumaciſſimè perferre, imò etiam ridere, & inter illa suaviter dormire solent. 1724. 31.
Tortura aliter iteratò decerni non deber, quàm si longè certior, quàm antea, veritatis explorandæ spes & ratio subsit. 1724. 34.
Ubi sola Fustigationis & perpetuæ Relegationis pœna locum habere potest, ibi Tortura, summi præsertim gradus, reiterari nequit. 1724. 35. & seqq.
Ordinatio Crim. Carolina reum Torturam legitimè passum nonnisi ad solam alimoniam refundendam, ſeine Zeung / obstrictum pronuntiat. 1725. 49.

TOTIES.

Clausula: Wann/Wie/und So offt ſie wollen/ Latinis Toties, quoties, nullo tempore circumscribitur; sed temporis infinitatem significat. 779. 125.

TOTUM.

Quælibet, propriè sic dicta, pars cujuscunque Totius, ejusdem cum Toto qualitatis & naturæ est. 726. 122.
Quicquid juris est in Toto, quoad Totum, idem etiam juris est in parte quoad partem. 321. 40. 470. 46. 726. 123. 1665. 12.
Modò pars sit ejusdem cum Toto qualitatis. 1665. 13.

An ab Usufructu ad proprietatem, & contra, ceu à Toto ad partem, arguere liceat? 726. 124. & seqq.

TRADITIO.

Verbum, Uberlaſſen / tantundem denotat, quantum ista Latina phrasis: Ex causa, seu titulo dominii translativo rem alicui tradere. 727. 136.
Ad traditionem dominii translativam significandam nulla magis apposita vocabula dantur, quàm Ubergab/ Einraumung/ Uberlaſſung. 727. 137.
Quid de verbis: Guthwillig überlaſſen/ sentiendum? 727. 138.
Traditio rei ad aliquem usum sine animo transferendi dominii facta intelligitur. 1509. 56.
Traditio rei sub conditione venditæ quomodo differat ab ea, quæ ex causa venditionis sub modo initæ facta est? vid. Venditio.
De Traditione rei ex contractu dominii translativo, in scriptis celebrato, facta vid. Scriptura.
Traditione à Patre filio vel filiæ simpliciter facta vid. Pater.

TRANSACTIO.

Transactio tantùm de re dubia & incerta initur. 169. 89. 240. 857.
Ad Transactionem validè ineundam etiam proximè imminens, & adhuc metuenda lis, præcipuè gravibus referta dubiis, sufficiens est. 1149. 476.
Per Transactiones privatorum Juri publico derogari non potest. 1260. 70.
Transactio super ultima voluntate, non priùs visis ejus tabulis, earumque tenore nondùm cognito, inita nulla est. 947. 460. 1233. 99. & seq. 1235. 128.
Ad hunc effectum non sufficit sola credulitas vel opinio; sed perfecta scientia contentorum testamenti necessaria est. 1234. 121.
Transigentes tali præviæ tabularum testamentī inspectioni frustrà renuntiant. 1235. 123.
Transactio super fideicommisso, malâ fide, inita, nec ex Principis confirmantis summa autoritate convalidatur. 1235. 126.
Casus per amicabilem Transactionem decisus non infringit observantiam. 453. 902.
Transactio inter alios inita tertio planè non præjudicat. 1233. 104.
Transactio super stipendio à solis fundatoris Agnatis cum aliis inita, Cognatis uxoris, stipendii ab illo, etiam in ipsorum commodum, fundati ignaris officere haud potest. 1233. 101.
Quando status negotii, per Transactionem decisi, non in omnibus, & plenissimè, quid videlicet etiam tertiorum interſit, Principi illam confirmanti fuit repræsentatus, tunc Transactio ipso jure nulla nec ex confirmatione summi Principis, tùm ob ipsam ejus nullitatem, tùm ex verisimillima ipsiusmet Principis confirmantis sententia, aliquid roboris consequitur. 1233. 107. & seqq.
Per Transactionem cum illis, quæ priùs inter vivos conventa, vel mortis causa dispositæ fuere, haud compatibilem, inducitur novatio. 875. 237.
Licet animus novandi expressis verbis non fuerit declaratus. 875. 237.
Ad inducendam, in talibus terminis, novationem sufficere creditur, ut contrarium, ne videlicet novatio fieret, inter transigentes partes non fuerit actum. 875. 239.
Ubi primordiali obligationi, ex contractu descendenti, per Transactionem aliquid adjicitur, & animus novandi non specificè declaratur, creditor ex utraque obligatione agere valet, ità nempe, ut, quod in una deest, ex altera suppleatur. 876. 243. & seqq.
De Transactione super mortuarii quantitate vid. Mortuarium.
Transactionibus Principum, Nobilium immediatorum, &c. vid. Princeps.
in scriptis vid. Scriptura.
Fideicommisso per Transactionem constituto vid. Fideicommissum.

Delatio jurisjurandi judicialis & subsequens ejus præstatio vim Transactionis habere censetur. cons. 18. n. 53.
Quibus in casibus Judex modis omnibus Transactionem tentare debeat? 1240. 3. & seqq.
Emtor super lite, à domino rei venditæ sibi motâ, inscio venditore, transigens ad evictionem, contra autorem, agere nequit. 1244. 59.
An autori, ab illo, nihilominùs juram. judiciale posteà deferri possit? 1244. 57. & seqq.
Exceptioni à solo emtore initæ talis Transactionis si saltem tacitè renuntietur, v. g. ultrò se ad præstationem juramenti offerendo, vel interpositæ appellationi vel supplicationi renuntiando, illa non ampliùs attendi potest. 1244. 60.
Hæredis institutio an in Transactione fieri possit? vid. Hæres.
Transactio super filii naturalis hæreditaria successione, tanquàm super re certa, & contra LL. præscriptum inita, ipso jure nulla est. 1260. 74. & seq. 1263. 121.
Tametsi à Magistratu fuerit confirmata. 1266. 160. & seqq.
Etiam Judicis sententia, qua talis Transactio confirmatur, ipso jure nulla est. 1267. 174.
Minor ne quidem in talibus terminis, ubi dubium subest, utrum ipse ex inita Transactione aliquid damni sit passus? ex odio litium, in integrum restituitur. 1249. 470.
Incertitudo, tempore Transactionis adhuc dùm futuri, valdè dubii eventus, omnem restitutionem in integrum, contra geminatam & solennem Transactionem, prorsùs excludit. 1150. 481.
Transactio bona fide celebrata, nec ob noviter reperta instrumenta rescinditur. 1235. 527.
Sed diversum in ultimis defunctorum elogiis, & desuper initis Transactionibus obtinet. 1235. 128.
Tales Transactiones, sine prævia tabularum inspectione, potiùs ipso jure nullæ sunt, quàm retractantur. 1235. 128.
Ob instrumenta dolosè suppressa & occultata, etiam jurata Transactio rescinditur. 1235. 129.
Ex hoc, quòd meus adversarius scivit, instrumentum adesse, egò verò hoc nescivi, Transactio doli mali vitio inficitur. 1235. 130.
Exceptio non impletæ Transactionis, in prima instantia jam semel objecta, pro nova causa, ad impetrandam in integrum restitutionem allegari non potest. cons. 20. n. 54.
Transactio ex eo, quòd illa ab altero non adimpleatur, rescindi non potest. cons. 20. n. 56.
Tametsi in forma contractûs alicujus innominati fuerit inita. cons. 20. n. 57.
In casu L. 41. Cod. de transact. executio pœnalis etiam adversus delinquentis hæredem locum habet. 1048. 68.
A pœnis Legis 41. Cod. de transact. etiam quævis injusta & levis causa, imprudentia, & credulitas excusat. 1061. 229.
Juratam Transactionem, sub obtentu enormis læsionis, non implens, hac sola de causa, quòd DDres diversas super hac Q. An Transactio ex capite læsionis enormis rescindi valeat? sententias foveant, à pœnali dictæ legis sanctione absolvitur. 1061. 230.
Quo pacto læsio in Transactionibus sit computanda? 749. 387.

TRANSMISSIO.

Substantiale omnis Transmissionis fundamentum est, ut jus, de cujus transmissione quæritur, priùs ipsi Transmittenti delatum fuerit. 799. 51. & 52. 758. 36.
Quamdiu superstes est ille, quem lex, vel homo præfert, tamdiu sequentibus nullum jus transmissibile acquisitum dici potest. 799. 57.
De Transmissione actorum ad impartiales vid. Acta.

TREBELLIANICA.

Quarta Trebellianica ad exemplum Falcidiæ introducta est, & passim Falcidiæ nomine notatur. 65. 585. & sq.
Quatenus ab una ad alteram concludere liceat? 65. 588.
Falcidia arctiùs debetur, quàm Trebellianica. 65. 590.
Falcidia quidem Trebellianicam; verùm hæc illam non facilè complectitur. 66. 604.
Quarta Trebellianica sola universalia fideicommissa pro objecto habet. 980. 835.

TUNC.

Particula, Tunc, eo casu, dann / alsdann / ità restringit dispositionem, ut in solo nominatim expresso casu, nulloque alio locum obtineat. 13. 102. & sq. 656. 165. & sqq.
Particulæ, Ex Tunc, prout ex nunc, sive dann als jetzt / und jetzt / als dann / omnia futura tempora & casus involvunt. 781. 153.
Particulæ, falls / auff den fall / dann / & alsdann / omnem dispositionem ad casum sub illis contentum restringunt. 13. 102. & sq. 677. 30.
Casumque contrarium omninò excludunt. 677. 31.
Etiam in dispositione summè favorabili. 677. 32. & sq.
Eædem particulæ verissimam conditionem important. 13. 100. 677. 34.
Nec aliter verificantur, nisi conditionibus in forma specifica impletis. 13. 101. 678. 42.
In casu adjectæ particulæ, Tunc, Alsdann / substitutio directa, in casum vulgaris substitutionis proprium, utrumque casum, voluntatis & impotentiæ, haud complectitur. 13. 105. & seq.
De efficacia harum particularum in dispositionibus fideicommissariis vid. Fideicommissum. Liberi.

TURBATIO.

De Turbatione in poſſeſſione vid. Poſſeſſio.
ſacrorum publicorum vid. Sacrum.

TUTELA. TUTOR.

Productio Tutorii coram Judice, qui ipſemet Tutorem conſtituit, neceſſaria haud eſt. 1402. 14. & ſq.

Utrum Tutor caducitatem emphyteuſeos ſolus poſſit remittere? 619. 69.

Tutor, per renuntiationem juris, certi & non controverſi, ſuo pupillo competentis, ipſi planè non præjudicat. 1264. 129. & ſqq.

Quousque domini loco habeatur? 1264. 130. & ſeqq.

Tutor, pupilli nomine, omnium rerum poſſeſſionem vel quaſi apprehendere poteſt, vel eam aliis mandare. 1058. 196.

Tutor non ad hoc datur, ut pupillus mergatur. 1264. 132.

Etiam illuſtrium perſonarum Tutores, absque autoritate & decreto Magiſtratus, donare poſſunt. 969. 721.

Tutor, pecuniam pupillarem in proprios uſus vertens, non ſaltem tutelæ; ſed & actione furti pulſari poteſt. 139. 48.

De diviſione rei Tutori cum pupillo communis vid. Communio.

Donatione remuneratoria Tutori de bonis pupilli permiſſa vid. Donatio remuneratoria.

Mater non aliter ad ſuorum Liberorum legitimam Tutelam admittitur, quàm ſi tùm Velleiano Scto, tùm & aliis muliebribus beneficiis renuntiet. conſ. 16. n. 962. & ſqq.

Si hanc renuntiationem mater facere renuat, liberorum Tutela ei neutiquàm committitur: Hoc non attentô, quòd iſta Tutela ſit voluntaria; non imperativa. conſ. 16. n. 964. & ſq.

Violenta dejectio, per Tutorem facta, pupillum pœnæ Legis 7. Cod. unde vi haud ſubjugat. 1053. 136.

Multo minus ergò hoc per Pro-Tutorem fieri poterit. 1053. 137.

Pro-Tutor quis rectè & propriè dicendus? 1058. 195.

TUUM. Vid. Meum.

VACUUS.

De Occupatione rei Vacuæ vid. Occupatio. Spolium.

VALETUDO.

Ob adverſam Valetudinem carceris pœna mitigari conſuevit. 353. 52.

De Tortura Valetudinariorum vid. Tortura.

VALISIA.

Valiſiâ Judæo apertâ redditâ ipſe ad Juramentum in litem, regulariter, haud admittitur. 334. 32.

VALOR.

Von Valvirten Thalern / Thalern in dem Valor, wie ſie der Debitor empfangen / item à que de Valore monetæ in univerſum vid. Thalerus. Moneta.

VARIATIO.

Inſignis Reorum Variatio etiam proximum & per ſe ſufficiens, quandoque ad torturam indicium parit. 311. 78.

Parti, in proponendis ſuæ cauſæ meritis multùm Varianti fidem adhibere jura non patiuntur. 1659. 25.

Hinc, ſi actor ab initio fetè ultra dimidium, poſtea ſimpliciter ultra dimidium, tandem verò enormiſſimè ſeſe læſum prætendat, iſte pariter fide indignum ſe reddit. 1659. 21. & ſeqq.

Jus noſtrum, regulariter, nemini Variandi licentiam indulget, niſi aliqua æquitatis ratio illam ſuadeat. 1631. 63.

De facultate Variandi, actori, in caſu inſtituti petitorii, competente, vid. Poſſeſſorium.

VASALLUS. Conf. Feudum.

Vaſallus appellatur fidelis. 648. 49.

Vaſalli Principum paſſim in Jure fedali militum nomine inſigniuntur. 340. 39.

Utrum Principum Vaſallis, ceu in perpetuo procinctu verſantibus, beneficium competentiæ de Jure, vel ſaltem moribus competat? 340. 38.

Recenſetur conſtitutio Electoralis Brunſuicenſis hac de re. 340. 40.

Beneficio competentiæ uſurus Vaſallus demonſtrare tenetur, quòd, ſi ſuis Creditoribus ex aſſe ſatisfacere adigeretur, ſe & ſuam familiam non ampliùs exhibere, & ſervitia feudalia præſtare valeret. 341. 41. & ſqq.

In dubio Princeps nobilibus ſuis Vaſallis jura ipſis, præprimis ab antiquo, competentia adimere voluiſſe haudquaquàm intelligitur. 1220. 128.

De Laudemio à Vaſallo ſolvendo vid. Laudemium.

Vaſalli à collectis, tùm ordinariis, tùm extraordinariis, regulariter, immunes ſunt. 1213. 43.

Niſi tales ſint collectæ, quæ in locum feudalium ſervitiorum quandoque ſuccedunt. 1214. 45.

Vel quæ, ob maximam, inopinatam & extremam neceſſitatem, indicuntur. 1214. 47. & ſqq.

Vel ſi quæſtio ſit de Feudis plebejis & burgenſaticis. 1220. 123.

In ambiguo præſumitur, quòd Vaſallus ad ſervitia ſuo domino teneatur. 1214. 58.

Licet ſervitiorum in inveſtitura nulla facta ſit mentio. 1214. 59.

Jus collectandi etiam per conſuetudinem, vel præſcriptionem contra Vaſallum acquiri poteſt. 1216. 79.

Utrum talis conſuetudo etiam in Ducatu Luneburgico-Calenbergenſi probari valeat? 1216. 81. & ſqq.

Specifica mentio der Lehengüther in provincialibus Conſtitutionibus, quòd illa collectis obno-

obnoxia esse debeant, ad feuda burgensia & emphyteutica commodissimè restringitur. 1219. 120.

VECTIGAL.

Etiam Vectigalium reditus ad usufructuarium territorii pertinent. 1739. 23.

Qui rem totam, ob non solutum Vectigal, auferre potest, ille multo magis, hac possessori relicta, certam pecuniariam quantitatem exigere potest. 619. 75.

VENATIO.

Etiam jus Venationum sub pacto de retrovendendo coemptum rebus immobilibus accensetur. cons. 16. n. 640. & sqq.

VENDITIO. VENDERE. VENDITOR. Conf. Emtio.

Nemo invitus compelli potest, ut rem suam alteri vendat. 621. 105.

Testatoris voluntas, statutum, vel pactum, ità disponens: Daß eines Guths Löser in solchem Werth/ wie dasselbe erkaufft/ die Außlosung thun solle/ ad Venditionem gratiosam, Germanis Einen Freundskauff/ malè porrigitur. 75. 680. & sqq. 74. 673. & sqq.

Quando testator rem aliquam certo pretio; sed tamen longè viliori, quàm reverà res valet, certæ personæ vendi mandavit, tunc talis dispositio valet in vim legati, & ab hærede præcisè adimpleri debet. 1491. 98. & sqq.

Idem dicendum, si testator hæredem suum æquo pretio rem aliquam emere jusserit. 1491. 100.

Quæcunque res emi vendi possunt, etiam præscribi possunt; & contra. 472. 71.

Qualis Contractus celebrari censendus: Wann man denen armen Leuthen/ auff Wein oder Früchten/ etwas Gelds zuvor außgibt/ auff den gemeinen Kauff oder Schlag/ was die Wein/ oder Früchte/ zur zeit des Contracts/ oder 14. Tag nach dem Herbst/ oder/ juxta Ducatus Würtembergici usum, auff die so genannte Rechnung/ oder jenige Schläge/ so die Obrigkeit eines jeden Ohrts auf einen gewissen tag/ als/ auf Trium Regum, zu setzen pflegt? An sit mutuum, vel Venditio? 122. 174. & seqq.

An dispositio Juris Canonici, qua ejusmodi contractus, quo res viliùs emitur, ut postea alii cariùs vendatur, declaratur illicitus, etiam hujusmodi Venditionem eodem nullitatis vitio inficiat? 122. 178.

Debitum vini, vel frumenti demùm nascituri, pro pecunia, loco pretii prænumerata, præstandi, immobilibus aggregari nullatenùs potest. 123. 194. 125. 218. & sqq.

Vinum, vel Frumentum, prædicta ratione, coemptum, in emtoris dominio, vel ejus periculo, quoadusque nascatur, ipsique tradatur, dici non potest. 125. 215. & sqq.

Quid in foro Würtembergico quoad hoc juris? 685. 145.

Utrum jus investiendi novum emphyteutam ad proprietatis dominium, an verò ad Usufructuarium prædii emphyteutici, in specie nostris moribus, pertineat? 687. 163. usque ad 180.

In casu caducitatis emphyteusis acquiritur proprietario; verùm in casu devolutionis propter canonem non solutum, prædii alienationem, & sic deinceps, emphyteusis quidem etiam domino acquiritur; verùm emolumenta indè provenientia pertinent ad fructuarium. 688. 177. & seqq. 699. 320. & seqq.

Ususfructus omnium bonorum, inter vivos, vel mortis causa, constitutus, regulariter, universa constituentis bona afficit. 1738. 12. & seqq.

Etiam illo in casu, quo maritus uxori suorum bonorum (sine additamento, omnium) Usumfructum reliquit, tamen huic omnium prædiorum, tàm rusticorum, quàm urbanorum, & mancipiorum, & supellectilium, itemque calendarii Ususfructus debetur. 1738. 15.

Ad Usufructuarium universalem omnium, tùm mobilium, tùm immobilium bonorum, non tantùm

tantùm ſpecierum ; verùm etiam quantitatum Uſusfructus pertinet. 1738. 16. & ſq.

Etiamſi conditor Uſusfructus eas, ante juris hujus conſtitutionem, habuerit venales; modò non aliundè diverſa ejus voluntas appareat. 1738. 18.

Nec refert, ſive bona jam, tempore Uſusfructus conſtituti, ſive demùm poſt illud, fuerint acquiſita. 1738. 19.

Nec diverſum de rebus incorporalibus & juribus ſentiendum. 1739. 21.

Hinc etiam in caſu conſtituti Uſufructus vel omnium bonorum, vel unius ſaltem caſtri, aut territorii cum appertinentiis, cui, vel quibus jus patronatus annexum eſt, etiam hujus, ſive illud plenum ſit, ſive minùs plenum, exercitium ad Uſufructuarium ſolum, excluſo planè proprietario, pertinet. 680. 72. 1739. 22.

Idemque dicendum de reditibus pedagii & vectigalium. 1739. 23.

Nec non de commodis ex munerum & officiorum in loco vacantium collatione redactis. 1739. 24.

Itemque de canone emphyteutico. 1739. 25.

Ex hiſce verbis: Daß der Käuffer eines Guths daſſelbige nutzen und nieſſen ſolle / malè colligitur, quòd ſolus Uſusfructus prædii feudalis ei venditus ſit. 636. 30. & ſq.

Hujusmodi verba in inſtrumento venditionis frequentiſſimè ponuntur non animo reſtringendi; ſed potiùs ad enixam venditoris voluntatem tanto magis declarandam. 636. 31.

Aliud eſt: Daß jemand den Lehenbahren Priehl / oder Garten bekommen / nutzen und haben ſolle. Et aliud: Daß er / die tag ſeines lebens / die Nutznieſſung an einem Lehenbahren Garthen haben ſolle. 636. 33.

Fundi, prædii, & horti appellatione nec ſola proprietas, nec ſolum jus utendi fruendi; ſed plenum, perfectum & integrum, & in bonis feudalibus utile dominium ſignificatur. 637. 35. & 38. 728. 148. & ſqq.

Si fundum ſtipulanti fructus, detracto Uſufructu, præſtetur, promiſſor à ſua obligatione non liberatur. 637. 36. 728. 150. & ſq.

Fundus dari non intelligitur, ſi jus utendi fruendi detrahatur. 637. 37. 728. 150. & ſq.

Fundum legans, non adjectis his verbis: Deducto Uſufructu, ipſum totum dominium, unà cum Uſufructu, legaſſe cenſendus. 637. 38. 728. 152.

Suum fundum vel prædium legans ad utendum fruendum, tamen totum & plenum illius dominium reliquiſſe intelligitur. 637. 40. 728. 154.

Facultas alicui conceſſa das Guth in Lehenweiß innzuhaben / zunutzen und zunieſſen / als Lehen und Landrecht iſt / non Uſumfructum ſaltem; ſed utile dominium indigitat. 651. 76. & ſq.

Qui certæ bonorum partis, ad ſe non ſaltem jure fructuario; ſed dominii ſpectantis portionem alicui legat, vel donat, vel ex alia cauſa oneroſa vel lucroſa, promittit; niſi de Uſufructu ſpeciatim loquatur, non utique hunc ſolum; ſed ipſum illius portionis dominium legaſſe, donaſſe, vel promiſiſſe procul dubio cenſendus. 726. 120. & ſqq.

Fundum eligens plenam proprietatem neceſſariò habet, tametſi Uſumfructum à ſe repellat. 728. 149.

Conjugi, vel alii ſua prædia legans, & alii ſuorum prædiorum Uſumfructum, ambos in Uſufructu conjungere voluiſſe cenſeri debet. 728. 153.

Fundi appellatione intimatum dominium, per verba ſubnexa, ad utendum fruendum, haudquaquàm reſtringitur ad ſolum jus utendi fruendi. 728. 155.

Qui non habet verum jus utendi fruendi, ad illum nec jura de vero Uſufructu loquentia pertinent. 688. 182.

Omnes prædii fructus alicui legans ad ipſum hunc legatarium reſpexiſſe, ipſumque jus utendi fruendi eidem relinquere voluiſſe intelligitur. 688. 185.

Præprimis ſi addiderit verba: Ohne männiglichs hindernuß. 689. 187.

Legatum, quòd aliquis liberè uti & frui poſſit, vel quòd fructus in libera ipſius poteſtate eſſe debeant, jus utendi fruendi formale deſignat. 589. 188.

Hæc verba: Was der Teſtator immer ſelbſt zuerfordern und einzunemmen habe / legatarium in omni omninò prædii utilitate, in locum ipſius proprietarii, pleniſſimè ſurrogant. 689. 189.

Diſponens: Daß / nach ſeiner Haußfrauen tod / deren er eines Guths pleniſſimum Uſumfructum, ſub nominibus aller jährlichen Gefäll / Nutzungen und Einkommens / verſchafft / der Uſusfructus zu einem Stipendio verwendet / und davon einig Chriſtliche Evangeliſche Jugend von ſeinem Geſchlecht beſtmöglichſt unterhalten und fortbefördert werden ſolle / etiam ſuis Cognatis haud obſcurè Uſumfructum legâſſe exiſtimatur. 689. 192.

Quando teſtator ſua verba ad perſonam haud dirigit, v. gr. ſic dicendo: Titio fructus fundi mei Tuſculani do lego, tunc verba nihilominùs ad legatarium directa, & dehinc ipſum jus utendi fruendi relictum cenſetur. 690. 210.

Sive testator alicui Usumfructum, sive omnes alicujus prædii fructus, aut reditus legaverit, omnibus his casibus, universi istius prædii fructus, non saltem naturales; verùm etiam civiles legatarium sequuntur. 690. 215. & seqq.

Ususfructus, an fructus legetur, nihil interest. 690. 216.

Fructibus ad vitam, vel in singulos annos alicui relictis præsumitur Ususfructus eidem legatus. 690. 217.

Reditûs annui legatum tantundem dicit, quàm legatum Ususfructûs. 691. 221.

Illa omnia, quæ LL. in fructu esse dicunt, meritò appellari possunt prædii reditus. 691. 225.

Etiam fructus non quotañis; sed de quinquennio in quinquennium renascentes, etiam marmora & lapides suo tempore renascentes, æquè fructus ac reditus appellantur rectissimè. 691. 226.

Germanica hæc nomina: Der jährliche Ususfructus, non præcisè & tantùm tales reditus designant, qui quolibet anno in certa, uniformi, seu eadem quantitate, perpetim, seu ordinariè, seu extra ordinem, ex prædio ad fruendum concesso percipi possunt, complectitur. 681. 45.

Testator, in dubio, suam dispositionem, Juris communis, etiam tales rariores, atque extraordinarias obventiones fructuario addicentis, dispositioni conformare voluisse intelligi debet. 681. 87.

Alles jährliche Einkommen/ Gefäll und Nutzen jus utendi fruendi plenissimum complectitur, nihilque excludit. 682. 91. 692. 238.

Legatum Ususfructus, & annuorum fundi fructuum vel redituum legatum eodem recidunt. 682. 94. 690. 207. 690. 215. & mult. seqq.

Nisi de testatoris diversa mente aliundè constare queat. 690. 209.

Ususfructus & reditus in quo præcipuè à se invicem differant? 1745. 89.

Fructibus annuis legatis, allen jährlichen Nutzungen/ non solùm illi fructus, qui quotannis renascuntur; sed & extraordinarii, imò etiam illi, qui per totum Ususfructûs constantis tempus saltem semel proveniunt, legati censentur. 682. 95. & seqq.

Usufructu stipendii alicui, in genere, relictô quænam ei debeantur? 679. 63. & mult. seqq.

An antegressa erronea observantia à regulis juris plenarii Usufructus necessarium discessum producere valeat? 683. 107. & seqq.

Salvô jure fructuario, seu veri Ususfructus, benè fieri potest, ut alius, nomine fructuarii, fructus percipiat. 689. 199. & seqq.

Etiam negotiorum gestor hoc, nomine Usufructuarii, facere potest. 689. 201.

Usufructu ecclesiæ, monasterio, civitati, aliove, seculari, vel ecclesiasticæ, universitati, itemque pupillo, minori, vel alii sub cura degenti personæ constituto omnium istorum Usufructuariorum tutores, curatores, aliove quicunque administratores, illorum nomine, fructus percipiunt. 689. 202.

Demonstratur, quòd idem etiam in Usufructu, alicujus stipendii beneficiariis relicto, pariformiter benè procedere valeat. 690. 203. & seq.

De Usufructu stipendii alicui relicto vid. multa sub voc. Stipendium.

Dotalitium est species Ususfructus. 685. 148. & seqq.

Possessores subsellii templorum in Foro Saxonico sunt meri Usufructuarii. 471. 51.

Quando Judex Usumfructum non in aliquo judicio divisorio adjudicat, sed, v. gr. actione personali ex testamento contra aliquem intentatâ, reum condemnat, ut actorem quietè utifrui patiatur; vel, intentatâ rei vindicatione, actorem illius dominum declarat, tunc actori, in primo casu, non acquiritur Ususfructus; sed tantummodò jus Usufructus, vel dominii, *jamjam acquisitum, per sententiam* declaratur. 741. 311. & seqq.

Sententia in curia feudali lata, quòd non solus Ususfructus; verùm utile bonorum feudalium dominium ad aliquem pertineat, satis declarat, quod hucusque, indivisim, à domino profectæ Investituræ etiam ipsum spectaverint. 741. 314.

Nemo maximos sumtus, labores & curas, pro solo paucorum annorum, vel mensium Usufructu, periclitaturus fuisse censendus. 723. 85.

Ususfructus, ob incertissimam ejus durationem, non magno pretio æstimari consuevit. 725. 104.

An ex eo, quòd triens bonorum alicui, à suo agnato, in casum, si ipse, ab ipsorum familia, ante plurimos annos, avulsa bona, ad aliquot auri tonnas, suo pretio, ascendentia, suis propriis sumtibus, suique solius laboribus, curis, vigiliis, & periculo, pro tota familia recuperaverit, absolutè promissus, & post actualem recuperationem, simpliciter cessus fuerit, in dubio, ipsum dominium, vel saltem Usufructus cessus debeat intelligi? 720. 43. usque ad 334.

Tempore belli facilè fieri potest, ut Ususfructus cum nullo fructuarii emolumento conjunctus sit. 725. 111.

Fructuarius ante fructuum perceptionem decedens

cedens ad hæredes ſuos nihil de illis transmittit. 701. 351.

Merces à Colono debita ad proprietarium vel Uſufructuarium pertinet, prout Uſufructuarius vel ante, vel poſt fructuum perceptionem, fato conceſſit. 701. 355. & ſqq.

Quocunque in caſu Uſufructuarius fructus fundi naturales, ſi eundem ipſe coleret, ſibi acquireret, ipſe etiam fructus civiles acquirit. 701. 359.

Commodum particularis ſolutionis ſucceſſori in emphyteuſi indultum non debet in damnum Uſufructuarii porrigi. 702. 366.

De Quaſi Uſufructu vid. Quaſi Uſusfructus.

Antegreſſa, utut magnæ partis bonorum donatio mortis cauſa, per ſubſequam generalem hæredis inſtitutionem, haudquaquam revocata cenſeri debet, etiamſi iſti Donatario omnium ſuorum bonorum uſusfructus, adjecta clauſula derogatoria omnis priùs conditæ ſupremæ voluntatis, à teſtatore fuerit relictus. 975. A.

Quando res mobiles, quæ ipſo uſu non conſumuntur; ſed ſolùm minuuntur, ipſiusmet Patris, vel ejusdem familiæ latâ, aut levi culpa, vel etiam ex ordinario & legitimo ſui uſu, per ſucceſſivam attritionem, deteriores redditæ, tunc Pater quidem illas, prout extabunt, reſtituere poteſt; ſed tamen ſimùl, præſertim de Jure Provinc. Würtembergico, pro qualitate deteriorationis, ad intereſſe tenetur. 1404. 40. & ſqq.

Hæc Jura etiam tunc obtinent, quando bona materna, inter patrem & ejus liberos, tantùm eventualiter, per ſolam portionum hæreditariarum quantitativam determinationem, durch eine eventual-abtheilung/ dividuntur. 1405. 45. & ſeqq.

Facta in hunc modum maternæ hæreditatis diviſione pater in omnibus ejus particulis plenum condominium pro ſua parte, & quoad ſuorum liberorum portiones Uſumfructum, pro indiviſo, conſequitur. 1405. 47. & ſeqq.

Interitus ejusmodi rerum caſualis ad quem ſpectet? 1405. 48.

Hæc ſola exceptio, quòd bona liberorum materna, maximam partem, in ipſorum alimoniam conſumta fuerint, patrem Uſufructuarium à reſtitutionis neceſſitate, regulariter, non liberat. 1406. 53.

Liberi, pro ſecuritate bonorum maternorum, in bonis Patris Uſufructuarii tacitam hypothecam habent. 1407. 66.

Quando Patri res non fungibiles, juſto pretio æſtimatæ; verùm ſine ſpeciali certarum rerum determinatione, in Uſumfructum traditæ ſunt, tunc ille, æque ac in caſu contrario, ubi liberis certæ ſpecies in diviſione hereditatis maternæ ſeorſim aſſignatæ ſunt, easdem adhuc extantes, in illo ſtatu, in quo nunc ſunt, cum intereſſe, vel ſi prorsùs apud ipſum inutiles redditæ, aut planè conſumptæ ſint, earundem æſtimationem pro rata reſtituere tenetur. 1407. 68. & ſeq.

Idem jus liberis etiam in caſu excitati concurſus creditorum competit. d. l.

Fructuarium omnia, rei Uſufructuariæ annexa, onera indivulſim ſequuntur. 725. 110.

Etiam omnium bonorum Uſufructuario ſolæ modicæ refectionis expenſæ incumbunt. 79. 709. & ſqq. 739. 287.

Majores expenſæ, præſertim ſi ædes vetuſtate collapſas, vel flammis abſumptas, reſtaurare oporteat, dominum proprietatis ſolitariè ſequuntur. 79. 709. & ſqq. 739. 288.

Si Uſufructuarius novum ſolummodò tectum procuret, hoc à proprietario repetere poteſt. 739. 291.

Uſufructuarius, etiam omnium bonorum, non eſt ſucceſſor univerſalis, cui ſoli ſolutio debitorum incumbit. 742. 321.

Specialis liberatio ab æris alieni ſolutione manifeſtè demonſtrat, quòd, qui ità liberatur, non ſit Uſufructuarius; ſed proprietarius. 742. 318. & ſqq.

Ne expreſſum quidem pactum, quòd Uſufructuarius rem propriis ſumtibus meliorare debeat, de novorum ædificiorum extructione exaudiri; ſed ad ſolas modicas refectionis expenſas reſtringi deber. 77. 696. & ſqq.

Cautio ab Uſufructuario præſtanda qualis ſit? 459. 973. & ſeq.

Utrum conjux univerſalis Bb. defuncti Uſufructuarius conſtitutus ejusdem æs alienum exolvere teneatur? 131. 290.

De Uſufructu ſuperſtiti conjugi ſecundum Statutum Lib. Civitatis Hailbronnenſis debito vid. Statutum.

Quatenùs Uſusfructûs, in computatione bonorum debitoris obærati, ratio habeatur? 1411. 100. & ſeq.

Concurſus Credd. vel ceſſio bonorum nullibi inter modos paternum vel alium Uſumfructum extinguendi refertur. 1411. 105.

Semper Uſusfructus alium dominum præſupponit. 1408. 74.

Uſufructuarius rem ſibi in uſumfructum conceſſam alienare nequit. 1408. 76.

Novum non eſt, ut penes alium ſit ipſum jus Uſusfructûs, & penes alium facultas fructuum percipiendorum. 1742. 55.

Illuſtratur hoc variis notabilibus exemplis. 1742. 55. & ſqq.

Nudam fructuum commoditatem Usufructuarius, etiam invito proprietario, alteri locare, aut gratis concedere, vendere, oppignorare, aliove titulo in alterum transferre potest. 1742. 60. & mult. seqq.

Ipsum tamen jus Ususfructûs, nisi domino volente, alteri cedere nequit. 1743. 62.

Usufructuarius duplex jus habere intelligitur, quorum alterum est merè personale, alterum verò reale. 1743. 63.

Illud ossibus ipsius adeò cohæret, ut in neminem alium transferri queat. 1743. 63. & sqq.

Hoc autem ab ipsius persona benè abire potest. 1743. 65.

Ususfructus, posteriore sensu, in aliquem translatus in persona secundi Fructuarii idem ille est, qui in alienante. 1743. 65.

Perindè ac juris est in Cessionario actionum. 1743. 66.

Etiam commoditas seu perceptio fructuum in Jure, licet nonnihil pinguius, Ususfructus vocatur. 1743. 66.

Usufructuarius, meram fructuum commoditatem alteri concedens, jus utendi fruendi ipsemet retinere, aliò saltem ejus negotium gerente, jure intelligitur. 1743. 69.

Quatenùs Fructuarius, suum jus extraneo cedens, nihil agere dicatur? 1743. 70. & seq.

Aliud est cedere Usumfructum, & aliud concedere Fructuum perceptionem. 1744. 72.

Usufructuarium jus utendi fruendi extraneo, tanquàm suo vicario, concedere posse non malè pronunciat Henr. Giesebertus. 1744. 73.

Jus utilis dominii, quod competit vasallo, emphyteutæ, vel superficiario, longè plenius est & efficacius, quàm solum jus Utendi-fruendi. 725. 109. 1744. 76.

An per juris fructus feudales percipiendi concessionem à solo Vasallo factam jus aliquod in re transferatur, & quomodo ab Usufructu differat? 738. 277. & seq. 1742. 54.

Ad constituendum formale jus utendi-fruendi in prædio feudali, consensus domini omninò requiritur. 738. 282. 740. 298.

Verus prædii feudalis Usufructuarius etiam ad servitia feudalia benè potest adstringi. 740. 299.

Verùm Usufructuarius prædii feudalis eodem investiri potest haudquaquàm. 740. 301.

Usufructuarius, sub nomine suorum, vel suorum bonorum, res jure fructuario sibi servientes non censetur comprehendere. 726. 118.

Ab Usufructu ad proprietatem, & à proprietate ad Usumfructum, ceu à toto ad partem, non licet arguere. 726. 124.

Ususfructus quasi pars est dominii, seu proprietatis; sed non propriè & verè, tanquàm generis seu totius; sed tantummodò tanquàm illius accessio seu adjunctum. 726. 125. & sq. 1740. 34.

Ususfructus quidem partem dominii pleni integrantem constituit; verùm non partem ipsius fundi. 729. 162. & seqq. junct. 170.

Ususfructus est res incorporalis, hincque in Jure; non in parte consistit. 729. 165.

Ususfructus duntaxat instar portionis obtinet. 729. 168.

Usumfructum in feudo habens eapropter vasallus vel minimè fit. 740. 304.

Non obstante Usufructu, in prædio feudali alteri concesso, utilis dominii proprietarius tamen Vasallus maner, & dehinc quoque feudum solus recognoscit. 740. 304. & seq.

Feudi Usufructuarius, dominum offendens, suum jus haud amittit. 740. 306. & seq.

Quo sensu feudum à JCto Feudista appelletur Ususfructus? 1744. 77. & seq.

Alienare prohibitus nec Usumfructum constituere potest. 1740. 24. 1748. 119.

Maritus uxori *omnium suorum bonorum Usumfructum* in amplissima hac forma relinquens: Daß Sie den freyen Genuß von seiner völligen und gantzen Verlassenschafft haben ꝛc. solle / eidem etiam facultatem omnes Jurisdictionis feudalis, suis bonis inhærentis, fructus & commoda, proprio suo facto, & sine alterius concursu; veruntamen ex persona & nomine suorum successorum feudalium, percipiendi & acquirendi concessisse censendus est. 1744. 79.

Præprimis si ad confectionem pactorum dotalium, in quibus hujusmodi ordinatio facta, specificum & expressum Agnatorum consensum adhibuerit. 1744. 80.

An ad convalidandam Ususfructus in Feudo antiquo constitutionem Agnatorum in eodem successurorum specificus consensus solus sufficiat? 1740. 37. & seq.

Nisi specialiter feudalium bonorum mentio facta, & à domino directo licentia de illis testandi vel disponendi concessa sit, sub Usufructu etiam omnium bonorum feuda non continentur. 1741. 40. & seq.

Tametsi Vasallus, cum specifico omnium agnatorum consensu, Usumfructum propriè sic dictum in Feudo constituere nequeat; facultatem tamen fructus percipiendi, etiam sine consensu Domini directi, quocunque titulo

usu in alium transferre potest. 1741. 42. & seqq.

Facta hujus facultatis translatione Usufructuarius non solùm ipsum feudum possidere; sed etiam omnes omninò, tàm civiles, quàm naturales fructus, & dehinc quoque omnia patrimonialis vel feudalis jurisdictionis emolumenta suo proprio quidem facto, & sine ullo ipsius concedentis Vasalli concursu; veruntamen ex jure & persona ejusdem, ipse percipere & immediatè acquirere potest. 1741. 44. & seqq. 737. 272. & seq.

Filius, Patris sui hæres, Usumfructum in feudis à Patre constitutum impugnare nequit. 1743. 123. & seqq.

Sola fructuum commoditatis concessio sub prohibita alienatione non intelligitur. 1751. 150.

Commoditate fructuum feudalium à vasallo in alium translatâ sola possessio naturalis, ratione modi sic dicta, in Usufructuarium transit. 1751. 151.

Alienatio rerum, præcipuè immobilium, ad liberos spectantium, à Patre, tametsi legitimo earum usufructuario & administratore, facta, ex multis causis, etiam de Jure Würtembergico, ipso jure est nulla. 1408. 73. & seqq.

Qualis cautio à Patre legitimo peculii adventitii regularis Usufructuario & Administratore, Jure Comm. & Würtembergico præstanda veniat? 1408. 81.

UTILE.

Utile, per inutile, non debet vitiari. 549. 481. 1260. 78.

Probatur hoc per varia exempla. 829. 73. & seqq. 1260. 79.

Novum non est, ut, quæ semel Utiliter constituta sunt, licet casus subsequatur, à quo ista initium capere haud potuissent, nihilominùs durent. 1455. 143.

VULNUS.

Quilibet alterum dolosè, utut animo saltem Vulnerandi, percutiens facilè scire potest & debet, quòd Vulnera non dentur ad mensuram. 1589. 164. 1598. 46.

Si hæc ipsa exceptio, quòd quis alterum, animô saltem vulnerandi, percusserit, in casu cædis exindè, licet contra percussoris intentionem, secutæ, ad declinandam ultimi supplicii pœnam, perfecto oculorum visu gaudenti haud prodest; multo minùs illa cæco, complures graviores ictus alteri, baculo grandiore, inferenti, ad dictum effectum, prodesse poterit. 1589. 163. & seqq.

Si ejusmodi cæcus, ictus à se illatos cum periculo conjunctos fuisse, constanter perneget; correa autem persona, mediante tortura, contrarium asseruerit, quid tunc Judici faciendum? 1589. 166. & seqq.

Qualis pœna Impuberi, ex puerili petulantia, alium flagello lethaliter vulneranti, dictanda veniat? 580. 72. & seqq.

Si Vulneratus non mortiferè, saltem proptiâ, vel chirurgi negligentia perierit, actio de Vulnerato tantummodò competit. 1528. 5.

Plures Vulnerati haud dubiè vitam recepissent, nisi defuissent, qui subito symptomati, tùm maximè sanguinis profusioni, peritam manum adhibere potuissent. 1530. 25.

Illustratur hoc aliquot casibus. 1530. 26. & seqq.

Vulnera brachio inflicta per se lethalia non sunt. 1530. 32.

Modò non axillaris arteria mox sub axillis lacerata vel discissa sit. 1530. 33. 1531. 36.

Vulnera venarum & arteriarum, regulariter, per se lethalia non sunt. 1531. 39.

In quæstionibus de lethalitate vel non-lethalitate Vulnerum, tùm Judicum, tùm Jurisprudentum collegia à Medicorum & Chirurgorum judicio dependent. 759. 21. 577. 37. & seq. 1532. 45. 1576. 21.

Medici tale Vulnus, quod, ob hæmorrhagiam, & Medici absentiam, demùm lethale evadit, tantùm per accidens tale statuunt. 1532. 44. & seqq.

Medici de Vulnerum lethalitate non ex copiosa sanguinis profusione; sed ex qualitate & natura partis vulneratæ judicant. 1532. 46.

Firmatur hoc egregio Facultatis Medicæ Hallensis responso. 1532. 47.

Quando de Vulneris lethalitate non indubitanter constat, pœna mortis dictari nequit. 758. 15.

Idem multo magis obtinet, si de non-lethalitate apertò constet. 577. 32.

An, in casu intermissæ Trepanationis, si Vulneratus, ad undecimum usque diem, in statu adhuc tolerabili vixerit, pœna ultimi supplicii securè decerni queat? 758. 14. 759. 17. & seq

Vulnera, datâ operâ, capiti illata deliberatum occidendi animum produnt. 763. 93.

Pœna ultimi supplicii tùm demùm decernitur, quando Medici & Chirurgi legaliter testantur, inflictum Vulnus fuisse lethale, nec defunctum ex illo potuisse evadere. 765. 9.

Secus est, si defunctus vel ex proprio malo regimine perierit; vel ex Medici aut Chirurgi culpa, vel insufficientia; vel eorum, quæ ad vitæ conservationem conducere potuissent, intermissione; vel ex certa peritorum depositione Vulnus in se non fuerit lethale; vel ipsi adhuc desuper dubii sint. 577. 31. & seqq. 765. 10. & seqq.

Quando Vulnus ad vitam & mortem sese indifferenter habet, tunc percussor tantùm de vulnere tenetur. 765. 14.

Ad effectum homicidis dictandæ mortis non requiritur Vulnus absolutè & simpliciter mortiferum; sed & talia Vulnera ad hoc sufficiunt, quæ utplurimum sunt lethalia, & magis ad mortem inclinant, quàm ad evasionem. 766. 21. & seq.

Hincque non saltem illa, quæ nullo planè modo; verùm etiam illa, quæ non nisi cum magna difficultate, ac remediis planè extraordinariis & periculo non carentibus, restitui possunt, in hunc censum referenda. 766. 25.

Hanc sententiam Theologi, JCti, Medici, & Moralistæ approbant. 766. 26. & seq.

Si Vulnus absolutè lethale requireretur, Homicidium dolosum ferè nunquàm puniri posset. 766. 31.

Quando Vulnus absolutè lethale, vel ut plurimum lethale, inflictum esse constat, tunc Chirurgi vel Medici insufficientia, & ipsius Vulnerati malum regimen non attenduntur. 766. 32.

UXOR. Conf. Fœmina.

Inter maritum & Uxorem major, quàm inter patrem & filiam, affectio præsumitur. 1463. 221.

Uxor marito ad obsequialia servitia tenetur. 1690. 16.

Operæ serviles, marito, ab Uxore nobili, regulariter, haud præstandæ, quænam, inter alias, habeantur? 1692. 35. & 40.

Apud Germanos veteres monebatur Uxor, venire se laborum, periculorumque sociam, idem in pace & prælio passuram, ausuramque. 1690. 19.

Uxor quænam facta sui mariti scire præsumatur? 616. 25.

Quando Uxor de unius vel alterius debiti maritalis veritate, etiam in sui ipsius præjudicium, aliquid asserit, hæc ipsa confessio, præsertim si de summa valdè modica agatur, etiam cæteris Mariti creditoribus præjudicat. 1414. 138.

Ne Uxor quidem pro debito Mariti tenetur. 1413. 125. 1757. 16. Conf. Societas Bb. conjugalis.

Intercessio Uxoris pro marito, regulariter, ipso jure omnimodò nulla est. 1445. 60.

Quænam requisita ad inducendam validam Uxoris, pro suo marito, obligationem, de jure Würtembergico, sint necessaria? 1441. 23.

An aliquo illorum requisitorum deficiente obligatio semper sit nulla? 1441. 23.

Violenta consensûs Uxoris in contractum, à marito ineundum, vel initum, extorsio omnem ab illa factam promissionem, vel prorsùs nullam, vel ad minimum periculo rescissionis obnoxiam reddit. 1442. 25.

An ad istum effectum, ut etiam Uxor ex contractu, quem ipsa unà cum marito init, efficaciter conveniri queat, versionis in communem familiæ utilitatem probatio necessaria sit? 1442. 26. & seq.

Uxor, cum marito, sua propria debita solvere promittens, pro suo marito intercessisse dici haud potest. 1451. 108.

Debita socialia, pro parte dimidia, Uxoris sunt propria. 1451. 108.

Quoad debita verè socialia, à solo quantumvis marito contracta, Uxor neque SCti Vellejani, neque *novæ Constitutionis beneficio* juvatur. 1452. 114.

Uxor, licet pro solutione debiti socialis sese expresse in solidum obliget; tamen, regulariter, pro parte solummodò dimidia tenetur; quoad alteram verò sine dubio gaudet Senatusconsulti Vellejani beneficio. 1462. 207. & seq.

Quando Uxor in causa societatis, ex aliqua rei familiaris necessitate, se, cum suo marito, in solidum obligat, & quidem in tali familiæ statu, ut, si ipsa hoc non fecisset, majus damnum exindè passura fuisset, tunc etiam ipsa creditori in solidum cum effectu tenetur, neque beneficio SCti Vellejani, vel novæ Constitutionis, in talibus terminis, locus patescit. 1462. 209. & seqq.

Quando Uxor sese obligat in rem communem, quam sua interest totam conservari, & quidem in solidum, tunc illa, excluso SCto Vellejano & beneficio novæ Constitutionis, non solùm pro sua; sed etiam pro sui mariti parte efficacissimè obstringitur. 1455. 145. 1476. 325.

Si maritus & Uxor, ob talem rem, mutuam recipiant pecuniam, ex qua, si creditor pecuniam non dedisset, majus damnum Uxor passura fuerat, neque SCto Vellejano, neque novæ constitutionis beneficio locus datur. 1451. 114.

Sin autem in aliquam, v. gr. emptionem mutuâ pecunia accipiatur, tunc solùm pro dimidia Uxoris parte sanctio ejus cessat. 1451. 112.

Quando maritus & Uxor, simùl cum aliquo tertio contrahunt, tunc illa, regulariter, etiam secundum Jus Würtembergicum, nullo alio curatore opus habet. 1452. 116. & sqq.

Si summa C. florenos excedat, & simùl suspicio adsit, Uxorem vi metuve, aut dolosa mariti persuasione, ad contractum inductam esse, tunc Jure Würtembergico non saltem alterius cutatoris consensus; sed etiam Judicis cognitio requiritur. 1452. 116. & sqq.

Quibus casibus maritus, ad dictos effectus, habeatur suspectus? 1452. 117.

Maritus in foro tùm Saxonico, tùm Würtembergico, legitimus Uxoris non saltem curator; verùm etiam universorum illius bonorum (exceptis receptitiis) administrator est. 1452. 119.

Uxor ad exolvendum æs alienum sociale, à se & suo marito contractum, tenetur; tametsi ipsa nullum alium adhibuerit curatorem. 1452. 120.

De Statuto, curatoris consensum in contractibus mulierum requirente, communis practicorum traditio est, quòd maritata, quando non cum marito, nec in ejus commodum contrahit; sed cum extraneo, alio curatore opus non habeat; sed solius mariti consensus sufficiat. 1452. 122.

Hæc regula, quòd Uxor ex contractibus sui mariti non obligetur, in illis locis, ubi inter conjuges universalis Bb. societas, in specie universarum fortunarum, intercedit, suum officium penitùs amittit. 1468. 254.

Idem etiam de illis locis, ubi societas universalis simpliciter bonorum viget, ac in specie quoque de Ducatu Würtembergico, in tali casu, si uterque conjux cum tertio simùl contrahant, & in uno eodemque instrumento, singuli in solidum sese obligent; ipsum verò debitum ità comparatum sit, ut, nisi pro illo, dicto modo, etiam Uxor se obstringeret, majus exindè damnum in ipsam, vel ejus bona facillimè redundare posset, absque dubitatione statuendum videtur. 1468. 255.

In casu, quando Uxor pro debito solius mariti proprio, quomodocunque intercedendo, se, vel bona sua obligat, & simùl beneficio tùm novæ constitutionis, mediante Juramento, vel loco Juramenti facta promissione, renuntiat, omnis de versione in rem Uxoris, ejusque probatione quæstio Domitiana est. 1471. 277.

Quando Uxor, ne Mariti famâ plericliterur, & executio in ejus bona fiat, creditoribus ejusdem indemnitatem promittit, tunc ipsa SCti Vellejani vel novæ Constitutionis beneficio non gaudet. 1463. 218. & sqq.

Notabile supremi Parisiorum Senatûs Arrestum, quo ille, ob cautionem, ab Uxore, apud acta, judicio sisti, pro marito eapropter à carceris molestiis liberato, præstitam, Senatusconsulti Vellejani apices exulare jussit. 1464. 222.

Uxoris pro suo marito, seu jam incarcerato, seu mox incarcerando, facta intercessio, licet nullo Juramenti, vel huic, juxta mores loci, æquivalentis promissionis, & sub illis factæ tùm SCti Vellejani, tùm beneficii novæ Constitutionis renunciationis, vel præviæ eorundem certiorationis fundamento roborata sit, tamen à DDbus pro irretractabili habetur. 1464. 223. & sqq.

Ad hunc ipsum effectum nihil refert, sive in consequentiam jam latæ sententiæ condemnatoriæ, sive talis à Principe profecti Rescripti, quo vel parata solutio, vel tamdiu duratura incarceratio, donec illa sequatur, marito imponitur, mox incarcerando, se ipsam, vel sua bona obstringat. 1464. 224. & seqq.

Idem dicendum, si ipsa solutionem, licet intercedendo, eo fine promiserit, ut honor mariti, vel utriusque conjugis sartus tectus præstetur. 1464. 225. in fin.

Hujusmodi intercessio concernit pietatem marito ab Uxore debitam. 1464. 226.

Ob hanc etiam alia beneficia Uxoribus indulta cessant. 1464. 227.

Hinc eandem quoque DDres non malè piam, imò etiam piissimam passim appellant. 1464. 227.

Hinc quoque, eandem ob causam, alienatio fundi dotalis, contra ordinariam Juris regulam, permissa est. 1464. 228.

Intercessio Uxoris pro suo marito incarcerando, vel incarcerato, non planè voluntaria; sed ex apertissimè necessaria causa provenire censetur. 1464. 229.

Tales causæ similiter omnem muliebribus beneficiis locum præcludunt. 1465. 230.

Idem dicendum, si Uxor pro aliquo alio suorum necessariorum è vinculis liberando sese obligaverit. 1465. 230.

Maritum in carcere detentum alendi necessitas, cessantibus omnibus beneficiis muliebribus, Uxori incumbit. 1465. 231.

Licet Uxor ad intercedendum pro Marito, tametsi incarcerato, invita cogi nequeat, si tamen de facto sic intercesserit, tunc exindè pronatam sui obligationem, nec SCti, nec nov-

novæ Constitutionis auxilio convellere potest. 1465. 232.

Causa pro marito incarcerato, vel incarcerando, intercedendi non tàm aliena, quàm ipsius-met Uxoris propria censetur. 1465. 233.

Sicuti alienatio fundi dotalis, itemque fideicommissi, etiam familiæ, pro marito tùm ex hostium manu redimendo, tùm ex carcere liberando, contra regulam juris, valida est: Ità quoque intercessio ab Uxore ex eadem causa facta non minùs firma censeri debet. 1465. 234. & seq.

Tametsi in contractu pro liberatione mariti incarcerati, vel incarcerandi, ab Uxore inito, solennitates aliàs in contractibus Mulierum necessariæ adhibitæ haud fuerint; iste tamen ex causæ, propter quam celebratus est, favore, nihilominùs subsistit. 1465. 236.

Si debitum pro utriusque sustentatione contractum fuerit, Uxor, ad illud exolvendum, fundum dotalem alienare benè potest. 1465. 238.

Solennitates statutariæ non habent locum, quando Uxor ex causa pia se obligat. 1467. 245.

Renunciatio novæ potissimùm Constitutionis beneficii tàm ex Juris Communis, quàm Würtembergici expressa sanctione, regulariter, præcisè in loco Judicii fieri debet. 1465. 247.

Ad hunc effectum, ut in loco Judicii facta dicatur, non sufficit, si illa coram aliquot saltem, in hunc ipsum licet finem specialiter convocatis, Scabinis, vel solummodò coram Judicio pupillari, dem Waisen-Gericht, vel coram Præfecto, in ædibus ejusdem privatis, vel denique, ad speciale hujus jussum, coram solo Judicii Actuario, in der Amptschreiberey/præstetur. 1467. 248.

Ab hac tamen regula renunciatio, in gratiam mariti è carceribus liberandi facta, indubiè excipitur. 1467. 249.

Utrum quoad notabilem hanc limitationem, quòd videlicet Uxor, pro marito incarcerato, vel incarcerando, ad illum liberandum, licet absque jurata, tùm Sc̃ti Vellejani, tùm alterius beneficii renunciatione, efficaciter obligetur, aliqua inter incarcerandos, vel incarceratos ob delicta, vel debita, distinctio facienda? 1467. 250. & seqq.

Notantur remissivè adhuc alii casus, quibus Uxor, æquè ac in casu pro marito incarcerato præstitæ intercessionis, vel ex capite ejusdem, in aliis tamen circumstantiis & causis, pro ipso factæ intercessionis, vel ex causa bonorum Societatis conjugalis, exclusis omnibus beneficiis, ad solutionem pro marito, de propriis suis bonis faciendam, invita compelli potest, 1468. 257.

Alienatio fundi dotalis, vel prorsùs non, vel saltem taxationis causa æstimati, licet cum specifico Uxoris consensu, & expressa Sc̃ti Vellejani renunciatione facta, tamen adeò nulla censetur, ut non tantùm Uxor; sed etiam ipse maritus eandem, contra suum proprium factum, impugnare valeat. 1485. 45.

Quidsi Uxor suum consensum post elapsum integri biennii spatium iteratò declaraverit? 1485. 46. & seq.

Etiam alienatio rei immobilis, à marito, Uxori propter nuptias donatæ, cum speciali Uxoris consensu facta, ipso jure nulla est. 1486. 50.

Et tamen, si Uxor, post biennium, priorem consensum confirmaverit, ipsique ex aliis mariti bonis, ratione dotis & donationis propter nuptias, satisfieri possit, ejusmodi alienatio rata habetur. 1486. 50.

Jus Romanum hosce duos casus, si scil. Uxor in alienationem rei immobilis propter nuptias donatæ, post biennium, denuò expresè consentiat, & hunc alterum, si fœmina suam fidejussionem pro alio præstitam, post biennium, iteratò confirmet, invicem æquiparat. 1486. 51.

Renunciatio Senatusconsulti Vellejani, itemque beneficii novæ Constitutionis de Jure Communi, ab *Uxore, per corporalis juris*-jurandi præstationem, fieri debet. 1442. 33. 1443. 41.

Hinc, eo Jure, non sufficit, Uxorem, sub fide Christiana, vel loco jurisjurandi, promittere, quòd ipsa pro marito creditori de propriis facultatibus satisfacere velit, 1443. 34.

In Ducatu Würtembergico sola ad baculum judicii, loco jurisjurandi, facta promissio, ad dictum effectum, sufficiens est. 1443. 35. & 42. 1459. 179. 1467. 246.

Etiam multoties reiterata Uxoris pro marito intercessio, ob defectum corporalis jurisjurandi, Jure novo, pro nulla & invalida habetur. 1443. 37.

Multi Uxorem, se cum suo marito, in uno eodemque instrumento, correaliter obligantem, ne tunc quidem, quando, pecuniam in ipsius præsentia marito verè numeratam esse, probari potest, obligatam existimant; nisi simùl ejusdem pecuniæ in rem uxoris, vel illius liberorum utilitatem facta versio demonstrari possit. 1443. 38. & seqq.

Etiamsi Uxor publica mercatrix esset, 1443. 39.

Ut Uxor juratò, vel in terris Würtembergicis, loco jurisjurandi, ad baculum judicii, facta promissione, beneficio novæ Constitutionis renun-

renunciare necesse habeat, oportet; ut ipsa pro suo marito, verè intercesserit, sicque pro ipsius solius proprio debito se vel sua bona obligaverit. 1453. 125.

Quando Uxor ad sui proprii, seu talis debiti, ad quod ipsa, vel sola, vel, tanquàm socia, pro rata tenetur, solutionem sese obstringit, tunc, uti omnis intercessio totaliter exulat; ità etiam beneficium novæ Constitutionis similiter exulat, & dehinc quoque ejusdem renunciatio frivola & Domitiana est.

1453. 126. 1454. 130.

Ad cessationem tùm Sc̃ti Vellejani, tùm novæ Constitutionis beneficii nihil refert, sive Uxor, ab initio statim, cum suo marito, unà & simùl, cum tertio contrahat, sive ex contractu à solo quidem marito; sed in communem societatis utilitatem, cum tertio, inito, illicò obligata, unà cum marito, per speciale constitutum, ex intervallo, sese denuò obstringat. 1454. 131. & seqq.

Si Uxor se non statim cum marito obligaverit; sed demùm post aliquot menses, vel annos, ad instantiam creditoris, mariti facultates suspectas habentis, pro debito maritali clanculariè contracto, sese obstringat, tuncipsam creditoris talis fraude inductam hoc feciisse præsumendum, ac propterea ad beneficium SCti Vellejani & novæ Constitutionis, vel, si huic renuntiaverit, ad restitutionem in integrum admittendam esse, rectè statuit Grivellus. 1455. 149. & seqq.

Quando conjuges mutuam pecuniam eo fine accipiunt, ut æs alienum mariti proprium exindè solvatur, simùlque in uno eodemque instrumento, vel simpliciter, vel singuli in solidum ad restitutionem ejus se obligant, tunc solus maritus exindè obligatur; Uxoris verò obligatio ipso jure nulla est.

1458. 168.

Uxor in tali casu, contra expressam tàm Juris Communis, quàm Würtembergici dispositionem, verè intercedit, & per consequens tale debitum ex solius mariti facultatibus solvendum. 1458. 169. & seq.

Quando Uxor, vel unà cum suo marito, in eodem instrumento, pro debito solum maritum concernente, mediante corporali juris jurando, vel, juxta consuetudinem loci, promissione ad baculum judiciarium, se in solidum obligat, vel sola, in singulari instrumento, simili modo, seu fidejubendo, seu constituendo, seu expromittendo, se vel sua bona, sub dicto vinculo, ejus gratia, devincit, tunc neque exceptio Sc̃ti Vellejani, vel similis, neque querela nullitatis Uxori competit. 1458. 172.

Non quidem inspecto Jure Justinianeo; attamen Canonico & Usu forensi. 1458. 173.

Idem dicendum, quando Uxor non quidem in specie beneficio SCti Vellejani, & Authenticæ, Si qua mulier. sed tamen in genere omni LL. auxilio, allen Weiblichen behelffen/ vel etiam de illis non satis admonita, seu certiorata, mediante juramento, vel loco illius facta promissione, renuntiavit. 1459. 175. & seq.

Si maritus Uxorem ad aliquid faciendum, per vim ac metum, semel coegerit, tunc ex actibus subsequentibus purgatio metus haudquaquàm colligitur, quoadusque maritus in vivis est. 1618. 141.

De Uxore acquæstibus conjugalibus renuntiante vid. Societas Bb. conjugalis.

Universali Bb. mariti usufructuaria vid. Usus fructus.

Donatione meritorum secundæ Uxoris remuneratoria, imprimis an & quatenùs dispositio Legis 6. C. de secund. nupt. quoad illam locum habeat? vid. Donatio.

UXORICIDIUM.

Ad probandum corpus delicti in crimine Uxoricidii per veneficium commissi duo requiruntur, (1.) quòd venenum verè sit propinatum, &, (2dò,) quòd illud ad occidendum sufficiens visum fuerit. cons. 19. n. 31. & seq.

Hæc probatio per medicos & horum peritos fieri debet. cons. 19. n. 33.

Rei sola confessio; quòd ipse reverà venenum propinaverit, ad dictandam pœnam ultimi supplicii non sufficit. cons. 19. n. 34.

In probando conatu hujus criminis, ad proximum quantumvis actum perducto, Rei sola confessio sufficit. cons. 19. n. 39. & sqq.

Ira super suspecto Uxoris adulterio non excusat à doloso Uxorem veneno interimendi proposito; nisi mentis exilium in marito induxerit. cons. 19. n. 45. & sq.

Nec minæ Uxoris, quòd ipsa maritum, ejusque filium ex prioribus nuptiis veneno necare facilè animum inducere possit, es wäre kein wunder / daß sie ihrem Mann und Buben mit gifft vergäbe / sine ullo ad veneni propinationem vel præparamento, vel suspicione, maritum deindè suæ Uxori venenum propinantem à dolo liberant. cons. 19. n. 47. & sq.

Conatus in crimine Uxoricidii, ad actum proximum perductus, an pœna capitali sit coercendus? cons. 19. n. 56. & sqq.

Præsertim si hoc crimen, per veneficium, fuerit attentatum? cons. 19. n. 61.

Annon pœna capitalis ob criminis hujus frequentiam dictari queat? cons. 19. n. 64. & seq.

Vel ex eo, quòd Conjux, bina vel trina vice, suum Conjugem veneno interimere tentaverit? cons. 19. n. 66.

Quidsi per talem conatum irreparabile Uxoris sanitati damnum fuerit illatum? cons. 19. n. 69.

Ubi nullum tale damnum Conjugi illatum, neque talis conatus aliquoties reiteratus, tantùm fustigatio & perpetua relegatio, regulariter, decernitur. cons. 19. n. 73. & seqq.

Si mitigationem suadentes circumstantiæ concurrant, etiam hæc pœna remitti potest. cons. 19. n. 77.

Quænam sint tales? cons. 19. n. 86. & seqq.

Quando senium ad hoc prosit? cons. 19. n. 77. & seqq.

FINIS

Novi istius Consiliorum Voluminis.

DEO SOLI GLORIA

IN SEMPITERNA SECULA!

BSB Bayerische StaatsBibliothek
MDZ Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Harpprecht, Ferdinand Christoph,

Ferdinandi Christophori Harpprechti, JCti, Sacri Cæsarei Palatii Comitis, Diversorvm Imper. Principvm Et Statvvm Consiliarii; ... Consvltationvm Criminalivm Et Civilivm, Potissimam Partem, Nomine Inclytæ Facvltatis Jvridicæ Conscriptarvm. Volvmen Novvm
Bd.: 2

Tvbingae 1712

Bamberg, Staatsbibliothek -- ,38 B 3
urn:nbn:de:bvb:12-bsb11407563-1
VD18 1139773